ANT14410367

SACRAE ROTAE ROMANAE
DECISIONES

Coram Reuerendiſs. P. D. bon. mem.

MATTHAEO BVRATTO
BONONIENSI

Ex Originalibus ſummo ſtudio, & diligentia depromptæ.

Adiectis Argumentis, Summarijs, ac Indice locupletiſſimo.

INGENIO, AC OPERA

IO. FRANCISCI FERENTILLII INTERAMNATIS I. V. D.

IN ROMANA CVRIA ADVOCATI.

Cum Annotationibus eiuſdem ad ſingulas ferè Deciſiones.

Nunc primo communi omnium voto in lucem editæ.

TOMVS SECVNDVS.



ROMÆ;
Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.
M. DC. XXXVII.

SVPERIORVM CONSENSV.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISS· AC REVERENDISS.

PETRO MARIAE
S· R· E·
CARDINALI
BVRGHESIO·

IOANNES BVRATTVS F. P.

DEBETVR Tibi (Eminentiſsime Domine) hoc deciſionum volumen, quas Matthæus Burattus Parens meus, dum in Sacra Romana Rota cauſas cognoſceret, elucubrauit. Tuis enim non minùs meritis ob præclaras animi, corporisque dotes, quarum ampliſsima cingeris corona, & hiſce ad publica quæque Chriſtianæ Reipublicæ Sedis, & Apoſtolicæ negocia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ præſtantioribus purpuratis à Summo Præſule delegari conſueta in hac Romanæ lucis Aula fuiſti euectus, quàm nobiliſsima generis conſanguinitate Paulum V, Pontificem maximum, virtutum omnium numeris abſolutiſſimum Principem attingis, à quo ille benignitate ſingulari Bononia Romam ſpontè euocatus, primo criminalibus, deinde ciuilibus cauſis in Auditoris Cameræ Tribunali audiendis impoſitus, poſtremò in duodecimuirale Sacri Palatij Auditorium aſcriptus eſt. In hac itaque cum vniuerſa probante Aula verſaretur, hoſce partus ingenij magna ex parte ſub fœliciſſimo illius Patrocinij edidit Sole, qui nunc in præſidij tui vmbra diuturnitatem quærunt. Et decet, vt qui de Burgheſiorum fauore nati ſunt, nullum aliud, quàm nobiliſſimum nomen tuum in fronte gerant. Qua ergo facilitate Sanctiſsimus Pontifex ille, (dum inter viuos ageret) Patrem meum complexus eſt, Te pro tua humanitate eiuſdem Secundi Tomi lucubrationes excepturum eſſe confido, quò profectò fiet, vt Poſthumi hi fœtus haud ingrati in lucem prodeant, ſi ijs abs te gratia conciliabitur, quam tutelæ tuæ beneficentiam, vt in me quoque, natosque meos, ac vniuerſam familiam protendere velis enixè precor·

Illuſtriſsimis, ac Reuerendiſsimis Dominis

SACRAE ROTAE ROMANAE AVDITORIBVS.

IO. BAPT. COCCINO DECANO.
PHILIPPO PIROVANO.
CLEMENTI MERLINO.
AMATO DVNOZETTO.
FRANC. MARIÆ GHISLERIO.
HIERONYMO VEROSPIO.
CORNELIO HENRICO MOTMANNO
IO. IACOBO PANZIROLO.
ALEXANDRO BVCCABELLÆ.
FRANC. MARIÆ MACCHIAVELLO.
PETRO CARRILLO.
FRANCISCO DE ROJAS.

IOANNES FRANCISCVS FERENTILLIVS F.

CÆLO ſydera, & aquas defert Oceano, qui legum Commentationes offert vobis (Præſules ſapientiſsimi) quorum nempe arbitrio, ita ſtant, caduntque hominum contentiones, vt non tam vos dixerim Iuris Interpretes, quam conditores, quando Romani huius veſtri Areopagi decreta pro legibus habet, imo ex hac Cortina iuſtitiæ ſacroſancta petit oracula, nimis multum litigioſa mortalitas. Facio tamen in præſentia id ipſum quod improbo fluuiorum exemplo, qui ſuas velut exiguas aquas immenſo inuehunt mari, exemplo Terræ, quæ ſi quam accendit illuſtrem facem, in Cælum ſtellis ardentibus illuſtriſsimum, ſubitò dirigit. Sed quemadmodum non eſt liberum fluuijs ſubtrahere Ponto aquarum tributum, nec poteſt Terra non dirigere in aſtra ignes (cum vnumquodque natura impellente ſuum tendat ad principium, in quo melius conquieſcit) ita non potuere lucubrationes hæ meæ in ſinum veſtrum per ſe non aduolare, hoc eſt, vnde exierant non reuerti, vt à Parente, quod à Nutricio non acceperant, pondus acciperent momentumque non potui ad vos illas non dirigere, & ſic veſtra vobis non offerre, vt de veſtro eſſem liberalis, ac gratus, qui non poteram eſſe de meo, ſeu potius vt redderem iuſto Domino fructum fundi, quando quidquid in eis eſt, ac prope modum quidquid in me, collectum ex veſtro, ac planè veſtrum eſt: niſi fortaſſe meum dicendum ſit, quod res de ſe ſplendidiſsimas, malo in lumine collocauerim. Quo nomine quamuis debueram meæ conſcius imbecillitatis, veſtrum reformidare iudicium: tamen ſi iacta ſemel alea audendum eſt, præſtat inſigniter, quam modeſtè eſſe audacem, cum præſertim quantum iure abſterreor preclaræ iſtius maieſtate ſapientiæ, tantundem alliciar probata ſæpius ingenij ſuauiſsimi humanitate, quę excipiet, ſpero, fouebitque mea eo vultu quo excepit ſemper fouitque me, qui veſtra iſta in luce adultus, ac penè natus, non niſi in illa viuere peruelim fœtus meos, quibus ampliſsimum prouidiſſe me patrimonium exiſtimabo, ſi veſtro, illos communiero patrocinio. *Valete.*

Digitized by Google

DECISIONES SACRAE ROTAE ROMANAE

Coram bon. mem. R. P. D.

MATTHAEO BVRATTO.

TOMVS SECVNDVS.

Placentina Caſtanearum.

Veneris 11. Ianuarij 1619.

ARGVMENTVM.

Proceſſus validus declaratur ſublatis pluribus nullitatibus oppoſitis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an, & quando poſſit ſolus abſque interuentu Coniudicis procedere, & num. 3.*

2 *Vicarius in Coniudicem ab Epiſcopo nominatus in aliqua cauſa inter ipſum Epiſcopum, & Capitulum, poteſt à Capitulo vti ſuſpectus recuſari.*

4 *Proceſſus licet inualidus in odium illius, qui ad forum ſeculare habuit recurſum, & alia praſtitit impedimenta, debet validus reputari, & num. 16.*

5 *Decretum habet praſumptionem pro ſe, & allegantì nullitatem incumbit onus probandi.*

6 *Iuriſdictionis pratenſus defectus ceſſat ex conſenſu in illam.*

7 *Actus ad eius inſtantiam celebratus, de cuius ſolo praiudicio agitur, ſuſtinetur.*

8 *Recuſatio Notarij vt ſuffragetur, debet de ea in actis cõſtare cum probatione ſuſpicionis ſaltem per iuramentum.*

9 *Recuſationis alijs facta fides, qua non continet actum extenſum ipſius recuſationis, ſed ſimplicem Notarij atteſtationem, non probat.*

10 *Recuſatio in diuerſa cauſa facta, niſi fuerit cum iuramento repetita in alijs cauſis, non ſuffragatur.*

11 *Recuſatio Iudicis fieri debet cum appellatione ab vlteriori proceſſu, alias geſta per Iudicem poſt recuſationem tenent, num. 19. & appellatio interponi debet in ſcriptis num. 20.*

12 *Recuſatio fieri non poteſt abſque mandato ſpeciali.*

13 *Recuſatio loci in vna cauſa facta, non extenditur ad aliam, niſi repetatur.*

14 *Iudex ſubdelegatus non poteſt acta per ipſum geſta reuocare, aut annullare: cum enim functus ſit officio ſuo, non habet amplius iuriſdictionem reuocandi, quod fecerat.*

15 *Metus iuſtus an inducatur ex ordine Superioris.*
Violentia reddit actum ipſo iure nullum. ibid.

17 *Citatio an debeat fieri contra eos, qui non habent intereſſe, vel non ſunt in cauſa.*

18 *Nullitas proceſſus quò ad citatos non reſultat ex omiſſione citationis contra intereſſe non habentes in cauſa.*

DECISIO CCCLXXI.

POSTQVAM latæ fuerunt tres ſententiæ Rotales ad fauorem Capituli Placentini ſuper decimis caſtanearum, quas Dominus Epiſcopus prætendebat ad ipſum ſolum ſpectare, fuit ſucceſſiuè de anno 1602. per bon. mem. Iuſtum conceſſum inſtrumentum ſubdelegationis iudicum pro facienda in partibus liquidatione, cuius vigore cũ Capitulum examinauerit quàmplures teſtes, & inſtaret procedi ad liquidationem: fuit pro parte D. Epiſcopi oppoſitum de nullitate proceſſus, ſuper quo propoſito dubio DD. vtraque parte informante, pro illius validitate reſoluerunt. Nam prima
1 nullitas ex defectu iuriſdictionis deducta ex eo, quòd Archidiaconus Iudex pro Capitulo ſubdelegatus abſque interuentu Vicarij ab Epiſcopo in Coniudicem nominati ſolus proceſſerit, tollitur ex inſtrumento ſubdelegationis, quo cauetur, Epiſcopum debere infra menſem nominare Coniudicem de conſenſu Capituli, & quòd eo non nominante, vel cum Capitulo de Iudice non concordãte, deberet lapſo menſe Archidiaconus ſolus procedere, *vt in ſummario Capituli num.* 1. adeò quòd cum Epiſcopus nedum non nominauerit de conſenſu Capi-
2 tuli, ſed quinimò Capitulum Vicarium ab Epiſcopo nominatum recuſauerit vti ſuſpectum *in dicto ſummario num.* 6. prout potuit *Franc. in cap. poſtremò, num. 2. verſ.* 13. *quando Iudex, & verſ.* 15. *quando ſuffraganeus, de appell. Imol. Abb. & Felin. in cap. inſinuante, de offic. de-*

leg. Marant. de ord. Iudic. part. 6. tit. de appell. in ſecundo
act. num. 28. cum alijs per Surd. conſ. 50. num. 9. & ſeqq.
manifeſtè apparet, Archidiaconum vigore facultatis in
dicta ſubdelegatione ſibi conceſſæ, lapſo termino Epi-
ſcopo aſſignato, ſolum procedere potuiſſe. Præcipuè ve-
rò, quia Capitulum ſub die 17. Auguſti 1603. conſenſit
in Priorem Sanctæ Catherinæ, ab Epiſcopo nominatum
in euentum, in quem fuiſſet impeditus Vicarius, *vt in*
dicto ſummario num. 7. Epiſcopus autem noluit coram
d. Priore procedi, ſed ſub die 19. ſubſequen. oppoſuit
de defectu eius iuriſdictionis, inſtando, quòd Archidia-
conus non cum illo, ſed cum Vicario ab ipſo nominato
procederet, *vt in pror. fol.* 7. & ipſe etiam Prior die
20. ſequen. prædictis intellectis procedere recuſauit,
vt in dicto ſummario num. 9. ex quibus patet, nihil eſſe
imputan. Capitulo, ſed quòd culpa ipſius Epiſcopi Ar-
chidiaconus ſolus proceſſit. Neque facit, quòd idem
Prior non ſimpliciter, ſed pro nunc recuſauerit, donec
ſibi conſtiterit eſſe Iudicem, & quòd ideo proceſſus ſinè
eius interuentu factus ſit nullus, ex quo cum Vicarius
propter recuſationem Capituli non poſſet eſſe Iudex,
erat purificata conditio, ſub qua Prior fuit ab Epiſcopo
nominatus. Nam ceſſat obiectum, tum quia d. Prior
fuit ſucceſſiuè pro parte Capituli per tres vices requi-
ſitus, vt ſe aſſociaret cum Archidiacono Coniudice, &
nihilominus ſemper procedere, & cum eo ſe aſſociare,
recuſauit, *vt in proc. fol.* 178. *& fol.* 182. & 203. &
205. & ideò potuit dictus Archidiaconus eo recuſante
3 ſolus procedere, *cap. prudentiam, §. adijcimus, de off. de-*
leg, & cenſuit in his terminis Rota *in Calagurritana iuriſ-*
dictionis de Ognate 1. *Decembris* 1617. *coram R. P. D. meo*
Veroſpio; tùm quia Epiſcopus habuit plures recurſus
ad Conſilium Regium, à quo diſtrictè, & ſub grauiſſi-
mis pœnis obtinuit, eidem Archidiacono ordinari, qua-
tenus omnino cum Vicario ab eo nominato ſe aſſocia-
ret, *vt in dicto ſummario num.* 8. & ideò quatenus etiam
prædictus Prior procedere voluiſſet, prout noluit, adhuc
Archidiaconus, propter impedimẽta mediãtibus dd pro-
uiſionibus Regijs ab Epiſcopo præſtita, nequiſſet cum
eo ſe aſſociare, & ad dictam liquidationem procedere:
4 itaut vbi aliquo modo dubitari etiam poſſet de validi-
tate proceſſus, nihilominus in odium Epiſcopi, & ob
prædicta impedimenta præſtita deberet validus reputa-
ri, *Card. Seraph. deciſ.* 1094. *num.* 2. *&* 3. & cenſuit plu-
ries Rot. & in ſpecie in *Ciuitaten. Scholaſtriæ* 10. *Ia-*
nuarij 1597. *coram Card. Pamphilio*, *in Hiſpalen. illegi-*
timatis 12. *Decembris* 1611. *coram R. P. D. meo Vbaldo*,
& in Abulen. Parochialis 14. *Aprilis* 1614. *corã Reuerend.*
D. meo Damaſceno. Prout neq. viſum fuit, proceſſum eſſe
nullum ex eodem defectu iuriſdictionis, ſub prætextu,
quòd ſubdelegatio d. Archidiaconi fuerit ſubreptitia,
ex eo, quòd non fuerit iuſtificata infirmitas Decani
Caurien. propter quam d. Archidiaconus fuit in eius lo-
cum à Rota ſubdelegatus; tùm quia cum prædicta ſub-
delegatio facta fuerit (prout præſupponitur pro parte
Capituli & prout in inſtrumento ſubdelegationis legi-
5 tur) citato procuratore Epiſcopi, & pro decreto præ-
ſumitur *gloſ. in l.* 1. *in verb. omni ordine C. de fid. inſtr. &*
iur. haſt. Fiſcal. lib. 10 *l. ab ea parte, ff. de prob. Specul.*
in tit. de empt. & vendit §. nunc dicen. num. 5. conſequens
eſt, vt Epiſcopo incumbat onus probandi d. ſubreptio-
nem, & quòd d. Decanus tunc non eſſet infirmus, *Socc.*
conſ. 15. *num.* 31. *vol.* 1. *Alex. conſ.* 80. *num.* 5. *vol.* 5.
6 tùm quia cum procurator citatus in Curia hoc non op-
poſuerit, neque minùs Epiſcopus in partibus, ſed qui-
nimò in iuriſdictionem Archidiaconi expreſsè conſenſe-
rit, inſtando quòd cũ eius Vicario in Coniudicem depu-
tato procederet, ceſſat allegata ſubreptio, & prætenſus
defectus iuriſdictionis. Præcipuè verò cum primum in-
7 ſtrumentum ſubdelegationis Decani Caurien. non fue-
rit illi tunc præſentatum, ſed adhuc res eſſet integra,
itaut cum ageretur de ſolo præiudicio Capituli, potue-
rit eo inſtante alter Iudex in illius locum ſubdelegari.
Secũda verò nullitas recuſationis Notarij actuarij pro-
ceſſus non fuit iuſtificata, quia ex reuolutione actorum
8 non conſtat de aliqua formali recuſatione, cum proba-
tione ſuſpicionis, ſaltem per iuramentum, *Gayl. lib.* 1.
obſer 33. *num.* 17. *Caput. deciſ.* 64. *num.* 4. *part.* 3. *Rot.*
deciſ. 93. *num.* 3. *&* 704. *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ. Card.*
Mantic. deciſ. 9. *num.* 6. Nec obſtat fides pro parte
Epiſcopi producta, quòd dictus Notarius fuerat in
proceſſu remiſſoriæ alias de anno 1598. pro Epiſcopo
obtentæ coram Priore Sancti Vincentij, & Guardiano
Sancti Franciſci Iudicibus tunc deputatis recuſatus;
9 tùm quia dicta fides, tanquam non continens actum ex-
tenſum ipſius recuſationis, ſed ſimplicem Notarij atte-
ſtationem, non probat iuxta *doctr. Bart in l. Iuen. num.*
3. *ff. de verb. oblig. Achil deciſ.* 4. *de fid. inſt. Card. Man-*
tic. deciſ 62. *num.* 3. *& in Aretina Vicariæ* 1. *Iunij* 1607.
coram Iuſto; tùm quia dicta recuſatio facta fuit coram
10 alijs iudicibus, & in alia cauſa remiſſoriæ obtentæ ab
Epiſcopo, quæ nunc pendet coram R. P. D. meo Pam-
philio, & ſic diuerſa ab iſta, in qua propterea non po-
tuit ſuffragari, cum non fuerit medio iuramento repe-
tita; tùm quia quamuis Iudex Epiſcopum citari man-
dauerit ad docen. de legitima recuſatione Notarij cum
commiſſione, quòd prouideret de iuſtitia, *vt in dicto*
ſummario num. 12. ipſe nihilominus de ea non docuit,
11 ſed fretus prouiſionibus Regijs abinde citra ſemper cõ-
tumax fuit; tùm denique, quia non fuit pro eius parte
A appellatum ab vlteriori proceſſu, prout requiritur A,
Innoc. & alij in cap. cum ſpeciali, de appell. Achill. deciſ.
1. *de except. Rot. deciſ.* 563. *num.* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 2.
num. 7. *part.* 2. *diuerſ.* Sed ſolùm à futuro grauamine,
& quia Archidiaconus non parebat mandatis Regijs,
prout Epiſcopus cupiebat. Tertia recuſationis loci de
12 Xarardilla, in quo fuerunt teſtes examinati, neque mi-
nùs viſa fuit obſtare, tum ex defectu mandati procuræ,
quod non eſt ſpeciale ad recuſan. locum, prout requiri-
B tur B, tum ex defectu iuramenti requiſiti in recuſatio-
ne, *gloſ. Bald. Ang. & alij in l. apertiſſimi, C. de Iudic.*
Rot. deciſ. 2 *num.* 5. *part.* 2. *diuerſ.* Neque Ciuitas Pla-
13 centina (prout præſupponitur) fuit deputata pro dicta
liquidatione, ſed ſolùm à Iudicibus remiſſorialibus in
alia cauſa remiſſoriæ obtentæ ab Epiſcopo, quæ nunc
pendet coram R. P. D. Pamphilio; & ideo non extendi-
tur ad iſtam, in qua potuit Archidiaconus vigore fa-
cultatis in ſubdelegatione ſibi conceſſæ huiuſmodi lo-
cum, receptis priùs informationibus pro eius aptitudi-
ne, prout fecit, deputare. Nec obſtare cenſuerunt Do-
14 mini, quòd idem Archidiaconus, poſt perfectum exa-
men, acta per ipſum geſta nulla declarauit; tùm quia
cum ipſe functus iam fuiſſet officio ſuo, nullam ampliùs
habebat iuriſdictionem reuocandi, & annullandi acta,
quæ fecerat, *vt no. DD. in l. Iudex poſtea quam*,
ff. de re iud. tùm quia reuocatio facta fuit in executio-
15 nem Regiæ prouiſionis, & metu Conſilij, *vt in dicto*
ſummario num. 16. quod iuſtum metum inducit, *Aret.*
conſil. 24. *num.* 9. *verſic. præterea, Natt. conſil.* 50. *num.*
11. *& ſeqq.* inducta maximè comminatione amiſſionis
naturalitatis, & temporalium, *Innoc. in cap. cum dile-*
ctus, num. 1. *de his quæ vi per text in cap.* 2 *eo tit. vbi Abb.*
num. 1. *Couarr. in epitom.* 2. *part. cap.* 3. *§.* 4. *num.* 18.
de ſponſal. ideoque tanquam ſumma violentia extorta
fuit ipſo iure nulla, *l.* 1. *& tot. tit. ff. de eo, quòd met.*
cauſ. ſed vbi dici poſsit, proceſſum in aliquo deficere, &

for-

Digitized by Google

formam ſubdelegationis omnino non fuiſſe ſeruatam,
16 adhuc per tot recurſus ab Epiſcopo habitos, & impedimenta Capitulo, & Iudici præſtita proceſſus in ocinm Epiſcopi reputari debet pro valido. & legitimè confecto, & teſtes pro rectè examinatis, vt ſupra deductum fuit. Quarta denique ex defectu citationis D. Com-
17 miſſarij Cameræ, & hæredum Epiſcopi præmortuorum tollitur: ex quo nec Commiſſarius, nec hæredes habent intereſſe in liquidatione prædiorum, ex quibus prætenduntur fructus decimales; vndè ſufficit fuiſſe citatum Epiſcopum, de cuius præiudicio principaliter
C agitur C, *l. de vnoquoque, iuncta gloſ. 2. ff. de re iud. Alex. conſ.* 86. *num.* 3. *& 4. lib.* 2. *Surd deciſ.* 103. *num.* 3. *& deciſ.* 256. *num.* 1. Maximè quia ipſi non ſunt in cauſa, nec de iſta nullitate opponunt, & demum quia
18 ex omiſsione d. citationis non reſulrat nullitas proceſſus quo ad Epiſcopum citatum, ſed ad ſummum prætendi poſſet, quòd tanquam inter alios, non citatos non afficiat, *Bald. in l. ab eo, num.* 17. *C. quom. & quan. Iud. Gabr. de citat. concl.* 1. *num.* 335. *Surd. d. deciſ.* 256. *nu.* 15. Et ita deciſum.

ANNOTATIO.

A Recuſans Iudicem debet inſuper appellare ab vlteriori
19 proceſſu, aliàs acta per illum poſt recuſationem abſque appellatione ſunt valida, vt præter hic allegatos, *Burſatt. conſil.* 21. *num.* 16. *& ſeq. Lancellott. de attentat. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 1. *& ſeqq. & num* 48. *Caputaq. deciſ* 60. *num.* 4. *& deciſ* 172. *part.* 1. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 348. *num.* 3. *& fuit dictum in Aſten cenſurarum* 28. *Iunij* 1617. *coram bon. mem Patriarcha Manzanedo*, in qua inſuper ſub-
20 ditur, quòd huiuſmodi appellatio interponi debeat in ſcriptis, & in ſchedula particulari, nec ſufficit ſimplex proteſtatio facta per recuſantem de habendo recurſum ad quos poterit, poſt *Rot deciſ.* 563. *num.* 2. *part.* 1. *diuerſ.*
B De quo vide infra *deciſ* 388.
C Et quod pro validitate iudicij ſufficiat citare illum, de cuius intereſſe principaliter agitur, *Oſaſch. deciſ. Pedemont.* 157. *num.* 3. *Menoch poſt alios conſil* 1192. *num* 29. *& de adipiſcen remed.* 4. *num.* 157. *Rot. deciſ* 118. *num.* 6. *& in annot. ibid. ſub lit.* C *verſ. ratio autem par.* 1. *recent Card. Caualer. deciſ.* 328. *num.* 2. *Giurb deciſ Sicil* 1. *num* 24. *& ſeqq.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana executionis.

Veneris 11. Ianuarij 1619.

ARGVMENTVM.

Datio in ſolutum non præſumitur, &, vt probetur, debet copulatiuè conſtare de re, pretio, & conſenſu, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Mora effectus quis.*
2 *Datio in ſolutum ad inſtar emptionis, & venditionis, cui comparatur, & eiſdem regulis metitur, copulatiuè requirit rem, pretium, & conſenſum.*
3 *Bona ad hoc, vt dici poſsit, fuiſſe in ſolutum tradita, neceſſe eſt, vt appareat, quæ, qualia, & quanta fuerint, cum res debeat eſſe certa, nec ſufficiat in genere conſtare.*
4 *Deſcriptio mobilium debet clarè, & diſtinctè fieri per hæredem in inuentario.*
5 *Pretium cum debeat eſſe certum, non poteſt dici conſtare de eo in terminis dationis in ſolutum, ſi bona aſſignata non fuerint æſtimata.*
6 *Conſenſus requiritur in aſsignatione bonorum in ſolutum, quòd videlicet fuerint tradita, & recepta animo, & ex cauſa diſſoluendi obligationem contractam; et de eo conſtare debet, & quomodo.*
7 *Dictiones*, etiam & aliæ, *ſunt implicatiuæ, & quæ earum natura.*
8 *Traditio mobilium an probetur, ſi fuerint illata in domum communiter per contrahentes inhabitatam.*
9 *Communio victus, & habitationis non excluditur, ſi alter pro ſui voluntate ſe retraxit in quodam cubili, vt ſuo modo viueret.*
10 *Verbum* aſsignare *non importat ſolummodo rei traditionem, ſed diuerſimodè intelligitur remiſsiuè.*
11 *Datio in ſolutum in materia correctoria non venit nomine venditionis.*

DECISIO CCCLXXII.

AVDITA iterum Aurelia ſuper reſolutis ſub die 11. Decēbris 1617. ſtrictè tamen quo ad mobilia DD. ſteterunt in deciſis, ex rationibus, de quibus in deciſione, videlicet quòd ſumma ſcutorum 10. millium pro dote eiuſdem Aureliæ erat in obligatione facta per q. Flaminium, facultas verò ſoluendi in pecunia, domibus, iocalibus, & tandem in mobilibus: quæ
1 facultas fuit amiſſa propter moram per dictum Flaminium contractam, nedum in ſolutione, ſed in electione facienda, cum dies, & onera matrimonij, quæ ſuſtinebat q. Simon eius gener, interpellarent, vt plenè in deciſione, quæ in ſupradictis concluſionibus non impugnabatur. Nec obſtare dixerunt vnicum fundamentum in contrarium, videlicet, quòd dictus Flaminius tradiderit, & aſſignauerit Simoni mobilia in eius domo illata, & ſic ex cauſa præambula obligationis dotis, quæ fuerunt habita per eundem Simonem, vt ex teſtibus nouiter examinatis, & ex memoria eiuſdem Simonis propria manu adnotata, & per informantes ponderata: & ideo debet ceſſare curſus interuſurij dotalis. Nam reſponſum fuit, quòd aſſignatio in ſolutum dd. mobilium pro concurrenti quantitate non præſumitur, nec pro-
2 batur, quæ ad inſtar emptionis, & venditionis cui com-
A paratur, A, & eiſdem regulis metitur, *l. eleganter in principio, vbi Bart. Bald. & Caſtr. ff. de pignor. cum alleg. per Tiraq de retr. conſang.* §. 1. *gloſ.* 14. *num.* 2. *Decian. reſp.* 108. *num.* 15. *vol.* 3. *Rot. deciſ.* 662. *num.* 5. *par.* 1. *diuerſ. & Mantic. de tacit. lib.* 8. *tit.* 23. *num.* 1. requirit rem, pretium, & conſenſum copulatiuè, *ſ.* 1. *Inſtit. de empt. & vendit. gloſ. in l. pacta, ff. eodem, Bald. in l. in emenda, C. eodem, Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vend. quæſt.* 1. *num.* 4. & in terminis dationis in ſolutum ſentit expreſsè *Soccin. conſ.* 47. *num.* 7. *in fin. lib.* 2. *& fuit dictum in Romana domorum de Roncionibus* 17. *Iunij* 1615. *coram me*. Quorum aliquod hic non interuenit, nõ res, quia licèt mobilia plura fuerint traducta, & illata per Flaminium in domum, vt ex dicta memoria,
3 & teſtibus, tamen non apparet, quæ, qualia, & quanta fuerint, prout neceſſe eſt ad hoc, vt dici poſſit, illa fuiſſe in ſolutum tradita: cum res debeat eſſe certa, nec ſufficiat in genere conſtare, vt in terminis dationis in ſolu-
B tum pro dote, *Alba conſ.* 740. *num.* 16. *&* 17. B, &
4 faciunt quæ de deſcriptione mobilium per hæredem facienda in inuentario, quòd debeant eſſe clarè, & diſtinctè demonſtrata, tradunt *Doct. in l. fin.* §. *ſin autem dubius,*

bius,C. de iur. delib. Franc. de Porcel. in tract. de inuentar. cap. 3. ſub num. 1. et fuit dictum in Rom. fructuum dotis 2. Aprilis præteriti corã R.P.D. meo Dunozetto. Nec de pre-
5 tio cōſtat, cum non fuerit æſtimata, nec per peritos, nec p partes, & ideo impoſſibile eſt, fuiſſe in ſolutũ aſſignatã, cum pretium debeat eſſe certum, *§. pretium, Inſtit. de empt. & vendit. Mantic. de tacit. &c. lib. 4. tit. 19. num. 15.* & in terminis dationis in ſolutum, *Ancbar. Regien. quæſt. famil. 28. num. 3. lib. 1. Surd. conſ. 225. num. 9. in fin. vol. 2. & fuit dictum in dicta Romana de Roncio-*
6 *nibus coram me*. Tandem non conſtat de conſenſu, quòd videlicet fuerint tradita, & recepta animo, & ex cauſa diſſoluen. obligationem contractam, neque id probatur ex teſtibus, qui nullum verbum de hoc faciunt: neque ex dicta memoria Simonis, tùm quia hoc in ea non legitur: tùm quia totum contrarium potiùs ex eius lectura reſultare videtur, dum dicitur, quòd nunquam ſibi fuit conſignata dos promiſſa; tùm quia ſi dicta mobilia fuiſſent pro dote conſignata, id dictus Simon adnotaſſet, prout adnotauit circa pretium officij Militis Pij, de quo ſupra huiuſmodi mentionem fecit, quòd illius pretium
7 habuit ad computum dotis. Nec vis fieri poteſt in illa dictione, *anco*, & alijs pro Aurelia ponderatis, quia tanquam dictiones implicatiuæ aptæ quidem ſunt ad demonſtrandum, quòd eodem modo ſunt vera, quæ in poſterioribus capitulis adnotata reperiuntur, prout ſunt illa, quæ ſunt adnotata in prioribus capitulis, ſed nullo modo trahi poſſunt ad ſenſum, quem informantes pro dicta Aurelia prætendunt, quòd ſcilicet repetant omnes qualitates, & circumſtantias in ſuperioribus capitulis expreſſas. Memoria autem dd. mobilium fuit facta à dicto Simone pro recognitione bonæ fidei, & à viro bonæ conſcientiæ, ne vllo vnquam tempore dubitari poſſet, quòd omnia mobilia in domo per cum conducta exiſtentia eſſent propria, quia aliqua erant Flaminij ſoceri, alia verò communiter empta. Nec etiã
8 conſtare dici poteſt de aliqua traditione, cum dicta mobilia non fuerint illata in domum Simonis ſeorſum habitantis, ſed communiter per eos inhabitatam, & ad communem, & promiſcuum vſum, & non magis Simonis, quàm Flaminij, licèt Flaminius pro ſui volũtate in quo-
9 dam cubili ſe retraxiſſet, vt ſuo modo viueret, non tamen excluditur quædam communio victus, & habitationis. Non obſtat legatum ſcutorum 500. factum per Simonem Aureliæ vxori, vltra dotem ſibi aſſignatam,
10 quia non eſt nouum, vt illud verbum, *aſſignatam*, diuerſimodè intelligatur, & pro alio ponatur *iux. gloſ. et Bart. in l. eas cauſas, in verb. ius verò, ff. de cond & demon.* Et ideo DD. vtraque parte informante ſteterunt in deciſis, &c.

ANNOTATIO.

A Limita in materia correctoria, in qua non fit extenſio da
11 venditione ad dationem in ſolutum, vt poſt *Speculat. & alios tradit Veg. conſil. 2. num. 49. & 50. & fuit dictum in Leodien. pactorum dotalium 6. Nouembris 1620. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori*.

B *Gratian. diſcept forenſ. cap. 519. num. 67.* vbi quòd ratione incertitudinis per dationem in ſolutum non transfertur dominium, vel poſſeſſio in acquirentem, nec amittitur per dantem, adeò quod fructus interim per creditores percepti computari debeant in ſortem.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Colonien. Sponſalium.

Lunæ 14. Ianuarij 1619.

ARGVMENTVM.

Promittens cum iuramento, aliam, quàm nominatam, in vxorem non ducere, an poſſit cum alia matrimonium contrahere.

SVMMARIVM.

1 *Promittens nullam aliam ducere in vxorem quàm N. an teneatur ſtare promiſſis; & quomodo inducatur talis obligatio.*
2 *Promiſſio non contrahendi matrimonium cum alia, an ſit reciproca: & an tranſeat in ſponſalia de præterito, vel de futuro, pura, aut conditionalia, remiſſiuè.*
3 *Promiſſio non ducendi aliam in vxorem, tranſit in pactum per expreſſam acceptationem, & ratificationem mulieris. num. 4.*
4 *Promittentis perſeuerantia in eodem conſenſu præſumitur, niſi de contrario doceatur.*
5 *Pactum alias nudum producit actionem, & indubitatè, vbi eſt iuramento veſtitum.*
6 *Matrimonium cum alia non contrahere promittens, tenetur ſtare huic promiſſioni à parte etiam ſimpliciter, & abſque repromiſſione acceptatæ.*
7 Promitto, *verbum in inſtrumento appoſitum continet ſtipulationem.*
8 *Stipulatio cenſetur interueniſſe eo modo, quo debuit pro actus validitate.*
9 *Actio ex ſtipulatu competit parti abſenti, pro qua Notarius ſtipulatus fuit.*
10 *Promiſſio cum iuramento etiam ſi ſolius pollicitationis vim habeat, oritur tamen ex ea obligatio efficax ad agendum.*
11 *Iuramentum ſupplet præſentiam partis, & validat promiſſionem abſentis factam, ita vt illi ius acquiratur.*
12 *Iudicis prohibitio iuſta cauſa veſtita arctat.*
13 *Conſuetudo eſt probanda in ſpecie, nec trahitur de vno ad alium caſum.*
14 *Promiſſio præſumitur obligatoria, nec eſt creden. partibus aſſerentibus ſe ioco, nec animo ſe obligandi promiſiſſe.*
16 *Periurijs, & ne iuramenta propria auctoritate diſſoluantur, aut ſinè aliqua cauſa ſpernantur, eſt præcludenda via.*

DECISIO CCCLXXIII.

FACTA per Cornelium cum iuramento præciſa, & ſtrictiſſima promiſſione Eliſabethæ Domicellæ ſui iuris de non cõtrahendo matrimonium cum alia, vt in inſtrumento, de quo infra, cum deinde ipſe vellet ſe matri-
1 monio cum alia coniungere, & ad ſolitas denunciationes iuxta præſcriptum Sac. Conc. Trident. procedere: & per Ordinarium ad dictæ Eliſabethæ inſtantiam fuiſſet Curato, coram quo matrimonium erat celebran. inhibitum, cauſaque in Rota commiſſa. Dubitaui, an d. Cornelius poſſit cum alia matrimonium contrahere; & per DD. fuit vnanimiter reſponſum, quòd non. Nam ex lectura inſtrumenti pro parte d. Eliſabethæ dati apparet, dictum Corneliũ cum præſentia, conſenſu, & voluntate parentum, ac interuentu duorũ fidiſſimorum amicorum, à quibus conſultus fuit, ad hoc ſpecialiter

liter adhibitorum, & coram dicto Officiali, ſeu Vica-
rio præuia narratiua diutinæ, & honeſtæ conuerſatio-
nis habitæ cum eadem Eliſabetha, ac promiſſionis illi
factæ, ſe obligaſſe, nullam aliam, quàm ipſam directè, vel
indirectè in matrimonium ducere, nec quidquam, quod
in præiudicium huiuſmodi contractus matrimonialis
tendere poſſit, per ſe, vel per alium ſuo nomine, ſiuè
Coloniæ, vbi inſtrumentum celebratum fuit, ſiuè apud
ſuam Sanctitatem Romæ, aut vbiuis locorum facere,
proponere. Hæc ſunt verba inſtrumenti. Vnde quid-
2 quid ſit, an huiuſmodi promiſſio fuerit reciproca, & an
tranſierit in ſponſalia de præſenti, vel de futuro, ſiuè
pura, ſiuè conditionalia ad *Gloſ. & Doct. in cap. ex par-
te, de ſponſal. & latè per Sanchez de matrimon. lib. 1. di-
ſput.* 19. *num.* 3. *Guttier. can. quæſt. lib.* 1. *cap.* 21. *per
tot.* indubitatum DD. viſum fuit, ex dicta promiſſione,
quæſitum fuiſſe Eliſabethæ ius prohibendi Cornelio, ne
cum alia contrahat, ſiuè illa tranſierit in pactum per
3 expreſſam acceptationem, & ratificationem eiuſdem,
mulieris infra decem dies mediante alio publico inſtru-
mento ſubſecutam, *Surd. conſ.* 357. *num.* 23. præſumi-
4 tur enim perſeuerantia Cornelij in eodem conſenſu, ni-
ſi de contrario doceatur *Alexand. conſil.* 146. *num.* 14.
lib. 5. *idem Surd conſ* 364. *num.* 4. quæ perſeuerantia,
reſultat etiam ex epiſtolis Cornelij ad Eliſabetham in-
tra dictum tempus tranſmiſſis, continentibus continua-
5 tionem voluntatis; & proinde huiuſmodi pactum, aliàs
etiam nudum producit actionem, *cap.* 1. *vbi omnes, de
pact.* latè *Couarr. in cap.* 2. *in ſecunda par.* 1. *relect.* §. 4.
num. 14. *eodem tit. in ſexto*, & indubitatè iuramento ve-
ſtitum, idem *Couarr. ibidem num.* 15. *verſ. & præcipuè,
cum cumulatis per Guttier. de iur. confirm. par.* 1. *cap.* 39.
6 *num.* 1. *&* 2. & in ſpecie noſtra, quòd promittens tenea-
tur ſtare huic promiſſioni à parte ſimpliciter abſque,
repromiſſione acceptatæ, *Martin. Bonacin. in tract. de
magn. matrimon. ſacram. quæſt.* 1. *punct.* 1. *num.* 14.
7 Siuè dicta promiſſio contineat ſtipulationem, ex verbo,
promiſit, à notario prolato, *Bart. & alij communiter in,
l.* 1. *C. de vſur. l. ſecundum* 30. *ff. de verb. obligat. & In-
ſtit. eodem tit. in princip.* & licet Eliſabetha eſſet abſens,
8 tamen cum Notarius eſſet præſens, ſtipulatio cenſetur
interueniſſe eo modo, quo debuit pro actus validitate,
Ruin. conſil 190. *num.* 10. *verſic. nec obſtat. lib.* 1. *Card.*
9 *Seraphin. deciſ.* 472. *num.* 2. & ſic ipſi ex ſtipulato actio
competeret, *Inſtit. de verbor. obligat. in princip. cum,*
10 *concord.* Siuè illa demum ſolius pollicitationis vim,
habuerit, virtute tamen dicti inſtrumenti orta eſſet ex
ea obligatio efficax ad agendum, *Couarr. d.* §. 4. *num.*
16. ſaltem de iure Canonico, *Guttier. dicto tract. par.* 1.
11 *cap.* 8. *num.* 4. iuramentum namque ſupplet præſentiam
partis, & validat promiſſionem abſenti factam, ita vt
illi ius acquiratur, *gloſ. in cap. quoties cordis oculus* 1. *quæſt.*
7. *Butr. & Imol. in cap. cum contingat, de iure iur. cum,
adductis per Alexand. in l. ſtipulatio iſta*, §. *alteri, num.*
7. *& ſeq. ff. de verbor. obligat. Natt. conſil.* 506. *num.* 17.
Roland. conſil. 19. *num.* 29. *volum.* 1. *Surd. deciſ.* 10. *num.*
14. *in fin. & num.* 15. *Cardinal. Seraphin. deciſ.* 1189.
num. 11. eoque magis accedente iudiciali auctoritate, &
decreto Ordinarij, qui præuia matura cauſæ cognitione
iniunxit Cornelio, vt promiſſa obſeruaret, & manda-
tum contra ipſum pro pœnis, & alijs in dicto inſtrumen-
12 to contentis relaxauit, quæ Iudicis prohibitio à con-
ſenſu dicti Cornelij, parentum, & conſultorum, & ſic
à iuſta cauſa veſtita abſque dubio arctat iuxta not. *in,
l. filius familiàs*, §. *diui, vbi Bart. in fin. Bald. num.* 3.
Caſtren. num. 6. *Alexand. num.* 20. *Rip. num.* 117. *de le-
gat.* 1. Non obſtat, quòd huiuſmodi promiſſio non ſit
obligatoria, ſecundùm conſuetudinem Regionis, nam,
teſtes Cornelij nihil probant, vt ex eorum lectura, ſed
deponunt aliqui de fama, & nõ formiter per verba, *fuit,
& eſt*: aliqui verò iudicant, nec concludunt in ſpecie,
& indiuiduo caſus iurati, & per inſtrumentum publicũ
cum auctoritate Iudicis, & cum expreſſa renunciatione
13 omnium in contrarium facientium; & tamen conſuetu-
do eſt probanda in ſpecie, nec trahitur de vno ad alium
caſum, *ad vulg. conſil. Oldrad.* 237. *num* 3. *in fin. Felin in
cap. auditis, num.* 14. *& ſeq. de præſcript. Natt. conſil.* 554.
num. 26. *Roland. conſil.* 80. *num.* 10. *volum.* 1. *cum alijs*
A *per Surd. conſil.* 74. *num.* 13. A, & præſumptio eſt etiam
14 in contrarium, quia non eſt credendum partibus aſſe-
rentibus, ſe ioco, nec animo ſe obligandi, aut adimplen-
di promiſiſſe, *cap. tua nos, de ſponſal. Sanchez de matri-
mon. lib.* 1. *diſput.* 9. *dub.* 3. *num.* 13. *& latè diſputat.* 15.
num. 9. *cum ſequentib. lib.* 3. *& fuit dictum coram,
me in illa* Colimbrien. *matrimonij* 14. *Decembris* 1615.
15 Ad prædicta tantò magis mouebantur DD. ne aperia-
tur via periurijs, & iuramentum propria auctorita-
te, & ſinè aliqua cauſa ſpernendi, ad *not. in cap. ad au-
dientiam, quod met. cauſ. Afflict. deciſ.* 322. *num.* 25. *Me-
noch. conſil.* 24. *num.* 25. & quia etiam agitur de graui
præiudicio Virginis honeſtiſſimæ, & nobilis, quæ diſ-
ficilè poſſet alium virum ſibi æqualem inuenire, vt
deponunt teſtes pro ea examinati *in ſummario ipſius
num.* 3. *& ſequen.* Quia verò pro parte Cornelij im-
pugnabatur fides dicti inſtrumẽti ex pluribus, ideo DD.
reſoluerunt vt ſupra, Cornelium non poſſe cum alia,
contrahere, cum præſuppoſito, quòd illud ſit in forma
probanti, de quo, ſi opus erit, aliàs videbitur.
Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 6. *num.* 5. *de preben* Cardinal *Man-
tic. deciſ.* 10. *num* 10. *Rot. deciſ.* 172. *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ.
Gregor. XV. deciſ* 41. *num.* 6 *&* 162 *num* 2. *Cardinal.
Caualer deciſ.* 637. *num.* 3. *latè Mareſcott. variar. reſolut.
lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 5. *& ſeqq.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Aretina Cappellaniæ.

Mercurij 16. Ianuarij 1619.

ARGVMENTVM.

Tranſactio inita ſub conditione aliquid ſoluen-
di, obtento priùs beneplacito Apoſtolico,
cum clauſula, *& non aliàs, &c.* litem non,
extinguit, ſi ſolutio fiat, non impetrato be-
neplacito huiuſmodi, etiam ſi illud neceſſa-
rium non fuiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, & non aliter, nec alio modo, *adiecta in tran-
ſactione conditionali ſi fuerit à Sede Apoſtolica approbata,
facit deficere conſenſum partium, ita vt nihil egiſſe vi-
deantur, ſi Papæ conſenſus non acceſſerit.*
2 *Conditionis defectus rectè deducitur ex curſu tanti tem-
poris, infra quod poterat impleri.*
3 *Lis non extinguitur per tranſactionem conditionalem.*
4 *Procurator poteſt principali nomine agere.*
5 *Deponere non eſt ſoluere.*
6 *Procurator non poteſt aliquid agere contra conuentionem*

per dominum factam.
7 *Mandatum generale non comprehendit, vt procurator agere poſsit contra geſta per dominum.*
8 *Procurator exigens contra formam mandati domino non præiudicat.*
9 *Scire non præſumitur dominus ea, quæ procurator principali nomine geſsit.*
10 *Dominus vt cenſeatur à procuratore veriſimiliter certioratus, plura debent concurrere.*
11 *Confeſsiones de recepto factæ a non habente ſpeciale mandatum ad confiten. non probant ſolutiones contra dominum.*
12 *Contractus ſub conditione beneplaciti Apoſtolici obtinen. celebratus, dicitur conditionalis, etiam ſi huiuſmodi beneplacitum non fuerit neceſſarium, & num. 17.*
13 *Beneficij pro conſtitutione an poſsit aliquid ſolui.*
14 *Tranſactio conditionalis executa, non adimpletis conditionibus in ea appoſitis, non facit, vt dicatur diſceſſum ab eis: quinimò videtur executa ſub ſpe implementi.*
15 *Calumniam qualibet probabilis cauſa excuſat, & ſufficit iuſtificatio litis de facto.*
16 *Beneplacitum Apoſtolicum in contractu ſimpliciter reſeruatum intelligitur, quatenus ſit neceſſarium.*

DECISIO CCCLXXIV.

NON fuit dubitatum per DD. de non
iure Marcelli, qui nititur gratiæ, ſi
neutri: cum vltra propriam confeſſio-
nem ſui non iuris, quam Rota ad hunc
effectum paſſim admittit, præcedat re-
ſolutio facta 18. Maij 1616. quòd non
conſtabat de iurepatronatus ex funda-
tione, & dotatione huius Cappellaniæ, ſuper quo ſe
fundabat Marcellus ad iuſtificandam aliam gratiam, ſeu
mandatum de prouidendo in forma, dignum. Sed dif-
ficultas conſiſtebat in non iure Vincentij aduerſarij ab
Ordinario prouiſi, cuius collatio dicebatur nulla tan-
quam de litigioſa. Et licèt DD. ſub die 9. Februarij
præteriti exiſtimauerint, litem fuiſſe extinctam, & ſic
collationem validam: ab hac tamen reſolutione hodie
receſſerunt, tenentes idcircò, conſtare etiam de non
iure Vincentij. Nam quòd lis non fuerit extincta per
tranſactionem, (prout firmatum fuit in dicta vltima de-
ciſione) patere dixerunt DD. quia dicta tranſactio, in
qua Marcellus ceſſit iura ſua Camillo collitiganti, fuit
facta ſub conditione, quòd Camillus teneretur ſoluere
Marcello ſcut. 55. pro expenſis in cauſa factis, obtenta
tamen priùs à Sede Apoſtolica approbatione ſupradictæ
renunciationis cum conditione prædicta factæ, ipſius
Camilli ſumptibus impetranda, adiecta clauſula, *& non*
1 *aliter, nec alio modo*, ſæpiùs etiam repetita, quæ facit de-
ficere conſenſum partium, itaut nihil egiſſe videantur,
ſi Principis conſenſus non acceſſerit, *Curt. ſen. conſ.* 8.
col. 2. *circa med. Cephal. conſ.* 118. *col.* 3. *num.* 14. *in princ.*
Card. Seraph. deciſ. 838. *num.* 3. & 4. Non ſolùm autem
2 neutra ex illis impleta oſtenditur, ſed vtraque defecta
videtur ex curſu ſexennij, intra quod ambæ impleri po-
terant, *l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te, & l. ita ſtipulatus,*
verſ. Sabinus, ff. de verb. oblig. & in terminis beneplaciti
Principis, *Rol. conſ.* 63. *num.* 48. *verſ. ad ſecundum, lib.* 4.
Cephal. d. conſil. 118. *num.* 16. Et conſequenter dicta
3 tranſactio conditionalis non extinxit litem, *Lancell. de*
attent. lit. pend. par. 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 256. refe-
rens, ita reſolutum fuiſſe *in vna Barchinonen Canonicatus*
& præben. Reſponſiones verò datæ in deciſione ceſſant
ex facto. Nam ex inſtrumento celebrato *ſub die* 10. *Fe-*
bruarij 1606. *in ſummario Vincentij num.* 1. non pro-
batur prætenſa ſolutio, quia in eo tantùm Coſmus pri-
mus depoſitarius in tranſactione deputatus ſummam
penes ſe depoſitam ſoluit Camillo cum præſeptia, licen-
tia, & cõſenſu Franciſci de Raſis ipſius Marcelli procu-
4 ratoris, cui tamen non procuratorio, ſed proprio reci-
pienti nomine, quod attenditur *l.* 1. *vbi Bald. ff. de offic.*
conſ. Sard. conſ. 183. *num.* 42. & tanquam depoſitario
idem Camillus dictas pecunias ſoluit, repetitis eiſdem
conditionibus, ſub quibus tàm Coſmus, quàm ipſe illas
receperant, quas etiam dictus Franciſcus in alio inſtru-
mento, de quo infra, celebrato die 6. Aprilis 1607. ſub
eiſdem nomine, & conditionibus expreſsè recepit, vt
in ſummario poſitionis 9. *Februarij præteriti. num.* 3. &
ſic ſolùm fuit mutatus depoſitarius; deponere autem
5 non eſt ſoluere *l. item libertas, §.* 1. *ff. quibus mod. pign.*
Bart. in l. ſolutam, ff. de ſolut. Rot. deciſ. 623. *num.* 2.
par. 1. *diuerſ.* Vndè nec etiam potuiſſet idem Franciſcus
procurator Marcelli recipere ſolutionem, non obtento
6 dicto beneplacito iuxta conuentionem expreſſam in di-
cta tranſactione, & ſic non impleta conditione, ſinè qua
nec Camillus, nec Marcellus contrahere voluerunt, *l. ſi*
hominem, ff. mand. vbi not. Bart. Bald. Alberic. & Salyc.
idem *Bart. in l. ambitioſa num.* 11. *ff. de decr. ab Ord. fa-*
cien. Bald. in l præſes num. 4. *in fin. C. de tranſact. Alex.*
in l. qui Romæ, §. Callimachus num. 7. *in fin. verſ. debi-*
7 *tum autem, ff. de verb oblig.* Nec enim mandatum gene-
rale comprehendit, vt procurator agere poſſit contra
geſta per dominum, *Creſcen. deciſ.* 94. *alias* 4. *num.* 4. *de*
8 *ſent. & re iudic.* Et ideo per huiuſmodi exactionem con-
tra formam mandati nihil fuit præiudicatum Marcello,
l. item eorum, §. ſed ita, vbi *Bart. ff. quod cuiuſque vniu.*
nom. cap. Piſanis, vbi *Abb. de reſtit. ſpol. cum alijs per*
Strach. de mercat. in tit. de mand. num. 9. Ex quibus
9 etiam tollitur præſumptio ſcientiæ Marcelli *iux. conſ.*
Rom. 481. *num.* 8. Maximè quia (vt dictum eſt) actus
non fuit geſtus procuratorio nomine, ſed proprio, &
10 plura debent concurrere, vt ſit veriſimilis certioratio
domini, *Rota deciſ.* 396. *num.* 3. *par.* 1. & 131. *num.* 7.
par. 2. *diuerſ.* Prætenſæ verò ſolutiones ſcut. 55. videli-
cet in vna manu Equ. Franciſco fratri Marcelli, & 30.
in alia cuidam Monaco aſſerto d. Marcelli creditori
11 non probantur per confeſſionem d. Equ. Franciſci nul-
lum habentis mandatum à Marcello, quod etiam de-
buiſſet eſſe ſpeciale ad confitendũ *Bart. in l.* 2. *§. in mutui*
autem, num. 6. *ff. ſi cert. petat. & in l. non abſtulit, per il-*
lum tex. C. de nouat. Soccin. conſ. 3. *num.* 6. *lib.* 1. *Capic.*
deciſ 16. *num.* 7. *Card. Seraph. deciſ.* 987. *num.* 5. De
quo etiam iam dubitauit *Rota ſub die* 19. *Iunij* 1617.
dum ordinauit, vt coadiuuaretur probatio mandati.
Et ex his ceſſat etiam reſponſio, quòd per dictam ſolu-
tionem, & receptionem videbatur hinc inde receſſum à
conditione beneplaciti Apoſtolici impetrandi. Nec
ſubſiſtit quoque, beneplacitum non fuiſſe neceſſarium,
quia Camillus poterat ad redimẽdas vexationes ſolue-
re expenſas, & Marcellus recipere ſinè labe Simoniæ.
Nam neutra partium voluit pro tranquillitate con-
ſcientiæ, & validitate contractus aliter, quàm ſub illa
forma reſeruationis beneplaciti contrahere, vt per il-
lam clauſulam, *non aliter, nec alio modo*, geminatam
conſenſus abdicatiuam, vt ſupra dictum eſt. Et ideo
12 contractus fuit conditionalis, etiam ſi beneplacitum
A non fuiſſet neceſſarium, A, *Pariſ. conſ.* 19. *num.* 18.
lib. 2. *Roland. conſ.* 63. *num.* 13. *lib.* 4. Nec de redimen-
dis vexationibus fuit dictum in tranſactione, ſed ceſſio
13 fuit facta ad fauorem Camilli, qui videtur egiſſe de iure
Marcelli conſequendo, *ad trad. per Butr. in cap. dilectus,*
num. 3. & 5. & ibi *Abb. de ſimon.* latè *Rebuff. in praxi*
in tit. de ſimon. in reſign. num. 17. & *ſequentib.* & materia

eſt

Digitized by Google

eſt periculoſa ſinè beneplacito Apoſtolico, vt fuit di-
ctum *in Vlixbonen. Prioratus* 14. *Martij* 1611. *coram*
Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno. Et quamuis poſſit li-
citè dari, tamen non poteſt licitè recipi, *Oſt. in d. cap.*
dilectus, Summ. Ang. in verbo Simonia, in 2. num. 10. *&*
ſeqq. Similiter non ſubſiſtit, quòd per dimiſſionem poſ-
ſeſsionis dicti Marcelli, & pacificam poſſeſsionem Ca-
14 milli hodie deductam vſque ad obitum dicatur diſceſ-
ſum à dd. conditionibus. Nam imò videtur proceſſum
ad traditionem ſub ſpe implementi, *l. ſi ego, §. 1. ff. de*
iur. dot. l. ſi ſub conditione, vbi *Bart. num.* 9. *&* 10. &
poſt eum *Ang. & Imol. ff. de ſolut. Bald. in l. contractus,*
num. 28. *verſ.* 2. *quaeritur. C. de fid. inſtr. Bologn. ad conſ.*
Anan. 19. *num.* 12. & ſenſit *Rota in Romana domorum*
in Burgo 8. *Februarij* 1616. *coram R. P. D. meo Vbaldo*.
Aliud autem fundamentum reſolutionis, videlicet, litis
calumnioſæ, viſum fuit Dominis non ſubſiſtere: cum
non appareat, fuiſſe notoriè calumnioſam, & quælibet
15 probabilis cauſa excludit calumniam litis, *vt fuit di-*
ctum in Conchen. Archipresbyteratus 19. *Ianuarij* 1598.
coram Litta, in Gerunden. Canonicatus 14. *Maij* 1601.
coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio, in Firmana
Altaris 30. *Ianuarij* 1614. *& in Cathanien. quartae portio-*
B *nis prima Iunij* 1615. *coram R. P. D. meo Dunozet.* B.
Et ſufficit iuſtificatio litis de facto, *vt in Bracharen. be-*
neficij 28. *Nouembris* 1603. *& in Toletana Archipresbyte-*
ratus 24. *Ianuarij eiuſdem anni coram eodem Illuſtriſſimo*
D. Bononien. & in alijs pluribus.
Ex quibus fuit receſſum à deciſis vtraque parte informan-
te, &c.

ANNOTATIO.

A Regulariter beneplacitum Apoſtolicum in cōtractu ſim-
16 pliciter reſeruatum intelligitur, quatenus illud ſit neceſſa-
rium, *Gabr. conſil.* 92. *num.* 7. *lib.* 1. *Put. deciſ.* 44. *in fin.*
lib. 2. *in nou. Cardinal. Seraphin. deciſ.* 1027. *num* 7. *& de-*
ciſ 1319. *num* 2. *Rot diuerſ deciſ* 519. *num* 3. *verſ. mi-*
nus facit, par. 1. *& in recent. deciſ* 404. *num.* 6. *part.* 2.
17 vbi tamen reſeruatio eſt facta cum clauſula, *Non alias, ali-*
ter, nec alio modo. beneplacitum debet obtineri, etiam ſi
de iure alioquin neceſſarium non foret, vt firmatur in hac
deciſione, & præter allegatos in ea, *Gregor. XV. deciſ.*
192. *num.* 1. *& ibi Adden* qui hanc deciſionem, & alias
allegat *num.* 3. *& fuit dictum in Fapien bonorum* 12. *Maij*
1628 *coram Reuerendiſſimo Domino Coccino Decano*, licet
contrarium probare conetur *Gabr. conſil.* 82. *num.* 19.
& ſequentibus lib. 2. & facit, quia clauſula prædicta,
Non alias, nec aliter, &c. operatur, vt ad vnguem ſit ob-
ſeruandus modus in contractu præſcriptus, & importat
formam, *Roland. conſil.* 63. *num* 24. *lib.* 2. *Oſaſch. deciſ.*
167. *num.* 13. *Rot deciſ.* 650 *in fin part.* 1. *diuerſ. Sera-*
phin deciſ 420 *num.* 6. *& fuit dictum in Auenionen. do-*
nationis 29. *Aprilis* 1619. *coram bon. mem. Patriarcha*
Mancando. & ideo niſi interueniat huiuſmodi benepla-
citum, contractus corruit ex defectu conſenſus, qui cen-
ſetur deficere eo ipſo, quòd deficit beneplacitum conſen-
ſui correſpectiuum, *Aym. conſil.* 461. *num.* 29. *in fin Rot.*
deciſ. 428. *num.* 6. *&* 7. *part.* 1. *recent.* & in terminis bene-
placiti Apoſtolici in *Treueren. bonorum* 15. *Martij* 1621.
coram bon. mem. Archiepiſcopo Seleucien.
B *Gregor. XV. deciſ.* 125. *num.* 5. *& deciſ* 426. *num* 8. *vbi*
Beltramin. qui ſequitur hanc deciſionem num. 11. *& infra*
coram Domino meo deciſ. 935. *num.* 11.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana Domorum, & lauatorij.

Mercurij 16. Ianuarij 1619.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio inſtumentalis, & ſemiplenè probata ſufficit ad effectum manutentionis, quæ datur antiquiori poſſeſſori, non obſtante iuniori per iudicem nulliter alteri tradita. Clauſula, *ſinè praeiudicio*, intelligitur præterquàm quo ad expreſſa, & alia, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

2 *Manutentio conceditur, vbi conſtat de poſſeſſione etiam inſtrumentali.*
2 *Poſſeſſio adminiculatur ex expenſis factis, quas veriſimiliter quis non feciſſet, niſi fuiſſet in poſſeſsione, quia iactare ſuum nemo præſumitur.*
3 *Manutentionis iudicium non requirit exactā, ſed admittit ſemiplenā probationē. Huiuſmodi tamen probatio eſſe debet in ſuo genere ita concludens, vt inducat iudicem in credulitatem indubitatam, num.* 13.
4 *Poſſeſsio recentior præſumitur clandeſtina, & turbatiua.*
5 *Poſſeſsio capta vigore mandati Iudicis, poſſeſſoribus anterioribus non citatis, eſt nulla.*
6 *Poſſeſsio nulliter capta non impedit manutentionem in concurſu cum poſſeſsione iuſta alterius.*
7 *Confeſsio præiudicialis in poſſeſſorio nocet etiam hæredibus, & ſucceſſoribus.*
8 Clauſula, ſinè præiudicio, *intelligitur præter quàm quo ad expreſſa.*
9 *Poſſeſsionis cauſa mutari nō poteſt, vbi poſſeſſio eſt penès aliū.*
10 *Taciturnitas decennij an præiudicet poſſeſſori.*
11 *Poſſeſsio non amittitur, nec animus non poſsidendi deducitur etiam ex curſu tēporis, propter impedimenta præſtita.*
12 *Poſsidere eandem rem plures poſſunt diuerſis reſpectibus.*

DECISIO CCCLXXV.

DOMINO Laurentio, & litis con-
ſortibus dandum eſſe mandatum de
1 manutenendo dixerunt DD. in poſſeſ-
ſione domorum in viridario, ſeu ſco-
perto ad vſum lauatorij aliàs ſpectan.
ad q. Cinthium debitorem, de qua
conſtare viſum fuit ex inſtrumento il-
lius adeptionis de anno 1600. vigore mandati Iudicis,
vt in ſummario num. 1. quod probat *l.* 1. *§. ſi iuſſerim*
ad l. quod meo, §. ſi venditore, ff. de acq. poſſ. Bart. in l.
prædia, num. 1. *ff. eodem, Put. deciſ.* 350. *num.* 3. *&* 4. *lib.*
1. *in nouis, Rot. in Romana Palatij de Ruſticutijs* 13.
Nouembris 1615. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano in-*
ter impreſſ. in recent. deciſ. 761. *num.* 1. *part.* 2. & in ſpe-
cie ad effectum manutentionis *fuit dictum in d. Roma-*
na Palatij, & in Bononien. de Mangiolis 14. *Nouembris*
1607. *coram eodem D. meo Decano*. Quæ poſſeſſio admi-
2 niculatur etiam ex partitis expenſarum per eos facta-
rum in reaptione dicti lauatorij datis *in eodem ſumma-*
rio num. 2. quas quidem expenſas veriſimiliter ipſi non
feciſſent, niſi fuiſſent in poſſeſſione: nec eſt enim præ-
ſumendum, quòd voluerint iactare ſuum, *ad l. cum de in-*
3 *debito, ff. de probat.* & in hoc ſummariſſimo exacta non
A requiritur probatio, ſed ſufficit ſemiplena A, *Put. de-*
ciſ. 61. *in fin. lib.* 3. *& fuit dictum in Valentina decima-*
rum

rum 11. Februarij 1608. coram Reuerendiſſimo Lugdunen.
& in Romana penſionis domus 29. Nouembris præteriti co-
ram me, & aliàs ſæpè. Non obſtat poſſeſſio capta del
1600. per filios, & hæredes Delicorij, & Syluiam eorum
matrem; quia illa tanquam recentior præſumitur clan-
4 deſtina, & turbatiua, cap. licèt cauſam, de probat. Ang in
l. 1. C. vti poſſid. Rot. deciſ 27. num. 7. part. 1. & deciſ.
19. num. 1. part. 2. diuerſ. & in recent. deciſ. 106. 555.
& 600. vbique num. 1. part. 1. Et licèt capta fuerit vi-
gore alterius mandati Iudicis per eos obtenti de rein-
tegrando; tamen cum non fuerint citati d. D. Lauren-
5 tius, & litis conſortes iam ante immiſſi, prout require-
batur l. fin. C. ſi per vim, Iudex nulliter proceſſit, &
conſequenter illos non priuauit anteriori ipſorum poſ-
ſeſsione, Rot. deciſ. 802. num. 7. part. 1. diuerſ. & in re-
centior. d. deciſ. 106. & deciſ. 555. vtrobique num. 2. par.
1. cum alijs adductis in Mediolanen. beneficij 10. Martij
1614. coram R. P. D. meo Andrea, vndè poſſeſsio ſic nul-
6 liter capta non impedit manutentionem in concurſu
cum poſſeſsione iuſta alterius, Bart. in l. 1. §. fin num.
12. & ſeq. in l. ideo, num. 4. ff. vti poſſid. Menoch. de re-
tinen. remed. 3. num 715. & 717. in fin. verſ. quartus
eſt caſus. Præterea d. reintegratio conceſſa fuit dd. fi-
lijs ad poſſeſsionem tantùm, quam habebat Delicorius
eorum pater, qui tamen non poſſeſsionem, ſed ſimpli-
cem tenutam habebat dd. domorum, & lauatorij,
aliàs ſibi datam à d. q. Cinthio, vt conſtat ex propria d.
Delicorij confeſsione emiſſa in actu recognitionis in
dominum per eundem factæ ad fauorem bon. mem. Car-
dinalis Columnæ vti hæredis teſtamentarij d. Cinthij,
vt in d. ſummario num. 3. quæ confeſſio nocet etiam
7 eius hæredibus, & ſucceſſoribus, Bart. in l. ſi ſuperatus,
in princ. ff. de pignor. Ruin. conſ. 32. num. 6. lib. 1. Ro-
lan. conſ. 82. num. 4. lib. 2. cum alijs per Surd. conſ. 169.
num. 1. lib. 2. Nec quicquam facit clauſula, ſinè præiu-
8 dicio iurium ſibi quomodolibet competen. &c. quia vltra
B quòd intelligitur præter quam quo ad expreſſa B,
iux. vulg. conſ Oldrad. 330. in fin. eſt tantùm præſerua-
tiua iurium competen., idem Oldrad. conſ. 237. in fin. &
ſic nihil operatur quo ad poſſeſsionem, quam dictus cõ-
fitens non habebat, vt dixit Rota in Ferrarien. de Taſſo-
nis 26. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pamphilio in An-
conitana hæreditatis 11. Martij 1616. coram R. P. D. meo
Vbaldo, & in Romana domus de Cardellis 1. Decembris
1617. coram R. P. D. meo Cauaлerio. Non obſtat, quòd Syl-
uia vti legataria eiuſdem Cinthij eo mortuo præſuma-
9 tur ſibi mutaſſe cauſam poſſeſsionis. Tum quia cum
poſſeſsio eſſet iam capta per d. hæredem, & eius no-
mine retineretur per Delicorium, vt ſupra: ceſſat mu-
tatio poſſeſsionis, quæ non intrat, niſi ſtantibus termi-
nis habilibus, ſicque vbi poſſeſsio non eſt penès alium.
Tum quia d. legatum non eſt factum ipſi Syluiæ, ſed Ale-
xandro eius fratri, licèt cum onere dandi tertiam par-
tem d. Syluiæ, quæ propterea directè agere non poterat
cõtra bona hæreditaria, & multò minùs propria aucto-
ritate ſibi ex illis ſatisfacere: ſed experiri debebat cõtra
d. Alexandrum, vti ſibi dictam tertiam partem traderet.
Tandem non obſtat, quòd ex taciturnitate decennij per
10 dd. Laurentium, & litis conſortes videatur amiſſa
poſſeſsio, Bald. conſ. 20. num. 6. lib. 5. Curt. ſen. conſil.
24. num. 4. Quia ſubducto tempore, quo Odeſcalchus
immiſſus vigore Saluiani præſtitit illis impedimentum,
ceſſat decennalis negligentia, & animus non poſſi-
11 dendi, & per conſequens non dicitur amiſſa poſſeſsio
Rot. deciſ. 378. num. 3. part. 1. diuerſ. cum adductis in
Cuſentina penſionis 12. Februarij 1618. coram R. P. D.
meo Vbaldo, maximè poſſeſsio d. Odeſcalchi, cum eſſet
tantùm in vim Saluiani reſpectu fratrum, erat compa-
tibilis cum poſſeſſione d. Laurentij, & aliorum reſpectu
12 proprietatis, & quilibet diuerſis reſpectibus poſſidere
poterat, Doct. in cap. licèt cauſam, de probat. Bart. in l. ſi
duo, num. 4. ff. vti poſſid. Rip. in l. ait Prætor, §. ſi Iudex
num. 15. ff. de re iudic. Rot. deciſ. 363. num. 2. & 3. part.
1. diuerſ.

Ex quibus ita fuit reſolutum, ſolis dd. Laurentio, & litis
conſortibus informantibus.

ANNOTATIO.

A Licèt regulariter in poſſeſſorio ſummariſſimo manuten-
13 tionis ſufficiat teſtis vnicus, & probatio ſemiplena, vt
pluries fuit dictum in Rota, nihilominus huiuſmodi pro-
bationes in ſuo genere eſſe debent ita concludentes, vt
inducant Iudicem in credulitatem indubitatam; Socc. conſ.
98. num. 8. lib. 4. quem ſecuta eſt Rota in Gerunden. pa-
rochialis 3. Martij 1617. coram bon. mem. Andrea, in qua
allegatur alia deciſio in Placentina donationis 21. Aprilis
1569. coram Gipſio.

B Clauſula, ſinè præiudicio, ſemper intelligitur de ſepara-
tis ab actu, ſuper quo adijcitur præſeruatio, iuxta conſi-
lium Oldrad. quod pluries Rota approbauit, vt poſt Sera-
phin. deciſ. 756. num. 2. & 1445. num. 4. in recent. deciſ.
129. num. 6. part. 1. & fuit dictum in Romana de Maz-
zatoſtis 7. Maij 1618. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali
Veroſpio, & in Auenionen. donationis 22. Iunij 1622. co-
ram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in Romana
de Cincijs 1. Iulij 1624. coram R. P. D. Pirouano cum
alijs per Mart. de clauſul. part. 1. clauſul. 157. num. 3. &
8. Barboſ eod tract. in impreſſ Lugdunen. clauſ. 157. num.
5. & per tot. plura tradit de vi, & effectibus huius clauſulæ.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Conchen. decimarum de Torre el Monte.

Mercurij 23. Iannarij 1619.

ARGVMENTVM.

Sententia antiqua, licèt ſinè actis, probat, iun-
cta præſertim obſeruantia: & quando di-
catur antiqua. Examen factum poſt termi-
num in remiſſoria præſcriptum, quando ſu-
ſtineatur.

SVMMARIVM.

1 Sententia non ſuſpenſa per appellationem, vel reclamatio-
nem, & per lapſum longi temporis tranſit in iudicatum.
2 Sententia per diuturnam illius obſeruantiam cenſetur ne-
dum tacitè, ſed expreſsè approbata.
3 Sententia ob exceſſum 30. vel 40. annorum dicitur anti-
qua iuxta opinionem Rotæ.
4 Tempus 40. annorum in ſententia longiſsimũ appellatur.
5 Tempus antiquum quod dicatur in materia ſententiæ, Iu-
dicis arbitrio remittitur.
6 Sententia antiqua, licèt ſinè actis, habet præſumptionem
pro ſe, adeò vt aſſerenti non eſſe iuſtificatam ex actis,
incumbat onus probandi hanc negatiuam, & docendi de
integra productione proceſſus.
7 Obſeruantia per longum tempus facit præſumere omnia
iuſtificata.
8 Obſeruantia ſententiæ præſumatur ex ipſius titulo, &
cauſa.
9 Nullitas examinis ex defectu citationis ad viden. iurare
teſtes,

Digitized by Google

teſtes, quando eſt turbida ſanatur ſtante clauſula,
arbitrio.
10 *Terminus in remiſſoria præſcriptus non poteſt inchoare pendente controuerſia inter Iudices remiſſoriales ſuper loco loci, in quo conuenire debeant pro executione remiſſorialium.*
11 *Dilatio ſemel data cenſetur vnica, & eadem, licet poſtea plures prorogationes factæ fuerint.*
12 *Interrogatoriorum exhibitio inducit tacitum partis conſenſum examini teſtium abſque ipſius citatione facto.*
13 *Teſtes nulliter examinati faciunt adminiculum.*

DECISIO CCCLXXVI.

SENTENTIAM Rotalem ſuper iure
decimandi ad fauorem Didaci contra
Decanum, & Capitulum latam reſpõ-
derunt DD. eſſe confirman. eſt enim
ritè lata, quod nõ cõtrouertitur: rectè
etiam, quia fundata eſt ſuper ſenten-
tia Iudicis competentis de partibus,
lata ad fauorem Didaci ſenioris aui eiuſdem Didaci iu-
nioris contra d. Capitulum de anno 1516. declaratoria
immemorabilis, cum fama priuilegij ſuper iure perci-
1 piendi decimas in loco, de quo agitur; quæ ſententia,
nulla appellatione, vel reclamatione (quod appareat)
ſuſpenſa, vel propter tanti temporis lapſum tranſiuit in
iudicatum: imò per diuturnam illius obſeruantiam
2 vſque ad tempus litis, & ſic per annos 70. & vltra fuit
nedum tacitè, ſed expreſſè approbata, quæ obſeruan-
tia fuit plenè comprobata in reſolutione coram Reue-
rendiſſimo D. meo Decano 12. Ianuarij 1615. illius verò
releuantia in alia 28. Iunij 1617. Quæ reſolutiones ſuf-
ficiunt pro iuſtificatione dictæ ſententiæ, & in quibus
etiam abundè fuit ſatisfactum omnibus oppoſitionibus
aliàs, & hodie factis pro Capitulo. Et maximè quia à
dicta ſententia del 1516. effluxum eſt dictum ſpatium
annorum ſeptuaginta, vſque ad litem excluſiuè, & ſic
3 poteſt dici antiqua, ad quem effectum etiam exceſſus
tantùm triginta, vel quadraginta annorum ſufficit, ſe-
cundùm opinionem, quam ſequitur Rota, *vt in deciſioni-
bus Caſſad. 3. de procur. et Put. 328. lib. 2. in nouiſ. alleg. in
dicta deciſ. ſub die 28. Iunij Card. Seraph. deciſ. 580. num. 4.
et fuit dictum in Burgen. iuriſdictionis* 16. *Nouemb.* 1594.
coram Cardinali Mantica in impreſſ. deciſ. 296. *num.* 7. *in
Argentina illegitimitatis* 28. *Iunij* 1606. *coram Cardinali
Lancellotto, in Neapolitana Rectoria* 14. *Decembris* 1608.
coram Reuerendiſſimo Attrebaten. quæ eſt in nouiſſimè
A *impreſſ. deciſ.* 239. *num.* 5. *part.* 2. A, & tempus 40.
4 annorum longiſſimùm appellat in propoſito *Nicol. in
repetit. cap. quoniam contra, num.* 577. *de probat.* Et hoc
5 eſt arbitrarium Iudici *Curt. ſen. in l. admonendi, num.
252. in fin. ff. de iur. iur. Felin in d. cap. quoniam contra,
in 4. concluſ. num. 32. verſ. et non expedit, Aym. de antiq.
temp. part. 2. § 1. num. 37. Card. Seraphin. d. deciſ.
680. num. 4. et de magis communi Menoch. de arbitr. lib.
2. cent. 1. caſ. 4. num. 5. et præſ. 68. num. 18. in fin. lib.*
2. Pro quà ideò, etiam quòd non oſtendantur acta,
6 præſumitur *Curt. ſen. in d. l. admonendi, num. 250. et ibi
Iaſ. nu. 241. Soccin. in auth. ſi quis in aliquo, nu. 10. verſ.
et idem dicendum, C. de eden. Nicol. d. cap. quoniam contra,
num. 575. et num. 1242. Aym. d. part. 1. § 1. num. 36.
in fin. Card. Mantic. d. deciſ. 296. num.* 6. Adeò vt Ca-
pitulo dicenti, illam ex actis nõ eſſe iuſtificatam, incum-
bat onus probandi iſtam negatiuam, & docendi de in-
tegra productione proceſſus, *Rot. deciſ. 636. part. 1. di-
uerſ. cum alleg. in d. deciſ. 28. Iunij, et in Piſtorien. benefi-
cij 31. Maij 1617. coram me*, concurrente præſertim di-
7 cta obſeruantia vltra ſpatium 40. annorum, quæ facit
præſumere omnia iuſtificata, *Rot. deciſ. 534. num. 1. &
2. part. 1. diuerſ. Card. Seraph. deciſ. 643. num. 3. &
deciſ. 1432. num. 4. & in ſpecie Card. Mantic. deciſ. 304.
num. 1. verſ quia locum non habet.* Ea namque præſu-
8 mitur ex titulo, & cauſa ipſius ſententiæ, *Aym. conſ. 10.
num. 8. in fin. & num. 9.* Prætenſa autem nullitas exa-
minis teſtium coram Ordinario, ex defectu citationis ad
viden. illos iurare, fuit ſublata per tres deciſiones co-
ram eodem Reuerendiſſimo D. Decano, quarum prima
eſt ſub die 12. Nouembris 1610. in qua dictum examen
ſaluatur ſtante clauſula, *arbitrio*; aliæ verò duæ, vide-
licet 27. Iunij 1611. & 26. Martij 1612. tantò magis
ſuſtinent examen vigore arbitrij conceſſi, cum in om-
9 nem euentum prætenſa nullitas eſſet turbida, adeò vt
DD. etiã exiſtimauerint, dictum arbitrium iure merito
fuiſſe interpoſitum, & hodie etiam, ſi opus eſſet, inter-
poni debere, ex eiſdem rationibus, quibus ipſi aliàs moti
fuerunt. Nonobſtant prætenſæ nullitates examinis te-
ſtium remiſſorialium. Prima videlicet, quòd illud fuerit
10 factum poſt terminum datum in remiſſoria. Tùm
quia terminus duorum menſium in ea præſcriptus non
inchoauit, nec inchoare potuit, pendente controuerſia
inter Iudices remiſſoriales ſuper loco loci, in quo con-
uenire deberent pro executione dd. remiſſorialium,
qui locus fuit per Rotam de partium conſenſu deter-
minatus ſub die 1. Iunij 1605. *vt d. ſummario num.* 14.
durante enim huiuſmodi impedimento, terminus curre-
re non potuit, *Rot. deciſ. 2. in fin. de dilat. in nou.* Tùm
etiam, quia factæ fuerunt tres prorogationes parte ci-
tata, vt in calculo dato, qui ſatis iuſtificari viſus fuit ex
notula actorum *in ſummario Didaci num.* 11. Quibus
11 prorogationibus ſtantibus durabat prima dilatio, quæ
dicitur vnica, & eadem *Ang. in l. fin. verſ. forſan autem,
et ibi Caſtr. verſ. ſed vtrum Iudex, et Iaſ. verſ. notabili-
ter nota, ff. de fer. Gabr. de dilat. concl. 2. num.* 23. ita vt
etiam dd. prorogationes currere non inceperint, niſi poſt
ſublatum impedimentum, quemadmodum & ipſe ter-
minus prorogatus. Et ſic apparet, teſtes fuiſſe rece-
ptos intra legitimum tempus: qui etiam, demptis qua-
tuor, (vt infra) ſuſceperunt iuramentum parte citata,
& aliqui eorum eadem præſente, & nihil opponente,
vt d. ſummario num. 12. & omnes fuerunt examinati,
12 cum eiuſdem interrogatorijs, ex quibus reſultat tacitus
partis conſenſus, iuxta deciſionem *Put.* 300 *num. 2. lib. 3.
in nouis, quam paſſim Rota ſequitur.* Secunda verò nul-
litas defectus iuramenti ſubſiſtit tantùm reſpectu qua-
13 tuor teſtium, qui nihilominus poſſunt deſeruire pro
adminiculo *iuxt. not. per Doct. in cap. peruenit il primo
de teſtib. Card. Seraph. deciſ. 1154. num. 1. et nouiſſimè di-
ctum fuit coram me in illa Cephaluden. penſionis 10. Decem-
bris præteriti.* Alij verò octo legitimè iurarunt. Quòd
autem obſeruantia d. ſententiæ del 1516. probata ſit per
dd. teſtes tàm coram Ordinario, quàm in vim remiſſo-
riæ examinatos, viſum fuit DD. eſſe clariſſimum, *vt ex
ſummario illorum dato*. Et optimè videntur percutere
tempus proximum ſententiæ, ac ſucceſſiuum, & conti-
nuatum vſque ad motam litem, & de viſu proprio per
40. 50. 60. & ampliùs annos, ac de auditu à maioribus, &
latè deductum fuit in dictis duabus deciſionibus, in qui-
bus etiam reſpondetur obiectioni Capituli, quòd dicta
ſententia antiqua non eſſet in forma: & fundamento
eiuſdem ſuper prætenſis arrendamentis decimarum an-
te illam; poſt autem non docetur de aliquibus arren-
damentis, ſed ſolùm de duobus leuis momenti, & quo-
rum effectuatio non probatur. Corroborantur etiam
prædictorum teſtium depoſitiones ex teſtibus eiuſdem
Capituli *in d. ſummario num.* 8. dicentibus de eadem
obſer-

obſeruantia, & ſic conteſtibus in ſubſtantialibus cum teſtibus eiuſdem Didaci *d. ſummario num. 2. 3. et 4.*

Ex quibus propterea, & alijs per informantes pro Didaco adductis, fuit vt ſupra deciſum, vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A Sententia vt dicatur antiqua, ſufficit, quòd ſit ab annis ſaltem triginta, *Cardinal. Caualer. deciſ. 22. num. 5. & fuit dictum in Anconitana Saluiani 9. Maij 1622. coram bon mem. Vbaldo, et coram eodem in Romana canonum 20. Martij 1623.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Reatina cenſus.

Veneris 1. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

Obligatio corruit ob falſitatem cauſæ finalis, & quæ cauſa dicatur finalis.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus dominus non poteſt cogi illum extinguere pro rata.*
2 *Obligatio contracta ex falſa cauſa corruit in totum.*
3 *Cauſa in proœmio expreſſa dicitur finalis.*
4 *Cauſa finalis contractus dicitur illa, ſinè qua aliquis non fuiſſet contracturus.*
5 *Cauſa originalis actus eſt attendenda.*
6 *Contractus ex parte falſus vitiatur in totum, quando contrahens, ſi falſum ſciuiſſet, non ita contraxiſſet.*

DECISIO CCCLXXVII.

PROPOSVI iterum dubium, an eſſet ſtandum in deciſis quo ad ſcuta 400. de quibus vnus ex Dominis dubitabat in vltima reſolutione facta ſub die 22. Iunij præteriti, & DD. affirmatiuè reſponderunt, eodem fundamēto falſitatis cauſæ, quo moti fuerunt reſpectu ſcut. 600. Putarunt enim Pagnotti ſe poſſe cogi ad extinguendum cenſum pro dicta ſumma ſcutorum 900. virtute prætenſæ accollationis, & obligationis paternæ: & quia Marianus, qui fuerat fideioſſor pro Sinibaldis in toto cenſu ſcutorum mille, emerat prædium cenſuatum, ſeu illius partem, cum accollatione dicti cenſus pro rata ſcut. 400. volebatque
1 ſemetipſum à dicta obligatione, & prædium per eum emptum à cenſu liberare: cum dominus cenſus non
A poſſet cogi, illum pro dicta rata ſcut. 400. extinguere, A vt dicit Rota *in Romana cenſus 19. Decembris 1593. coram Cardinali Pamphilio*, & in alijs; ideo dubitantes Pagnotti, ſe cogi ad exburſationem dictorum ſcutorum 600. nec habentes manuales pecunias, vt in inſtrumento dicitur, receperunt dicta ſcuta 400. à dicto Mariano,
2 cum accollatione totius cenſus; vndè cum cauſa huius accollationis eſſet falſa, corruit in totum ipſa accollatio, & obligatio, iuxta plenè deducta in prima deciſione *coram R. P. D. meo Pamphilio, & in alia 27. Nouembris 1617. coram me*. Quòd autem cauſa fuerit finalis,
3 probatur; tùm quia eſt proœmialis, *vulg. l. fin. vbi Bart.*
4 *& alij ff. de hered. inſt it.* tùm quia ſinè ea Pagnotti non erant ita contracturi, *l. damus, l. in ſumma, ſ. id quoque, ff. de condict. indeb. cum alijs per Mantic. de tacit. & c. lib. 3. tit. 12. num. 26. & Rot. deciſ. 587. num. 4. & 5. par. 1. in recentior.* Quòdque Pagnotti in ſe non accollaſſent cenſum pro rata ſcutorum 400. cum promiſſione illum extinguendi, niſi tenuiſſent, compelli poſſe ad ſoluendum dicta ſcuta 600. certiſſimum viſum fuit, pro-
5 ut nec eſſe attendendam receptionem ſcut. 400 per eos factam, ſed cauſam originalem prædictæ accollationis, *l. tutor datus, vbi gloſ. in verbo titulus, & in verbo ſequenti, de fideiuſſ. Surd. deciſ. 212. num. 15. conſil. 198. num. 15. et conſil. 301. num. 36.* Sicque ceſſat difficultas, an cauſa pro parte falſa vitiet in totum; cum fuerit in to-
6 tum falſa: quamuis etiam error, ſeu falſitas in parte vitiet totum contractum, quando contrahens ſi falſam ſciuiſſet, nō ita contraxiſſe tex alleg. in fine primæ deciſionis coram me in hac cauſa factæ. Nec ſtante defectu conſenſus ex dicta cauſæ falſitate reſultante, ſubeſt aliqua æquitas ſuſtinendi contractum, tantò minùs, quia Pagnotti non negant reſtitutionem ſcut. 400. ſed tantùm ſe ad fructuum ſolutionem teneri vigore accollationis prædictæ ex falſa cauſa factæ.

Ex quibus DD. ſteterunt in deciſis, etiam quo ad dicta ſcuta 400. ſolis Pagnottis informan. parte tamen pluries intimata.

A Vide *Cinc de cenſib. part. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 8. per tot.* vbi latè de materia.

Neapolitana iuris exigendi.

Lunæ 4. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio exigendi ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione partis aduerſæ.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio exigendi ab aliquo an probetur ex inſtrumento quietantiæ creditoris de recepto ad bonum computum.*
3 *Quaſi poſſeſſionis plena probatio reſultat ex confeſſione aduerſus confitentem, & habentem ab ipſo cauſam.*
3 *Confeſſio propria ſuperat omne genus probationis.*
4 *Manutentio conceditur cuilibet exiſtenti in poſſeſſione, ſeù quaſi exigendi.*
5 *Officium Iudicis datur cuilibet detentori.*
6 *In manutentionis ſummariſſimo iudicio ſolus ſtatus, & nuda detentatio attenditur.*

DECISIO CCCLXXVIII.

DE quaſi poſſeſſione Illuſtriſſimi D. Io. Baptiſtæ Victorij Præceptoris generalis Præceptoriæ S. Antonij Viennen. de Neapoli exigendi affictus, & emolumenta dictæ Præceptoriæ à Io. de Cobellis affictuario, & præſertim mercedem annuam ſcutorum 2700. monetæ Papalis, conſtare viſum fuit DD. ſufficienter
1 ex inſtrumento publico confeſſionis, & quietantiæ per d. Illuſtriſſimum D. Ioannem Baptiſtam factæ die 4. Martij 1616. per acta Oliuelli Notarij A. C. ad bonum computum affictus dictæ Præceptoriæ per d. Ioannem de Cobellis conductæ, in quo tàm dictus Illuſtriſſimus D. Ioan. Baptiſta, quàm Michael pater, & procorator dicti Ioannis etiam cum iuramento approbarunt notulam diuerſarum rerum, & pecuniarum ex Ciuitate Neapolis

polis ad eum tranſmiſſarum, & receptarum diuerſis tē-
poribus: quæ omnia ſunt ſeriatim in dicta notula de-
2 ſcripta; ex qua confeſſione reſultat plena probatio d. q.
poſſeſsionis aduerſus dictum de Cobellis confitentem.
Dec. conſ. 125. *num.* 1. & in ſpecie ad effectum manu-
tentionis. Rota *in recent. deciſ.* 551. *num* 1. *par.* 2. *&*
coram me in Bononien. bonorum de Griſonibus 28. *Maij*
præteriti. Et contra habentem ab ipſo cauſam *Bart. in*
l. ſi ſuperatus, in princ. ff. de pignor. Ruin. conſ. 32. *num.*
6. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 151. *num.* 39. *lib.* 2. *& deciſ.* 71. *num.*
8. *in fin. & Rota in eadem par.* 2. *in recent. deciſ.* 349.
3 *num.* 2. & notiſsimum eſt, confeſsionem partis ſuperare
omne genus probationis *l. cum te, vbi Doct. C. de tran-*
ſact. l. generaliter C. de non num. pecun. & in ſpecie Rota
ead. par. 2. *deciſ.* 573. *num.* 2. *in fin.* maximè quia dicta
confeſsio coadiuuatur primordio veritatis, quia con-
ſtat de inſtrumento locationis per d. Illuſtriſsimum D.
Io. Baptiſtam factæ dicto Ioanni ad nouennium de anno
1615. præuio indulto Apoſtolico in eo regiſtrato, &
ideo dixerunt DD. dandum eſſe mandatum de manu-
tenen. eidem Illuſtriſsimo D. Præceptori, exigendi à di-
ctis Cobellis, contra Ioſephum Olgiatum aſſertum ſub
affictuarium d. generalis Præceptoriæ, & nonnullos
alios aſſertos creditores dd. de Cobellis citatos per edi-
ctum iuxta formam commiſſionis Apoſtolicæ: quæ
manutentio conceditur paſsim cuilibet exiſtenti in
4 poſſeſsione, ſeu quaſi exigendi, prout latè dictum fuit
coram me *in illa Rom. penſionis domus* 15. *Decemb.* 1617.
confirmata 28. *Nouembris præteriti*, & præſertim com-
5 petit officium Iudicis, quod datur cuilibet detentori,
vt in eiſdem deciſionibus; quæ viſa fuerunt DD. proce-
dere ſinè aliqua difficultate in hoc ſummariſsimo, in
6 quo ſolus ſtatus, & nuda detentatio attenditur, *Laderch.*
conſil. 95. *num.* 4. *Neguſ. conſ.* 80. *num.* 3. *Card. Seraph.*
deciſ. 1471. *in fin.*

Et ita fuit, ſolo dicto Illuſtriſsimo D. Io. Baptiſta infor-
mante, reſolutum contra prædictos per contradictas ci-
tatos, &c.

Bononien. bonorum de Griſonibus.

Lunæ 18. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta naſcituris decedentibus ſinè fi-
lijs, cenſetur purificata, non ſolùm in caſu de-
ficientiæ, ſed etiam in caſu non natiuitatis:
præcipuè concurrentibus coniecturis, & ob-
ſeruantia.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta ei, qui naſcetur, comprehendit etiam*
caſum, quo natus non ſit.
2 *Subſtitutio facta de poſthumo decedente in pupillari ætate*
locum habet, eo quoque non nato.
3 *Obſeruantia ſubſecuta eſt optima cuiuſcunque diſpoſitionis*
interpres.
4 *Coniecturæ, ob quas à ſtrictis regulis fideicommiſſorum*
recedi ſolet, in caſu, de quo agitur concurrentes enume-
rantur.
5 *Verba,* & non aliter nec ante, *adiecta poſt ſubſtitutionem*
in euentum defectus lineæ quid operentur, & quòd con-
gruam recipiant interpretationem, & à mente proferentis
regulentur.
6 Tunc, *dictionis natura. Et de clauſula,* tunc, & eo
caſu, *& non primò, & non aliter,* nec ante, *remiſ-*
ſiuè.

DECISIO CCCLXXIX.

LVDOVICVS Zannettus in eius
teſtamento condito del 1506. inſtitu-
to ſibi hærede D. Raynerio filio D.
Franciſci de Griſonibus, eidem quā-
docunque decedenti ordine ſucceſſiuo
inſtituit, atque ſubſtituit ipſius D.
Raynerij filium primogenitum, ſeu
locum, & ius primogenituræ obtinen. legitimum, &
naturalem, & ſic de primogenito ad primogenitum.
Et huiuſmodi linea, & deſcendentia maſculina legitima,
& naturali dicti Raynerij totaliter finita, & non aliter,
nec ante, ſubſtituit alium ſecundò genitum, ſeu locum,
& ius ſecundò genituræ obtinens, filium maſculum legi-
timum, & naturalem dicti Domini Franciſci Griſoni,
& eius primogenituram, & deſcendentiam maſculinam
legitimam, & naturalem de primò genito in primò ge-
nitum. Mortuo dicto Raynerio ſinè filijs, Iacobus fra-
ter, penes quem tunc ius ſecundò genituræ reſidebat,
petebat huiuſmodi hæreditatem tanquam ſubſtitutus
in defectum lineæ eiuſdem Raynerij; Marcus Antonius
verò alius frater prætendebat in dictis bonis ſucceſſio-
nem ab inteſtato pro eius parte, *ex authent. defuncto, C.*
ad Tertull. ideoque propoſito dubio, ad quem ſpectaret
hæreditas dicti Ludouici teſtatoris. Domini pro Iacobo
reſponderunt tenentes, ſubſtitutionem eſſe purificatam
1 ad eius fauorem, ſequuti concluſionem illam, quòd
ſubſtitutio facta ei, qui naſcetur, etiam eum caſum
comprehendit, quo natus non ſit, ex veriſimili mente te-
2 ſtatoris: vt de ſubſtitutione facta de poſthumo dece-
dente in pupillari ætate, quòd locum habeat eo quoque
non nato, tenuerunt poſt *Alberic. in rubr. de vulgar. &*
pupillar. num. 25. *verſ. ſed adhuc*, infiniti relati *per Surd.*
conſil. 236. *num.* 26. *& deciſ.* 37. *num.* 27. *& nouiſſ. per*
Laderch. conſil. 72. *num.* 2. *verſic. & ob id, & num.* 3.
Rebuff. conſil. 182. *num.* 41. Caball. *conſil. deciſiu.* 164. *per*
tot. volum. 1. quam etiam ſententiam ſequuta eſt Rota
in Maceraten. hæreditatis 24. *Maij* 1613. *coram R. P. D.*
meo Manzanedo deciſ. 453. *num.* 6. *par.* 2. *in recent.* &
inducēdo ad ſpeciem noſtram tenuit etiam in *Bononien.*
de Canobijs 8. *Iunij* 1601. *coram Illuſtriſſimo Cardinali*
Lancellotto, illamque æquiorem eſſe poſt *Bened. in cap.*
Raynutius, de teſtam. dixit Rebuff. conſil. 182. *num.* 41.
& ſolidioribus, ac æquioribus rationibus fundari, *La-*
derch. d. conſil. 72. *num.* 9. communem verò teſtatur
Rum. in l. 1. *num.* 107. *ff. de vulg. & pupill.* & commu-
nem, *Tiraquel. in l. ſi vnquam, num.* 51. *verſ. verum*
prior, C. de reuocan. donat. quem Sim de Prat. de inter-
pret. vltim. volunt. lib. 3. *interpret.* 2. *fol.* 6. *num.* 16. *fol.*
mihi 246. *Decian. poſt alios plures conſil.* 1. *ante numerū*
134. *verſ.* 24. *volum.* 1. *& poſt eum Card. Mantic. dicto*
lib. 11. *tit.* 6. *num.* 1. *verſic. quin etiam*, & veriorem
Tiraquell. ibid. Sim. de Prat. d. lib. 3. *interpretat.* 3. *dub.*
1. *fol.* 11. *num.* 50. *in fin. fol.* 291. *& Rot. dicta deciſ.* 453.
num. 9. *par.* 2. *in recentior.* Et pro ea iudicatum fuiſſe,
vltra Centumuirale iudicium defendente Craſſo contra
Mutium Scæuolam ex M. T. Cicerone relatum per *Me-*
noch. præſumpt. 65. *num.* 2. *verſ. primus eſt, lib.* 4 *& cō-*
ſil. 326. *num.* 23. *verſ. quartò hæc controuerſia, Cardinal.*
Mantic. dicto tit. 6. *num.* 1. *verſ. ſed diligenter refert ſuo*
tempore, Alberic. in dicta rubric. de vulgar. & pupill. quem
Iaſ. in d. l. 1. *num.* 59. *ff. eodem, & Surd. d. conſ.* 236.
num. 26. & per parlamentum Delphinale, *Rebuff. dicto*
conſ.

Digitized by Google

conſil. 182. *num.* 44. & per Colleg. Ticinenſe *Simon de Prat. dicta ſolut.* 11. *num.* 50. *in fin. fol.* 291. *& per Rotam Florent. in motiuis apud Caballum dicto conſ.* 164. *nu.* 1. *& ſequentib.* Et demum per hanc Sacram Rotam in *dd. Maceraten. hæreditatis, & Bononien. de Canobijs ſu-*
A *pra relatis.* A Et in hanc partem Domini eo libentiùs inclinarunt, ex coniecturis non leuibus, & ex obſeruantia ſubſequuta optima cuiuſcunque diſpoſitionis
3 interprete ex vulg. Coniecturæ, ob quas à ſtrictis regulis fideicommiſſorum recedi ſolet, hic concurrentes ſunt, digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, prohibitio alienationis ſub ratione conſeruationis bonorum in familia, vocatio primogeniti, onus vocatis iniunctum ſuſcipiendi cognomen, & inſignia ipſius teſtatoris, de quibus latè per *Menoch. lib. 4. præſump.* 69. *num.* 9. *vſque ad fin. Cardin. Mantic. vbi ſup. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 13. *& tit.* 6. *num.* 6. *poſt med. verſic. ſecundò etiam, Card. Seraphin. deciſ.* 73. *num.* 2. *&* 9. & in his terminis *Decian. dicto reſp.* 1. *num.* 119. *& ſequentib. & Rot. in dicta Bononien. de Canobijs.* Obſeruantia verò clara reſultat. Primò, quia quondam Franciſcus communis pater vel legitimus adminiſtrator ſolius Iacobi ſucceſſoris, ac hæredis teſtamentarij dicti quondam Ludouici teſtatoris, mortuo dicto Raynerio, mandatum de immittendo in poſſeſſionem hæreditatis, & bonorum hæreditariorũ eiuſdem Ludouici immiſſus fuit, in illaque continuauit eodem nomine, vendendo, & locando bona hæreditaria, & exigendo, prout ex iuribus datis *in ſummario Iacobi num.* 2. *&* 3. Quæ ſanè idem Franciſcus non geſſiſſet Iacobi tantùm nomine, ſed ſuo etiam proprio, & tanquam adminiſtrator aliorum filiorum, quibus ex *dicta authent. defuncto* æqualiter delata fuiſſet hæreditas ex perſona dicti Raynerij, ſi per illius mortem ſinè filijs expiraſſet ſubſtitutio. Secundò, quia & magis expreſsè ipſe M. Antonius hanc voluntatem agnouit per apocham de anno 1615. 23. Ianuarij confecta *dicto ſummario num.* 4. in qua ex cauſa matrimonij per Iacobum contrahendi, vt internoſci poſſet proprium eius patrimonium, declarauit; *che tutta l'heredità del già Signor Lodouico Zannetti è tutta libera del detto Giacomo, & ad eſſo s'aſpetta tutto l'vſufrutto, e libero poſſeſſo, &c.* cuius apochæ fides latè fuit corroborata ex deductis in præcedentibus deciſionibus 18. Decembris 1617. & 28. Maij præteriti, cum eaque concordat etiam alia implicata confeſſio reſultans ex inuentario hæreditatis dicti Franciſci communis patris ſimul per dictos fratres confecto, in quo deſcripta fuerunt omnia bona hæreditaria illius, vt ex reſponſionibus Marci Antonij ad poſitiones Iacobi *dicto ſummario num.* 5. Et tamen non leguntur ibi adnotata aliqua bóna hæreditatis Ludouici ſaltem pro illa rata, quæ ex *dicta authent. defuncto* ei ab inteſtato obueniſſet. Et ſic ex coniecturis, & obſeruantia remanet in præſenti ſatis benè hæc communis ſententia comprobata. Non obſtat quòd verba, *& non aliter, nec*
5 *ante*, adiecta poſt ſubſtitutionem in euentum deficientiæ lineæ ſint præciſa ad eum caſum expreſſum, ita vt excludant quamlibet extenſionem, *Alciat. conſ.* 44. *num.* 28. *&* 37. *verſ. item hic eſt probibita, lib.* 9. *Menoch. conſil.* 326. *num.* 16. *volum.* 4. *& præſump.* 65. *num.* 26. *lib.* 4. Quia placuit reſponſio, verba illa inducere quidem magis præciſam excluſionem aliorũ ſubſtitutorũ in caſu ſuperexiſtentiæ lineæ Raynerij primò vocatæ, donec aliquis de illa extaret, non autem in caſu non exiſtentiæ dictæ lineæ, in quo quemadmodum teſtator per principalem diſpoſitionem non intelligit excludere, ſed imò includere Iacobum, eiuſque deſcendentes ſecundo loco vocatos, vt ex prædictis patet: ita multò minùs per dd. verba, quæ congruam recipiunt interpretationem, *Dec. conſil.* 281. *in fin.* & à mente proferentis regulantur, *Roland. conſil.* 62. *num.* 54. *lib.* 2. & in ſpecie in dictione, *tunc, Marzar. conſil.* 1. *num.* 4. *Caball. dicto conſil.* 164.
6 *num.* 5. quin etiam non obſtante fortiori clauſula, *tunc, & eo caſu, & non primò, et non aliter, nec ante, etc.* tenuit hanc ſententiam, *Soccin. iun. conſil.* 181. *num.* 54. *iuncto num.* 5. *lib.* 2. *quem refert Laderch. dicto conſ.* 72. *num.* 9. *propè finem.*

Ex quibus reſolutum fuit, hæreditatem Ludouici ſpectare ad Iacobum, vt ſupra.

ANNOTATIO.

A Et hanc deciſionem ſequuta eſt *Rota in Peruſina fideicommiſſi de Baptiſtis* 18 *Maij* 1627. *&* 15. *Decembris* 1628. *coram R. P. D. Pirouano, Puſar. hanc opinionem pluribus rationibus. & auctoritatibus comprobans, de ſubſtit. quæſt.* 64 *num.* 1. *& pluribus ſequentib.* vbi reſpondet etiam contrarijs fundamentis.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Hiſpalen. Canonicatus.

Lunæ 18. Februarij 1619.

ARGVMENTVM.

Collatio, ſiuè electio vbi eſt ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, non tenet, niſi fiat ab Epiſcopo, & Capitulo, vel maiori ipſius parte ſimul; nec ad augendum numerum computanda ſunt vota data extra Capitulum, & extra actum ſcrutinij; & an in electionibus Canonicorum ſeruanda ſit forma *cap. quia propter, de elect.*

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſoluitur: procedit etiam in beneficialibus, de quo latè in annot. num.* 9.
2 *Collatio, ſeu electio, vbi ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul ſpectat, ad hoc vt teneat, concurrere debet conſenſus Epiſcopi, & Capituli, ſeu maioris partis ipſius.*
3 *Canonicorum voces, qui votarunt extra Capitulum, non ſunt computanda ad augen. numerum votorum Capitularium, licèt poſſint petere, electionem ſinè ipſorum interuentu factam caſſari.*
4 *Vota eligentiũ dari debent in ipſo actu ſcrutinij, vt valeant*
5 *Canonicorum in electionibus an requiratur forma* cap. quia propter, de elect.
6 *Capitulum, & Vniuerſitas vbi aliquod explicare debent, conſenſus, & diſſenſus Collegialiter, & ſimul in vnum præſtari debet.*
7 Cardinal. conſil. 103. num. 10. *dicens ſufficere, quòd Canonici in electionibus aliorum Canonicorum ſingulariter conſentiant, quomodo ſit intelligendus.*
8 *Vota in primo ſcrutinio data in ſecundo computari non poſſunt, tanquam per primum conſumpta.*

DECISIO CCCLXXX.

DOMINO Ioanni reo, ac poſſeſſori, mediante immiſſione in executionem literarum Apoſtolicarum præuijs duabus reſolutionibus ſuper illarum iuſtificatione, obtenta, Domini dixerunt, dandam eſſe abſolutoriam contra D. Antonium

nium actorem non probantem, nec docentem de iure
ſuo, *vulg. l. qui accuſare. C. de eden. Rot. deciſ. 1. de re*
A *iud. in nou cum allegat.* A, Ipſe namque ſuam funda-
bat intentionem in prætenſa collatione, ſeu electione
ſimultanea Epiſcopi, & Capituli ad ſui fauorem facta.
quæ tamen (vt in alijs deciſionibus firmatur) fuit di-
ſcors, ac pro tali ab eodem etiam Capitulo de omnium
conſenſu declarata: nam vota Capitularia diuiſa fue-
2 runt, & quilibet habuit medietatem, conſequenter neu-
ter fuit admittendus: cum ad hoc, vt collatio, ſeu ele-
ctio teneat, concurrere debeat conſenſus Epiſcopi, &
Capituli, ſeu maioris partis ipſius, vt poſt *Io. Andr.
Dom. & Franc. Abb. in cap. cum Eccleſia Vulterana, num.
11. verſ. circa hoc quæritur, de elect. Prob. ad Monach. in
rubr. de iurepatr. num. 12. & in cap. in illis, num. 15. de
praben. in 6. Feder. de Sen. conſ. 232. Vacantibus Cano-
nicatu, & prabenda, in fin. Felin. in cap. Paſtoralis,
num. 9. propè fin. verſ. ſed eſt communiter reprobata.* cum
reliquis *per Mod. Hiſp. de benefic. quinta par. cap. 4.
num. 29.* Non obſtat, quòd Antonius vltra 12. habuerit
3 alia tria vota. Nam quo ad duos Canonicos, qui po-
ſtea votarunt, pluries dictum fuit, voces eorum, qui
votarunt extra Capitulum, non eſſe computandas ad
augendum numerum, licèt vti contempti poſſint petere,
electionem ſinè eorum interuentu factam caſſari, *Butr.
in cap. auditis, num. 18. verſ. ſed certè, & in cap. Eccle-
ſia num. 9.* & ibi *Anchar. Abb. & ceteri de elect. cum alijs
allegat.* Quo verò ad vocem Camarghi, ſuper qua hodie
potiſſimùm inſiſtunt informantes pro Antonio, præ-
tendentes, non ſolùm non eſſe locum abſolutioni, ſed
remiſſoriali petitæ; vltra quòd DD. dicebant, deciſio-
nem ſuper denegatione remiſſorialium factam, in hac
diſputatione non ſolùm non eſſe controuerteo. ſed ſup-
ponen. placuit Dominis reſponſio, quòd licèt ille vo-
tum ſuum in Capitulo conſignauerit Decano, tamen
cum illud non dederit in actu ſcrutinij, ſeu electionis
communiter per Capitulum factæ, & per immiſſionem
cedularum, in quibus erant deſcripta nomina, in vr-
nam, vt ab alijs factum fuit, ſed conſignata eius cedu-
la in manibus Decani, non aliter expectato ſcrutinio,
continuò è Capitulo exierit, vt conſtat ex propria ip-
4 ſius confeſſione: non poſſit in numero aliorum compu-
tari, cum dari debuerit in ipſo actu ſcrutinij, non ante,
*Butr. in cap. in Geneſi, num. 22. & 28. in fin & ibi
Abb. num. 11. de elect.* cum citatis in vltima deciſione:
*& eſt text. expreſſus in cap penult. §. fin. in fin. eodem
tit. in ſexto.* Neque obſtat replicatio, quòd in electio-
5 nibus Canonicorum non requiratur forma *cap quia
propter, vt trad. ibi Abb. & communiter Doct.* Quia in
dicta vltima deciſione tacitè iam fuit occurſum huiuſ-
modi obiectioni, dum ibi expreſsè relatus fuit idem
Abb, in dicto cap. quia propter, num. 12. & in dicto cap.
6 *in Geneſi, num. 7.* dicens, non eſſe ſpeciale in caſu illius
tex. ſed generale in omnibus explicandis per Capitulum,
& Vniuerſitatem, vt Collegialiter, & ſimul in vnum
conſenſus, vel diſſenſus præſtetur, *& Butr. in cap. audi-
tis, num. 8. eodem tit.* dicens, quòd etiam ante formam
d. cap. exigebatur conſenſus, vt in vnum, & certo tem-
pore: & ad idem allegatus fuit *Bald. in l. & ſuum,
§. dic tamen, num. 1. ff. de pact. & ibi Ang. num. 1.* imò
etiam idem *Butr. in dicto cap. in Geneſi, dicto num. 28.*
poſtquam dixit, formam dicti capituli non habere lo-
cum in electionibus inferiorum dignitatum, ſubdit, ſi
ille tamen actus ſpectet ad Capitulum, fiat per Capitu-
lum à congregatis, vt Capitulum, & ſimul in vnum.
7 Nec contrarium ſentit *Cardin. in alleg. conſil. 103. num.
10.* dicens ſufficere, quòd Canonici ſingulariter conſen-
tiant, dummodò in Capitulo; quia per illud aduerbiũ
ſingulariter, non excludit ſimultaneum Capituli con-
ſum, ſed excludit communem illam electionem
ſcrutinij publicationem ab vno nomine Capituli p
verba ſingularis numeri faciendam in terminis *d. cap.
quia propter, & cap. in Geneſi* requiſitam, vt *per gl. in
eodem cap. in geneſi, verb. communitèr, & verb. repetit, &
Abb. ibi quarto not. in tertia requiſitione ex cap. ſicut, de
elect. in ſexto.* Hocque propterea votum vti extra
tempus datum non auxiſſe numerum, ſenſit & idemmet
Camarghus, qui poſtea non egit, prout nec alij duo
Canonici, vt confirmaretur electio, tanquam eſſent il-
lorum vota computanda, quemadmodum feciſſent, ſi
ritè ſe votaſſe intellexiſſent, ſed iterum veluti contem-
pti vota ad eiuſdem Antonij fauorem dederunt. Ex a-
bundanti addebant etiam DD. quòd cum in eodem Ca-
pitulo ſucceſſiuè duo celebrata fuerint ſcrutinia, & in
primo Antonius ex 24. vocibus vndecim tantùm ha-
buerit: votum Camarghi etiam cum illis computatum
medietatem ad ſummum æquaſſet, non autem exceſſum
induxiſſet; in ſecundo verò ſcrutinio, in quo cum idem
Antonius duodecim vota habuerit, illis adiunctum ex-
ceſſum faceret, non poſſet tamen ampliùs computari,
8 tanquam per primum ſcrutinium conſumptum, *vulga-
ta l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignif. & in ſpe-
cie Ioan. Monach. in cap. cum expediat, num. 6. & ibi
Anchar. propè fin. de elect. in ſexto, Tiraquell. in repet.
d. §. hoc ſermone, num. 60.* Prout & cetera vota Ca-
pitulum expreſsè pro conſumptis declarauit, cum poſt
primum confectum ſcrutinium combuſtæ fuerint om-
nes cedulæ, & denuò ex integro per omnes aliæ conſcri-
ptæ, & in vrnam immiſſæ, vt apparet ex inſtrumento
electionis. Ex quibus Dominis viſum fuit, ſatis conſta-
re, nedum de non iure Antonij, ſed de iure quoque Ioan-
nis, cum hinc magis iuſtificetur narratiua dictæ diſcor-
diæ in eius literis Apoſtolicis contenta; necnon etiam
ex prædictis fortiùs comprobari irrelenantiam articu-
lorum Antonij, ob quam, & alias rationes in vltima
reſolutione deductas, fuit illi denegata remiſſoria ſuper
illis petita, quemadmodum & hodie iure merito de-
negandam eſſe cenſuerunt, &c.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Et hoc procedit etiam in beneficialibus, in quibus datur
9 multiplicatio titulorum; & ideo reus, & poſſeſſor poteſt ſe
iuuare poſſibilitate alicuius tituli validi, vt fuit dictum in
*Cæſarauguſtana parochialis de Maella 9. Nouemb. 1599. co-
ram Card Pamphilio in Leodien. Canonicatus 14. Ianuarij
& 17. Decembris 1599. coram Card. Lancellotto iuniori in
Romana parochialis 31. Ianuarij 1600 coram Corduba, in
Leodien beneficij 20. Decemb. 1613 coram Card. Sacrato. &
coram eodem in Bononien parochialis 19. Decembris 1616.*
Verùm vt per non ius actoris detur abſolutoria ad fauo-
rem rei in beneficialibus, requiritur, quòd ſit etiam poſſeſ-
ſor, *Bellamer deciſ. 611.* Limitatur tamen prædicta conclu-
ſio, quando actor impetrauit gratiam, ſi neutri, vt fuit di-
ctum in *Pampelonen. parochialis de Aguero 7. Iunij 1610.
coram Ortembergo.* Secundò limitatur, quando poſſeſſio eſt
vitioſa; vt potè quando eſt attentata, *Rota in Romana de
Alexijs 18. Maij 1590. coram Penia. & coram eodem in
Palentina, & Oxomen. præſtimoniorum 13. Aprilis 1592.*
vel quia eſt tradita ſinè iuſtificatione literarum, *Rot. in dicta
Bononien parochialis 19. Decembris 1616. coram Cardina-
li Sacrato.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Lucèrina cenſus.

Veneris 1. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Euictio quando dicatur realiter, & cum effectu, ac iuſtè ſecuta.

SVMMARIVM.

1 *Acta licèt informia probant cõtra producentem. & nu. 11.*
2 *Euictionem ſecutam non eſſe, non probat decretum manutentionis ſuper bonis euictis obtentum ante euictionem.*
3 *Iura, & ſcripturæ, vt probent, debent eſſe in forma, extractæ citata parte, & per compulſum.*
4 *Iniuſtitia non probatur ex actis, quæ non ſunt integra.*
5 *Euictio cenſetur iuſtè ſecuta, ſi lis ſuper re vendita emptori mota intimata fuit venditori, qui illius defenſionem in ſe ſuſcipere non curauit.*
6 *Succeſſor opponere non poteſt de iniuſtitia euictionis, quæ culpa ſui auctoris proceſſit.*
7 *Euictio cenſetur approbata per tranſactionem cum euincente factam.*
8 *Euictionis de iniuſtitia opponere non poteſt, qui illam approbauit.*
9 *Venditor tenetur de euictione, licèt illam expreſsè non promiſerit.*
10 *Euictionem ad promittendam ſpeciale mandatum non requiritur, ſed ſufficit generale ad vendendum.*

DECISIO CCCLXXXI.

SENTENTIA Rotalis declarauit, cenſum annuum ſcutorum 50. & in ſorte ſcut. 500. alias de anno 1570. impoſitum per Ioſephum, & Octauium, & fratres de Lollijs ad fauorem filiorum Cæſaris Spataphoræ, fuiſſe validum, & cauſa in grado appellationis illorum de Lollijs coram me pendente, dubitaui, an eſſet confirmanda, vel infirmanda; & quia fundamentum illius erat, quòd licèt cenſus eſſet impoſitus abſque numeratione pecuniæ contra formam Bullæ fel. rec. *Pij V.* tamen conſtabat de vero credito dd. de Spataphora, & ſic erat ſatisfactum clauſulæ appoſitæ in commiſſione ſanatoria pro eis impetrata à Sanctiſſimo, *conſtito de vero credito*, &c. Veritas autem crediti deducebatur, quia q. Cæſar eorum pater, & Nicolaus auctor d. Octauij, & aliorum de Lollijs del 1550. vendiderunt Angelæ Fagiolæ quædam ſtabilia, cum promiſſione euictionis
A in forma A, quorum deinceps ſequuta fuit euictio, & illius occaſione dd. de Spataphora condemnati fuere per ſententiam Mag. Curiæ Vicariæ ad quantitatem euictam, & ad damna, & intereſſe, *vt in ſummario Octauij num.* 3. pro quibus ipſi de anno 1565 & 1568. impoſuerunt duos annuos cenſus ſortis in totum ſcut. mille ad fauorem d. Angelæ emptricis, prout pleniùs continetur in deciſione coram D. meo Pirouano ſub die 10. Nouembris 1614. Et ſic dd. de Spataphora pro medietate dd. ſcut. 1000. erant creditores dicti Nicolai conobligati, ſeù d. Octauij, & aliorum de Lollijs dicti Nicolai ſucceſſorum. Quam ſententiam DD. hodie dixerunt eſſe confirmandam. Iuſtificatur enim ex dicta deciſione, & ex fundamento obligationis dicti Nicolai, & ſucceſſorum, de euictione realiter ſecuta contra d. Angelam emptricem, de qua etiam hodie pleniùs conſtat, tùm ex actis nunc productis per ipſum Octauium del 1599. factis ſuper liquidatione fructuum perceptorum ex dd. bonis per dd. Florellam, & Maximilianum eius hæredem, *vt in eius ſummario num.* 11. quæ acta licèt
1 informia, vt infra dicetur, probant tamen contra ipſum
B producentem B; tùm ex confeſſione dd. de Lollijs, de qua in inſtrumento del 1576. de quo infra: adeò vt de
2 illa dubitari non poſſit. Nec quicquam facit decretum manutentionis per Angelam ſuper dd. bonis obtentum de anno 1556. 28. Octobris, & confirmatum 6. Maij 1557. Quia vltra generalem reſponſionem, de qua infra, quòd hæc iura non ſunt in forma probanti, nihil releuat, quia fuit obtentum longè ante dictam ſententiam, & euictionem ſecutam de anno 1565. Principale verò fundamentum dd. de Lollijs erat in nullitate, & iniuſtitia dictæ euictionis ex defectu, ſcilicet, legitimationis perſonæ euincentis, probationis crediti dictæ Florellæ, & quòd bona euicta non ſpectabant ad Pompeium debitorem dotis d. Florellæ. Quod tamen viſum fuit DD. non obſtare; tùm quia iura, & ſcripturæ ad hoc pro Lollijs nouiter exhibitæ non ſunt in forma probanti, nec extractæ citata parte, & per compulſum, prout de iuribus productis pro Spataphoris alias fuit in hac cauſa reſolutum ſub die 18. Decembr. 1615. & neceſſarius fuit nouus compulſus, ſuper cuius validitate fuit facta alia reſolutio ſub die 26. Iunij 1617.
4 Tùm quia non conſtabat, quòd ſint integra, prout eſſe deberent ad concludendam iniuſtitiam euictionis. Et ideò vel ex illis nihil penitùs probatur, vel quatenus aliquid reſultaret, ceſſare viſa fuit difficultas, quia vl-
5 tra quòd lis mota per Maximilianum tanquam hæredem dictæ Florellæ, fuit ad inſtantiam d. Angelæ intimata tàm dd. de Spataphora, quàm Gaſpari hæredi dicti Nicolai, & auctori dd. de Lollijs, qui etiam conſtituit procuratorem ad comparendum in illa cauſa, *vt in ſummario* in reſponſionibus pro Antonio *num.* 1. Et ideo cum dicto Gaſpari fuerit intimata dicta lis, & debuerit defenſionem ſuſcipere, ſibi eſt imputandum, ſi
6 euictio ſequuta fuit, nec conſequenter dd. de Lollijs eius ſucceſſores poſſunt de illius iniuſtitia opponere, quæ proceſſit ex culpa eorum auctoris. Eoque magis,
7 quia ipſimet de anno 1576. tranſigerunt cum dicto Maximiliano euincente, qui ex cauſa promiſſionis euictionis factæ per q. Pompeium eius patrem ad fauorem d. Angelæ emptricis, eis promiſit ſoluere ducat. 330. per totum menſem Septembris proximi, *vt in ſummario Antonij num.* 7. adeò vt dd. de Lollijs expreſsè per hoc approbauerint d. euictionem, pro qua etiam ibidem declararunt ſe pro rata teneri. Et ceſſat difficultas ex tranſactione inita de anno 1576. in qua dd. Lollij expreſsè
8 confeſſi ſunt d. euictionem, illiuſque iuſtitiam, cum relatione ad inſtrumentum d. venditionis, & expreſsè illius diei, & anni, affirmantes ſe ad illam teneri, & approbantes cõdemnationes, tàm dd. de Spataphora, quàm ipſorummet vigore illius factam, & recipiendo promiſſionem ducatorum 330. per totum menſem Septembris proximi à Maximiliano euincente, eiuſque fratre, vti hæredibus Pompeij, qui in d. inſtrumento venditionis acceſſit tanquam fideiuſſor pro dicta euictione pro ſua rata, vt latiùs *in d. ſummario Antonij num.* 7.

Et ita reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

Hæc deciſio confirmata fuit *coram bon. mem. Cardinali Serato die 26. Iunij 1620.*

A Adde, quòd venditor tenetur de euictione, licèt illam
9 expreſsè non promiſerit, cum euictio ſit de natura emptio-

emptio-

emptionis *l. cum dubitatur*, *& ibi Bald. C. de euict. latè Tiraquell de retract conſanguinit §. 29. gloſſ vlt. num.* 4. & ideo procurator conſtitutus ad vendendum poteſt
10 promittere de euictione, licèt id expreſſum non habeat in mandatis, *Tiraquell. poſt alios d. num. 4. verſ hinceque procurator, & fuit dictum in Terracinen molendini 28. Ianuarij 1628 coram R P. D. Pirouano, & coram eodem in Romana officij 31. eiuſdem menſis, & anni.*
B Scriptura licèt minùs ſolemnis probat contra producen-
11 tem, vt tenuit *Bald in l alia, num. 3. & ſeq. C de his quibus vt indign Alexand conſ. 184. num. 2. lib. 7. Bero. conſ. 90. num 10. vol. 3. cum alijs per Crauett. qui teſtatur de communi, de antiq. tempor. part. 1. §. viſo de verbis num. 36. & conſil 275. num. 2. verſ rurſus, Oſaſch. deciſ Pedemont. 39 num 23. & 24. Bart. in auth. ſi quis in aliquo, num. 14. & ibi Alex num. 4. C. de edend* vbi quod exemplum probat contra producentem, *Adden. ad Alexand. conſil 108. lib. 5. ſub lit D.* vbi quòd hæc opinio ſit verior, & magis communis *Iaſ conſil. 181 num. 12. ad fin & ſeq. lib. 2. Paris conſ 125. num. 20. vbi de communi lib. 1 cum alijs per Surd deciſ. 268. num. 1. & tenuit Rota vt in deciſ. 2. de fid inſtrument in nou coram Reuerendiſſimo D Coccino Decano, deciſ 450, num 2. coram ſanct. mem Gregor. XV. deciſ 452. in fine quæ in recent eſt deciſ 274 part. 2. & in Monopolitana bebdommada 5. Decembris 1614. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio, & in alia Monopolitana beneficij, ſeu Cappellæ 6. Iunij, & 14. Nouembris 1622 coram R P. D. Merlino*, in quibus fuit dictum, quòd producens inſtrumentum, vel aliam ſcripturam non poteſt illam impugnare ſub prætextu, quòd non ſit in forma probanti; licèt contrarium, nempè quòd producens ſcripturam, quæ non eſt in forma probanti, ſibi non præiudicet, quin poſſit illam impugnare, ex quo productio eatenus noceat, quatenus ſcriptura probat, tenuerint *Bart in l. poſt legatum num 2. verſ. reſponde, ff. de his, quib vt indign Alexand. ſibi contrarius conſil. 108. num. 5. verſ & idem, lib. 5. Afflict deciſ. 25. num. 5. & 6. Rota apud Caputaq deciſ. 199. part. 1. & diuerſ part. 2. deciſ. 159. num 1. coram Gregorio XV. deciſ 432. num 4. & in Illerden. Canonicatus 19. Aprilis 1624. coram R. P. D Pirouano Beltramin. in annot. ad deciſ 238. Gregor. XV. ſub num 15. limit. 1. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 82. num. 17. & ſeq.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Eugubina beneficij.

Veneris 1. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Abbas eſt manutenēdus in quaſi poſſeſſione deputandi cappellanos ad nutum amouibiles in Eccleſijs Abbatiæ ſubiectis; probata quaſi poſſeſſione eiuſdem Abbatiæ, & poteſt illos ad ſui libitum amouere, etiam ſinè cauſa, ceſſante tamen odio, & malitia.

SVMMARIVM.

1 *Manutētio datur Abbati in quaſi poſſeſſione deputādi Cappellanos ad nutum amouibiles in aliqua Eccleſia Abbatiæ ſubiecta probata generali quaſi poſſeſſione reſpectu aliarum Eccleſiarum eidem ſubiectarum.*
2 *Manutentio datur, vbi cauſa eſt vniuerſalis, licèt non probetur exercitium particulare.*
3 *Pertinentia loci ad aliquam Eccleſiam ex quibus probetur.*
4 *Cappellanus ad nutum amouibilis poteſt etiam ſinè cauſa amoueri, ceſſante tamen odio, & malitia in amouente: & an hæc arguatur ex amotione Cappellani ab Eccleſia, in qua commoratus fuerat per triginta annos, num. 7.*
5 *Inuerſimilitudo deducitur ex diuturnitate temporis.*
6 *Inſalubritas aeris Monaſterij non poteſt allegari a Monaco ibi profeſſo, cùm ei proprius obſtet conſenſus.*

DECISIO CCCLXXXII.

DD. perſtiterunt in deciſis 4. Iunij præteriti, videlicet dandū eſſe D. Abbati S. Mariæ de Sitria mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione deputan-
1 di Cappellanos ad nutum amouibiles in Eccleſia, de qua agitur, ex generali quaſi poſſeſſione reſpectu omnium Eccleſiarum eidem Abbatiæ ſubiectarum, optimè in alia poſitione probata per teſtes, ſcripturas, declarationes ſacri Concilij, & deciſiones Rotales: quæ ſufficit, quia (vt dictum fuit) vbi cauſa eſt vniuerſalis, datur manuten-
2 tio, licèt non probetur exercitium particulare, *Rot.*
A *deciſ. 17. num. 2. & ſeq. part. 2. diuerſ.* A, Hodiè tamen etiam ad probationem particularis quaſi poſſeſſionis quoad iſtā Eccleſiā exhibita fuit pro D. Abbate viſitatio de eius ordine, & mandato in illa facta anno 1592. tāquam in Eccleſia dependente à dicta Abbatia vti manuali membro, & cum aſſertione, quòd Rector eſt R. D. Gherardus Philāga Monachus prædicti Monaſterij prouiſus à bon. mem. Cardinali Vaſtauillano tunc Abbate, ad prædicti Commendatarij, & ſucceſſorum ſuorum beneplacitum, prout per literas patentes expeditas ſub anno 1584: ex qua etiam corroboratur probatio per-
3 tinentiæ huius Eccleſiæ ad d. Abbatiam firmatæ in deciſione, ex teſtibus tunc datis *in ſummario num.* 3. qui adminiculantur per duos ex infraſcriptis teſtibus examinatis per Gherardū, deponentibus de auditu ab ipſo, quòd recognoſcebat dictum beneficium à dicto Cardinali tunc Abbate, *vt in nouo ſummario num.* 3. Et contra hanc quaſi poſſeſſionē Abbatis nihil releuans deductum fuit per Fratrem Gherardum hodiè informantem. Sed
4 quia in deciſione fuit dictum, poſſe amoueri, etiam ſinè cauſa, ceſſante tamen odio, & malitia in amouente, prout aliàs declarauit *Rota in illa Regien. ſpolij 24. Ianuarij 1611. coram R. P. D. meo Manzanedo inter impreſſ. nouiſſimas diuerſ. deciſ. 325. num. 2. part. 2.* Ideò ipſe adduxit teſtes deponentes de quadam contradictione, & reſiſtentia per ipſum facta Miniſtris Abbatis, nè delerent quædam inſignia bon. mem. dicti Illuſtriſſimi Cardinalis Vaſtauillani in pariete Eccleſiæ depicta, & indè deducebatur cauſa odij; tum de aſperietate loci, & inſalubritate aeris d. Abbatiæ, ad quam reuocari prætenditur, in vertice montium ſitæ, & expoſitæ prædonibus ibi continuò morantibus, adeò vt d. Frater Gherardus octogenarius ſubijciatur certo mortis periculo, vt dicunt ijdem teſtes ſuper ſexto: maximè cum triginta ab hinc annis commoratus fuerit in Eccleſia S. Mariæ ſita (vt deponunt ijdem teſtes ſuper quarto) in plano, ac commodiori loco, ibiq. per totum dictū tempus laudabiliter animarum curam exercēdo inſeruierit; quæ in ſimili cōſiderata fuerunt *in d. Regien. ſpolij*. Verū hæc DD. viſa fuerunt læuiſſima; nam quoad prædictā cōtradictionem illa, (vltra quòd non ſufficienter probatur per duos teſtes de auditu tantùm, & præſertim per ſecundum, ab ipſomet Gherardo,) eſt nimis friuola, & remota: vt enim apparet ex altero teſte, qui eſt tertius ſuper 11.

dum deponit de auditu ab eius patre, d. impedimentum præſtitum fuerat longo tempore elapſo, & inueriſimile eſt, Abbatem, ſi illud ægrè tuliſſet, tandiù diſtuliſſe. Quoad alia verò non videbatur Gherardus poſſe allega-
6 re prauitatem loci, & aeris Abbatiæ, in cuius Ordine ipſe profeſſus eſt, & ſic proprium ei conſenſum obſtare, & vlteriùs coniecturam, ſi quæ hinc mala deſumi poſſet, purgari omnino per oblationem Abbatis de illi prouidendo de alio conſimili loco; ſeruitium verò per eum
7 præſtitum in dicta Eccleſia ab annis triginta ex ſe ſolo non fuit receptum pro ſufficienti coniectura malitiæ in amouente, prout nec ſuper eo voluit ſe firmare *Rota in alleg. Regien. ſpolij*, ſed tranſiuit ad aliam partem.
Et ideo ex præmiſſis DD. ſteterunt in deciſis, &c.

ANNOTATIO.

A *Rot. deciſ.* 480. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* & *fuit dictum in Hiſpalen. primitiarum* 13. *Maij* & 14. *Nouembris* 1622. *coram R. P. D. meo Nauarro*, ea ratione, quia magis attenditur cauſa actus, quam ipſe actus, *Bald in l.* 1. *num.* 24. *verſic. tu dic, C. de emancipat. liber. Aym. conſil* 75. *num.* 15.

B *Rot. diuerſ. deciſ.* 788. *num.* 2. *part.* 1. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 72. *num.* 5.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Eugubina penſionis.

Lunæ 4. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Literæ reſeruationis penſionis habent executionem paratam, præſertim ſtante obligatione Camerali, nec ſunt iuſtificandæ, quando agitur contra illum, qui reſeruationi conſenſit.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ reſeruationis penſionis habent paratam executionem, ſicuti etiam obligatio Cameralis.*
2 *Literarum Apoſtolicarum reſeruationis penſionis iuſtificatio alias neceſſaria ceſſat ex conſenſu dictæ reſeruationi.*
3 *Valor beneficij, ad effectum opponen. de ſubreptione gratiæ reſeruationis penſionis, eſt probandus de tempore reſeruationis.*

DECISIO CCCLXXXIII.

DIXERVNT DD. relaxandum eſſe mandatum exequutiuum ad fauorem Nicolai penſionarij contra Gaſparem Titularem, & reſignatarium iuxta for-
1 mam propriæ iuratæ, & Cameralis obligationis: habent enim tàm literæ Apoſtolicæ reſeruationis penſionis, quàm obligatio Cameralis de per ſe, multò magis ſimul iunctæ paratam executionem, vt in hac cauſa firmatũ fuit coram R.P.D. *Manzanedo ſub die* 7. *Aprilis* 1617. & *in eiſdem termi-*
F *nis fuit tentum in Cremonen. penſionum* 21. *Februarij*
F 16.4. *coram R. P. D. meo Pirouano inter impreſſ. nouiſſ.*
A *deciſ* 519. *num.* 1. *par.* 2. A, &, ſtante dicto conſenſu
2 reſeruationi, non eſt neceſſaria iuſtificatio literarum, B
B *Guidobon. deciſ.* 245. *Card. Seraphin. deciſ.* 1017. *num.* 3. *Rot. in nouiſſ. impreſſ. deciſ.* 23. *num.* 1. & *dicta deciſ.* 519. *num.* 1. *part.* 2. & *fuit dictum in hac cauſa* 7. *Aprilis* 1617. *coram dicto D. Manzanedo.* Inde ceſſat exceptio ſubreptionis ex eo, quòd Nicolaus in impetratione dicti beneficij narrauit, illius valorem non excedere ducatos nonaginta, & fuiſſe grauatum annua penſione minarum triginta grani: in literis verò reſignationis ad fauorem Gaſparis expreſſerit valorem ducat. 190. Quia pla-
3 cuit reſponſio, quòd dictus valor eſſet probandus ad effectum ſubreptionis de tempore reſeruationis. Vltra quòd idem valor in dicta gratia reſeruationis fuit ſemel narratus, etiam per ipſum Gaſparem, & ſic ſi adeſt in hoc ſubreptio, ab eo proceſſit.

ANNOTATIO.

A *Rota in Cremonen penſionum* 19. *Ianuarij* 1615. *coram Reuerendiſſimo D. Patriarcha Pamphilio*, & *in Aquilana penſionis* 26. *Maij* 1623. *coram bon. memor. Remboldo*, in qua hanc deciſionem ſecuta eſt.

B Limita niſi reſeruatio eſſet conditionalis, quia tunc iuſtificari debet etiam contra illum, qui reſeruationi conſenſit, de quo dixi ſupra *ad deciſ.* 261. *ſub lit E.*

Romana laudi.

Veneris 8. Martij 1619.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Nomen debitoris dici ampliùs non poteſt, qui per dationem in ſolutum fuit à debito liberatus.*
2 *Pecunia, vel alia res loco illius quòd ſoluatur, aut detur creditori volenti, nihil refert.*
3 *Dictio*, quomodolibet, *importat quemcunque modum.*
4 *Lite pendente ſuper impugnatione laudi, poteſt impugnans ſuper eo ſe fundare.*

DECISIO CCCLXXXIV.

CVm ſub die quarta Iulij præteriti reſolutum fuerit, Albericum debere participare pro eius rata de domo aliàs per Laurentium Pellegrinum rationis bancharia debitorem in ſolutum aſſignata, & propterea locum eſſe partito, ex quo dicta domus commodam non patitur diuiſionem, & Domini de Donis habeant in eam maiorem, Albericus verò minorem partem; dubio hodie ad inſtantiã Dominorũ de Donis repropoſito, nõ impugnabatur per ipſos prima pars deciſionis, quòd eſſet locus partito, ſed ſecunda, videlicet, quòd Alberico non deberetur aliqua rata eiuſdem domus: & nihilominus Domini ſteterunt in deciſis, etiam quo ad ſecundam partem. Nam decretũ in commiſſione Sanctiſſimi de partium conſenſu expedita eſt clariſſimum, quòd Doni cogantur ad ſoluen. Alberico ratam integram ei debitam de nominibus debitorum communium, à quibus quomodolibet fuerint ſatisfacti, quod hactenus obſeruatum fuit inter partes, & Doni coacti ad ſoluendũ eidem Alberico ratam quamplurium ſummarum per eos exactarum. Non obſtat primò, quòd dicta domus fuerit, vt dicunt, effectus antecedentis rationis, & quòd fuerit per eos aſſignata nouæ rationi, cuius vtilium erat particeps, initæ del 1608. in capitali expoſito ſcu-

eorum

Digitized by Google

torum 50. millium, quòd iuxta conuentiones ſociales,
ſatisfactis priùs creditoribus, ſit extrahendum capitale,
& deinde vtilia diuidenda, ſi quæ ſunt: quod capita-
le ſupponitur hactenus non fuiſſe extractum. Nam pro
reſponſione dictum fuit, non ſubſiſtere in facto, quòd
Doni habuiſſent dictam domum, durante penultima ra-
tione, & quòd illam conſignauerint ad computum cor-
poris capitalis vltimæ rationis, quæ fuit renouata de
menſe Aprilis 1608. *vt in proceſſu coram arbitro fol.* 13.
Peregrinus autem non fuit factus, nec creatus debitor,
niſi dictæ vltimæ rationis de menſe Septembris dicti an-
ni 1608. pro ſolutis pro eo Monialibus S. Bernardini:
aſſignatio autem domus fuit facta 12. Auguſti 1609. vt
ex partita libri ſpolij fol. 105. in qua fuit memoratæ
partitæ dicti debiti Peregrini; & ſic impoſſibile eſt, di-
ctam domum fuiſſe conſignatam pro parte dicti capita-
lis, quia nedum non fuerat aſſignata veteri rationi, ſed
nec Peregrinus fuit factus debitor niſi dictæ vltimæ ra-
tionis. Non obſtat ſecundò, quòd decretum, de quo
in dicta commiſſione, dicat de nominibus debitorum,
& ſic non poſſit verificari in domo in ſolutum data: quia
1 non poteſt ampliùs dici nomen debitoris, qui per da-
tionem in ſolutum fuit à debito liberatus, *Surd. deciſ.*
113. *num.* 2. *& ſequentib. Theſaur. deciſ.* 137. Nam
quemadmodum Doni cogendi eſſent ad ſoluendum ratã
ſuam Alberico, ſi debitor ſoluiſſet in pecunia numerata:
ita etiam idem dicendum eſt de domo loco pecuniæ in
2 ſolutum data; quia nihil refert, quòd pecunia ſoluatur
creditori, vel alia res detur eius loco volenti, *Are-
tin. in l. ſingularia, colum. antepenult. circa fin. ff. ſi cert.
petat. & ibi Caſtren. num.* 10. *Iaſ. num.* 7. *Surd. dicta de-
ciſ.* 113. *num.* 4. Et omnem difficultatem tollunt verba
decreti, quòd Doni cogantur ad ſoluendum Alberico
ratam integram ei debitam de nominibus debitorum, à
quibus quomodolibet fuerint ſatisfacti, cum illa dictio,
3 *quomodolibet*, importet quemcunque modum *ad gloſ.
in clemen.* 2. *in verb. quomodolibet, de ſenten. excommunic.*
Tandem non obſtat, quòd decretum ſit intelligendum
de nominibus exactis per Donos finita ſocietate, &
quòd reſpectu exactorum ea durante ſit expectanda re-
latio tertij periti, ſtante diſcordia hinc inde electorum.
Nam quatenus etiam dictum decretum ita intelligendũ
eſſet, ſuper quo Domini nihil pro nunc firmarunt, pla-
cuit reſponſio, quòd partes non habuerunt nomen di-
cti Peregrini pro exacto ratione durante, ſed pro exi-
gendo ea finita: domus enim per eum in ſolutum data
non fuit abſolutè, ſed cum pacto redimendi infra annos
octo ad eius voluntatem, dummodo non pro minori
ſumma ſcutorum centum redimeret, & pro qualibet
vice, & ſinè præiudicio cambiorum, vt in dicta partita
libri ſpolij: & ſic non fuit irreuocabiliter acquiſita
rationi, niſi ſocietate finita, & longè poſt, videlicet de
anno 1617. de quo fuit effectualiter incorporata. Imò
nunquam fuit datum creditum ſuper libris dicto Pere-
grino de ſumma, pro qua fuit facta dicta aſſignatio in
ſolutum, ſed partitæ debiti remanent viuæ, & accen-
ſæ, vt ſupponitur: quod non alia ratione factum fuit,
niſi quia dictum creditum non fuit habitum pro exacto
pendente termino ad redimendum. Quod clariùs re-
ſpectu dictorum de Donis, & Alberici reſultat ex libro
arbitri, ſuper quo fuit fundatum laudum inter partes
latum, in quo inter nomina debitorum inexacta deſcri-
bitur dictus Peregrinus pro ſumma ſcutorum 1277. 15.
de iulijs duodecim pro ſcuto, cum declaratione, quòd
pro omnibus debitoribus adnotatis deberet eligi de
communi conſenſu exactor vnus, vel plures, *quali de-
uono far entrare dette reſcoſſioni nel Banco de' Signori Do-
ni, per darne à ciaſchedũno la meta rata ſua*, & eadem
declaratio de eligendo exactores nominum debitorum,
ad effectum conſignandi ratam cuilibet parti eſt in
ſubſtantia repetita in dicta commiſſione Sanctiſſimi de
conſenſu expedita: & ita partes videntur intellexiſſe de
eiſdem debitoribus per arbitrum adnotatis; quod qui-
dem laudum non ſolùm fuit per Donos expreſsè acce-
ptatum, ſed ad eorum inſtantiam executum contra Al-
bericum. Non obſtat, quòd dictum laudum fuerit
4 impugnatum per Albericum, quia nihilominus poteſt
in eo ſe fundare, pendente lite ſuper impugnatione,
*Abb. in cap. capitulum, in fin. de reſcript. & ibi Felin.
num.* 9. dicens omnes ſcribentes ſequi *Roman. conſil.*
347. *in tertio dubio, & ſequuta eſt Rota per Sarnen. in
reg. de annal. quæſt.* 16. *verſic. & ideo conſideranda eſt,
& de communi Ruin. conſil* 186. *num.* 17. *lib.* 3 *cum re-
latis per Fabr. de regul. iur. concluſ.* 1. *num.* 49. *Rota in*
A *recentior. deciſ* 49. *num.* 4. *par.* 2. A
Et ita, partibus informantibus, Domini ſteterunt in deci-
ſis quo ad vtramque partem deciſionis.

A De quo dixi ſupra *ad deciſ.* 46. *ſub lit. B. à num.* 11.

Comen. Fideicommiſſi.

Lunæ 11. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti cẽſentur vocati, ſtantibus coniecturis, quæ tamen debent eſſe concludentes, præſerrim in tranſuerſalibus: & plures in hac deciſione reprobantur.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti non cenſentur vocati.*
2 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſtantibus coniecturis, quæ debent eſſe concludentes, & in tranſuerſalibus validiores, & vehementiores.*
3 *Filij in conditione poſiti an cenſeantur vocati ex prohibitione alienationis.*
4 *Filij in conditione poſiti an cenſeantur vocati, ex legatis pijs perpetuis.*
5 *Dictiones*, dicti, & infraſcripti, *referuntur ad literaliter nominatos.*
6 *Filij in conditione poſiti an cenſeantur vocati ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum.*
7 *Filij in conditione poſiti, non cenſentur vocati ex clauſula*, omni meliori modo, *in teſtamento appoſita.*
8 *Filij in cõditione poſiti cum qualitate legitimitatis non cenſentur vocati, quando hæc coniectura eſt ſola.*
9 *Filij in conditione poſite vt ex coniecturis cenſeantur vocati, plures coniecturæ requiruntur.*
Filij poſiti in conditione an, & quando cenſeantur vocati, latè ſub num. 10.

DECISIO CCCLXXXV.

LICET à concluſione *gloſ. in l. lucius,*
1 *la* 2. *ff. de hæred. inſtit.* quòd filij in
conditione poſiti non cenſeantur vo-
A cati A, communiter a Doct. & per
Rotam recepta, *Verall. deciſ.* 100. *verſ.
& hæc opinio. lib.* 2. *in manuſcrip.* rece-
datur ex coniecturis; tamen illæ de-
2 bent eſſe concludentes, & in tranſuerſalibus validio-
res, ac vehementiores, *Card. Mantic. de coniect. &c.*

*lib, 11. tit. 2. num. 2. verſ. ſed ego conſidero, & tit. 3. num.
18. in fin. Rot. in Bononien. Fideicommiſſi de Pannolinis*
10. *Decembris* 1610. *coram Reuerendiſſ. Lugdunen. & in
Viterbien. fideicommiſſi* 10. *Maij* 1613. *coram R. P. D.
meo Manzanedo impr. in recent. part.* 1. *deciſ.* 486. quæ
cum in caſu propoſito DD. tales viſæ non fuerint, re-
ſponderunt, non conſtare de fideicomiſſo Franciſci te-
ſtatoris ad fauorem filiorum Ioannis eius ex fratre ne-
potis in conditione poſitorum. Quòd autem non ſint
tales, oſtenditur. Nam prima prohibitionis alienatio-
3 nis non applicatur in facto, tanquam appoſita tantùm
quibuſdam bonis contemplatione particularium léga-
rariorum, non autem reſpectu bonorum, in quibus fi-
lij in conditione poſiti prætendunt ſe vocatos, nec ra-
tione perpetuæ conſeruationis inter vocatos, vel in fa-
milia, in quibus terminis *Ruin. conſ.* 122. *num.* 4. *lib.* 2.
& alij per Decian. reſp. 44. *num.* 47. *&* 72. *lib.* 3. *&
per informantes allegati.* Secunda ex legatis pijs perpe-
4 tuis, quæ etiam latè impugnatur *per Pariſ. conſil* 87.
num. 39. *& ſeqq. lib.* 2. quem ſequuta eſt *Rota in Roma-
na de Foſſanis* 12. *Februarij* 1588. *coram Gypſio*, ceſſat,
quia ad huiuſmodi annua relicta fuerunt tantummodo
5 onerati hæredes ſcripti per illas dictiones ſæpiùs repe-
titas, *dicti, & infraſcripti*, quæ referuntur ad hæredes
literaliter nominatos, *l. qui liberis, §. hæc verba, vbi
Bart. ff. de vulg. & pupill. Alex. conſil.* 173. *num.* 6. *lib.*
5. *Soccin. Iun. conſil.* 54. *num.* 9. *& ſeqq. lib.* 4. *Card.
Mantic. vbi ſupra lib* 8. *tit.* 14. *in fin.* & in ſpecie no-
ſtra *Surd. conſil.* 464. *num.* 2. *lib.* 4. & ſic non poteſt
referri ad filios in conditione poſitos, vt fuit diſtin-
ctum *in d. Viterbien. fideicommiſſi* 26. *Maij* 1614. & hac
reſponſione tollitur illa deſumpta ex onere manutenen-
di ignem accenſum in domo ipſius teſtatoris, & ceteræ
ſimiles coniecturæ. Tertia ex digreſſu ad plures gra-
6 dus ſubſtitutionum, ex quo vocationem arguit *Anchar.
conſil.* 74. *num.* 2. *in fin.* ſic ſimpliciter deducta commu-
niter reprobatur, vt teſtatur *Rip. in l. centurio num.*
165. *ff. de vulg. & pup. Clar. in §. teſtamentum, quæſt.*
79. *verſ. quarta allegatur* dicens, in practica ex ipſa ſola
non eſſe à communi recedendum. *Rol. conſil.* 51. *num.* 9.
lib. 3. *& conſ.* 43. *ante num.* 59. *verſ. pariter non obſtat,
lib.* 4. *Bero. conſ.* 84. *num.* 75. *verſic. alia coniectura lib.*
2. cum pluribus congeſtis per *Ruſtic. de lib. in cond. poſit.
lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 5. & hoc digreſſu non obſtante pro-
cedere *doctr. gloſ in l. Lucius, dixit Rota in d. Viterbien.*
10. *Maij* 1613. *in impreſſ deciſ.* 486. *num.* 18. & conſide-
rabilis eſſet in deſcendentibus, non in tranſuerſalibus,
vt declarat *Alex. conſil.* 64. *num.* 5. *verſ. corroborantur
prædicta, & propè fin. verſic. caue, quia limitatio lib.* 5.
Socc. Iun. conſil. 110. *num.* 28. *lib.* 3. *Ruin. conſil.* 128.
num. 19. *in fin. verſic. non obſtat etiam, lib.* 3. *Card. Man-
tic. vbi ſupra lib.* 11. *tit.* 3. *ante num.* 14. *verſ caue, quòd
limitatio cum alijs per Ruſtic. d. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. &
in his terminis procedunt *deciſ. Rot. in illa Ciuitatis Ca-
ſtelli fideicomm.* 14. *Maij* 1607. *coram Illuſtriſſ. Ludouiſio.
& in Peruſina fideicommiſſi de Alphanis* 22. *Iunij dicti
anni coram eodem*, & ſimiles in contrarium allegatæ.
Quarta ex clauſula, *omni meliori modo, &c.* reiecta fuit
7 *per Rot. in ead. Viterbien. d. deciſ.* 486. *num.* 26. *& in
Narnien. fideicommiſſi* 8. *Nouembris* 1613. *&* 4. *Maij*
B 1614. *coram R. P. D. meo Veroſpio* B, cum quibus DD.
tranſierunt. Deficientibus itaque prædictis coniectu-
8 ris, ceſſat quoque illa deſumpta ex qualitate legitima-
tionis, ſub qua filij poſiti fuerunt in conditione, per
illa verba, *legitimis, & naturalibus, & de legitimo
matrimonio natis*, &c. nam quicquid ſit de illius veri-
tate, de qua non fuit DD. viſum nunc inquirere, quia
non deficiunt limitationem iſtam reprobantes, videli-
cet *Zanch. in repet. l. hæredes mei, §. cum ita, part.* 7. *num.*
57. *ff. ad Trebell. Rol. conſil.* 34. *num.* 63. *in fin. Ferrett.
conſil.* 74. *num.* 12. *Petr. de fideic. quæſt.* 9. *num.* 201.
DD. non placuit, ab opinione *Gloſ.* recedere ex hac ſola
coniectura, quam vanam eſſe dicit *Theſaur. deciſ.* 96.
num. 6. nec attendendam alijs non concurrentibus ſen-
ſit *Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Lambertinis* 11. *Mar-
tij* 1611. *coram eodem D. meo Manzanedo in recentior.
impr. deciſ.* 300. *num.* 6. *part.* 1. quæ contra allegaba-
tur: præſertim in tranſuerſalibus, in quibus validiores
requiruntur coniecturæ, vt in principio firmatum fuit.
Et demum tanquam vnica non ſufficeret, cum plures
9 requirantur, vt ex pluribus iuribus firmat *Cuiac. con-
ſil.* 35. quem probauit *Rota in Arminen. fideicommiſſi*
2. *Maij* 1614. *coram R. P. D. meo Dunozetto*.
Ex quibus Domini reſoluerunt, non conſtare de fideicom-
miſſo.

ANNOTATIO.

A Eſt controuerſa opinio, an filij in conditione poſiti cen-
10 ſeantur vocati, & plures pro vtraque parte referunt *Ru-
ſtic. in tractat de lib. in condit poſit. lib.* 1. *cap.* 2. *&
Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 437. *num.* 2. *&* 3. Et negatiuam,
circumſcriptis coniecturis, tenuit *Gloſſ. in l. Lucius la* 2. *ff.
de hæred inſtituen.* quam ſecuti ſunt plures relati *per Ru-
ſtic loco cit Fuſar. ibidem num.* 2. & ſequitur paſſim *Rota,
vt apud Cardinal Mantic. deciſ* 125. *num.* 1. *in recentior.
deciſ* 133. *num.* 1. 154. *num* 2. *&* 486. *num* 14. *part.* 1.
& deciſ 667. *ſub num.* 3. *in fin & num.* 8. *part.* 2. *coram
Cardinal. Caualer. deciſ* 454. *num* 2. *et* 496. *num.* 12. *&
fuit dictum in Monopolitana bonorum* 10. *Martij* 1618. *co-
ram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, & in alijs. Ab hac
tamen opinione receditur ex coniecturis, ex quibus elici-
tur voluntas teſtatoris, vocandi filios in conditione po-
ſitos, vt ſcribunt communiter *Doct.* quorum nonnullos
referunt *Mantic de coniectur vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 2.
num. 2. *et* 19. *Fuſar. dicta quæſt.* 437. *num.* 6. *Bellon. iun.
conſil.* 86. *num.* 6. & tenuit pluries Rota, *vt apud Sera-
phin. deciſ* 1329. *in recentior. dicta deciſ* 153. *num.* 1. 146.
num. 5. 266. *num.* 3. 320. *num.* 15. *part.* 1. *et deciſ* 344.
num. 14. *part.* 2. *cum alijs*, quas infra allegabo. Quod pro-
cedit, nedum quando filij in vltimis voluntatibus in con-
ditione poſiti fuerunt, verùm etiam in contractibus, *Pe-
regrin. de fideicommiſſ. artic* 28. *num.* 19. *Soccin. iun. con-
ſil.* 108. *num.* 7. *lib.* 2. *Gabr. de fideicomm. concluſ* 4. *num.*
50. *Ruſtic dicto lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. cum alijs quos retulit,
& ſecuta eſt Rota in *Meleuitana hæreditatis* 24. *Maij* 1619
coram Dunozetto. Et licet huiuſmodi coniecturæ eſſe
debeant vrgentes, & efficaces, nec ſufficiant leues, *Corn.
conſil.* 97. *num.* 3. *lib.* 1. *Rota dicta deciſ* 667. *num.* 4
part. 2. *recentior.* vbi quòd debent concurrere coniectu-
ræ nedum plures, ſed etiam violentæ; hoc tamen pro-
cedit in tranſuerſalibus, & extraneis, vt in hac deciſio-
ne, & præter allegatos in ea tradunt *Syluest. Aldobrand.
conſil* 29. *num.* 51. *Craſſ. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum
quæſt.* 14. *num vlt. Rota in d. Monopolitana bonorum
coram Patriarcha Manzanedo*. Quando verò agitur de
deſcendentibus poſitis in conditione ab aſcendente, ad ad-
mittendam vocationem ſufficiunt coniecturæ leuiores,
Corn. d. conſ 97. *num* 3. *Aym. conſil* 62. *num* 6. *in fine,
et conſil.* 367 *num* 9. *Dec. conſ.* 242. *circa fin. Peregr. conſ.*
91. *num* 34. *lib.* 1. *Clar in §. teſtamentum quæſt* 78. *circa
fin. Honded conſil* 65. *num.* 31. *lib.* 1. *Mantic d. lib.* 11. *tit.*
2. *num.* 3. *Surd. deciſ* 162. *num.* 6. *Gregor. XV. deciſ.* 325.
num. 5. *et ibi Adden. num* 16. *et deciſ.* 329. *num.* 3. *Rot.
deciſ.* 105. *num* 3. *part.* 1. *recent. et fuit dictum in Anco-
nitana, ſeu Senogallien. bonorum* 4. *Decembris* 1619. *coram*
R.P.D.

Digitized by Google

R P. D Pirouano in d. Meleuitana hæreditatis 24. *Maij* 1619. *coram bon mem. Dunozetto ſeniori . in Bononien. fideicommiſſi de Turre* 24. *Maij* 1621 *coram nunc Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio, in Ciuitatis Caſtelli fideicommiſſi* 9. *Maij* 1622. *coram bon. mem Remboldo, in Imolen. fideicommiſſi* 2. *Maij* 1622. *coram bon. mem Vbaldo ſeniori, et in Bononien fideicommiſſi de Lambertinis* 10. *Ianuarij* 1628. *coram R. P. D. Virili.* Quænam autem coniecturæ ſufficiant, latè tradunt *Ruſtic. in dicto tract Fuſar. d. quæſt.* 437. *à num.* 23. *infra Bellon. iun d conſil.* 86. *à num.* 3. aliquas tamen hic referam, quas Rotæ magis placuiſſe reperij.

Prima eſt, quando filij fuerunt poſiti in conditione cum qualitate maſculinitatis, *Guid. Pap. quæſt.* 184. *Pariſ. conſil.* 37. *num.* 35. *lib.* 2. *cum alijs per Ruſtic. d. tract. lib.* 2. *cap.* 2. *Fuſar. d. quæſt.* 437. *num.* 25. *Bellon iun conſil.* 47. *num.* 13. *Rot. deciſ.* 144. *num.* 4. *in fin. et deciſ.* 266. *num.* 15. *part.* 1. *recent. et in d. Bononien fideicommiſſi de Lambertinis* 10. *Ianuarij* 1628. *coram R. P. D. Virili.*

Secunda coniectura eſt, quando teſtator poſuit in conditione filios cum qualitate legitimitatis, ita *Soccin iun. conſil.* 120. *num.* 25. *et conſil.* 145. *num.* 38. *et ſeq lib.* 3. *Mantic. d. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 7. *et ſeqq. et alij apud Ruſtic. d. tract. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 1. *in fin. Surd conſ* 443. *num.* 48. vbi quòd hæc coniectura non recipiat controuerſiam. *Fuſar. d. quæſt.* 437. *num.* 64. *et num ſeq in fine*, teſtatur fuiſſe pro hac opinione iudicatum, *Bellon iun. d. conſil* 86. *num.* 5 *Seraphin. deciſ.* 934. *num.* 9. 956. *num.* 6. *et* 1329. *num.* 5, *Rot. deciſ.* 300. *num* 6 *part.* 1. *recentior. in d. Meleuitana hæreditatis coram Dunozetto, & in Bononien fideicommiſſi de Seccadinarijs* 11. *Decemb.* 1623. *coram R P. D Merlino*, hæc tamen coniectura per ſe ſola non ſufficit, ſed reprobatur in hac deciſione, quam ſecuta eſt Rota *in Senogallien hæreditatis* 1. *Decembris* 1623. *coram R P. D. Pirouano*, in qua reputata fuit pro coniectura admodum leui, fuit enim dictum, quòd pro valida ſuſtinetur, ſi concurrant aliæ potentiores coniecturæ, ſecus ſi aliæ non vrgerent.

Tertia eſt, quando teſtator digreſſus eſt ad plures ſubſtitutionum gradus, *vt poſt Ancharan.* qui fuit auctor huius opinionis, *conſil.* 74. *col.* 2. *tenuerunt plures congeſti per Ruſtic d. tract lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. *Fuſar. d. quæſt* 437. *num.* 90. *Bellon iun d. conſil* 86. *num* 3. *Seraphin deciſ.* 1329. *num.* 10 *Gregor. XV. deciſ.* 315. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 144. *num.* 4. 145. *num.* 8. *et deciſ* 266. *num* 14. *part.* 1. *et deciſ.* 424. *num.* 2. *part.* 2. *recent. in d. Meleuitana hæreditatis* 24. *Maij* 1619. *coram bon mem. Dunozetto, in d. Ciuitatis Caſtelli fideicommiſſi coram Remboldo, & coram eodem in Senogallien. prætenſi fideicommiſſi* 11. *Maij* 1626. *in d. Bononien. fideicommiſſi de Turri* 14. *Maij* 1621. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio, & in eadem cauſa* 25. *Februarij* 1622. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, in qua hæc coniectura fuit admiſſa ſimpliciter, & nedum reprobata opinio contraria, verùm etiam eorum, qui dicunt id procedere, quando filij fuerunt poſiti in conditione in ſingulo gradu ſubſtitutionis. Verùm hæc coniectura habet locum in deſcendentibus tantùm, non autem in extraneis, vt in hac deciſione, & præter allegatos in ea tradunt etiam *Ramden. deciſ. Piſan.* 27. *num.* 88. *verſic. tertiò replicatur Caualcan. deciſ* 5. *num.* 30. *et* 62. *part.* 3. *Caball. conſil. deciſiu.* 136. *num.* 3. *et* 4. *Fuſar. d. quæſt.* 437. *num* 98.

Quarta coniectura eſt, quando filij fuerunt pluries in conditione poſiti, *Gozadin. conſil* 64. *num* 9 *Corn. conſil* 74. *num.* 5. *et ſeq. lib.* 2. *cum alijs per Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 76. *num.* 58. *Surd. conſil.* 375. *num.* 12. *Fuſar d. quæſt.* 437. *num.* 105. *Bellon iun d. conſ* 86. *num* 12. *Gregor XV. d. deciſ.* 315. *num* 2. *Rot. deciſ* 155. *num.* 11. *part.* 1. *recent. et in Ariminen. fideicommiſſi* 27. *Ianuarij* 1624. *coram bon mem. Remboldo.*

Quinta eſt, quando teſtator filios inſtitutos inuicem ſubſtituit *Surd conſ* 344. *num.* 17. *Aym. conſ* 50. *num* 6. *cum alijs per Menoch d præſumpt.* 76. *num.* 52. *Rota in d. Ciuitatis Caſtelli. et Ariminen fideicommiſſi coram Remboldo, et in d. Bononien. fideicommiſſi de Turri coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio. et in eadem* 19. *Ianuarij* 1624 *coram bon mem. Patriarcha Manzanedo.*

Sexta eſt, quando filij poſiti in conditione ſunt vocati ad portionem patruorum decedentium ſine liberis, *Ruin. conſ.* 140. *poſt num.* 9 *et conſ* 142. *ſub num.* 11. *lib* 3 *Aym. conſ* 62. *num.* 10. *Fuſar. poſt alios d. quæſt* 437. *num* 84. *Rot. d deciſ* 133. *num.* 5. *et deciſ* 144. *num* 3 *et* 146. *num.* 4. & 363. *num.* 2. *part.* 1. *recent Gregor XV. d. deciſ.* 315. *num.* 3. & *deciſ* 329. *num.* 4. *Rot. in d. Meleuitana hæreditatis* 24. *Maij* 1619. *coram Dunozetto in dicta Ariminen. fideicommiſſi* 27 *Ianuarij* 1624. *coram Remboldo, & in dicta Bononien fideicommiſſi de Lambertinis* 10. *Ianuarij* 1628. *coram* R. P. D *Virili.*

Septima eſt, quando filij ſunt vocati ſub nomine collectiuo liberorum, *Rot deciſ.* 266. *num.* 10. & *deciſ* 300. *num.* 3. *part.* 1. *recent. & in d Bononien fideicommiſſi de Lambertinis coram R P. D. Virili.*

Octaua coniectura eſt, quando niſi filij poſiti in conditione cenſerentur vocati, ſequeretur abſurdum, quòd remotior excluderet proximiorem, & minùs dilectus magis dilecto præferretur. *Mantic. d lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 13. *ad fin. verſ & quòd filij. Bellon. iun. d conſil.* 86. *num* 21. *cum alijs per Fuſar. d q* 437. *num.* 176. *Greg XV. d. deciſ.* 315. *num.* 7. *Rot. in d. Ariminen. fideicommiſſi coram Remboldo.*

Nona eſt, quando teſtator habuit reſpectum ad ſtirpes, & non ad capita, *Ruſtic. in d. tract. lib.* 5. *cap.* 6. *num* 8. vbi hanc pulcherrimam, & veram dicit coniecturam, *Intriglol. de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 147. *Rota in d. Ciuitatis Caſtelli fideicommiſſi coram Remboldo.*

Decima eſt, quando teſtator poſt mortem filiorum ſine filijs vocauit filias, & earum filios, & proximiores agnatos de familia, & ideo magis cenſetur vocaſſe filios filiorum in conditione poſitos, *Dec. conſil.* 271 *num.* 76. *Menoch. d præſumpt.* 76. *num.* 36. & 56. *Intrigl. d. cent.* 3. *quæſt* 26. *num.* 120. *Seraphin. d deciſ* 1329 *num* 9. *Rota dicta deciſ.* 133 *num.* 5. & *deciſ.* 146. *num.* 6. *part* 1. *recent. in d Bononien fideicommiſſi de Turri coram Illuſtriſſimo D Cardinali Veroſpio, & in d Ciuitatis Caſtelli fideicommiſſi coram Remboldo.*

Vndecima, quando teſtator filias ab hæreditate excluſit, mandans illas dotari, vel certum quid eis relinquens, *Crauett. conſil* 130. *num* 4. *Surd. conſil.* 67. *num.* 34. & *conſ* 69. *num.* 31. *Honded conſil.* 65. *num.* 35 *conſil.* 67. *num.* 4. *lib.* 1. *Mantic d. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 15. *verſ neque illud. Menoch. d. præſump.* 76. *num* 27. *Seraphin deciſ* 956. *num.* 6. *Rot. deciſ* 344 *num.* 16. *part.* 2. *recent. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano deciſ* 267. *num.* 5. *in Bononien. fideicommiſſi de Lutio* 26. *Nouembris* 1616. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato. in d. Bononien. fideicommiſſi de Turri* 14. *Maij* 1621. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio, & in d. Bononien. fideicommiſſi coram R. P. D. Virili.*

Duodecima, quando filij in alia parte teſtamenti reperiuntur expreſſe vocati, tunc enim cenſentur etiam vocati in ea parte, in qua ſunt poſiti in conditione, *Rot deciſ.* 322. *num.* 5. *part.* 1. *diuerſ coram Gregor. XV dicta deciſ.* 315. *num.* 3. & *dicta deciſ.* 329. *num.* 4. & *in recentior. part* 1. *d. deciſ* 133. *ſub num* 2. & *deciſ.* 146. *num.* 3. & 4. vbi latè hanc coniecturam tuetur, reprobato *Ruſtic* contrarium tenente, & *deciſ* 236. *num.* 4. *ead part.* 1. & *in dicta*

Bono-

Digitized by Google

Bononien. fideicommiſſi coram R. P. D. Merlino, vbi quòd hæc opinio ſit verior, & receptior, & eam Rota paſſim amplecti conſueuit.

Decimatertia, quando teſtator in defectum maſculorum, ſubſtituit alium, cum onere deferendi nomen, & inſignia familiæ *Menoch. conſil* 173. *num.* 51. *Mantic. de coniectur. lib.* 11. *tit* 15. *verſ. item ex eo*, *Theſaur. deciſ.* 96. *num.* 25. *Bellon iun. d. conſil.* 86. *num.* 7. *& num.* 8. quòd hæc ſola coniectura ſufficiat ad inducendam vocationem filiorum in conditione poſitorum, *Seraphin. deciſ.* 1329. *num.* 3.

Decimaquarta, quando teſtator in defectum filiorum legitimorum vocauit naturales, & ſpurios legitimandos, *Seraphin. d. deciſ.* 1329. *num.* 4. *& ſeqq.*

Decimaquinta, quando in loco adeſt ſtatutum, quòd filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, prout in Vrbe, *Gabr. conſil.* 15. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 1. *Menoch. d. præſumpt.* 76. *num.* 83. *Seraphin. d. deciſ* 1329. *num.* 12. vbi quod procedat etiam quoad bona ſita extra territorium ſtatuentium.

Prædictæ coniecturæ licèt ſingulæ de per ſe ſatis non eſſent, & nonnullæ fuerint à Doctoribus, & à Rota aliquando iudicatæ minùs ſufficientes: ſi tamen aliquæ ſimul concurrunt, ſufficiunt, inſtat enim regula, quòd ſingula, quæ non proſunt ſimul collecta iuuant, *Ruſtic. d. tract. lib.* 4. *cap* 4. *num* 14. *Seraphin d. deciſ* 1329. *num.* 13. *Rot. d. deciſ.* 133. *num.* 2. *&* 146. *num.* 4 *&* 453. *num.* 7 *par.* 1. *recent. Gregor. XV. dict. deciſ* 329. *num.* 10. *Rota in d. Meleuitana hæreditatis* 24. *Maij* 1619. *coram bon. mem. Dunozetto*, *in d. Ciuitatis Caſtelli fideicommiſſi* 9. *Maij* 1622. *coram Remboldo*, *in d. Bononien fideicommiſſi de Turri* 14. *Maij* 1621. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio* Et quæ coniecturæ ſint ſufficientes, Iudicis arbitrio relinquitur, *Cephal. conſil.* 476. *num.* 5. *&* 478. *num.* 15. *Eugen. conſil.* 52. *num.* 30. *Menoch. conſil.* 394. *num* 5. *d præſumpt.* 76, *num.* 26. *in fin. & de arbitr. caſ* 148. *Honded conſil.* 65. *num.* 44. *& conſ.* 67. *num.* 2. *lib* 1. *Mantic. d lib.* 11. *tit.* 2. *num* 19. *Surd. deciſ.* 162. *num.* 6. *&* 11. *Theſaur dicta deciſ.* 96. *num.* 9. *cum alijs per Fuſar d. quæſt* 437. *num.* 14. *Gregor. XV. d. deciſ* 329. *num. vlt. Rot. d. deciſ.* 266. *ſub num.* 3 *part.* 1. *recent. & in d. Meleuitana hæreditatis* 24. *Maij* 1619. *coram bon. mem. Dunozetto*, vbi quòd licèt Iudex vnica ſolum, aut altera coniectura, niſi ſit vrgens, moueri non debeat, tamen cum concurrunt plures, iudicium ſuum interponere poteſt.

B Sequitur Rota *in d. Senogallien. hæreditatis* 1. *Decembris* 1623. *coram R. P. D. Pirouano*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana, ſeu Tiburtina Caſtrorum.

Veneris 15. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Immiſſio ex remedio, *Quorum bonorum*, datur filijs ad bona per matrem de tempore obitus poſſeſſa, vel etiam detenta, necnon eorum ceſſionarijs: nec impeditur exceptionibus altiorem indaginem requirentibus. Poſſeſſio vacans capta, lite pendente, tanquam attentata reuocatur officio Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum*, Quorum bonorum, *competit filijs, & hæredibus matris, ac etiam eorum ceſſionarijs pro immiſſione in poſſeſſionem bonorum maternorum.*

2 *Interdictum*, Quorum bonorum, *datur etiam pro rebus particularibus, & tam pro poſſeſſis, quàm pro detentis.*

3 *Poſſeſſio præſumitur continuata vſque ad poſſidentis obitũ.*

4 *Immiſſio ex remedio*, Quorum bonorum, *impediri non poteſt propter exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

5 *Poſſeſſio vacans capta pendente lite vigore mandati parte non citata expediti, eſt, vti attentata, ſaltem officio Iudicis reuocanda.*

DECISIO CCCLXXXVI.

ITERVM propoſui dubium 18. Maij
præteriti non reſolutum, an D. Franciſcæ quondam Catherinæ, & Domino Petro Paulo ceſſionario alterius filiæ monialis, (quorum perſonas eſſe legitimatas, per deciſiones 12. Nouembris, & 10. Decembris firmatum fuit)
danda eſſet immiſſio in bonis per dictam Catherinam
de tempore eius obitus poſſeſſis: & Domini affirmatiuè
1 reſponderunt. Nam indubitatum eſt, dictis filiabus, &
hæredibus matris pro immiſſione in poſſeſſionem bonorum maternorum competere interdictum, *Quorum bonorum*, *l.* 1. & ibi omnes, C. *quor. bonor.* atque etiam
ceſſionario, *Peregr. de fideicom. art.* 46. *num.* 3. *verſic.*
2 *vndè infero*, quod interdictum datur quoque pro rebus
particularibus, *ſ. pro poſſeſſore*, ibi, rem hæreditariam,
Inſtit. de interd. gloſſ. in l. 2. *in verb. poſſident. C. quor. bonor. vbi Ang. in verſ. in textu, ibi, Salicet. num.* 4. *Rip. in l.* 1. *num.* 15. *ff. eod cum alijs per Peregr. d. art.* 46. *num.* 12. *verſ. diſtinctio autem, & num.* 15. & non ſolùm
pro poſſeſſis, ſed etiam pro detentis, *Cyn in d. l.* 1. *C. eod. & ibi Alberic. circ. princ. & Salic. num.* 4. *& 10. verſ item differunt, Peregr. vbi ſupra num.* 14. De poſſeſſione autem dictæ Catherinæ reſpectu Caſtrorum
Cantalupi, & Bordellæ, ſuper quibus principalis erat
inter partes controuerſia, conſtat ex inſtrumento adeptionis illius, quæ ideo obtinuit à Rota corã Lugdunen.
contra bon. mem. Excellentiſſimum Don Virginium,
reſolutionem ſuper manutentione, & deinde mandatum de manutenendo, vt exponunt in facto informantes ex aduerſo pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D.
Cardinali, Excellentiſſimo Domino Duce, ac Illuſtriſſimis fratribus de Vrſinis, qui etiam dictam poſſeſſionem faſſi ſunt in monitorio ad eorum inſtantiam ab A.
3 C. obtento, quæ præſumitur continuata vſque ad illius
obitum, *Butr. in cap. cum ad ſedem, ſub num.* 25. *verſ. ex his concluditur, & ibi Abb. num.* 16. *de reſtitut. ſpoliat. Rip. in cap. cum Eccleſia, num.* 24. *de cauſ. poſſ. & propriet. Rot. deciſ.* 4. *de probat. in nou. Natt. conſ.* 439. *num.* 7. *& ſeqq. Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 64. *num.* 17.
Nec obſtare viſæ fuerunt exceptiones antiqui fideicommiſſi Illuſtriſſimæ familiæ Vrſinæ, necnon teſtamentorum Antonij, & Ioannis Baptiſtæ, nam quicquid ſit,
an DD. Vrſini ex illis dici poſſint legitimi contradictores, DD. exiſtimarunt, non poſſe propter illa impediri
4 immiſſionem, tanquam ex hinc inde deductis altiorem
indaginem requirentia, *l. fin. C eodem, vbi Butrig. in princ. Bald. num.* 2. *Salicet. in ſummario, & circa fin. & Ang. in princ. Rol. conſ.* 1. *num.* 37. *lib.* 1. *Menoch. de adipiſc. rem.* 1. *num.* 102. *Peregr. dicto artic.* 46. *num.* 35.
Rota in Interamnen. hæreditatis de Paradiſis 12. *Maij*
A 1606. *coram R. P. D. meo Pamphilio*. A, Præſertim
quia cum lite in Rota ſuper dictis bonis indeciſa pendente, poſſeſſio per DD. Vrſinos capta fuerit, cum mandato ab A. C. nemine citato expedito, videtur vti at-
5 ten-

tentata ſaltem officio Iudicis reuocanda, vt conciliando opiniones, concludit *Lancellott. de attent. lit. pend. ſecunda par. cap. 4. num.* 334. vbi ſic declarat procedere deciſiones contrarias, & præſertim 10. *vt lit. pend. in nou.* & eam ſequuta eſt *Rota in Acheruntina Archipresbyteratus* 30. *Maij* 1607. *coram Illuſtriſſimo D.*
B *Cardinali Bononien.* B.
Ex quibus pro immiſſione deciſum fuit vt ſupra, vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Sequitur Rota infra *coram D. meo deciſ.* 740. *num.* 2. & *deciſ.* 825. *num.* 4.
B *Beltramin. ad deciſ Gregor XV.* 305. *lit. A.*
Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Firmana prætenſi fideicommiſſi.

Veneris 15. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti non cenſentur vocati; niſi contrarium ſuadeant coniecturæ, quarum plures in hac deciſione minùs ſufficientes iudicantur.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti non cenſentur vocati, etiam ſi ſint deſcendentes ipſius teſtatoris.*
2 *Filij poſiti in conditione quando ſunt deſcendentes, vt cenſeantur vocati, ſufficiunt leuiores coniecturæ.*
3 *Filij poſiti in conditione cum qualitate maſculinitatis non cenſentur vocati, præcipuè quando aliæ coniecturæ non adſunt.*
4 *Filij in conditione poſiti cum qualitate maſculinitatis non cenſentur vocati, quando adeſt in loco ſtatutum excluſiuum fœminarum ſtantibus maſculis, & quare.*
5 *Fœminarum excluſio in teſtamento expreſſa intelligi debet in fauorem inſtitutorum tantùm.*
6 *Filij poſiti in conditione non cenſentur vocati, ex quo teſtator fœminas in eodem teſtamento excluſit.*
7 *Subſtitutio Hoſpitalis, aut alterius loci pij in defectum hæredum inſtitutorum ſinè filijs decedentium, an ſit coniectura inducens fideicommiſſum.*
8 *Teſtator ſubſtituens extraneos, an multò magis cenſeatur velle ſubſtitui nepotes.*
9 *Fideicommiſſum an cenſeatur inductum ex pluribus legatis perpetuis, & quid de anniuerſario perpetuo.*
10 *Subſtitutio in hæreditate vniuerſali non inducitur ex onere legati particularis.*
11 *Onera perſonaliter iniuncta inſtitutis non debent referri ad deſcendentes in conditione poſitos, qui non cenſentur vocati.*
12 *Hæredes qui ſunt literaliter nominati tantùm, notantur per verba,* dicti, & infraſcripti hæredes, *in teſtamento appoſita.*
13 *Prohibitio alienationis etiam facta per verba generalia, reſtricta ad inſtitutos, eſt perſonalis, & non extenditur ad poſitos in conditione, & proindè non eſt inductiua fideicommiſſi.*
14 *Teſtator diſponens, filias in caſu viduitatis poſſe redire in domum ipſius, an cenſeatur eas ſubſtituere.*

DECISIO CCCLXXXVII.

D, in propoſito etiam caſu prout in illa
Comen. fideicommiſsi 11. huius coram
me reſoluta permanentes eum *gloſ. in*
l. Lucius tenuerunt, non conſtare de fi-
deicommiſſo ad fauorem fratrum de
Nardinis poſitorum in conditione per
q. Leonardum auum paternum teſtatorem. Et licèt
1 hic verſemur in deſcendentibus, qui multò facilius vi-
dentur ſubſtituti, quàm collaterales; tamen in eis quo-
que procedit *dicta gloſ.* ſecundùm communem ſenten-
tiam, de qua *per Soccin. conſ.* 116. *ſub num.* 8. *verſ. ex*
quibus patet, lib. 3. *Rip. in l. Centurio num.* 159. *verſ.* 3.
verba de vulg. ſubſtit. Clar. *in §. teſtamentum quæſt.* 79.
verſ. tertia coniectura, Card. *Mantic. de coniect. &c. lib.*
A 11. *tit.* 3. *num.* 1. A, & quamuis in eis leuiores con-
2 iecturæ ſufficiant. Card. *Mantic. vbi ſupra tit.* 2. *num.*
2. *verſ. ſed ego conſidero, & d. tit.* 3. *num.* 18. *in fin. &*
tenuit Rota in Bonon fideicommiſſi de Pannolinis 10. *De-*
cembris 1610. *coram Reuerendiſſimo Lugdunen. in Viter-*
bien. fideicommiſſi 10. *Maij* 1613. *coram R. P. D. meo*
Manzanedo impreſſ. in recent. part. 1. *deciſ.* 486. *& in*
dicta Comen. coram me. Tamen adductæ in propoſito
nullius viſæ fuerunt conſiderationis. Nam prima ex
3 adiectione, & expreſſione qualitatis maſculinæ iuxta
deciſionem *Guid. Pap.* 184. *num.* 3. eum copioſè *rel. per*
Modern. ab Aquil. in tract. an & quand. lib. in cond. poſit.
lib. 2. *cap.* 2. *num.* 1. *& ſeqq. Decian. conſ.* 44. *num.* 13.
& ſeqq. lib. 3. *& per Rot. in Bononien. de Lambertinis*
21. *Maij* 1611. *coram R. P. D. meo Manzanedo*, eſt val-
de controuerſa, imò contra illam iudicauit Curia Parla-
menti Delphin. teſte eodem *Guid. Pap. d. deciſ.* 184. *& de-*
ciſ. 600. dicit ſe nunquam in practica potuiſſe obtinere
quòd d. qualitas maſculinitatis importaret diſpoſitionē,
& cōmunem eſſe in contrarium refert *Pariſ. conſil.* 31.
num. 22. *& conſ.* 86. *num.* 16. *lib.* 2. *Soccin. iun. conſil.*
218. *num.* 15. *lib.* 1. *& conſ.* 177. *num.* 10. *lib.* 2. magis
communem *Rol. conſil.* 51. *ſub num.* 5. *verſ. ſecundò non*
obſtat. lib. 4. *Guald. in tract. de art. teſt. tit. de ſubſtit. caut.*
36. *num.* 2. *Clar. in d. §. teſtamentum, quæſt.* 79. *in*
princ. Card. *Mantic. dicto tit.* 3. *ſub num.* 3. *verſ. ſed hæc*
quoque, propè fin. & hanc ſequuta eſt Rota lib. 3. *part*
3. *diuerſ. deciſ.* 1154. *in princ.* vbi allegatur alia deciſio
in quadam *Romana Caſalis* 8. *Februarij* 1546. *coram Pa-*
riſio. Præſertim quando (prout hic) neque ex digreſſu ad
plures ſubſtitutionum gradus, neque aliunde colligi
poteſt teſtatoris intentio conſeruandæ agnationis, vt
declarat *Gabr. conſ.* 123. *num.* 2. *lib.* 2. *& Rot. d. deciſ.*
1154. *num.* 1. Multò verò magis extante (quemadmo-
dum ſupponitur) in Ciuitate Firmi ſtatuto excluſiuo fœ-
4 minarum: tunc enim non ſequitur, quòd teſtator vo-
luerit, maſculos in conditione poſitos ſuccedere ex te-
ſtamento, cum ipſi fœminis præferantur etiam ab in-
teſtato, prout in hac coniectura concordando opinio-
nes diſtinguit *Soccin. ſen. conſ.* 116. *num.* 5. *vol.* 3. *&*
Iun. conſ. 111. *num.* 32. *& conſ.* 119. *num.* 31. *lib.* 1. *De-*
cian. conſ. 59. *num.* 8. *vol.* 2. *Card. Mantic. d. tit.* 3. *verſ.*
ſed illa diſtinctio, & hac ratione nihil quoque operatur
excluſio fœminarum, ex qua ſecunda obijciebatur con-
5 iectura, vltra quòd illa debet intelligi in fauorem inſti-
tutorum tantùm, ex adductis *in Ariminen. fideicommiſſi*
23. *Martij* 1618. *coram R. P. D. meo Dunozetto*, & hanc
6 coniecturam contemnendam tenuit Rota *in Romana*
hæreditatis de Foſſanis 12. *Feb.* 1588. *coram bon. mem. Gip-*
tio. Tertia ex ſubſtitutione Hoſpitalis, vel alius operis
pij, quod teſtator mandauit ſubſtitui in defectum hære-
dum inſtitutorum ſinè filijs, nullam vim habet, quia

vltra

vltra quòd à plurimis etiam *Doct.* impugnatur, fortè procederet, vbi ageretur de fauore ipſius Hoſpitalis, & piæ cauſæ, *vt per Modern. ab Aq. vbi ſupra lib.* 3. *cap.* 6. Et fuit quoque reiecta in dicta Comen. coram me. Et multò minùs valet argumentum hinc deſumptum, quòd ſi teſtator ſubſtituit extraneos, multò magis cenſetur ſubſtituere voluiſſe nepotes: quia ſi hoc eſſet verum, deſtrueretur opinio *gloſ. in d. l. Lucius*: imò in caſu illius *text.* erant ſubſtituti ſerui, & ſic extranei.

Quarta ex pluribus legatis perpetuis factis locis, &
7 perſonis pijs videlicet Capuccinis, vſquequo domus ipſius teſtatoris durauerit: ſecundò fratribus Eccleſiæ capitis Arcæ, quotieſcunque venerint ad hoſtium domus ipſius: ex quibus cenſeri inductum fideicommiſſum in terminis, *Anchar. conſ.* 27. *num.* 7. *verſ. cum ergo legatum, Fulgoſ. conſ.* 68. *col.* 2. *verſ. & hoc etiam*, *Natt. conſ.* 531. *num.* 28. *&* 29. *Anchar. Reg. quæſt.* 72. *num.* 26. *& ſeq.* & de anniuerſario perpetuo trad. plures congeſti per *d. Modern. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 10. non fuit ad-
8 miſſa. Nam vltra quòd ex onere legati particularis non inducitur vocatio in hæreditate vniuerſali, *l. hæreditas ad Statium primum* 65. *ff. de hæred. inſtit. & ibi Bart. in ſummario Iaſ. in l. Centurio ſub num.* 58. *verſ. ſi tamen velles defenſare*, *de vulg. & pupill.* & in ſpecie reprobando hac ratione huiuſmodi coniecturam, *Pariſ. conſ.* 87. *num.* 39. *& ſeqq. lib.* 2. *& poſt eum Rota in Romana de Foſſanis Viterbien. fideicommiſſi*, *& Comen. dicta relatis*; conſiderabant DD. quòd in præſenti dd. onera perſonaliter iniuncta fuerunt ſolummodo ipſis inſtitutis, quia licèt in primo dicatur (vſquequo domus teſtatoris durauerit) &c. tamen ſtatim ſubſequitur, (& ſi aliquis ex dd. hæredibus ſuis defuerit), &c. in ſecundo autem clariùs dicitur; (itẽ reliquit, quòd infraſcripti ſui hæredes,)
9 & ſic hæredes literaliter ſcripti, *Alex. conſ.* 173. *num.* 6. *lib.* 5 *cum alleg. in d. Comen.* inter quos non ſunt nepotes in conditione poſiti, & propterea ad illos dd. onera referri non debent, *Cephal. conſ.* 17. *num.* 17. *&* 30. *cum ſeq. verſ. & ſic etiam parùm facit lib.* 1. *cum alijs in eadem Viterbien.* 10. *Maij* 1613. Hincque demum ceſſat alia coniectura deſumpta ex prohibitione alienationis, quia cum illa ſit perſonalis, & reſtricta ad filios in-
10 ſtitutos, vt patet ex dictionibus, *infraſcriptos ipſos*, & *dictis*, per quas perinde eſt, ac ſi per nomina propria fuiſſet facta prohibitio, *Rip. in l. filius fam. §. diui, num.* 111. *& ibi Alciat. num.* 51. *verſ ſanè de leg.* 1. non poteſt extendi *Alex. in d. §. diui num.* 25. *Iaſ. num.* 109. *& in ſecunda lect. num.* 146. *Rip. num.* 106. atteſtantes de communi *Craſſ. in §. fideicommiſſum quæſt.* 5. *num.* 10. nec ad hæredes *Soccin. iun. conſ.* 54. *num.* 12. *lib.* 4. & in ſpecie quòd non extendatur ad poſitos in conditione *Rot. deciſ* 649. *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ.* Et ſic ceſſat, quòd prohibitio facta fuerit per verba generalia, quia illa generalitas, & perpetuitas fuit reſtricta ad dd. filios inſtitutos, vt dictum eſt. Vltimò non obſtat alia teſtatoris diſpoſitio, quòd ſi filiæ eius viduæ remanerent,
11 poſſint redire in domum ipſius; quia hæc diſpoſitio potuit impleri viuentibus filijs, & ſaltem abſque alio fideicommiſſo, ac propterea nõ eſt inductiua ſubſtitutionis, vt in ſpecie fuit dictum *in Ariminen. fideicommiſſi* 18. *Maij præteriti coram R. P. D meo Remboldo*.

Et ita fuit concluſum contra dd. DD. de Nardinis informantes.

ANNOTATIO.

A *Bellon iun conſil.* 19. *ſub num* 2. *& conſ.* 26. *ſub num.* 56. *cum alijs pluribus relatis per Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 437. *num.* 24. *Rota in Monopolitana bonorum* 10. *Martij* 1618. *coram bon mem. Patriarcha Mantanedo*, *& in Senogallien hæreditatis* 1 *Decembris* 1623. *coram R. P. D. Pirouano*, & de materia dixi latè ſupra ad *deciſ.* 385.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Hiſpalen. præeminentiarum.

Lunæ 18. Martij 1619.

ARGVMENTVM.

Examen factum ab altero tantùm ex duobus Iudicibus remiſſorialibus ſuſtinetur, altero legitimam excuſationem proponente. Item ſuſtinetur examen factum à Iudice recuſato per procuratorem abſque ſpeciali mandato, & poſtquam à recuſatione receſſum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex remiſſorialis validè procedit abſque coniudice, ſi is propter impedimenta ſuſcipere officium recuſauit. Vbi quòd aſſerenti ſe eſſe impeditum ſtatur.*
2 *Recuſatio Iudicis requirit ſpeciale mandatum. & num.* 7.
3 *Recuſatio Iudicis non obſtat, ſi ab ea recedatur.*
4 *Recuſans ſi compareat coram Iudice recuſato, petens aliquid ad proſecutionem iudicij pertinens dicitur à recuſatione receſſiſſe.*
5 *Proteſtatio contraria facto nihil operatur.*
Declara niſi fuerit facta in actu, qui non fuit ſortitus effectum. num. 6.

DECISIO CCCLXXXVIII.

FVIT reſolutum, ſubſtineri examen teſtium Abbatis, & beneficiatorum in partibus factum in vim remiſſoriæ Rotalis, & ſic non obſtare prætenſas nullitates oppoſitas. Prima namque ex defectu iuriſdictionis, quia Prior ſanctæ Mariæ Iudex Abbatis, & Beneficiatorum proceſſit abſque Priore Sancti Ioannis condelegato, tollitur; quia dictus Prior condelegatus recuſauit, ſuſcipere officium, allegando, non eſſe poſſibile, quòd acceptaret propter podagram, qua in lecto detinebatur, & alia impedimenta, ſubiungendo, quòd literæ remiſſoriales præſentarentur, cui de iure erant præſentandæ, vt talis perſona acceptet, *vt in ſummario Prioris, & Canonicorum num.* 19. & petijt à Notario, qui illum in lecto iacentem vidit, vt de iſto actu ſe rogaret, quemadmodum rogatus fuit, adhibito teſte ſe ſubſcribente; qui etiam notarius obtulit dicto Priori calamum, vt ſe ſubſcriberet, qui reſpondit, non valere ob impedimentum manus dexteræ propter podagram, vt de his omnibus patet *in proceſſu fol.* 166. *&* 167. cui aſſertioni de dictis impedimentis ſtatur *Rota deciſ.* 5. *aliàs* 192. *de offic. deleg. in nou. Dec. in cap. ſciſcitatus*, *in fin. num.* 63. *de reſcript.* de quibus conſtat ex pluribus confeſſionibus procuratoris Capituli, de quibus in *dicto ſummario num.* 12. 25. *&* 26. Et de notificatione dicti impedimenti, & recuſationis ex aſſertione eiuſdem Prioris Sanctæ Mariæ, qui exinde decernendo citationem petitam 23. Ianuarij 1617. *in proceſſu fol.* 168. validè ad vlteriora proceſſit, *cap. prudentiam*, *§.* 1. *vbi gloſ. in verſ. cum poſt.*, *Abb. num.* 2. *Dec. num.* 1, *de offic. deleg. gloſ. in cap. ſciſcitatus*, *in ver. intereſſet*, *vbi Dec.* *num.*

num. 26. de reſcript. cap. fin. §. ſanè, & ibi omnes, de teſtam. in ſexto, Caputaquen *deciſ. 273. par. 3. fuit dictum in Toletana iuriſdictionis 28. Iunij 1607. coram R. P. D. meo Pirouano*. Et ceſſat difficultas, cum in Tenuiſſoria expreſsè dicatur, (quòd ſi alter veſtrum pro præmiſsis exequendis perſonaliter intereſſe non poſsit, quòd ex tunc, legitima excuſatione præcedente, alter nihilominus exequatur, & liberè exequi valeat), vt in *dicto ſummario num. 1. in fin.* quod fuit etiam conſideratum *in Hiſpalen. decimarum de Ayamonte 24. Iunij 1607. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Ludouiſio, & in dicta Toletana*. Nec dubitari poteſt de præcedenti ordine Rectoris de requirendo dictum Priorem ad acceptandum iuriſdictionem, etiam per ipſum Rectorem ſubſcripto, de quo conſtat *in dicto ſummario num.* 20. De ordine verò, & commiſſione Iudicis impediti patet vt ſupra ex rogitu Notarij, adhibitis duobus teſtibus, quorum alter ſe ſubſcripſit. Secunda nullitas allegata,
2 quia d. Rector fuerat recuſatus cum expreſſione cauſarum, iuramento, & reiteratis contradictionibus, & appellatione à proceſſu ad vlteriora, ceſſabat, nam dicta recuſatio fuit facta ſinè ſpeciali mandato Prioris, & Canonicorum, quod requirebatur *Pariſ. conſ. 31. num. 72. & 112. lib. 1. Roland. conſ. 19. num. 2. vol. 3.*
A *Verall. deciſ.* 168. *part.* 1. A, & pluries fuit reſolutum. Mandatum autem Procuratoris, qui recuſauit, erat reſtrictum ad Iudices primo loco deputatos, vt ex dicto mandato *in dicto ſummario num.* 4. Quæ recuſatio nec
3 etiam obſtaret, cum ab ea receſſum fuerit, *Alex conſ 12. num. 12. & 16. lib. 6. Lancell. de attent. pend. recuſ. cap. 9. limit. 1. num. 31. Rot. deciſ. 568. num. 3. verſ. accedit, & num. 4. part. 1. diuerſ. & in Vſcellen. ſpolij 10. Maij 1610. coram eodem Illuſtriſsimo Bononien. in vltimò impreſſ. deciſ. 284. num. 4. in fin. verſ. & a recuſatione par. 2.*
4 Receſſus autem eſt patens, quia pars Canonicorum comparuit coram eodem Rectore recuſato, & petijt, & obtinuit teſtes ſuper eius interrogatorijs examinari, & quod plus eſt examinauit teſtes reprobatorios, & plura decreta fauorabilia reportauit, de quibus *in ſummario Beneficiatorum num. 1. 2. & 3.* Nec releuant pro-
5 teſtationes pro parte Canonicorum vti contrariæ dd. eorum actibus effectum ſortitis, *Butr. in cap. ſollicitudinem in fin. verſ. dic quod illud, & ibi Abb. num. 8. verſ. ſtatu ac, Imol. num. 13. verſ. in ea gloſ. Anan num. 11. Dec num. 22. de appell. & de communi Alex. in l. non ſolum, §. morte, num. 15. poſt med. verſ. vndè dici poteſt de nou. oper. nunc.* quam ſequitur Rota, *vt per Put. deciſ. 370. lib. 1. in nouis, & 40. & 43. in tit. de iudic. Rot. deciſ. 162. num. 3. & 4. part. 1. diuerſ. Card. Seraph. deciſ. 532. num. 2. & 897. num. 7. & 8. & fuit tentum in Vſcellen. ſpoliorum 10. Maij 1610. coram Illuſtriſsimo Bononien. in recentior. deciſ. 284. num. 4. in fin. part. 2.* Deciſio autem Illuſtriſs. D. Card. Lancellotti in Conchen. limitum non applicatur, quia ibi proteſtatio fuit
6 facta in actu, qui non fuit ſortitus effectum, prout in noſtro caſu, vt dictum eſt. Et ex his tollitur nullitas deducta circa Notarium recuſatum, maximè cum interuenerit alius Notarius, cui pars Canonicorum dedit interrogatoria. Ex quibus reſolutum fuit pro validitate examinis, vt ſupra; reſpectu tamen quatuor teſtium, à quibus ſub die 27. Ianuarij receptum fuit iuramentum per dictum Rectorem, rogato ſolo Matthæo Tellez Notario Beneficiatorum etiam recuſato, & cum contradictione, & proteſtatione nullitatis pro parte Capituli, licèt deinde ijdem teſtes fuerint per acta vtriuſque Notarij examinati, & cum interrogatorijs partis, *vt in proceſ. fol. 267. & ſeqq.* erunt iterum DD. ſi opus erit, conſulendi, cum pars Beneficiatorum nihil reſponderit.

ANNOTATIO.

A *Gregor. XV. deciſ 368. num. 1. Cardinal. Caualer. deciſ.*
7 *348. num 2. & fuit dictum in Neocaſtren. Archidiaconatus 9. Decembris 1588. coram Gipſio, in Burgen. fructuum 28. Maij 1590. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Columbrien. Canonicatus 24. Februarij 1616. coram bon. mem. Cardinali Sacrato*, & in alijs; tenetur tamen ſpeciale mandatum ad hunc effectum, ſi in eo tradita ſit facultas ad notarios; & iudices recuſandum, licèt non ſint expreſſæ perſonæ, vel in qua cauſa, vt fuit dictum in allegata *Neocaſtren. Archidiaconatus coram Gipſio, quam ſequitur Beltramin ad d. deciſ 368. Gregor. XV. num. 8. in fin.* ſicut de mandato ad tranſigendum, ac petendam abſolutionem a iuramento, & reſtitutionem in integrum, ad quæ etiam ſpeciale requiritur, dixi ſupra ad *deciſ. 190. lit. A.* Item ſuffragatur recuſatio per procuratorem abſque ſpeciali mandato propoſita, ſi principalis recuſationem ratificauit, proſequendo cauſam coram alio iudice per procuratorem electo, *Rot. deciſ 440. num. 2. part. 2. recent. & Beltramin. loco cit.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana tutelæ,

Lunæ 15. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Tutela non finitur per mortem aliquorum ex pluribus tutoribus in teſtamento datis; ſed remanet penes ſuperſtitem: & an, & quando ſit neceſſaria ſubrogatio aliorum tutorum in locum defunctorum.

SVMMARIVM.

1 *Tutela teſtamentaria non expirat per mortem vnius ex contutoribus, ſed durat in perſona contutoris ſuperſtitis, etiam ſi tutores dati ſint cum dictione,* ſimul, *vel cum alijs verbis complexiuis, num. 2.*
2 Copula, Et, *eſt ampliatiua.*
4 Copula, Et, *poſita inter duo aduerbia ſynonima ſtat ſolum expoſitiuè.*
5 Copula, Et, *nihil addit, nec nouam inducit diſpoſitionem, cum copulata ad eundem effectum referuntur.*
6 *Tutoris ſuperſtitis mandatum non finitur morte alterius contutoris, niſi in teſtamento dictum ſit, quòd vnus non poſſit ſinè alio adminiſtrare.*
7 *Tutor ſuperſtes poteſt ſolus adminiſtrare, nec eſt neceſſaria aliorum tutorum ſubrogatio loco mortuorum, quæ tunc requiritur, vbi ſuperſtites non ſufficiunt.*
8 *Verbum,* poteſt, *importat facultatem, non neceſſitatem.*
9 *Tutores alij in locum mortuorum ſubrogandi non ſunt, ſi attenta qualitate adminiſtrationis, & conditione tutoris, qui remanet, videtur ſufficienter conſultum pupillo.*
10 *Tutoris ſufficientia approbatur, ſi teſtator ei tantùm adminiſtrationem negotiorum ſuorum demandauit: vel ſi eundem ſolum adminiſtratorem contutores conſtituerint.*

DE-

DECISIO CCCLXXXIX.

AD dubium propoſitum ſub die 16. De-
cembris 1616. & non reſolutum, vi-
delicet, an tutela in teſtamento Ioan-
nis Antonij eius filijs data per mor-
tem matris vnius ex tribus tutoribus
5 expiraſſet quo ad omnes, Domini
reſponderunt non expiraſſe, ſed dura-
re in perſona Ioannia Baptiſtæ fratris dicti teſtatoris,
qui ſolus ex contutoribus ſuperuiuit, *l. ſi quis ſub con-
ditione, §. planè, ff. de teſtam. tut. & ibi gloſ. in verb. eſſe
circa med. Odofred. Alber. Bart. Bald. & Cuman.* quod
2 procedit etiam vbi tutores dati ſunt cum dictione, *ſi-
mul*, vel cum alijs verbis complexiuia, *l. decreto, §. ſi duo-
bus, ff. de adminiſtrat. tut.* quem text. ita intelligit
*Aretin. conſil. 26. ſub num 4. verſic. tertiò quia, & Cuiac.
in d. §. ſi dubbus*, quiequid enim fit de rigore dictionis,
ſimul, ex beniguitate ea fit interpretatio, vt ſunt verba
textus ponderata per *Aretin. & Cuiac. vbi ſupra*.
Non obſtat, quòd in præſenti vltra dictionem, *ſimul*, ad-
3 ſit etiam dictio, *coniunctim*, cum præcedenti copula,
Et, ampliatiua, *l. ea tamen adiectio, vbi Bart. de legat. 3.*
4 *cum vulg.* quia cum ſit poſita inter duo aduerbia ſyno-
nima, & idem importantia, ſtat ſolùm expoſitiuè, *Rip.
poſt Abb. in cap. 2. num. 52. & ibi Felin. num. 22. verſic.
fallit ſecundò, de reſcript. Surd. conſ. 315. num.* 18. & cum
5 copulata ad eundem effectum referantur, illa nihil ad-
dit, nec nouam indueit diſpoſitionem, *Calderin. conſ. 2.
de verbor. ſignif quem Ripa in dicto cap 2. num. 52. ver-
ſic. tu adde*. Neque aduerſatur doctrina *Bald. in l. cum
magiſtratus, num. 2. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. &
conſil.* 308. *num. 5. & conſil.* 310. *num. 2. lib. 2. quem
refert Montan de tutor. & curat. cap. 16. num.* 22. Nam
procedit in caſu longè diuerſo, ſcilicet quando in te-
6 ſtamento adeſt illa clauſula, ita quòd vnus non poſſit ſi-
nè alio adminiſtrare, de qua per *gloſ. in cap fin. §. ſa-
nè, & ibi Franch. num. 7. in fin. de teſtament. in 6.* &
ſic in ſpecie ad *Bald.* reſpondet *Crauett. conſil.* 190. *num.*
8. *verſic. neque ad rem*. Ex quibus dixerunt Domini, di-
ctum Ioannem Baptiſtam ſuperſtitem remanſiſſe tuto-
7 rem, & ampliùs quoque poſſe ipſum ſolum adminiſtra-
re: nec eſſe neceſſariam ſubrogationem aliorum tuto-
rum loco mortuorum, quæ tunc requiritur, vbi ſuper-
ſtitea non ſuffieiunt; vt ita declarando text. *in d. §. pla-
nè, vbi Bald num.* 3. tradit *gloſ. in l. 1. in verbo ſpontè,
circa med. verſic. ſiue ergo nullum, ibique Salycet. num. 3.
verſ. addit gloſ. C. de teſtam. tut.* loquitur enim per ver-
8 bum, *poteſt*, importans facultatem, non neceſſitatem,
vt benè ponderat *Soccin. ſequendo eandem gloſ in con-
ſil.* 193. *lib.* 2. vbi ideò eoucludit, alium tutorem non
9 eſſe dandum, ſi attenta qualitate adminiſtrationis, &
conditione tutoris, qui remanet, videatur ſufficien-
ter conſultum pupillo: quem *Soccin. refert Apoſtill ad
Bald. in dicta l. ſi quis ſub conditione, in litera C. & idem
ſentit Corn. conſil.* 183. *in princip. lib. 4. & expreſſiùs
Crauett. dicto conſil.* 690. *num. 3. & 7. verſic. ſecundum
item, volumn* 4. Sufficientia autem in præſenti d. Ioan.
10 Baptiſtæ tutoris viuentis clarè fuit approbata: tùm
per ipſum teſtatorem, qui ei tantùm adminiſtrationem
fundaci, & negotiationis demandauerat; tùm etiam
per alios contutores, qui eundem ſolum adminiſtra-
torem conſtituerunt.

Et ita reſolutum, &c.

Carpentoraten. Prioratus.

Veneris 19. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Beneficia regularia conferri poſſunt non profeſ-ſis, qui tamen habitum illius Ordinis ſuſci-piant, & profeſſionem deinde emittant. Va-lor beneficij iuſtificandus eſt etiam in gratia Legati, nec probatur per vnicum teſtem, & ex arrendamentis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia regularia debent conferri religioſis tantùm illius Ordinis: vel his, qui habitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur.*

2 *Conſtitutio Iulij III. &* tex. in clem. 1. de ſupplen. neglig. Prælat. *diſponen. quòd beneficia regularia conferantur religioſis, declarantur, & num* 4.

3 *Obſeruantia diſpoſitionis interpretatiua eſt attendenda, nec requirit aliquam præſcriptionem.*

4 *Conſtitutio concepta per verba præciſa, & negatiua, eſt strictè interpretanda.*

5 *Derogationes generica in Conſtitutionibus appoſitæ vti facta per viam legis, & Conſtitutionis generalis tollunt quæcunque priuilegia continentia clauſulas derogatorias.*

6 *Clauſula* (quorum tenores) *in conſtitutionibus adiecta quid operetur, & latè num.* 13.

7 *Optandi conſuetudo non habet locum in reſeruatis.*

8 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*

9 *Valor beneficiorum eſt iuſtificandus etiam in gratia Legati, in qua procedit regula de valore.*

10 *Valor beneficiorum, ſufficit, vt iuſtificetur per famam.*

11 *Fama non probatur per vnicum teſtem.*

12 *Arrendamenta valorem non probant.*

DECISIO CCCXC.

RESPONDERVNT Domini, gratiam Stephani Murandi eſſe validam, & iuſtificatam, præterquàm quo ad valorem: nam quo ad primam partem non controuertebatur vacatio huius Prioratus in menſe Aprilis per *reg.* 8. reſeruato, quem etiam confeſſus eſt Antonius in illius optione, *vt in ſummario Stephani num.* 12. nec fuit dubitatum de facultate Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Burgheſij Legati Auenionen. & illius Prolegati, inter cetera conferendi quæcunque beneficia etiam quorumcúque Ordinum Regularia Sedi Apoſtolicæ reſeruata, vel affecta infra limites Legationis, prout habebant Cardinales de Ruuere, & de Claramonte Legati, ille Sixti IV. hic verò Leonis X. *vt in literis in dicto ſummario num.* 2. *&* 10. de quibus etiam dictum fuit *in Cauallicen. Canonicat.* 2. *Iunij* 1617. *coram Reuerendiſſ. D. meo Damaſceno*. Non obſtat, quòd Stephanus de tempore impetrationis non eſſet profeſſus Ordinis S. Auguſtini, iuxta particularem conſtitutionem Iulij III. quòd quinque Prioratus vniti menſæ Conuentuali de Grezo d. Ordinis, inter quos eſt iſte, de quo agitur, non poſſint conferri, niſi Religioſis expreſsè profeſſis pro tempore exiſten. cum decreto irritanti, ac clauſulis annullatiua, & ſublata, etiam quoad prouiſiones Sedis Apoſtolicæ, & Legatorum de latere, quæcun-

que

ſque auctoritate ſuffultorum, *vt in ſummario Antonij*
num. 1. Nam reſponſum fuit ſufficere, quòd huiuſmo-
di Prioratus collatus fuerit Stephano cum onere aſſu-
mendi habitum, & profeſſionem emittendi ex decreto
Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 14. *cap.* 10. *de reformat.* ſtatuentis,
huiuſmodi beneficia Regularia conferri religioſis tan-
1 tùm illius Ordinis, vel his, qui habitum omnino recipe-
re, & profeſſionem emittere teneantur. Ex quo decre-
to vel dicta Conſtitutio Iulij interpretationem recipit,
2 quatenus (prout videbatur) dubia ſit, quemadmodum
etiam declaratur *tex. in clem.* 1. *de ſuppl. negl. Prælat.*
diſponens, quòd beneficia Regularia conferantur Reli-
gioſis, cui interpretationi in præſenti multùm quoque
ſuffragatur obſeruantia ſubſequuta, tùm in ſpecie reſpe-
ctu Prioratus, de quo agitur, cum de anno 1594. per
Vicarium Carpentoraten. collatus fuerit Ioanni Pole-
to, *vt in d. ſummario Stephani num.* 9. qui tamen po-
ſtea de anno 1597. profeſſionem emiſit *dicto ſummario*
num. 10. nec releuat, quòd potuerit antea tacitè profi-
teri, quia ex verbis eiuſdem Conſtitutionis expreſſa
requiritur profeſſio, tùm reſpectu alterius Prioratus
S. Fidei ex dd. quinque ibi comprehenſis, qui de anno
1607. per Monetum Biſcarrat, declarantem, ſe non
habuiſſe intentionem emitten. profeſſionem expreſſam,
prout non emiſit, reſignatus fuit ex cauſa permutatio-
nis cum ſimplici Cappellania ad fauorē Ludouici Gran-
gerij Clerici, qui ſucceſſiuè ad præſentationem Prioris
de Grezo inſtitutus fuit per eundem Vicarium com-
mittentem dicto Priori, ac Canonicis, & Religioſis,
vt dictum Ludouicum in Canonicum Regularem, &
fratrem Capitulariter, & more ſolito recipiant, *vt dicto*
ſummario num. 7. quæ obſeruantia vti interpretatiua
3 eſt attendenda, *l. ſi de interpretatione ff. de legib.* & in
hac materia *Pariſ. conſ.* 50. *num.* 19. *lib.* 4. *Rot. in nouiſ.*
deciſ. 216. *num.* 2. *verſ. tum etiam* 1. *part.* 2. nec requi-
rit aliquam præſcriptionem, *Caſtrenſ. conſil.* 347. *ſub*
num. 4. *lib.* 1. *Dec. in cap. cum M. col.* 2. *verſ. & ex ſu-*
pradictis infertur, de conſtit. Aym. conſ. 101. *num.* 4. *Rot.*
diuerſ. deciſ. 156. *num.* 7. *part.* 2. *& in nouiſ. deciſ.* 419.
num. 6. *&* 448. *num.* 3. *part.* 1. Vel ſi eadem Conſtitu-
tio expreſsè, & clarè videatur qualitatem profeſſionis
4 de tempore impetrationis requirere, cum ſit concepta
per verba præciſa, & negatiua, *tex. gloſ. in clem.* 2. *in*
verb. annexi de ætat. & qualit. Abb. in cap. cum in cunctis
§. inferiora, num. 10. *in fin. & ſeq. de elect. Rot. deciſ.*
1. *de præbend. in nou.* & tunc corrigitur ex dicta diſpo-
ſitione Concilij, præſertim vigore Bullæ fel. rec. Pij
5 IV. ſuper illius confirmatione editæ, indulta quæcunq;
eius decretis contrariantia caſſantis, ac reuocantis,
cum ampliſſimis derogationibus, quæ licèt genericæ,
vti tamen factæ per viam legis, ac Conſtitutionis gene-
ralis tollunt quæcunque priuilegia continentia clauſu-
las derogatorias, *Felin. in cap. nonnulli ſub num.* 4. *verſ.*
eſt verum, de reſcript. Dec. conſ 165 *num.* 2. *ante fin. verſ.*
vel concordando, Couar. in rubr. de teſtam. 2. *part. num.*
19. *propè fin. verſ.* 2. *cum relat. per Gonzal. ad reg.* 8.
6 *gloſ.* 36. *num.* 3. iuncta etiam clauſula, *Quorum tenores*,
per quam tolluntur, ſeu ſuſpenduntur ſpecialia quoque,
& indiuidua gratiarum præcedentium, & decretum
in eis adiectum, *Caſſad. deciſ.* 10. *num.* 2. *ſuper reg.*
A *Gonzal. vbi ſupra num.* 29. A. Placuit præterea alia
reſponſio ex derogationibus appoſitis in collatione hu-
ius Prioratus aduerſus quaſcunq; Conſtitutiones Apo-
ſtolicas, quibus videbatur dictum Prolegatum derogare
potuiſſe vigore facultatum aliàs per eundem Leonem
X. dicto Cardinali de Claramonte conceſſarum in ſpe-
cie derogandi etiam indultis Religioſorum, *vt in dicto*
ſummario num. 10. quæ facultates renouatæ fuerunt per

Sanctiſſimum ad fauorem dicti Illuſtriſſimi Card. Bur-
gheſij, cum derogatoriarum derogatorijs, *vt in eodem*
ſummario num. 2. Opponebatur ampliùs pro parte An-
tonij, non fuiſſe derogatum regulæ de iure quæſito, quæ
prætendebatur intrare, ſtante præcedente optione ab eo
facta; ſed reſponſum fuit, non conſtare de prætenſa op-
tandi conſuetudine, imò eam potiùs excludi per Conſti-
tutionem Iulij III. in qua conceditur præſentatio Abba-
7 ti, & inſtitutio Ordinario, atque etiam probatam ceſ-
ſare in menſibus reſeruatis *per reg.* 8. *vt fuit reſolutum*
in Hipporegien. Canonicatus 17. *Iunij* 1605. *coram R. P.*
D. meo Manzanedo impreſſ. in nouiſſ. deciſ. 142. *num.* 3.
& 4. *part.* 2. Secundæ verò partis reſolutionis circa
iuſtificationem eiuſdem gratiæ ratio fuit, nam quo ad
8 Clericatum Stephani de illo conſtabat ex literis paten-
tibus Ordinarij, *d. ſummario num.* 12. nec controuer-
tebatur; reſpectu autem valoris, qui eſt iuſtificandus
9 etiam in gratia Legati, in qua procedit regula de valo-
re, *vt per Sarn. ſuper ea, quæſt.* 2. *num.* 7. *Rota diuerſ.*
deciſ. 216. *num.* 7. *part.* 1. in negatiuam partem moti
10 ſunt Domini, quia quamuis in hac materia ſufficiat
probatio per famam, *Caputaq. deciſ.* 277. *num.* 7. *part.*
1. *Rota in nouiſ. deciſ.* 257. *num.* 4. *part.* 1. *& deciſ.* 298.
num. 5. *part.* 2. hic tamen adducebatur vnicus tantum
11 teſtis *d. ſummario num.* 12. qui illam non probat, *Bart.*
in l. admonendi, *num.* 37. *verſ. item hoc intellige, ff. de*
iur. iur. Bal. in l. in bonæ fidei, num. 18. *in fin. &* 19. *C.*
de reb. cred. Marſil. plures referens in l. de minore, §. plu-
rimum quoque, num. 93. *ff. de quæſt. Natt. conſil.* 672.
num. 3. *Rota in eiſdem nouiſ. deciſ.* 358. *num.* 8. *part.* 2.
nec vllum adminiculum deſumi poteſt ex iuribus datis
ſub num. 12. cum non ſint in actis, vltra quòd dicta ar-
12 tendamenta valorem non probant, *Rein. conſ.* 36. *num.*
136. *lib.* 1. *Rot. d. part.* 2. *deciſ.* 742. *num.* 4.
Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Clauſula, *Quorum tenores*, ex obſeruantia Curiæ dero-
gat quibuſcunque priuilegijs, & conſtitutionibus habenti-
13 bus derogatoriarum derogatorias, *Pelin. in cap. nonnulli*
num. 4. *ad fin verſ. item non eſt, de reſcript. Dec. in cap. ac-*
cedentes, num. 5. *verſ. ſecundus caſus de præſcript. late Gon-*
zal. ad regul. 8. *in deciſ. allegat. Put. deciſ.* 104. *lib.* 1. *&*
503. *lib.* 2. *in correct. Rot. deciſ.* 213. *num.* 1. *part.* 1. *&*
deciſ 161. *num* 1. *part.* 2. *& deciſ* 88. *ſub num.* 4. *lib.* 2.
part. 3. *diuerſ. & deciſ.* 466. *num.* 5. *& deciſ.* 666. *num.* 4.
part. 1. *recent. Gregor. XV. deciſ.* 109 *num.* 10. *& ibi Bel-*
tramini num. 14. in quibus dicitur, clauſulam, *Quorum te-*
nores, fuiſſe adinuentam, vt daretur modus, quo Papa
derogare poſſet gratijs præcedentibus, de quibus notitiam
non habet, aliàs enim nimis arctaretur, ſi propter igno-
rantiam illas reuocare non poſſet, & ſequuta eſt Rota *in*
Comaclen. & Ferrarien. præpoſituræ, & beneficij 15. *De-*
cembris 1625. *coram bon. mem. Remboldo*. Et licèt Rota
apud Verall. deciſ 121. *part.* 1. *& in recent. deciſ.* 128. *ſub*
num. 5. *part.* 2. in qua aliæ allegantur, dixerit, hanc clau-
ſulā non operari circa non expreſſa, nec circa ignorata per
Papam, hoc tamen quamuis procedat in derogationibus
conceptis ſub alijs verbis quantumuis ampliſſimis, non
tamen quando etiam fuit appoſita clauſula, *Quorum teno-*
res, vt patet ex ſupradictis, & dixit eadem Rota *in Tole-*
tana indulti 12. *Maij* 1625 *coram eodem bon. mem. Rem-*
boldo, Alia plura de vi, & effectibus huius clauſulæ vide
apud *Mart. in ſuo clauſul. part.* 1. *clauſ.* 139. *& Barboſ.*
eod. trad. clauſ. 127. *ſecundum Lugdun. impreſſ.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Leodien. collectarum.

Lunæ 19. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Equites Hieroſolymitani non tenentur ad ſolutionem collectarum à Clero, & Epiſcopo abſque Papæ ſcientia impoſitarum, etiam ex caſibus improuiſis, & ineuitabilis, ac communis, & publicæ neceſſitatis, & vtilitatis.

SVMMARIVM.

1 *Collectæ imponi non poſſunt, niſi ſubiectis ratione perſonarum vel bonorum.*

2 *Hieroſolymitanorum equitum Ordinis exemptiones, & immunitates, & num. 4.*

3 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

5 *Dominium Ciuitatis Leodien. ac Comitatus Loſſen. necnon iuriſdictio ſpiritualis, & temporalis ſpectant ad Epiſcopum.*

6 *Exempti tenentur ad collectas ab vniuerſitate, abſque Papæ ſcientia impoſitas ex inopinatis, & improuiſis caſibus, qui celeritatem expoſtulant, & moram non patiuntur; niſi verba exemptionum ſint vniuerſalia, & apta comprehendere etiam huiuſmodi caſus num. 7.*

8 *Gratia conceſſa ob benemerita ſicuti non venit ſub reuocatione, ita etiam nec ſub limitatione, quia tranſit in contractum, & titulum oneroſum.*

9 *Exemptis collectæ, & onera ex cauſa magna neceſſitatis, vel publicæ vtilitatis imponi non poſſunt, niſi quando huiuſmodi neceſſitati imminenti aliter prouideri non poteſt.*

DECISIO CCCXCI.

IN deciſis ſub die 19. Martij 1604. coram Reuerendiſſimo Attrebaten. ſteterunt DD. videlicet Commendatorem Hieroſolymitanum Leodien. non teneri ad collectas (vt ſupponitur) impoſitas per Sereniſſimum Principem Epiſcopum, & Clerum ſecundarium, & inter ceteras rationes dictæ reſolutionis placuerunt ſequentes, videlicet. Primò, quòd huiuſmodi impoſitio ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, & auctoritatis, cum
1 non poſſint imponi non ſubiectis, ratione perſonarum, vel bonorum, vt firmatur in d. deciſione, & eſt notiſſimũ. Quòd autem nec idem Epiſcopus, nec Clerus aliquam habeat iuriſdictionem ſuper perſonis, nec bonis Ordinis Hieroſolymitani, indubitatum eſt, nam vltra immunita-
2 tem, & exemptionem Iulij Papæ II. de qua infra, illa fuit etiam non ſolùm in genere, vt vniuerſo, ſed in ſpecie conceſſa tàm perſonis, quàm bonis ampliſſima à quacunque iuriſdictione, non ſolùm Ducum, & Regum, ſed etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & quorumcunque Prælatorum cum ſuſceptione immediata dicti Ordinis, & illius bonorum, (vt præfertur,) ſub protectione ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, ac expreſſa inhibitione de non exercendo in perſonis, vel bonis aliquam iuriſdictionẽ, vt in literis Apoſtolicis Summorum Pontificum, videlicet Clementis VII. per Pium IV. innouatis, & confirmatis, & exinde Pij V. Gregorij XIII. & XIV. & nouiſſimè Clementis VIII & S. D. N. quarum verba, & clauſulæ accuratè perpenduntur *per Decian. in conſ. 51. vol. 3. & præſertim num. 7.* quod conſilium ſequuta eſt Rota in alia reſolutione coram dicto Reuerendiſsimo Attrebaten. & quibus pondera-
3 tionibus nihil addi poſſe videtur. Excipiuntur ſolùm dictæ Religionis Ordinarij, tàm ſpirituales, quàm temporales, quæ exceptio magis firmat regulam in omnibus
4 alijs non exceptis. Secundò, quia dicto Ordini Hieroſolymitano, necnon perſonis, & bonis tàm in genere, quàm in ſpecie (vt præfertur) conceſſa fuit per eoſdem Summos Pontifices immunitas, & exemptio ab omnibus exactionibus, paſſagijs, & gabellis, datijs, & in ſpecie collectis, cum verbis nedum generalibus, ſed vniuerſalibus, & à quolibet onere perſonali, ſeù mixto ordinario, vbicunque, & ex quacunque cauſa impoſito, vel imponendo, vt in dd. literis Pij IV. quarum literarum verba latiſsimè ponderantur *per Decian. d. conſ. 51. à num. 19. vſque ad num.* 24. & in ſpecie noſtra conſiderari poſſunt illa verba, *& cuiuſuis alterius oneris, & ex quacunque cauſa*, & alia prohibitiua de exigendo quaſcunque collectas, vel contributiones alicui quouis modo: à quibus omnibus exactionibus omnia d. Religionis bona liberata fuerunt, cum inhibitione quibuſcunq; Dominis tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus huiuſmodi exactionum, & ſunt pluries repetita, literæ ſunt conceſſæ motu proprio, cum clauſulis fortiſsimis derogatoriarum derogatorijs, necnon ſublata, & ita quòd de ſubreptionis, vel obreptionis, aut intentionis defectu notari, & impugnari non valeant; quarum clauſularum virtus, & efficacia quæ, qualis, & quanta ſit, notiſsimum eſt, nec videtur repeten. Quibus ſtantib. ſublatum eſt fundamentum Cleri ſecundarij ſuper ſententia
5 Conciſtoriali Pauli II. del 1495. declarante plenum, & integrum dominium Ciuitatis Leodien. ac Comitatus Loſſen. ſpectare ad Epiſcopum, necnon iuriſdictionem, tàm ſpiritualem, quàm temporalem, & ſuper concordia inita inter D. Epiſcopum, & Clerum ſecundarium de anno 1565. ac ſuper deliberationibus Conſiliorum trium Statuum ſuper huiuſmodi collectis, ac contributionibus Cleri ſecundarij, & Commendæ Hieroſolymitanæ, necnon & teſtibus, de quibus *in ſummario d. Cleri.* Quæ omnia fuerunt nouiter exhibita virtute compulſorialis, & remiſſorialis Rotalium; nam dictę literæ Apoſtolicæ Clementis VII. Pij IV. & aliorum Summorum Pontificum abſtulerunt omnem iuriſdictionem, & ſuperioritatem, tàm Epiſcopo, quàm quibuſcunque alijs ratione perſonarum, & bonorum, vt ſupra dictum eſt: & etiam quamcunque obſeruantiam longiſsimam, & præſcriptionem, necnon poſſeſsionem, ſeù quaſi in contrarium. Ex quibus reſultat nullitas dictæ concordiæ reſpectu dicti Ordinis, quatenus in illa comprehenderetur, qui tamen iuxta dd. literarum formam nunquam cenſetur comprehenſus, niſi ſit expreſsè nominatus, & quando eſt nominatus redditur immunis, & exemptus, vt in dictis literis. Non obſtat, quòd Ordo Hieroſolymi-
6 tanus non poſsit prætextu dd. literarum Apoſtolicarum euitare ſolutiones, & contributiones collectarum, & onerum impoſitorum, & quæ quotidiè ex inopinatis, & improuiſis caſibus, vel ratione bellorum, vel incurſionis hoſtium imponuntur, qui caſus prouideri non poſſint, nec illis prouideri mediante recurſu ad Summum Pontificem, cum celeritatem expoſtulent, & moram non patiantur *iuxta not. per Scriben. & præſertim Alex. Iaſ. & Rip. in l. ſi ex toto ꝟ. 1. de leg.* 1. cum allegatis, & agatur de communi, ac publica vtilitate, & neceſsitate. Nam vltra quòd iſtud non tollit defectum auctori-
7 tatis iuriſdictionis, de quo ſupra, reſponſum fuit primò, quòd concluſio, de qua in dicta *l. ex toto ꝟ.* 1. non procedit, quando verba ſunt vniuerſalia, & apta compre-

hen-

hendere etiam huiuſmodi caſus *Alex. conſ.* 30. *num.* 3. *verſ. nec obſtat*, *& num.* 14. *vol.* 5. *Rip. in l.* 1. *num.* 51. *ff. de vulg. & pupill. Pariſ. conſil.* 68. *num.* 17. *& ſeqq. vol.* 1. *Cephal. conſ.* 158. *num.* 9. *Apoſtill. ad Alex. dicto conſ.* 30. *Decian. d. conſ* 51. *num.* 22. *latè Natt. conſ.* 63. *num.* 11. *& ſeqq. & ferè vſque ad fin. & conſ.* 397. *num.* 4. *Rol. conſ.* 6. *num.* 35. *& ſeqq. vol.* 1. & faciunt latè ſcripta *per Aym.* de verbis vniuerſalibus præſertim repetitis in materia iuriſdictionis *conſ.* 294. *num.* 1. *cũ pluribus ſeqq.* vbi præſertim *num.* 5. *&* 6. quando verba vniuerſalia ſunt negatiuè concepta, & reiterata, *& conſ.* 308. *per tot.* Quòd autem in propoſito verba ſint vniuerſalia, & pluſquam apta comprehendere, ſupra demonſtratum eſt, & patet ex lectura dd. literarum Apoſtolicarum Pij IV. & præſertim ibi, *& cuiuſuis alterius oneris, & ex quacunque cauſa*, & ex alijs verbis ibi, *ſeu alias quaſcumque collectas, vel contributiones*, & ibi, *à quibus omnibus exactionibus*, & ex alijs diuerſis partibus omnium dd. literarum Apoſtolicarum, & latè ponderatis *per Decian. vbi ſupra*. Secundò, quòd cum dicta
8 exemptio fuerit conceſſa ob benemerita dicti Ordinis, vt in dictis literis Apoſtolicis, & ponderat *Pariſ. conſil.* 44. *num.* 20. *lib.* 4. *& latè Decian. d. conſ.* 51. *num.* 24. *verſ. ſeptimò conſidero*, ſicuti non venit ſub reuocatione, ita etiam nec ſub limitatione, quia traſit in contractum, & titulum onerosum, *Caccialup. in repet. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. num.* 181. *in* 7. *quæſt. & num.* 182. *cum alijs per Decian. d. conſ* 51. *num.* 24. *&* 25. *& præſertim*
A *num.* 27. *poſt Natt. conſ.* 397 *num.* 10. *& ſeqq.* A, vbi ſic reſpondet notatis *in d. l. ſi ex toto*. Tertiò non diſplicebat reſponſio, quòd notata in *d. l. ſi ex toto* non proce-
9 dunt, niſi quando neceſſitati, vel publicæ vtilitati imminenti non poteſt prouideri, niſi etiam exempti ſoluant, *vt ex Aretin. in d. l. ſi ex toto*, *Natt. d. conſil.* 63. *num.* 21. vbi quòd hoc fundamentum valde eum mouet, adeò vt hanc partem intrepidè teneat, iunctis præſertim verbis latiſsimis, & clauſulis exuberantibus, quæ in indultis iſtis leguntur, & comprobat *Decian. d. conſil.* 51. *num.* 13. & ſunt verba *text. in cap. aduerſus, de immunit. Eccleſ. in verſ. verum vbi laicorum non ſuppetunt facultates*, qui text. loquitur etiam in caſu neceſsitatis, & nihilominus vult, Summum Pontificem conſulendum eſſe. In caſu iſto non verificatur, quòd dictis neceſsitatibus ſinè contributione Commendæ prouideri non potuerit, imò ex datis in ſummario pro Clero videtur reſultare contrarium, quòd contributio Commendæ eſſet multùm tenuis, prout etiam quòd prætenſæ collectæ non tantam requirunt celeritatem, quin poſsit haberi recurſus ad Summum Pontificem, præſertim cum pecuniæ capiantur ad intereſſe, ſeu cenſum, & deinde fiat repartitio pro contributione, cum temporis dilatione ad ſoluendum, vt ex retroactis deprehenditur, & conſideratum etiam fuit coràm Reuerendiſsimo Attrebaten. Alia non fuerunt viſa Dominis indigere reſponſione.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Oſaſch. deciſ.* 139. *num.* 23. *Afflict. deciſ.* 128. *num.* 10. *Crauett conſil.* 860. *num.* 7. *& conſil.* 963. *num.* 26. *Peregrin. de iur. fiſc lib.* 3. *tit* 3. *num* 28. *cum alijs per Menoch. conſil.* 461. *num.* 12. *Sanch. de matrimon. lib.* 8. *diſput.* 33. *num.* 3. Declara vt per *Barboſ clauſul.* 83. *num.* 10. *& ſeqq.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Anconitana, ſeu Auximana florum.

Veneris 26. Aprilis 1619.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria quando ſit concedenda, licèt fuerint examinati alij teſtes, & eorum dicta publicata.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria conceditur, quando cauſa eſt prophana, materia releuans, & datur fumus.*
2 *Remiſſoria conceditur, publicato proceſſu, quando articuli ſunt noui.*
3 *Remiſſoria conceditur ad probandam immemorabilem, licèt alias antiquiſſima articulata fuerit.*
4 *Remiſſoria conceditur ad probandum in petitorio, licèt fuerint publicata dicta teſtium examinatorum in poſſeſſorio.*
5 *Remiſſoria vt ſit concedenda, ſufficit releuantia vnius articuli.*

DECISIO CCCXCII.

LATA in partibus ſententia ad fauorem Communitatis Anconę ſuper eius manutentione in q. poſſeſſione annuatim à Communitate Ottaneæ conſequendi, & deferri facien. flores pro veneratione ſolitæ proceſſionis in feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti, quæ fuit per ſententiã Rotalem reuocata: cum in hac tertia inſtantia coram me pro dicta Communitate ſuper articulis nouiter productis, continentibus inter cetera immemorabilem cum ſuis requiſitis, peteretur remiſſoria,
1 DD. illam conceden. eſſe dixerunt, concurrunt enim omnes regulæ, quia cauſa eſt prophana, materia releuans, & datur fumus, quamuis non neceſſarius, ex iuribus licèt nulliter compulſatis, & teſtibus examinatis in partibus. Non obſtat publicatio proceſſus coram Iudice primæ inſtantiæ; nam quicquid ſit, an ſit talis, quæ excludat receptionem aliorum teſtium, & an Communitati Anconæ competeret reſtitutio in integrum, ma-
2 teria eſt diuerſa, quia nunc articulatur immemorabilis, quæ differt ab antiquiſſima aliàs articulata, & ideo ſufficit, articulos eſſe nouos, vt dicit *tex. in c. fraternitatis de teſtib. & ibi gloſ. in verb. nouis. & ſcriben. Card. Mant. deciſ.*
3 374. *num.* 5. & immemorabilis (vt notiſſimum eſt) nunquam cenſetur excluſa, qua probata Ciuitas Anconæ poterit allegare quemcunque titulum, ideò debet admitti ad illam proban. *Veral. deciſ.* 227. *num.* 4. *par.* 1. *& dictum fuit in Legionen. decimarum* 22. *Maij* 1615. *coram R. P. D. meo Manzanedo impr. in nouiſſ. deciſ.* 677.
4 *num.* 4. *par.* 1. Et difficultatẽ tollit, quia dd. teſtes fuerunt examinati in poſſeſſorio, & nunc cauſa pendet etiam in petitorio vigore clauſulæ, *quam, & quas cũ toto negotio principali*, de qua in cõmiſſione, & propterea publicatio nõ obſtat *Rot. deciſ.* 264. *alias* 24. *incip. fuit dubitatum, de teſtib. in nou. Afflict. ſuper conſtit. Regn. in tit. de prob. in appel. prod. rub.* 48. *num.* 19. *in* 16. *limit. quem Gab. lib.* 1. *de teſtib. conc.* 21. *num.* 60. Sufficit autem releuentia vnius
5 articuli pro concedenda remiſſoria, *Rota deciſ.* 677. *num.* 1. *par.* 1. *&* 661. *num.* 4. *par.* 2. *in nouiſſ.* & in alijs paſſim, & nihilominus plures articuli exhibentur, qui ſi probati eſſent, prout eos non fuiſſe probatos, dictum fuit in deciſione Rotali, multùm facerent ex deductis. Ve-

rùm quia articuli videbantur reſpicere petitorium, placuit DD. concedere remiſſoriam cũ retardatione poſſeſſorij, vel ſinè, arbitrio, vt in dicta *Legionen. coram Domino meo Manzanedo.*

A Dixi ſupra ad *deciſ.* 163. *lit.* C.

Romana domus de Blanchis.

Veneris 10. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur illi, de cuius poſſeſſione conſtat ex confeſſione aduerſarij petentis immitti, vel eam ſibi relaxari. Item datur aduerſùs factum Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis, & quando dicatur nulliter, & iniuſtè proceſſiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur etiã ex implicita confeſſione aduerſarij petentis immiſſionem aduerſùs poſſidentem.*
2 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis emanata in monitorio ad illam ſibi relaxandam.*
3 *Manutentio paſſim conceditur à Rota aduerſus factum Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis.*
4 *Iudex nulliter procedit contra pupillos indefenſos.*
5 *Actor ad lites conſtitutus pupillo a matre, de cuius tutela, & cum ſolemnitatibus requiſitis ſuſcepta non conſtat, quicquid agit nulliter agit.*
6 *Lineæ finis probari debet per agentem ad recuperationem, maximè quando linea ſemel extitit.*
7 *Mors non probatur per ſimplices Parochorum atteſtationes.*
8 *Teſtes, qui non ſunt in actis, vel non iurauerunt parte citata, non probant.*
9 *Conditio, ſi ſinè filijs, reſpectu vnius ſingularis perſonæ, an præſumatur purificata, ſi ex aduerſo non probatur filiorum exiſtentia.*
10 *Identitas rei, quando agitur ad deuolutionem, eſt plenè, & concludenter probanda.*

DECISIO CCCXCIII.

DVBIVM per me propoſitum, cui ſit dandum mandatum de manutenendo
1 in poſſeſſione domus, de qua agitur, fuit reſolutum ad fauorem fratrum de Blanchis, de quorum poſſeſſione conſtabat ex confeſſione Reuer. Rectoris S. Mariæ in Monticellis aduerſarij, tum implicita reſultante ex petita per eum aduerſùs dd. fratres immiſſione, vt aliàs fuit dictum in *Romana domorum de Roncionibus* 4. *Martij* 1616. *& in Caetana bonorum* 9. *Februarij* 1618. *coram me*, tum expreſſa ema-
2 nata in monitorio contra eoſdem ad relaxandam poſſeſſionem dictæ domus per illum obtento, & in poſitionibus pro ipſo datis, de quibus in eorum *ſummario num.* 5. ex qua partis confeſſione poſſeſſio probatur *Dec. conſ.* 125. *num.* 1. & in ſpecie ad effectum manutentionis *Rot. in recent. deciſ.* 551. *num.* 1. *par.* 2. *& nuper fuit dictum coram me in illa Bononien. bonorum de Creſontibus*
A 28. *Maij* 1618. A, Nec obſtare dixerunt Domini immiſſionem pro dicto Rectore à Iudice obtentam in poſſeſſionem eiuſdem domus vti ad Eccleſiam per lineam finitam deuolutæ; quia cum Iudex nulliter, & iniuſtè proceſſerit, non priuauit dd. fratres ipſorum poſſeſ-
3 ſione, & paſſim Rota aduerſùs huiuſmodi factum Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis, dat manutentio-
B nem, B vt in ſpecie noſtra fuit deciſum in *Ariminen. deuolutionis bonorum* 22. *Iunij* 1608. *coram Reuerendiſſimo D. meo Sacrato, confirmata* 16. *Februarij ſequentis*.
4 Nullitas autem patens viſa fuit, cum proceſſum fuerit contra pupillos indefenſos, *l. contra pupillum, vbi gloſ. ff. de re iud.* nulla enim perſona legitima pro ipſis inter-
5 uenit, quia actor ad lites, qui in eo iudicio comparuit, fuit conſtitutus à matre, de cuius tutela, & cũ requiſitis ſolemnitatibus ſuſcepta non conſtat, & ſic dicta actoria, & omnia inde ſequuta nulla fuerunt, vt poſt *Caſtren. conſ.* 463. *num.* 1. *lib.* 2. *dixit Rota in Romana redditionis rationis* 18. *Martij* 1611. *&* 4. *Maij* 1612. *coram Illuſtriſſimo Bononien. impreſſ. apud Modern. ad*
C *Statutum Vrbis cap.* 151. *in ordine* 45. *&* 46. C. Iniuſtitia verò apparebat, primò, quia ſententia fuit lata ſu-
6 per reuolutione ob lineam finitam, & tamen finis lineæ non fuit probatus, prout debebat per ipſum Rectorem agentem ad recuperationem domus, *Cardinal. Seraphin.*
D *deciſ.* 1458. *in princ.* D, vbi aliæ plures allegantur, maximè cum linea ſemel extiterit iuxta diſtinctionem, de qua per *Doct. in l. ex facto*, *§. ſi quis autem*, vbi præſertim *Rip. ff. ad Trebell.* & in ſpecie per Rotam in illa *Ferrarien. bonorum* 2. *Nouembris* 1605. *coram Reuerendiſſimo Attrebaten. & in prædicta Ariminen. deuolutionis* 16. *Februarij* 1609. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*, in confeſſo namque eſt inter partes, Hieronymum Victorellum primum acquirentem reliquiſſe poſt ſe tres filios, videlicet Triphonem, Bernardinum, & Fran-
7 ciſcum, quorum mors non eſt probata per ſimplices
E atteſtationes Parochorum, E *in ſummario Rectoris num.* 4. cum fidem non faciant ex vulgar. Neque reſpectu Triphonis ex duobus teſtibus *dicto ſummario num.*
8 5. cum non ſint in actis, nec iurauerint parte citata. Minúſque doctum fuit, quòd prædicti deceſſerint ſinè filijs, ad quod nihil facit fides vnius Parochi, *d. num.* 4. quia non probat, vt dictum eſt, & loquitur tantùm de Bernardino; & ſic non releuat, cum hæc negatiua ſit proban. reſpectu omnium. Nec obſtat *deciſio Put.* 42.
9 *lib.* 1. *in nouiſſ.* quia loquitur de conditione ſi ſinè filijs reſpectu vnius ſingularis perſonæ, cuius conditionis purificatio præſumitur, niſi ex aduerſo probetur filiorum exiſtentia; contrarium autem tenet Rota in hac ſpecie, quando Dominus directus agit ad deuolutionem ob finem lineæ ex prædictis. Secundò, quia non fuit probata identitas dictæ domus in emphyteuſim
10 conceſſæ, prout de illa docendum erat plenè, & concludenter, vt dixit Rota *in Romana domus S. Petri* 6. *Nouembris* 1615. *coram me*; eoque magis cum ipſi de Blanchis haberent etiam domum propriam ibi contiguam, vt conſtat ex inſtrumento emptionis factæ à dictis fratribus de Victorello 23. Octobris 1562. & ex ſententia per Auditorem Camerarij, & Magiſtros viarum lata de anno 1563. in ſummario de Blanchis num. 3. & 4. & Rectoris num. 3.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Sequuta eſt Rota in *Feretrana parochialis* 1. *Iulij* 1624. *coram bon. mem. Reimboldo; & in Romana deuolutionis domus* 12. *Ianuarij* 1624. *coram bon. mem. Dunozetto ſeniori.*

B. Gr.

B *Gregor. XV. deciſ. 69. num. 3. & fuit dictum in Maioricen. beneficij 22. Nouembris 1610. corā bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in Barchinonen. beneficij 26. Nouembris 1627 coram R. P. D. Durano. & infra deciſ. 748. num. 3.* & in alijs pluribus.

C *Borgnin de tutor. & curat. num. 23. & 57 Gabr. conſil. 125 num. 5 lib. 2. & fuit dictum in Terracinen molendini 9. Iunij 1628. coram R. P. D. Pirouano*

D Sequitur Rota apud *Cardinal. Caualer. deciſ. 558. num. 1.*

E *Rota in d. deciſ. 558. Cardinal. Caualer.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana ſeu Viterbien. ceſſionis bonorum.

Veneris 17. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Ceſſio hæreditatis Monacho acquiſitæ, facta abſque beneplacito Apoſtolico eſt nulla. Eccleſia eſt capax emphyteuſis tranſitoriæ ad quoſcunque hæredes etiam extraneos, & poteſt illam retinere, domino directo volente.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum Eccleſiæ non poteſt fieri abſque beneplacito Sanctæ Sedis iuxta extrauag.* ambitioſæ.

2 *Monachus quicquid acquirit Monaſterio acquirit.*

3 *Hæreditas ad Monialem delata acquiritur Monaſterio abſque aditione Monialis, & num.* 10.

4 *Enunciatiua non probat, quando de enunciato principaliter dubitatur; etiam ſi concurrat aliquod adminiculum.*

5 *Monaſterium eſt capax emphyteuſis perpetuæ, & tranſitoriæ ad quoſcunque hæredes, & ſucceſſores.*

6 *Emphyteuſis retineri poteſt per Monaſterium, domino directo volente, & num.* 11. *vbi etiam intra quod tempus teneatur dominus directus id declarare.*

7 *Mulier, extantibus filijs, non poteſt teſtari, niſi de decima parte ſuæ dotis, ex diſpoſitione Statuti Vrbis*, lib. 1. cap. 134.

8 *Fideicommiſſum non capit legitimam filijs debitam.*

9 *Fideicommiſſum debitum poſt obitum alicuius, ſi is Monaſterium ingrediatur, non debetur ante mortem ipſius naturalem.*

DECISIO CCCXCIV.

FACTIS duabus ceſſionibus per Monialem Mariam Angelam profeſſam Monaſterij Sanctiſſimæ Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Viterbij hereditatis maternæ, in qua eſt comprehenſa domus, de qua agitur, prima videlicet Camillo, ſecunda Catherinæ propriæ ſorori ex latere patris: reſoluerunt Domini in hac tertia propoſitione, dictam ſecundam ceſſionem eſſe attendendam, non primam. Nam dicta ſecunda ceſſio facta Catherinæ eſt ſolemnis, & valida, prima verò eſt nulla; de ſolemnitate, & validitate ſecundæ non fuit controuerſum, eſt enim facta per dictam Monialem, necnon Abbatiſſam, & Capitulum ſolemniter congregatum, & confirmata per ſententiam R. P. D. Locumtenentis D. Cardinalis Vicarij Iudicis Apoſtolici, & ſententia præuia cauſæ cognitione ſeruat. ſeruan. dictoque Camillo pro eius intereſſe citato, lata fecit tranſitum in iudicatum. Nullitas verò dictæ primæ ceſſionis viſa fuit DD. euidens ex defectu beneplaciti
1 Apoſtolici in alienatione rerum Eccleſiæ neceſſarij iuxta diſpoſitionem *extrauag. ambitioſæ*, & eſt notiſſimum, quod beneplacitum fuit in dicta ceſſione reſeruatum, licèt cum clauſula, quatenus opus ſit, & non aliter, & Camillus prætendat, opus illo non fuiſſe ex tribus, videlicet. Primò, quia dicta domus non erat effecta, ſeu incorporata Eccleſiæ: ſecundò, quia illius alienatio erat neceſſaria, cum eſſet emphyteotica, & ſic ponenda extra manum mortuam: tertiò, quia erat poſt mortem ſororis Mariæ Angelæ ex fideicommiſſo d. q. Ioannæ reſtituenda Eccleſiæ S. Laurentij in Lucina. Quæ tamen non obſtare DD. dixerunt: nam quo ad primam, quòd domus eſſet perfectè acquiſita Eccleſiæ, conſtat; quia illa erat hæreditaria q. Ioannæ matris dictæ Monialis, & q. Bernardi eius fratris: imò in ceſſione dicti Camilli dicitur, quòd erat d. Ioannæ dotalis, & probatur ex inſtrumento inter dictam Ioannam, & Georgium eius virum celebrato de anno 1580. 9. Aprilis, de quo in *ſummario Catherinæ num.* 1. & dicta Monialis cum conſenſu Abbatiſſæ, Priori ſſæ, & Depoſitariæ vti filia, & hæres Ioannæ conſtituit dictum Camillum procuratorem ad capiendam illius poſſeſſionem, locandum, penſiones exigendum, qui auctore Iudice fuit immiſſus in eius poſſeſſionem, & deinde eam locauit, vt in inſtrumentis de menſe Iulij, & Auguſti 1608. *in ſummario Catherinæ num.* 2. ex quibus negari non poteſt, quin hæreditas materna, & fraterna reſpectiuè delata fuerit ac-
2 quiſita Monaſterio, ex trita regula, quòd quicquid acquirit Monachus, acquirit Monaſterio, & in hæreditate eſt *text. in l. Deo nobis, §. hoc etiam, in fin. C. de Epiſc. & cleric. Archid. in cap. Monachi in fin. 16. quæſt. 1.* & in terminis noſtris *Vincent. de Franc. deciſ. Neapol. 40. in fin. & tradunt Bald. conſ. 332. num. 2. verſ. vndè cum non poſſit, lib. 1. Federic. de Sen. conſ. 4. num. 4. verſ. in contrarium.* Imò quòd abſque aditione Monialis fuerit
3 quæſita Monaſterio, ſecundùm opin. Canoniſtarum tenuit *Rot. in Bononien. de Gudalottis 3. Aprilis* 1615. *coram R. P. D. meo* Caualerio, & eſt clara diſpoſitio *Concil. Trident. de Regular. ſeſſ. 25. cap.* 2. confirmata per decretum fel. rec. Clementis VIII. ſuper reformatione Regular. ſub datum Romæ 20. Maij 1601. & in terminis noſtris *Hond.* qui etiam de Concilio Trid. memi-
A nit *conſ. 94. num. 14. & ſeq. lib. 1.* A, Concilium enim & decretum auferunt poteſtatem Regularibus pro ſe acquirendi, & Superioribus, & Monaſterio permittendi, vt Regularis pro ſe acquirat, & Monaſterio ſtatim non incorporetur, & loquuntur per verba negatiua, cum decreto irritanti; & ſic dicta hæreditas, & domus fuerunt quo ad dominium, & poſſeſſionem acquiſita Monaſterio, conſequenter non potuerunt cedi, & alienari ſinè beneplacito Apoſtolico, prout fuit ceſſa dicto Camillo 16. Ianuarij 1607. & ita ex interuallo poſt aditam hæreditatem, & apprehenſam poſſeſſionem: & ideo ceſſant reſponſiones, quòd acquiſitio fuit momentanea. Quo verò ad ſecundum, quòd ceſſio vti neceſſaria non indigeret beneplacito, quia domus eſſet emphyteotica ſocietatis Sanctiſſimæ Annuntiatæ, & propterea eſſet ponenda extra manum mortuam. Reſponſum fuit, non verificari in facto, quòd ſit emphyteotica, hoc enim non probatur per enunciatiuas inſtrumentorum recentium, videlicet ab anno 1580 ex con-
4 cluſione, quòd enunciatiuæ non probant, quando de enunciato principaliter dubitatur, imò nec concurrente adminiculo ſolutionis laudemij, vt in fortioribus terminis fuit reſolutum *in Rom. domus 11. Maij* 1592.

coram

Digitized by Google

*coram Illuſtriſſ. D. Card. Millino, & in Nucerina em-
phyteuſis 8. Februarij 1608. coram Reuerendiſſ. Attrebaten.*
Et dictæ enunciatiuæ videntur detectæ erroneæ ex instru-
mento cenſus ſcutorum nouem, & baioc. 75. & ſic eiuſ-
dem ſummæ impoſiti ad fauorem Marci Antonij Gypſij,
qui illum ceſſit de anno 1564. Numę Pompilio, *vt in in-
ſtrumento in ſummario Catherinæ dato in ſecunda poſitio-
ne num. 1.* à quo Numa Pompilio habet dicta ſocietas
cauſam, adeò vt ex cuiuſdam inſtrumenti lectura appa-
reat, quòd dicta domus non eſt emphyteotica, ſed cen-
ſualis. Nec concluderent dictæ enunciatiuæ incapaci-
5 tatem, quoniam Monaſterium eſt capax emphyteuſis,
quando illa eſt perpetua, & tranſitoria ad quoſcunque
hæredes, & ſucceſſores, *Bart. in auth. ingreſſi in repet.
num. 37. verſ. quæro ergo, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Ioan.
Andr. in cap. in præſentia, num. 16. & ibi Bero. num. 152.
de probat. Corbul. de iur. emphyt. de cauſ. priuat. ob mort.
ciuil. num. 4. verſ. licèt, & fuit reſolutum in Romana do-
mus 20. Nouembris 1610. coram Reuerendiſſ. Luglunen.
quæ eſt in recent. in 1. part. deciſ. 261. num. 7. verſ. non
poteſt etiam, & in Romana vineæ 19. Ianuarij 1611. co-
ram eodem in dict. 1. part. 260. num. 3. verſ. itaque po-*
B *tuit*, B nec prætenſæ enunciatiuæ probarent, nõ eſſe per-
petuam, nec tranſitoriam ad quoſcunque. Nec etiam
6 impeditur Monaſterium retinere emphyteuſim, Eccle-
ſia proprietaria volente *Bald. in dicta authen. ingreſſi,
num. 23. verſ. quid in emphyteuſi, Gulielm. de Benedict. in
repetit. cap. Raynutius de teſtam. diuiſ. 35. in verb. & vxo-
rem, &c. num. 4. verſ. ſed in Eccleſiaſtica, Menoch. con-
ſil. 216. num. 43. poſt Anchar. conſ. 165. num. 1. Surd.*
C *conſ. 121. num 10. verſ. quartò reſpondeo*, C & in caſu
noſtro non conſtat, dictam ſocietatem Sanctiſſimæ An-
nunciatæ noluiſſe, dictam domum remanere penès Mo-
naſterium, ideo &c. Tandem non obſtat tertium, &
vltimum, quòd dicta domus eſſet ex fideicommiſſo Ioã-
næ reſtituenda Eccleſiæ ſancti Laurentij in Lucina poſt
mortem Monialis; quia conſtat, illam fuiſſe dotalem
dictæ Ioannæ, & pro tali traditam Georgio ſecundo vi-
ro, quod etiam affirmatum fuit in ceſſione facta Camil-
lo, ex qua etiam conſtat, dictam Ioannam deceſſiſſe, re-
lictis ex ſecundo matrimonio dicta Moniali, & Beroar-
dino, ad quos domus vti dotalis pertinebat poſt mor-
tem Georgij ſecundi mariti dictæ Ioannæ, ex ſtatuto Vr-
bis *lib. 1. cap. 131.* Nec de ea potuit teſtari Ioanna, ex-
7 cepta decima parte iuxta aliud ſtatutum *lib. 1. cap. 134.*
& in omnem euentum prætenſum fideicommiſſum non
8 capit legitimam debitam filijs, *l. quoniam in prioribus,*
9 *& l. ſancimus. C. de inoffic. teſtam.* & domus debebat eſſe
penès Monaſterium viuente Moniali *arg. l. Statius Flo-
rus, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fiſc.* Et demum conſide-
ratum fuit, ceſſionem Catherinæ fuiſſe, & eſſe vtiliorem
Monaſterio, vt in facto deducitur.
Et ita vtraque parte informante fuit concluſum, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd hæreditas delata Monacho acquiratur immediatè
10 Monaſterio, nec ſit neceſſariũ aliquod factum Monachi, eſt
communis Canoniſtarum ſententia, & præter hic allegatos
eam tenuerunt, *Couar. in cap. 1. num. 21. de teſtament.
Becc conſil. 74. num. 13. vol. 1. Caball. conſil. 175. num. 2.
vol 1. Carol Tap. in auth ingreſſi, verb. ipſo ingreſſu, in
princ. num 94. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Molin. de iuſt. &
iur. tom. 1. diſput. 140. col. 8. verſ non ſolum bona*, cum
copioſe relatis per *Sanch. in Decalog. lib. 7. cap. 12. num.
36.* quibus addo *Menoch. de adipiſcend. remed 4. num.
394.* aſſerentẽ, hanc eſſe veriorem, & quòd ideo Monaſte-
rio ad hæreditatem Monacho relictam competat remediũ
*l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen. Gratian. diſcept. 568.
num. 62. & 63.* vbi quòd ſit verior, & magis communis,
& fauorabilis Religioni, & eam ſequuntur etiam nonnulli
legum profeſſores ibi per eum adducti, & tenuit *Rota de-
ciſ 128 num 3. & deciſ. 233. num. 2. part. 2. recent.* Vi-
deatur *P. Sanchez d cap. 12 à num. 35. ad fin.* vbi mate-
riam latè tractat, plures alias quæſtiones huc ſpectantes
reſoluens.
B *Gratian diſcept. forenſ. cap 481. num. 61. & Beltramin.
qui ſequitur hanc deciſionem ad Gregor. XV. deciſ. 520. ſub
lit. D. poſt med.*
C *Beltramin. loco cit in fin & Gratian d. cap 481. num. 67.*
11 *& ſeq. & num. 69.* quòd dominus directus debet intra
biennium declarare, an velit, quòd emphyteuſis penès
Eccleſiam remaneat, *poſt Speculat de locat. §. nunc aliqua,
rubr. de emphyteuſ. quæſt. 119. Imol. in cap. potuit, num.
26. col. 10. in princ de locat.* & quando emphyteuſis per-
uenit ad Monaſterium ex perſona Monachi, d. tempus
currit à die mortis naturalis, non autem ciuilis, ideſt pro-
feſſionis ipſius Monachi, *Gratian. loco cit. in fin. poſt Fe-
lin. in cap. in præſentia 8. num. 49. ad fin. de probat.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Præneſtina beneficij.

Veneris 17. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Hæres tenetur ad erectionem cappellaniæ a te-
ſtatore ordinatæ, licèt bona pro illius dote per
eundem teſtatorem relicta ad ipſum hære-
dem ſpectarent.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio teſtatoris, qui ordinauit celebrationem miſſarum
pro anima ſua, celerem requirit executionem, adeo vt
etiam pendente tempore inuentarij hæres conueniri poſſit.*
2 *Donatio inter viuos de quota hæreditatis facta, eſt nulla.*
3 *Legatum de re propria hæredis factum valet.*
4 *Legatum de re aliena ad fauorem piæ cauſæ etiam ignoran-
ter factum valet.*
5 *Hæres tenetur adimplere voluntatem teſtatoris, ſaltem
pro viribus hæreditarijs, ſi inuentarium confecit.*
6 *Hæres beneficiatus non tenetur præciſè ad rem legatam,
quando in ea habet aliquod intereſſe, vel cadit particula-
ris affectio.*

DECISIO CCCXCV.

IN cauſa Prælato de voto Rotę commiſ-
ſa, propoſito dubio, an eſſet locus ere-
ctioni, & dotationi beneficij, de quo
agitur, Domini affirmatiuè reſponde-
runt. Nam clariſsima eſt diſpoſitio q.
Fabritij Canonici Præneſtini in eius te-
ſtamento de anno 1611. condito, vt poſt ipſius mor-
tem erigeretur, prout ex tunc erexit eccleſiaſticum
beneficium in Eccleſia ſancti Blaſij eiuſdem Ciuitatis
pro vno Sacerdote, cum aſſignatione pro dote certa-
rum terrarum inter ipſum, & Laurentium ſuum ex fra-
tre nepotem hæredem inſtitutum pro indiuiſo commu-
nium; & in euentum, quo dictus Laurentius pro eius
parte contribuere nollet, reliquit pro dote aliud pe-
tium

tium terræ proprium, & vltra illud vinum, vel vinde-
miam, quę reperiretur tẽpore mortis: & quòd ex illius
retractu emerentur cenſus, pro ſuſtentatione dicti Sa-
cerdotis; quæ diſpoſitio eſt omnino exequenda per hæ-
redem: tantò magis cum confirmata etiam fuerit per
eundem teſtatorem in codicillis, in quibus nominauit
Stephanum ſuum ex ſorore pronepotem in primum
1 Rectorem, qui hodie inſtat pro dicta erectione; & ce-
lerem requirit executionem ad effectum celebrationis
Miſſarum ordinatarum pro animabus tàm ſua, quàm
ſuorum anteceſſorum; cum nihil magis debeatur, quàm
vt ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus ad *l. 1. C. de*
ſacroſanct. Eccleſ. & expedit Reipub. teſtamenta execu-
tioni mandari, *l. vel negare, ff. quemadmodum teſtamen.*
aper. facit *text. in l. nulli, ſ. ſin autem*, C. *de Epiſc. &*
Cleric. ibi, ſinè vlla cunctatione, & ibi *gloſ. latè Rebuff.*
de ſent. prouiſ. in præfat. num. 49. *& ſequentib. & præſer-*
tim num. 85. *& ſeqq. vſque ad num.* 91. Et quòd celeri-
tatem requirat, ne anima defuncti detrimentum patia-
tur, adeò vt etiam pendente tempore inuentarij hæres
conueniri poſſit, *Rota deciſ.* 773. *part.* 2. *in nouiſſ.* &
in hoc Domini nullam habuerunt difficultatem. Nec
viſum fuit obſtare, quòd dictus Laurentius præten-
dat, bona pro dote relicta pro medietate ad eum ſpecta-
re titulo donationis inter viuos ſibi factæ per dictum
Fabritium in capitulis matrimonialibus de tempore
nuptiarum per ipſum Laurentium contractarum, de
quibus in *dicto ſummario num.* 4. Quia prætermiſſo,
2 an huiuſmodi donatio tanquam de quota hæredita-
tis facta ſit nulla, iuxta *not. in l. pactum, quod dotale*
& in l. licet, C. de pact. & latè per Gabriel. conſil. 137.
ferè per tot. lib. 1. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 51. *num.*
32. *Barz. deciſ. Bononien.* 14. *Honded. conſil.* 40. *lib.* 1.
3 placuit reſponſio, quòd teſtator potuit dictum Lau-
rentium hæredem etiam in re donata, & eius pro-
pria grauare, *l. vnum ex familia, ſ. ſi rem, vbi gloſ.*
& DD. de legat. 2. *ff. non ſolum, Inſtit. eodem DD.*
in l. cum alienam, vbi præſertim Iaſ. num. 10. *C. eodem,*
Didac. in cap. filius, num. 3. *de teſtament. Gabriel. conſil.*
132. *volum.* 1. *Menoch. præſumpt.* 117. *num.* 2. *lib.* 4.
4 *& conſil.* 89. *num.* 49. & præſertim fauore piæ cauſæ,
cui legatum de re aliena, etiam ignoranter factum
valet, *Bald. in l.* 1. *in repetit. num.* 123. *verſic. ſi verò*
teſtator, C. *de ſacroſan. Eccleſ. & late Tiraq. de priuil. piæ*
cauſ. priuil. 6. *in princip. & in fin. Menoch. præſumpt.*
116. *num.* 30. *&* 31. *lib.* 4. ita vt ipſe huiuſmodi diſpo-
5 ſitionem implere teneatur, *vulg. l. cum a matre*, C. *de*
rei vendic. Menoch. dicto conſil. 89. *num.* 51. ſaltem pro
viribus hæreditarijs, ſi (de quo tamen non conſtat)
inuentarium confecit, *Gloſ. & DD. in l. fin. ſ. in*
computatione, C. *de iur. deliber. Roman. conſil.* 18. *num.*
4. *cum adductis in Romana de Naris* 14. *Nouembris*
A 1594. *coram bon. mem. Penia.* A Quòd autem vires hæ-
reditariæ ſufficiant, viſum fuit conſtare ex quantitate,
& qualitate bonorum, quorum medietatis poſſeſſio-
nem Laurentius adeptus eſt vigore dictæ donationis,
cum altera medietas ex forma dictæ donationis reman-
ſerit hæreditaria, quæ longè ſuperare videtur valorem
pro dote relictorum pro rata, quæ ad ipſum Lauren-
tium tanquam donatarium ſpectare poterat.

Et ita concluſum, Stephano tantum informante.

ANNOTATIO.

A Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, ſi vires hære-
ditariæ ſuppetunt, in allodialibus tenetur præcisè ſerua-
re voluntatem teſtatoris, & tradere in ſpecie rem lega-
tam, *Gabr. concluſ.* 11. *num.* 20. *de regul. iur. Menoch.*
conſil. 89. *num.* 49. *& ſequen cum alijs per Rotam in*
eadem Romana reſtitutionis hæreditatis de Naris 17. *No-*
uembris 1625. *coram R. P. D Durano, & dixi ſupra*
6 *ad deciſ* 154. *num* 8. 9. *&* 10. Limitatur tamen hæc con-
cluſio, quando poteſt conſiderari aliquod intereſſe, vel
affectio particularis ipſius hæredis ad rem legatam, po-
tiùs quam aliam hæreditariam, puta quia fuit maiorum
ſuorum, vel ratione viciniatis, aut quia eſt valdè fructi-
fera, ita ut nulla alia res hæreditaria æquè vtilis reperire-
tur; tunc enim ſufficit dare æſtimationem loco rei lega-
tæ, *Alberic. in l fin. ſ. in computatione ſub num.* 20. *ver-*
ſic. ſi autem emptori, C. *de iur. deliber. Gabr. conſil.* 125.
ſub num. 12. *verſic. cum limitatione tamen, lib.* 1. *Pere-*
grin. de fideicommiſſ. artic. 33. *num.* 13. *verſic. in quibus*
non cadit affectio, Thanuec. de inuentar. part. 2. *num.* 9.
vbi conſiderat aeris ſalubritatem, & congruitatem,
Rota in Romana de Theodolis 12. *Decembris* 1593. *coram*
Cardinali Blanchetto, vbi quòd hoc caſu hæres poteſt re-
ſtituto pretio rem a teſtatore alienatam recuperare, in
Bononien. bonorum 4. *Iunij* 1595. *coram Cardinali Pam-*
philio, & coram eodem in Bononien. bonorum de Male-
tis 17. *Iunij* 1602. *in fine, & in Bononien legati de*
Mareſcottis 30 *Aprilis* 1619. *coram R. P. D Dunozetto,*
& in dicta Romana reſtitutionis hæreditatis de Naris co-
ram R. P. D. Durano.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Bononien. dotis.

Mercurij 21. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Dos an poſsit augeri poſt contractum matrimonium, ſtante Statuto Terræ Centi, *lib.* 3. *rubr.* 15. Diſpoſitioni *l. hac edictali*, C. *de ſecund. nupt.* an, & quando cenſeatur per ſtatutum ſufficienter derogatum. Statutum de lucro dotis an liget forenſes.

SVMMARIVM.

1 *Permiſſum ad tempus cenſetur poſt illud denegatum.*
2 *Temporis limitati ea eſt vis, vt contrariam diſpoſitionem poſt tempus contineat, etiam ad iuris communis correctionem.*
3 *Dotis conſtitutio, vel augmentum fieri poteſt verbo, ſinè ſcriptura.*
4 *Statutum diſponens, quòd dos in primo matrimonio conſtituta cenſeatur repetita in ſecundo videtur fauorabile marito, ne poſsint fraudari dote in priori matrimonio conſtituta.*
5 *Mulier ſecundo viro non poteſt plus conferre, etiam nomine dotis, quàm vni ex filijs primi matrimonij; imò illud plus applicatur filijs.*
9 *Filij primi matrimonij etiam hæredes non prohibentur gaudere beneficio*, l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. *etiam ſi acceptauerint eis relictum in teſtamento cum prohibitione plus petendi.*
7 L. hac edictali C. de ſecund. nupt. *derogari poteſt per ſtatutum, nedum expreſſè, ſed tacitè ex incompatibilitate, & repugnantia ſtatuti cum illa, & ex quibus reſultet huiuſmodi incompatibilitas.*
8 *Statutum de lucro dotis non ligat forenſes, & bona extra territorium ſtatuentium ſita.*
9 *Statutum de lucro dotis ligat forenſes reſpectu bonorum*

in

Digitized by Google

in territorio ſtatuentium poſitorum.

10 *Filijs primi matrimonij hæredibus à matre inſtitutis incumbit onus probandi, dotem ſecundo viro conſtitutam excedere bona hæreditaria, ad hoc vt ſit locus beneficio* l. hac edictali, C. de ſecun. nupt.

11 *Exceptiones turbidæ altiorem indaginem requirentes non poſſunt, iudicium executiuum retardare.*

DECISIO CCCXCVI.

FVIT bis reſolutum, inſtrumentum dotale celebratum inter Comitem Aloyſium, & quondam Claudiam coniuges, eſſe exequendum ad fauorem d. Comitis contra Dominos de Carandinis eiuſdem Claudiæ ex primo matrimonio filios, & hæredes teſtamentarios pro lucro dotali conuentos. Aduerſùs quas reſolutiones duo de nouo proponebantur. Primò, de nullitate dicti inſtrumenti dotalis, reſpectu tamen augmenti dotis primi matrimonij in ſecundo conſtituti. Secundò, *de l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* Neutrum tamen obſtare dixerunt Domini, & propterea ſteterunt in deciſis 10. Nouembris 1617. & 1. Iunij anni præteriti, videlicet, dictum inſtrumentum dotale eſſe exequendum pro dicto lucro dotali, ex rationibus, de quibus in dd. deciſionibus. Non obſtat prætenſa nullitas d. inſtrumenti tanquam celebrati, poſtquam fuerat contractum, & conſumatum ſecundum matrimonium, per biennium, vel circa: & ideò non potuerit augeri prima dos, ſed eadem intelligeretur conſtituta; cum cõuentio contraria debeat eſſe ante matrimonium, vel de tempore illius, iuxta ſtatutum Terræ Centi, qui fuit locus originis Claudiæ, & domicilij vtriuſque, ac contractus celebrati *lib. 3. rubr.* 15. quod cum videatur reſpicere conuentionem præcedentem contractum matrimonij, conſequenter cenſetur excludere tempus poſt illud contractum, ex natura temporis
1 limitati, quia promiſſum ad tempus cenſetur poſt illud
denegatum, *l. ſi vnus §.* 1. vbi *Bald. ff. de pact.* & ea eſt
2 illius vis, vt contrariam diſpoſitionem poſt illud contineat, *l. fratres, ff de pœnis*, quod procedit etiam ad iuris communis correctionem in ſtatutis, *Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, ff. de offic. proconſul. latè Surd. deciſ 75. in princ. & præſertim num.* 5. Nam reſponſum fuit augmẽtum d. dotis non fuiſſe conſtitutum poſt contractum matrimonium, ſed ante, licèt verbo, & bona fide ſinè
3 ſcriptura, prout fieri potuit *l. ad exactionem, C. de dotis promiſſione, l. vnic. §. 1. verſ. & nemo putet, C. de rei vx. act.* & promiſſionem conſtituen. dotis præceſſiſſe, prout narratur in dicto inſtrumento dotali, & Claudia confeſſa fuit, ſequendo viam veritatis, ac inhæren. promiſſioni iam factę: quę confeſſio cum ſit veriſimilis, & validis pręſumptionibus ſuffulta, non prohibetur à ſtatuto, nec expreſſè, nec tacitè, accedente pręſertim iuramẽto, vt conſideratum fuit in prima reſolutione. Nec videtur applicari argumentum de natura temporis limitati, quia ſtatutum non prohibet, nec permittit, ſed ſolùm præſumit, quòd dos in primo matrimonio conſtituta cenſeatur repetita in ſecundo, excipiendo, niſi inter coniuges tempore contracti inter eos matrimonij, & ante, ſuper dote fuiſſet conuentum, prout hic: quo caſu quod conuentum fuerit, debeat obſeruari; & ſic in hoc eſt conforme iuri communi, nec tollit probationem pręcedentis conuentionis, nec bonæ fidei agnitionem inter coniuges conſtante matrimonio. Animaduertebat etiam vnus ex DD. dictum ſtatutum videri fa-
4 uorabile maritis, ne poſſint fraudari dote in priori matrimonio conſtituta, non autem quòd illa non poſſit liberè quandocunque augeri, iuxta qualitatem perſonarum, & conuentionem ipſarum partium, vt fuit etiam dictum in prima deciſione huius cauſæ. Secundò, opponebatur de diſpoſitione *d. l. hac edictali* prohiben. plus
5 etiam nomine dotis dari ſecundo viro, quàm vni ex filijs primi matrimonij, imò quòd illud plus conuentum applicetur filijs, *vt in §. ſi verò d. l. & ibi gloſ.* & communiter Scribentes, qui exponunt etiam de dato in dotem, cum pacto lucran. vt ibi per *Bertrand. num. 26. & ſeq.* Nec prohibentur filij primi matrimonij, etiam
6 ſi ſint hæredes matris, gaudere beneficio dictæ legis, *Bertran. in d. §. ſi verò, num.* 28. *Bald. conſil.* 161. *lib.* 5. *cum alleg. per Honded. conſ.* 14. *num.* 36. *lib.* 1. Imò etiam ſi acceptauerint eis relictum in teſtamento cum prohibitione, ne aliquid conſequi, ſeu petere valeant, *Bald. in d. l. hac edictali, in princip. num. 27. Bertrand. in*
A *d. §. ſi verò, num. 6. Honded. d. conſil. 14. num. 37.* A
7 Sed reſpondebatur, *d. l. hac edictali* eſſe derogatum per aliud ſtatutum dictæ Terræ Centi *ſub rubr. de dot. reſt.* prout derogari poteſt nedum expreſſè, ſed tacitè, *Bertrand. vbi ſupra num. 33. col. 12. verſic. ita teneo, Bald. conſil. 495. num. 10. lib. 5. Rolandin. in tractatu de lucr. dot. quæſt. 25. num.* 3. vbi ex pluribus de communi, *Gabriel. conſ. 13. num. 10. lib.* 2. & nouiſsimè fuit tentum *in Bonon. indemnitatis 13. Mar. & 17. Decemb.* 1618. *corã*
B *R.P.D. meo Dunozet.* B, dictæ verò *l hac edictali* derogatio inducitur ex incõpatibilitate, & repugnantia ſtatuti cum illa *Bald. d. conſ 495. num. 9. Rolan. & Gabr. vbi ſupra, & dictum fuit in d. Bononien.* Quæ incompatibilitas, & repugnantia viſa fuit clara, & euidens: nam *d. l. hac edictali* mandat, diuiſionem fieri inter filios primi matrimonij, & ſecundum virum in capita, dictum verò ſtatutum diſponit in ſtirpes; item ſtatutum prohibet, legitimam filiorum primi matrimonij detrahi ante lucrum dotale, quod eſt contrarium iuri communi, & ideo dicta lex dicitur à ſtatuto correcta, *Caſtr. in l. 3. num. 4. C. de inoffic. teſtam. Rot. deciſ. 432. num. 3. part. 1. diuerſ. & in dicta Bononien. indemnitatis coram D. meo*
8 *Dunozet.* Non obſtat, quòd d. ſtatutum non liget Carandinos forenſes *Caſtr. conſ. 368. num. 1. poſt. med. verſic. ſed certè lib 2. Bertran. in dicta l. hac edictali in princ. num. 53. verſ addo etiam, Thanuc. de lucro dotis gloſ. 5. num. 45. Rol. eod. tract. quæſt. 36. per tot. Decian. conſil. 35. num. 37. lib. 1. deciſ Flor. 107. num. 8. verſ qua deciſio.* Nam quicquid ſit in hoc, quando filij ſunt hæredes matris, in quo contrarium tenet *Dec. conſ. 19. num. 6. verſ. vndè qua ratione Io. de Amic. cõſ. 23. num.* 2. limitatio fortè procedere poteſt reſpectu bonorum Claudiæ extra territorium ſtatuen. poſitorum, quia forenſes illis non ligantur: ſed ratione bonorum in territorio ſtatuen. ligantur etiam forenſes, reiecta illa diſtinctione, an ſtatu-
9 tum loquatur in rem, vel in perſonam, vt latè *per Surd. conſ. 343. num. 10. & ſeq. vbi de com.* & magis communi, & in ſpecie noſtra, *& dicta deciſ Florentin. 107. num.* 8. Tanto magis in propoſito, quia Claudia expreſsè obligauit pro obſeruantia promiſſorum omnia, & quæcumque eius bona, & prohibuit filijs primi matrimonij, ne ex cauſa tàm primæ dotis, quàm alia quauis ratione, vel cauſa poſſint ſe opponere in caſu (qui euenit) mortis ſinè communibus filijs, ex actione medietatis dotis prædictæ, aut ipſam executionẽ quomodolibet impedire, ſed eorum iura ſint ſalua ſuper alijs bonis dictæ Claudiæ, quæ ſatisfacto dicto Comite Aloyſio, ſuperfuerint; & ſic eiſdem filijs non videtur in aliquo præiudicatum, quin ſi dictus Comes Aloyſius conſequatur plus quàm aliquis ex eis, poſsint ſe ſuper illis reualere. De quo tamen (& hoc videtur tollere omnem difficultatem) nihil penitus conſtat, quòd videlicet dos conſti-

tu-

10 tuta excedat vniuerſum patrimonium Claudiæ, in quo ipſi fuerunt hæredes inſtituti, quod ipſi probare debuiſſent, *vt per Bertran. vbi ſupra in princ. num.* 64. Quod autem via executiua competat dicto Comiti, fuit benè oſtenſum in prima deciſione; non enim venit ex ſtatuto, ſed ex dicto inſtrumento dotali, in quo ſunt clauſulæ executiuæ, vt in ea dictum fuit. Ex quibus cenſuerunt DD. has exceptiones non obſtare, vel ſaltem reddi adeo
11 turbidas, & altiorem indaginem requiren. vt iudicium executiuum retardare non poſsint.

Et ita vtraque parte informante concluſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Latè Surd. conſil.* 45. *num.* 54. vbi quòd huiuſmodi onus de iure à legato reijcitur, & perindè habetur, ac ſi ſcriptum non fuiſſet: at acceptatio eorum, quæ alicui actui interponi prohibentur, non nocet, ſequitur *Fontanell de pact. nuptial. clauſul.* 4. *gloſ.* 8. *part.* 4. *num.* 51. *& per tot.* plura tradit de materia diſpoſitionis huius legis.

B Diſpoſitio *in l. hac edictali*, tolli poteſt per ſtatutum nedum expreſſe, verùm etiam tacitè, vt præter hic allegatos *Menoch. conſil.* 4. *ſub num.* 14. *ad med. verſ. ſecundum quod ad rem, & verſ. quod procedit, & num.* 32. *Surd. conſil.* 401. *num* 19. *& fuit dictum in Imolen. lucri dotalis* 30. *Maÿ* 1622. *coram R. P. D. Merlino*. Requiritur tamen, quod verba ſtatuti taliter concepta ſint, vt huiuſmodi derogationem per neceſſarium conſequens inferant, & quòd diſpoſitio ſtatuti ſit cum diſpoſitione dictæ legis incompatibilis, *Bero. quæſt. familiar.* 119. *num.* 5. *circa fin. Rota Bononien in ſelect. deciſ* 51. *num.* 13. *in Rauennaten laudi* 18. *Iunij* 1613. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio apud Marchiſ. de commiſſ. part.* 1. *pag.* 1124. *ſub num.* 2. & in hac deciſione, quam ſecuta eſt Rota *in d. Imolen lucri dotalis coram R. P. D. Merlino*, & ideo in dubio diſpoſitioni d. legis nunquam cenſetur per ſtatutum derogatum *Rot. deciſ.* 255. *num.* 7. *part.* 4 *diuerſ.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana librariæ.

Veneris 24. Maij 1619.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Societas vniuerſalis bonorum non præſumitur, niſi expreſſè contrahatur, vel tacitè ex requiſitis neceſſarÿs inducatur, & quæ ſint.*

DECISIO CCCXCVII.

DOMINI dixerunt, non conſtare de ſocietate omnium bonorum contracta inter Io. Antonium, & Plautillam eius ex Hieronymo fratre prædefuncto neptem. Nam illa non præſumitur, niſi vel
1 expreſſè contrahatur *l.* 3. *verſ. cum ſpecialiter, ff. pro ſoc.* vel tacitè inducatur ex illis requiſitis vulgaribus, videlicet, communi habitatione, omnium lucrorum, & vndequaque quæſitorum communicatione, & non reddita ratione, *Bart. in l. Titium, & Mæuium §. altero, num.* 5. *&* 6. *ff. de admin. tut. & in l. ſi patruus num.* 9. *& ſeq. C. comm. vtr. iud. Petr. de Vbald. de duob. fratr. par.* 2. *num.* 1. *verſ. vndè dicebat, Rot. deciſ.* 169. *par.* 2. *diuerſ & in Romana bonorum de prædÿs* 23. *Maÿ* 1597. *& in Foroliuien. bonorum* 15. *Martÿ* 1602. *coram Cardinali Pamphilio*, & alias auctoritates, & deciſiones refert copioſè *Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 10.
A *num.* 2. A, Quæ tamen non ſolùm fuerunt probata per Io. Dominicum, ſed ex deductis viſum fuit totum contrarium. Si quidem teſtamentum d. Hieronymi patris dd. mulierũ, in quo mandauit, talẽ ſocietatem iniri, fuit reſtrictum ad artem librariæ, vt ex eius lectura: & nihilominus dictus Hieronymus reliquit in bonis domum, & diuerſa loca montium, prout etiam Io. Antonius habebat mobilia, vt ex primo, & tertio teſte iuxta 25. pro eius parte examinatis, & ex ipſius confeſsionibus ad poſitiones, prout *in ſummario Plautillæ num.* 1. *&* 2. Quæ tamen non fuerunt hinc inde collata, & ſic excluditur ſocietas vniuerſalis, *Dec. conſ.* 442. *num.* 35. *& conſ.* 628. *num.* 3. *&* 4. Nec etiam verificatur, non fuiſſe redditam rationem; quia imò fuit pro parte Plautillæ petita, & ad hunc effectum electi periti, *vt in ſummario Plautillæ num.* 2.

Et ita ſuper hoc reſolutum, reſeruato, vt de alijs, de quibus in dubio, videatur.

ANNOTATIO.

A Et ſecuta eſt Rota *in Romana vineæ* 29. *Nouembris* 1619. *coram bon. mem. Archiepiſcopo Seleucien. & infra deciſ* 916. *num* 6.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien. exemptionis.

Veneris 24. Maij 1619.

ARGVMENTVM.

Deſcriptio bonorum lite pendente, non eſt concedenda, quando parti ex ea incommodum, vel damnum ſequeretur. Reus de conſuetudine cogi non poteſt ad aſſecurandum iudicium. Prouiſioni lite pendente locus non eſt, aliqua neceſſaria, vel iuſta cauſa non ſubſiſtente, arbitrio Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Deſcriptio bonorum pro indemnitate intereſſe habentis, eſt concedenda in quacunque parte iudicÿ, & ſufficit ſolum intereſſe petentis pro cauſa.*

2 *Deſcriptio bonorum eſt deneganda, quando ex ea ſequeretur iniuria partis, & multò magis quando ſequeretur damnum.*

3 *Remiſsio penſionis fit conductori, quando ex iuſto metu impediuntur commercia, & mercatores à libera, vel frequentiori negotiatione retrahuntur.*

4 *Deſcriptio, ſequeſtrum, & inhibitio differunt.*

5 *Reus de conſuetudine non adſtringitur ad ſatiſdan. ſeù aſſecuran. iudicium, quicquid ſit de iure; etiam ſtante clauſula*, Arbitrio, *num.* 8.

6 *Gabellas exigendi in poſſeſsione manutentionem petens, ſi ſuccumbat, tenetur præſtare cautionem de non moleſtando in futurum.*

7 *Prouiſioni vt ſit locus, aliqua neceſſaria, vel iuſta cauſa ſubeſſe debet, quæ Iudicis arbitrio remittitur.*

DE-

DECISIO CCCXCVIII.

POST reſolutionem in hac cauſa fa-
ctam quarta Decembris 1617. non
eſſe dandum mandatum de manute-
nendo Adminiſtratoribus in prætenſa
quaſi poſſeſsione exigendi gabellam
à Communitatibus, nec ad hunc ef-
fectum retinẽdi officialem in loco, in-
ſteterunt dd. Adminiſtratores pro prouiſione lite pen-
dente, videlicet, deſcriptione mercium, quæ extra-
huntur, introducuntur, & tranſuehuntur pro facilio-
ri liquidatione in caſu victoriæ, necnon pro cautione,
de ſoluẽdo in caſu ſuccumbentiæ à Cõmunitatibus præ-
ſtanda; & propoſito dubio DD. negatiuè reſponderunt
in vtroque capite. Et primò quo ad deſciptionem, li-
1 cèt regula ſit pro Adminiſtratoribus, vt illa concedatur
in quacunque iudicij parte, *vt not Bart. & alij in l. vni-
ca C. de probibit. ſequeſtrat. pecun. in l. Imperatores,
§. idem reſcripſerunt*; vbi præſertim *Bart. Angel. &
Imol ff. de appell. Canoniſta in cap. 2. de ſequeſtrat.
poſſeſsion. & fruct. cum latè cumulatis per Lancell. part. 2.
cap. 5. de attent. accuſ. pend. in 11. fallent. num. 26. &
cap. 12. de attent. appell. pend. limit. 12. num. 38. Rota
deciſ. 343. num. 2. in 1. part. nouiſſ.* & ſufficit ſolum
intereſſe petentis pro cauſa, *Curt. iun. in l. procurator
num. 5. & 6. C. de eden. Adden. ad Papien. in forma ſe-
queſtri in verb. latam ſententiam*. Tamen à regula rece-
2 ditur, quando ex deſcriptione ſequeretur iniuria par-
tis *l. 2. C. quando, & quib. 4. pars debetur, & in d. l.
vnic. Bald. in fin. Siebard. num. 10. Curt. num. 16. Apoſt.
ad Bart. in l. defenſionis facultas litera A. C. de iur. fiſci
lib. 10.* & tenent Scriben. in locis ſupra citatis. Multò
magis dixerunt DD. deſcriptionem eſſe denegandam,
nedum ex incommodo, ſed damno, quod parti euenire
poſſet, prout in propoſito cenſuerunt, illam fieri non
poſſe, niſi turbata quaſi poſſeſſione libertatis extractio-
nis, introductionis, & tranſitus mercium. Nam per-
ſonæ præſertim forenſes ab huiuſmodi negotiatione, &
commercio facilè retraherentur, & ſaltem frequentio-
ri, ne ſubirent incommodum denunciandi officiali mer-
ces, & cum timore fortè aliquando ſoluendi gabellam:
3 qui metus eſt conſiderabilis, etiam ad effectum remit-
tendæ penſionis conductori *Surd. deciſ. 326. num. 18.*
& induceretur quædam ſeruitus, excederetque termi-
nos deſcriptionis, & haberet vim inhibitionis liberta-
4 tis, quæ non eſt concedenda, cum differant ſequeſtrum,
deſcriptio, & inhibitio *Bald. in l. ſi fideiuſſor. §. ſatiſda-
tum in fin. ff. qui ſatiſdar. cog.* à qua inhibitione non eſt
inchoandum ex vulg. Et propterea non videtur appli-
cari exemplum deſcriptionis fructuum, quæ nullum,
vel leuiſſimum videtur afferre incommodum poſſeſſori.
Hæc autem non ſolùm incommodum, ſed damnum in-
ferret, vt ſupra dictum eſt. Quo verò ad cautionem
5 de ſoluẽdo in caſu ſuccumbentiæ, dictum fuit, minus eſſe
illi locum: Quia, quicquid ſit de iure, hodie de conſue-
tudine reus non adſtringitur ad ſatiſdan. ſeu aſſecuran.
A iudicium A, *gloſ. & Doct. in §. 1. Inſtit. de ſatiſdat. Rot.
deciſ. 326. num. 4. part. 2. in nouiſſ.* in qua aliæ ſunt rela-
tæ. Tantò minus, quia iam fuit reſolutum, non eſſe
6 dandam manutentionem Adminiſtratoribus, nec ad hũc
effectum ſufficienter conſtare de eorum bono iure; &
ideo potiùs eſſet locus cautioni lite pendente de non
moleſtando Communitates, *l. penult. vbi gloſ. ff. de aqu.
quotid. & aſtiu. Bart. in l. 1. §. 1. col. 2. ff. de itin. act.
priu. Rebuff. de ſent. prouiſ. num. 126. in præfat.* Quam
tamen Vltramontanorum ſententiam de præſtan. cau-
tione tanquam non veram ex probatis auctoribus im-
probat *Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. num. 811. &
ſeqq. & num. 816. & 817.* Et hunc caſum non vidiſſe
7 obſeruari, teſtatur *Rebuff. d. num. 126.* & propterea DD.
viſum fuit, non ſubeſſe aliquam neceſſariam, vel iuſtam
cauſam, prout ſubeſſe debet, ad hoc vt ſit locus proui-
ſioni, *l. ait Prætor §. fin. ff. de iur. delib. Rebuff. d. tract.
num. 127.* quæ iuſta cauſa Iudicis arbitrio committi-
tur, vt ibi per eum. Non obſtant prætenſæ prouiſio-
nes aliàs in partibus factæ. Nam non conſtat, quòd
prætenſum bannum Reuerendiſſ. D. V. Legati del 1589.
fuerit publicatum, quod non loquitur de mercibus, de
quibus in ſententia Reuerendiſſ. D. Epiſcopi Carpento-
raten. pro quibus Adminiſtratores prætendunt ſolutio-
nem gabellæ. Et prætenſa cautio de ſoluẽdo gabellam,
in ſummario Adminiſtratorum num. 4. licèt fuerit præ-
ſtita nomine Cõmunitatis Medicinæ ſolius, tamen fuit
ad inſtantiam perſonæ non habentis ad hoc mandatum,
& cum clauſula, *citra præiudicium*, &c. & in executio-
nem cuiuſdam præcepti d. D. Epiſcopi commiſſi ad fa-
uorem Communitatis *d. ſummario num.* 4. cum clau-
ſula, *& omnia citra præiudicium ambarum partium, &c.*
Et ſic nulla fuit facta prouiſio, quę etiam ſi fuiſſet facta,
ex prædictis redderetur iniuſta, conſequenter non at-
tendenda.

Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Et hinc habet locum, etiam ſtante clauſula, *arbitrio*, in
quibus terminis loquitur *dicta deciſ. 326. par. 2. recentior.
& fuit dictum in Romana pecuniaria 12. Februarij 1614.
coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, & in aliis
adductis in Cuſentina penſionis 22. Iunij 1618. coram
bon. mem. Vbaldo, & coram eodem in Romana domorum
in Burgo 11. Martij 1620.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Vineæ.

Lunæ 3. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Venditor, qui noluit teneri de euictione, niſi pro dato, & facto ſuo tantùm, an teneatur etiam de facto ſuorum auctorum, & an, & quando teneatur ad pretij reſtitutionem, ſecuta euictione.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus non proſecutionem appellationis interpoſitæ conceditur à Rota, conſtito de iniuſtitia ſententiæ, etiam ſi non ſit notoria, maximè quando ſententia non eſt Rotalis.*

2 *Obligatio de euictione eſt diuerſa ab obligatione tradendi, & manutenendi rem liberam; euictio enim reſpicit proprietatem, & dominium: traditio autem rei liberæ, hypothecas, & alia onera.*

3 *Clauſula in fine poſita quando ad omnia præcedentia non referatur.*

4 *Promiſsio de dato, & facto ſuo non liberat venditorẽ à pretij reſtitutione, etiam ſi ſit appoſita taxatiua,* tantùm, *vel clauſula*, non aliter; nec alio modo.

5 *Venditor vt non teneatur ad pretij reſtitutionẽ ex vi pacti in contractu adiecti, neceſſe eſt vt verba pacti ſint clara,*

Digitized by Google

ra, & ſpecifica, non autem æquipollentia, vel æquiuoca.

6 *Conuentio, quòd venditor non teneatur ad pretij reſtitutionem, eſt licita.*

7 *Notario atteſtanti de proprio ſtylo in extenſione clauſularum, eſt ſtandum.*

8 *Clauſulæ inſtrumentorum extendi debent iuxta ſtylum notarij rogati.*

9 *Venditor, qui ad euictionem non tenetur æquitate ceſſante, nec etiam tenetur ad pretium.*

10 *Pretium conuentum præſumitur iuſtum.*

11 *Venditor an teneatur ad pretij reſtitutionem, quando promiſſio victionis eſt ad certam cauſam reſtricta.*

DECISIO CCCXCIX.

1 CENSVERVNT DD. conſtare de iniuſtitia ſententiæ extra Rotam latæ, conſequenter etiam de cauſis reſtitutionis in integrum aduerſus non proſequutionem appellationis per Ioannem ab ea interpoſitæ; iniuſtitia enim ſufficit pro cauſa reſtitutionis, etiam ſi non ſit notoria, vt quotidiè tenet Rota, maximè quando ſententia non eſt Rotalis. Quæ iniuſtitia reſultat ex actis, cum fuerit lata ſententia abſolutoria ad fauorem Petri venditoris à petita ſuſceptione, & liberatione moleſtiarum Ioanni ſucceſſori emptricis illarum ſuper vinea, & canneto, de quibus agitur, ad inſtantiam Ceciliæ anterioris creditricis, pro qua fuit lata ſententia in Saluiano, & ablata poſſeſſio dicto Ioanni, quæ moleſtiæ fuerunt legitimè intimatæ, & non ſuſceptæ per dictum Petrum venditorem iuxta formam illius obligationis, in qua continetur non ſolùm obligatio ſuſceptionis, & defenſionis moleſtiarum, ſed manutentio, quòd dicta venditio erat bona, & de conſentire facien. omnem perſonam in eam tanquam talem, auocata, & non auocata poſſeſſione, & quòd de bonis venditis non apparebit aliquis contractus, ſeu quaſi in præiudicium dictæ venditionis, & contentorum in ea, & ſemper, & perpetuò manutenere emptricem, quæ fuit auctria Ioānis, in pacifica poſſeſſione, & fructuum perceptione à moleſtijs, & lite, & moleſtante perſona: cum alijs clauſulis efficaciſſimis, & cum iuramento, & obligatione Camerali, vt in inſtrumento hinc inde dato. Nec obſtare dixerunt exceptionem Petri, quòd videlicet promiſſio ſua ſit reſtricta per clauſulam, *de ſuo dato, & facto tantùm*, & expreſsè excludat factum alienum per illa verba, *ita quòd de facto alieno, &c.* Et ſic Petrus non teneatur etiam de facto authorum, ex allegatis, & ex claris verbis inſtrumenti. Nam dupliciter reſpondebatur. Primò videlicet, quòd clauſula illa, *de dato, & facto ſuo tantùm, ita quòd ſi de facto alieno, &c.* eſt expreſsè adiecta ad euictionem, ibi, *de euictione generali, & particulari in forma iuris valida, ac in Vrbe conſueta, & ad duplum, &c. etiamſi euictio ſequatur, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, & ex quocumque capite.* Quæ obligatio eſt diuerſa ab obligatione tradendi, & manutenendi rem

2 liberam, euictio enim reſpicit proprietatem, & dominium, traditio autem rei liberæ, hypothecas, & alia onera, *Bart. in l. Mæuius* 68. *§. fundo num.* 6. *de leg.* 2. *& ibi Imol ante fin. Gozad. conſil.* 24. *num.* 3. Et ideò

3 non applicatur concluſio, quòd clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, quia hic eſt poſita in contextu clauſulæ euictionis, & illam ſolam qualificat *Bart. in l. fin. ff de reb. dub. verſic. ſi enim, cum alijs per Gabr. de clauſ. concl.* 9. *in* 7. *limit.* & nihilominus clauſula etiam in fine poſita non refertur ad omnia præcedentia, quando diuerſa militat ratio *Bart. in l. talis ſcriptura, § fin. de leg.* 1. *Gabr. vbi ſupra limit.* 1. nec quando clauſulæ præcedentes habent claram, & determinatam diſpoſitionem, *Gabr. in* 4. *limit. num.* 8. nec quando induceretur contrarietas in eadem diſpoſitione, *Gabr. in* 5. *limit.* & quando capitula intermedia ſunt ſeparata, & ſeparatam habent materiam, idem *Gabr.* 8. *limit. num.* 12. quæ omnes limitationes benè applicantur caſui noſtro, ſed præcipuè illa diuerſitatis rationis inter promiſſionem euictionis, & ſic quando ab emptore aufertur proprietas, & dominium, & alias promiſſiones de tradendo, & manutenendo rem liberam. Secundò reſpondebatur, quòd promiſſio de dato, & facto ſuo tantùm

4 non liberat venditorem à pretij reſtitutione iuxta claram diſpoſitionem, *l. emptorem §. fin. ff. de act. empt. & ibi gloſ. & omnes & not. Scriben. in l. non dubitatur, C. de euict.* quæ concluſio eſt indubitata *Corn. conſ* 227. *num.* 6. *lib.* 2. pro qua latè cumulat *Surd. conſ.* 36. *num.* 12. quam etiam ponit *Mantic. de tacit. &c lib.* 4. *tit.* 24. *num.* 4. Et procedit etiam ſi ſit appoſita taxatiua (tantùm) *Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. num.* 11. *verſ. in gloſ. in verb. promittere, ff de verb. oblig.* vel in ea adſit illa clauſula, *& non aliter, nec alio modo*, *Afflict. in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. not.* 13. *num.* 109. *quem Surd. d. conſ.* 36. *d. num.* 22. Verba autem

5 pacti, ad hoc vt venditor non teneatur ad pretium, non debent eſſe æquipollentia, neque æquiuoca, veluti quòd aliqua actione non teneatur, iuxta opinionem *Cin. in d. l. non dubitatur*, ſed clara, & ſpecifica, vt illam reprobando tenet *Caſtr. in d. l. emptorem, §. fin.* videlicet, quòd non teneatur ad pretij reſtitutionem, quorum conceptionem, & formam ponit ibidem *Alberic. verſ. vltimò tango*, vbi ſpecificat, nec ad pretium, nec ad intereſſe, nec ad aliquid aliud, & ibidem *Bald. Caſtr. in verſ. dic ergo, & in d. l. non dubitatur tradunt Cyn. Bellaper. Bald. & Salic.* & ideò ampliorum cautelam verborum inſtruūt *Rub. Alex. in l.* 1. *§. nunciatio num.* 447. *ff. de nou. oper. nunc. Caballin. in tract. de euict. §.* 1. *in quibus caſibus euict. loc. non hab. num.* 26. *& ſeqq.* & quòd conuentio de non reſtituendo pretio debeat eſſe expreſſa, *eſt text. in verbis in d. §. fin. & ibi gloſ. & omnes, & not. Doct. in d. l. non dubitatur, Bald. in l.* 1. *num.* 15. *& ibi Salicet. num.* 8. *verſ. tertius eſt, C. de peric. & commod. rei vendit. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. quæſt.* 362. *Rip. in l. ſi aliquam, num.* 47. *ff. de acq. poſſ. Gomez. var. de empt. & vendit. cap.* 2 *num.* 40. *verſ. niſi ſpecialiter, & Surd. dicto conſ.* 36. *dicto num.* 22. pro quibus facit *text. cum gloſ. in l.* 4. *§. acquiſitum, ff. ſi quis caut. quem Salic. in d. l.* 1. *C. de peric. & com. &c.* & hanc eſſe veriorem opinionem, & pro ea vidiſſe iudicari, *Afflict. in d. cap. Imperialem dicto num.* 109. *verſ in contrarium facit.* Non obſtant tres declarationes allatæ *ad dictū §. fin.* Prima videli-

6 cèt, quòd hic fuerit expreſsè conuentum, venditorem non teneri ad pretij reſtitutionem, quod fieri poteſt, *vt per Alberic. in d. §. fin. vbi Alex. & Caball. vbi ſupra, & Salicet. poſt Bald. in d. l. non dubitatur*, & de hoc conſtare dicebatur per illam clauſulam, *ita quòd ſi de facto alieno, &c.* quæ iuxta ſtylum Notarij, qui inſtrumen-

7 tum ſtipulatus eſt, non aliter extenditur, vt ex eius atteſtatione, cui de proprio ſtylo eſt ſtandū *ad not. in l. Gallus, §. idem creden. ff. de lib. & poſth. & dixit Rota in Romana de Soderinis* 28. *Iunij* 1602. *coram D mea Decano*, & in alijs pluribus. Nam difficultas ceſſat, tùm quia non datur extenſio dictæ clauſulæ, ſed ſimplex atteſtatio iuuenis, qui aſſerit, ſe tunc vti iuuenem in officio Cataloni Notarij A. C. ſtipulatum fuiſſe dictum inſtrumentum, & tamen non conſtat, eum fuiſſe Notarium, nec de eo

8 rogatum, imò rogitus ſupponitur ſub nomine Catalo-

ni,

ni, cuius ſtylus, & extenſio eſſet attenden. *iux. not. in d. l. gallus §. idem creden.* & latè fuit dictum *in illa Romana hæreditatis, & paragij dotis 12. Iun. 1615. coram me*, & de hoc non docetur. Tum etiam quia quatenus atteſtatur, ita fuiſſe conuentum, fungitur officio teſtis, & atteſtatio eſt extraiudicialis ſinè iuramento, & partis citatione, & vbi eſſet formalis, eſſet vnius, & propterea non attendenda ex vulgar. quæ etiam atteſtatio videtur reſtricta ad pactum euictionis, vt ex eius lectura in fine, vbi quòd appoſuit dictam clauſulam, quia ſic erat conuentum, quòd Petrus in caſum dictæ euictionis non teneretur ad pretij reſtitutionem, nihil autem dicit de clauſulis promiſſionis *de tradenda, & manuten. res liberas vacuas, &c.* & alijs ſupra relatis. Secunda verò declaratio, quòd ceſſante æquitate non ha-
9 beat locum diſpoſitio *d. §. fin.* ſuper qua eſt fundata *Natt. conſ. 181. num. 8. Surd. d. conſil. 36. num. 6.* quæ æquitas videtur in præſenti caſu ceſſare, quia res dicebatur viliori pretio vendita, *vt per Natt. & Surd. vbi ſupra*, quatenus in iure ſubſiſteret, quod tamen non videtur carere difficultate, non iuſtificatur in facto, quia emptio vineæ, canneti, & fructuum fuit facta pretijs diſtin-
10 ctis, nec quidquam docetur de læſione, & pretium con-
A uentum præſumitur iuſtum. A & ideò ſuper illa DD. dixerunt, nullam vim eſſe faciendam. Tertia, & vltima declaratio, quòd venditor non teneatur ad pretij reſtitu-
11 tionem, quãdo promiſſio eſt ad certam cauſam reſtricta, iuxta terminos *l. qui libertatis, et ibi Doct. ff. de euict. Iaſ. in d. l. ſtipulatio iſta, num. 11. cum alijs per Tiraq. de retr. lign. §. 12. gloſ. 1. num. 14. Natt. d. conſ. 181. num.*
B 14. cũ allegatis, B, non applicatur, quia promiſſio non eſt reſtricta ad certam cauſam, ſed ſolùm ad excluden. factum alienum, & ideò non liberat à pretij reſtitutione ex ſupra allegatis, *et Curt. Iun. in l. in emptionibus num. 4. et 5. ff. de pact.*

Et ita concluſum vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A Pretium conuentum inter partes præſumitur iuſtum, & ideo contrarium aſſerenti incumbit onus probandi iniuſtitiam, *Bald. in l. per diuerſas. in 4. quaſt. num. 8. in fin. C. mandat. Natt. conſil. 650. ſub num. 8. verſic. praterea pretium, lib. 4. Surd. deciſ. 245. num. 7. Caſ. de Graſſ. deciſ. 10. in fin. de teſtam. Roland. conſil. 92. num. 17. lib. 2. & conſil. 64. num. 18 & ſequen. lib. 4. Cardinal. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 20. num. 21. Gregor. XV. deciſ. 193. num. 22. & deciſ. 321. num. 10. & deciſ. 524. num. 5. & fuit dictum in Romana cenſus 21. Iunij 1624. coram R. P. D. Pirouano, in Romana iuſti pretij domus 31. Ianuarij 1625. coram bon. mem. Dunozetto, in qua alia ſunt relata, & in Romana cenſus vitalitij 4. Februarij 1628. coram R. P. D. Verula*, & hoc habet locum etiam contra Eccleſiam, *Crauett. conſil. 894. num. 22. Mantic. dicto tit. 20. num. 22. Rota in dicta Romana iuſti pretij domus coram bon. mem. Dunozetto*, & quòd in dubio pretium ſemper præſumatur iuſtum, *Corn. conſil. 6. num. 3. volum. 1. Afflict. deciſ. 270. Rota apud Zacch. de obligat. Cameral. deciſ. 147. num. 8.*

B *Cardinal. Mantic. deciſ. 109. num. 6.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

CCCXCIX.

Militen. molendini.

Veneris 7. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Conductor tenetur rem locatam reſtituere in eo ſtatu, in quo illam recepit, & qua actione.

SVMMARIVM.

1 *Conductor tenetur reſtituere rem locatam in eſſentia, & ſtatu, in quo eam recepit, adeo quòd ſi deterior reddita ſit, non dicitur reddita num. 3.*

2 *Conductor rem locatam deteriorare non poteſt, imò aliter faciendo expellitur.*

4 *Deterior res fieri dicitur, quando ab eo ſtatu, in quo prius erat, minuitur.*

5 *Reſtitutio rei locatæ in priſtinum ſtatum eſt facien. à conductore, vel hæredibus actione primaua, cum locatio ſit contractus bonæ fidei.*

6 *Iudicis officium deſeruit actioni bonæ fidei.*

7 *Obligatio ad intereſſe non ſuccedit in obligatione rem reſtitui, niſi re perempta.*

8 *Obligatus ſi non poteſt reddere dolo, vel culpa ſua, electio eſt actoris quærere rem, vel æſtimationem.*

9 *Reintegrandæ remedium competit locatori pro reſtitutione rei locatæ aduerſus conductorem, finita locatione.*

DECISIO CD.

FVIT 16. Decembris 1616. *coram R. P. D. meo Veroſpio* reſolutum, Eccleſiæ Militen. remedium reſtitutorium competere pro repoſitione in priſtinum eius molẽdini aliàs ad breue tẽpus locati Antonio Sanctio, qui locatione pendente cum aliud molendinum in inferiori fluminis parte conſtruxiſſet, & pro eius ſeruitio parietẽ, ſeu cluſam, ſtatũ d. molendini locati immutauit eleuando rotam, ac illius ſuſum, & canale, ſeu ſagittam, per quam aqua in eam ducitur, præcidendo; & iterum 8. Decembris 1618. molendinum Eccleſiæ eſſe reſtituen. ad priſtinum ſtatum, & poſtea dictam cluſam deprimen. vſque ad modum præiudicij: ſuper quibus cauſa repropoſita DD. ſteterunt in deciſis quo ad reſtitutionem molendini Eccleſiæ in priſtinum, & ita cauſam expedien. eſſe dixerunt, reſeruata depreſſione cluſæ pro modo præiudicij in executione ſententiæ. Fundamentum fuit, quia veriſſimum eſt in facto, dictum Antonium accepiſſe, retinuiſſeque in affictum dictum molendinum Epiſcopi, vt deponunt teſtes remiſſoriales ferè omnes iuxta 28. interrog. & præſertim primus, & ſeptimus ſuper 11. & 12. necnon ſtatum dicti molendini ante dictam locationem fuiſſe diuerſum ab hodierno, illumque fuiſſe pendente locatione ab Antonio modo, quo ſupra, ac aliàs diuerſimodè immutatum, vt ex eiſdem teſtibus remiſſorialibus primo loco examinatis *in primo ſummario num. 3. & 4.* ex viſitatione loci per Reuerendiſſimum Epiſcopum Tropien. à Rota ſubdelegatum cum præſentia, & interuentu partium facta, teſtibus coram eo receptis, & menſuris peritorum concorditer electorum, eorumque relatione clariſſimè conſtat, de quibus in ſummarijs ſub diebus 19. Nouembris, & 8. Decembris 1618. *num. 1. & ſeqq.* & deniq; ex prædictis innouationibus damnum ſucceſſiuum

fuiſſe

fuiſſe dictæ Eccleſiæ molendino illatum. Ideoque ſe-
quitur illud eſſe in priſtinum ſtatum reſtituen. *l. cum*
conductorem, vbi gloſ. & Salic. C. de locat. l. ſi merces, §.
conductor, & l. hac diſtinctio. §. fin. ff. eodem Feder. de
Sen. conſ. 100. *ad fin. Petr. de Vbald. de duob. fratr. part.*
11. *quæſt.* 9. *num.* 56. *Menoch. conſ.* 13. *in princ. lib.* 1.
& firmatum fuit in dicta deciſione 10. *Decembris* 1618.
coram D. meo Veroſpio, & eſt de natura locationis, vt
conductor conſeruet, & reſtituat rem locatam in eſſen-
tia, & ſtatu, in quo recepit *Mazz. tract. de conſeruat. in*
tit. de locat. & in cap. de natur. locat. num. 10. Conductor
2 enim rem locatam deteriorare non poteſt, imò aliter
faciendo expellitur, *l. æde. C. locat. cap. potuit extra*
eodem, auth. qui rem, C. de Sacroſ. Eccleſ. & in dictis lo-
3 cis omnes tradunt, adeò vt ſi deterior reddita ſit, non
dicatur reddita, *l. 3. §. ſi reddita. ff. commod. l. 1. §. ſi*
res, ff. depoſ. Dec. in d. auth. qui rem, num. 2. deterior
4 autem dicitur res fieri, quando ab eo ſtatu, in quo prius
erat, minuitur, *l. 2. §. deteriorem, ff. ne quid in loc. public.*
l. non ſolùm ff. de rei vendic. l. Iulianus, §. ſi quis rem,
ff. ad exhiben. Dec. in d. auth. qui rem num. 2. Quæ re-
ſtitutio molendini non deteriorati, & in eodem ſtatu
eſt ab Antonio conductore, cuius facto effectum eſt de-
terius, vel hæredibus facienda, ſiuè actione primæua,
5 cum verſemur in locatione, & ſic contractu bonæ fidei,
vt tenuerunt *Odofr. in l. etiam ſi, in fin. ff. de ſolut. Bart.*
in l. qui tibi, §. qui Stichum, verſ. ſolue ibi, ff. eodem,
loquens in terminis reſtituentis rem locatam deterio-
rem, ibique *Ang. in ſummario, & ſub num. 2. verſ. in-*
terdum quis ſoluit, & in l. exhibitionis ſub num. 1. verſ. ſi
verò deſiit, C. ad exhibend. Butrigar. verſ. ſi autem, Bella-
pert. in princ. Bart. num. 5. verſ. ſecundo caſu, & in d.
l. 3. §. ſi reddita, ff. commod. Bald. Caſtr. & Salicet. Al-
beric. in l. eleganter, §. non ſolùm, num 12. *verſ. conclu-*
6 *de ergo, ff. de dol.* ſiuè etiam officio Iudicis deſeruiente
actioni bonæ fidei, *Cin. in d. l. exhibitionis num* 8. *verſ.*
ſi actione bona fidei. Ceſſatque difficultas, quia cum poſſit
à conductore reſtitui molendinum non deterioratum
in eodem ſtatu, agitur ſinè dubio contra eum primæua
actione, *Cin. in d. l. exhibitionis nu. 2. verſ. vnde vt hæc*
materia, per text. in l. 1. ff. de act. empt. & in §. perficiun-
tur Inſtit. de donat. nam in obligatione rem reſtitui
7 non ſuccedit obligatio ad intereſſe, niſi re perempta,
ſed obligatus præcisè cogitur, vbi poteſt reddere *Albe-*
ric. in l. ſi qui ſub alio, §. ſi quis promiſerit, ſub num. 2.
verſ. ſi reddere, ff. de re iudic. vbi etiam, quòd ſi non poſ-
8 ſit, mora tamen, dolo, vel culpa ſua, electio eſt actoris
petere rem, vel æſtimationem *Bart. in l. ſtipulationes non*
diuiduntur num. 9. in fin. & num. 38. ff. de verb. oblig.
ibique Alexand. num. 23. & 29. Soccin. num. 67. 68. &
70. *Bolognett. num.* 207. Et faciunt dicta de indiuiduita-
te obligationis rei locatæ reſtituendæ *in Romana eua-*
cuationis 2. *Decembris* 1615. & 2. *Decembris* 1616. *coram*
R. P. D. meo Vbaldo nec enim eſſe debet in poteſtate
debitoris, liberare ſe à præciſa reſtitutionis in eodem
ſtatu obligatione, quando illa impleri poteſt, & res fuit
eius culpa deteriorata. Poterit igitur contra Sanctios,
9 qui primæua actione conueniri potuerunt ad molen-
dini reſtitutionem, pronunciari ex remedio poſſeſſorio
reintegrandæ, *l. ſi quis conductionis, C. de locat. de quo*
per Menoch. remed. 11. recuper. Pontan. de Spol. lib. 1.
cap. 4. & benè per Seraph. deciſ. 896. *num.* 3. Neque
expeditioni cauſæ obſtare dixerunt prætenſionem, quòd
priùs eſſet liquidan. an cluſa præiudicet d. reſtitutioni in
priſtinum, & modus præiudicij, cum præiudicium ſit
certum ex teſtibus, relatione ſubdelegati, & alijs, de
quibus ſupra: licèt modus incertus, & depreſſio cluſæ
veniens in conſequentiam dictæ reſtitutionis in priſti-
num reſpiciat executionem ſententiæ, quæ interim
fieri poteſt pro reſtitutione molendini in eodem ſtatu:
& depreſſione cluſæ pro modo, quo præiudicat reſti-
tutioni prædictæ commiſſa peritis in executione hinc
inde eligen. pro liquidatione præiudicij iuxta *conſ. Bald.*
273. *lib.* 3.

Et ita vtraque parte informante deciſum.

Romana Supplementi legitimæ.

Lunæ 10. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum diminutum per hæredem grauatum ex cauſa neceſſaria, vel vtili, non debet reſtitui ex bonis poſtea quæſitis, ſed diminutio cedit damno fideicommiſſarij.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonij fideicommiſſo ſubiecti diminutio, quæ euenit poſt mortem teſtatoris ſinè dolo, & culpa grauati, non cedit illius damno, ſed fideicommiſſarij.*
2 *Caſus fortuitus dicitur lex a Principe inopinatè, aut nouiter edita.*
3 *Bona fideicommiſſaria per conſtitutionem Principis effecta alienabilia, pignorari, & hypothecari poſſunt.*
4 *Negotium vtiliter geſtum debet approbari ab ijs, quorum vtile negotium geſtum fuit.*
5 *Fideicommiſſarius tenetur ad debita ex cauſa neceſſaria per hæredem, ſeù grauatum contracta: prout Prælatus ad debita anteceſſoris.*
6 *Pontificis atteſtationi motu proprio, & ex certa ſcientia emanatæ licèt de facto alieno, ſtandum eſt.*
7 *Fideicommiſſa diminuta reintegrari debent per hæredem ex ſuperuenientibus bonis, quando vtilitas ad eum peruenit, vel diminutio ipſius culpa, vel dolo contigit.*
8 *Potentia proxima alicuius actus an ſufficiat, licèt non ſit deuentum ad actum.*
9 *Fideiuſſor an, et quando poſſit agere contra principalem, ante quam ſoluat, & latè ſub num.* 18.
10 *Obligatio vxoris pro marito, qui de facili carcerari poterat vigore obligationis Cameralis, valida eſt.*
11 *Tutor, quando principaliter, aut fideiubendi animo tantùm pupilli nomine acceſſiſſe dicatur.*
12 *Tutori non licet, pupillum animo donandi obligare.*
13 *Verba*, In euentum, *vel*, In defectum, *operantur, vt bona obligata cenſeantur in ſubſidium tantum, & non niſi facta prius diſcuſſione, an bona antea obligata inſufficientia ſint, vel ne.*
14 *Obligatio in termino referente eſt eadem, quæ in relato.*
15 *Hæres cum beneficio inuentarij tenetur ad debita teſtatoris pro viribus hæreditarijs.*
16. *Fideicommiſſarius tenetur grauato, vel eius hæredibus melioramenta neceſſaria in bonis reſtitutioni obnoxijs facta ſoluere.*
17 *Fideicommiſſarius tenetur grauato ad expenſas per eum erogatas in lite pro recuperatione, vel conſeruatione bonorum, & iurium fideicommiſſi, etiam ſi ſententiam non reportauerit, vel ſuccubuerit in cauſa.*
19 *Fideiuſſor, qui diu ſtetit in obligatione, agit contra principalē pro liberatione à fideiuſſione, etiam ante quam ſoluat.*
20 *Fideiuſſor quando dicatur diu in obligatione ſtetiſſe, iudicis arbitrio remittitur.*
21 *Fideiuſſor de euictione dici non poteſt in obligatione ſtetiſ-*

ſe, vt poſſit cogere principalem ad ſui liberationem, antequam ſequatur euictio, ſicut etiam fideiuſſor pro tutore, vel adminiſtratore, ante finitam tutelam, vel adminiſtrationem.

22 *Fideiuſſor de reſtituenda dote an poſſit agere ad ſui liberationem ab obligatione, antequam ſoluat.*

23 *Obligatus in forma Cameræ, vel per inſtrumentum guarentigiatum habetur pro condemnato.*

DECISIO CCCCI.

IN diſputatione dubij (ex quibus bo-
nis debeatur legitima) ſicuti non fuit
reuocatum in dubium, quin illa debe-
retur, ita nec pro nunc facta contro-
uerſia fideicommiſſi, & primogenitu-
ræ q. M. Antonij ſecundi ſuper Ca-
ſtris, & ſtabilibus per bon. mem. Mar-
cum Antonium quartum Excellentiſs. D. Marchioniſ-
ſæ actricis filium poſſeſſis. Sed quia *coram Reuerendiſſ.
D. meo Damaſceno 25. Maij 1616. in cauſa Saluiani* fir-
matum fuit, in hæreditate d. M. Ant. quarti, etiam dedu-
ctis creditis liquidis Excellentiſſ. D. Conteſtabilis, re-
manſiſſe bona libera ſummæ ſcut. 193. mill. Propte-
rea dicebatur, quòd contrapoſitis ad debitum dictæ hæ-
reditatis duabus partitis, vna videlicet ſcut. 24933. re-
ſidui Montis erecti per ſel. rec. Sixtum V. viuente M.
Antonio tertio: altera ſcut. 150. mill. alterius Mon-
tis per ſel. rec. Clementem VIII. erecti: nihil ſupererat
pro prætenſa legitima. Ideo DD. alijs pro nunc præ-
termiſſis reſoluerunt, Montem dd. ſcut. 150. mill. non
eſſe ponen. ad debitum hæreditatis d. M. Antonij quar-
ti, nedum ex rationibus optimè ponderatis in eadem
deciſione Reuerendiſſ. D. mei Damaſceni, quæ DD.
placuerunt, verùm etiam ex illa generali concluſione,
quòd diminutio patrimonij fideicommiſſo ſubiecti, quæ
1 euenit poſt mortem teſtatoris ſinè dolo & culpa graua-
ti, non cedit illius damno, ſed fideicommiſſarij *l. mu-
lier. §. ſed etenim, & l. deducta. §. ante diem.* vbi *Alex.
num. 4. ff. ad Trebell. Dec. conſ.* 81. *num. 4. in 5. dub. cum
alijs per Peregr. de fideic. art.* 10. *num.* 38. *& ſentit Bald.
conſ.* 135. *vol.* 1. Dicta verò Montis erectio (ex qua D.
Conteſtabilis diminutionem prætendit) viſa fuit non
eueniſſe culpa, vel dolo d. M. Antonij quarti; quia pau-
lò ante dictam erectionem emanauerat ab eodem ſel.
rec. Clemente VIII. motu proprio *Bulla generalis con-
tra Barones*, quâ cauetur, quòd pro ſatisfacien. quibuſ-
cunque creditoribus etiam maiorum, & anteceſſorum
poſſit, & debeat procedi ad apprehenſionem, delibe-
rationem, & ſubhaſtationem quorumcunque Caſtro-
rum, & bonorum, cum ampliſſima derogatione fidei-
commiſſorum, & primogeniturarum, & aliarum qua-
2 rumcunque diſpoſitionum. Quæ tanquam lex à Prin-
cipe inopinatè edita dicitur caſus fortuitus, *iux. l. Lu-
cius. ff. de euict.* quæ procedit etiam quando Princeps
facit nouam legem, vel conſtitutionem, *Bald. conſ.* 460.
factum tale eſt num. 4. *lib.* 4. *Aym. conſil.* 95. *num.* 1.
quod conſ. ſequitur *Put. deciſ.* 4. *tit. de empt. & vend.
Menoch. conſ.* 27. *num.* 28. *& ſeqq. Surd. deciſ.* 326.
num. 15. *Rolan. conſ.* 45. *per tot. & præſertim num.* 6.
& 15. *vol.* 3. *Gomeſ. de contract. tit. de empt. & vend.
num.* 39. *verſ. quintus caſus. Gam. deciſ. Luſit.* 349. *num.* 3.
& in decreto Principis *Alex. conſ.* 57. *num.* 4. *vol.* 1. & in
gratia Summi Pontificis *Put. d. deciſ.* 381. *lib.* 3. *& d.
deciſ.* 4. *de empt. & vend. Caputaq. deciſ.* 318. *part.* 1. &
in conſtitutione eiuſdem, *Bero. conſ.* 143. *num.* 6. *vol.* 1,
quam rationem conſiderauit Rota in præcitata deciſio-
ne D. Damaſceni. Quæ concluſio ſinè difficultate pro-
cedit, quando factum Principis eſt (prout hic) inopina-
tum, & proceſſit de plenitudine poteſtatis, *vt poſt Odofr.
Bald, & Ang. in d. l. Lucius* tenuit *Rot in Ferrarien. Bo-
norum* 22. *Aprilis* 1618. *coram D. meo Vbaldo* ſecuta
aliam deciſionem *coram Cardin. Blanchetto in Romana
Sponſionum* 30. *Octobris* 1587. Qua propter, vt huic im-
minenti caſui ſubhaſtationis, ac diſtractionis dd. Ca-
ſtrorum, & bonorum, & pro illorum conſeruatione in
familia de Columna tutiùs, ac meliùs prouideretur per
ſolam fructuum alienationem, idem ſummus Pontifex
ſimili motu proprio dictum Montem ſcut. 150. mill.
erexit pro ſatisfactione dd. Creditorum, per quam ere-
ctionem longè minus damnum fideicommiſſis, & pri-
mogenituris illatum fuit, conſeruando illorum proprie-
tatem in familia, & obligando ſolùm ad certum tempus
fructus ſcut. 20. mill. illis deſtinatis pro annuis præ-
ſtationibus locorum Montium ad rationem tantùm
quinque cum dimidio pro centenario loco interuſurio-
rum, quæ ſoluebantur in maiori ſumma, & reſiduum
dd. ſcutorum 20. mill. applicatum fuit extinctioni veræ
ſortis. Et ſi bona fideicommiſſaria ex priori eiuſdem
Summi Pontificis generali conſtitutione, de qua ſupra,
erant iam effecta in totum alienabilia, multò faciliùs pi-
3 gnorari, & hypothecari potuerunt pro d. æris alieni
diſſolutione, & nihil noui videtur actum, *l. pater fi-
lium, in princ. de leg.* 1. & ibi *Bart. num.* 2. *Molin. de
primog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 24. *verſ. in primo caſu, &
num.* 25. *Peregr. de fideic. art.* 40. *num.* 31. *verſ.* 8. *quæ-
ro*. Et conſequenter conſtat de euidenti d. erectionis
vtilitate ad fauorem ſucceſſorum omnium, quibus ea
mediante præſeruata ſunt hæc bona, quæ etiam hodie
non facta erectione prædicta ſubiacerent eidem Bullæ
4 Baronum, & propterea approbari quoque debet ab ip-
ſis, quorum vtile negotium geſtum fuit, *ad l. quæ vti-
liter. §. fin.* & ibi *gloſ. ff. de neg. geſt. gloſ. in l. vxorem,
§. pater naturalis, in verb. ſi nec ratam, de leg.* 3. & poſt
*Alberic. in verſ. in gloſ. ratam autem, Bart. in verſ. dicunt
gloſ.* Prout è contra in negotio vtiliter geſto per fidei-
commiſſarium ad fauorem hæredis, *Peregr. art.* 42. *num.*
70. Conferunt ad idem *deciſ. in Roman. de Cangijs* 12.
Decembris 1609. *coram Illuſtriſſ. Card. Lancellotto, &* 21.
Maij 1614. *coram d. Reuerendiſſ. D. Damaſceno*, in quibus
dictū fuit, donatarios, & fideicommiſſarios teneri actio-
ne negotiorum geſtorum erga donatorem, qui bona
donata per æris alieni ſolutionem à cenſibus, & hypo-
5 thecis liberauerat. Quòdque fideicommiſſarij tenean-
tur ad debita ex cauſa neceſſaria per hæredem, ſeu gra-
A uatum contracta, A prout Prælatus ad debita anteceſ-
ſoris, *iuxta tex. in cap.* 1. & ibi *Doct. de ſolut.* latè *Mo-
lin. d. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 32. Ad verſionem autem dd.
ſcut. 150. mill. in extinctionem æris alieni anteceſſo-
rum iuſtificandam dabantur inſtrumenta publica parti-
tæ librorum hæreditariorum dicti M. Ant. quarti, &
Banchi DD. de Donis, pro quorum fide fuit reſolutum
coram me *in Romana Pecuniaria* 25. *Iunij* 1618. &
alia in Summ. D. Marchioniſſæ, *num.* 3. Quibus ex
aduerſo ſolùm reſpondebatur, illa non fuiſſe debita M.
Ant. ſecundi; quod nihil refert, cùm ſufficiat, dictum
æs alienum fuiſſe contractum per anteceſſores ipſius M.
Ant. quarti, vt aſſeruit etiam Summ. Pontifex in d. ere-
6 ctione, cuius atteſtationi motu proprio, & ex certa
ſcientia emanatæ, licèt de facto alieno, ſtandum videba-
tur, *gloſ. & Doct. in clem.* 1. *de prob. Gabr. de prob. concl.*
2. *num.* 55. *verſ.* 3. *limita, Card. Seraph. deciſ.* 1016. *num.*
6. *Rota in Portugallen. iuriſp.* 9. *Maij* 1594. *coram Cor-
duba*. Et ex prædictis ceſſat, quòd hæreditas M. Ant.
quarti debeat reintegrare fideicommiſſa diminuta.
7 Nam procederet, ſi d. ſumma ſcut. 150. mill. in totum,
vel

Digitized by Google

vel pro parte fuiſſet conuerſa in vtilitatem ipſius, *Bald. d. conſ.* 135. *vol.* 1. vel ſi diminutio culpa, vel dolo eiuſ-
dem contigiſſet, & in his terminis loquuntur auctori-
tates in contrarium allegatæ, videlicet, *Rum. conſ.* 137.
in fin. vol. 2. *Petr. de fideicom. quaſt.* 8. *num.* 461. *Pe-
regr. eod. tract. art.* 42. *num.* 70. *Molin. de primog. Hi-
ſpan. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 16. *verſ. aut res maioratus*, qui
ibidem *circa fin.* expreſsè dicit, ſecus eſſe, quando cenſus
ob cauſam perpetuam maioratus poſſeſſionis vtilitatem
contingen. impoſitus fuit. Nec ceſſare viſa fuit dictæ
Bullæ diſpoſitio ex eo, quòd mandata executiua ad fauo-
rem Creditorum non erant in Congregatione præſenta-
ta; cum enim de facili poſſent relaxari, quia debita erant
pro maiori parte vigore inſtrumentorum, cum iura-
mentis, & obligationibus Cameralibus, & executiua:
cenſuerunt DD. ſufficere potentiam proximam, quam-
8 uis ad actum non eſſet deuentum, *vulg. l. nouiſſimè ff. quod
falſ. tut.* & facit *tex. in l.* 3. *§. penult. ff. de neg. geſt.* &
ibi *gloſ. in verb. vel neceſſitatis ſuſpicione*, quæ concord.
alleg. *& not. Bart.* & alij *Aretin. conſ.* 24. *num.* 9. *verſ.
poſtremò*, *latè Surd. deciſ.* 305. *num.* 28. Sicuti etiam
9 fideiuſſor, qui non agit contra principalem, niſi facta
B ſolutione, B agit tamen, vel quando breui eſt con-
demnandus *Bald. in l. ſi pro ea, nu.* 9. *C. mand.* vel eſt obli-
gatus per inſtrumentum guarantigiatum, *Bart. in l. fi-
deiuſſor pro venditore, ff. de fideiuſſ. Bald. in d. l. ſi pro
ea, num.* 7. *& Salic. num.* 11. *Alex. conſ* 72. *num* 6. *lib.*
2. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 16. *tit.* 2. *num.* 10. latè *Surd.
conſ.* 367. *num.* 21. *&* 22. vbi copioſè conſuluit pro va-
10 liditate obligationis mulieris pro marito, qui de facili
carcerari poterat vigore obligationis Cameralis, & ſe-
quuta eſt *Rota in Romana Saluiani deciſ.* 775. *num.* 4. *par.*
2. *in recentior.* Non obſtat præterea, quòd dictum æs
alienum effectum fuerit proprium ipſius M. Ant. quarti
per approbationem dictæ erectionis ab eius tutoribus
factam, cum obligatione eiuſdem bonorum. Nam cum
negotium huiuſmodi erectionis ad ipſa fideicommiſſa,
& primogenituras pertineret, vt patet ex ſupradictis,
11 cenſendum eſt, tutores obligationi, & hypothecæ dd.
fideicommiſſorum pro dicta erectione per Summ. Pon-
tificem factæ non principaliter, ſed fideiubendi animo
tantùm pupilli nomine acceſſiſſe. *Bart. in l reos, num.*
1. *propè fin. verſ. aut non eſt. ff. de duob. reis* & ibi *Ang.
& Imol. per tex in l. vir vxori. §. fin. vbi Fulgoſ. &
Caſtr. ff. ad Vellei. l. ſi pro parte, §. fin. ff. de in rem
verſ. l. ſed & Iulianus §. item ſi duos ff. ad Maced. Aym.
conſ.* 77. *num.* 3. *Rolan. conſ.* 64. *num.* 5. *lib.* 1. *cum alijs
pluribus relatis per Barboſ. in l.* 1. *in* 4. *parte num.* 102.
verſ. fundamentum huius opinionis ff. ſol. matr. Nec enim
12 potuiſſent pupillum animo donandi obligare, cum id eis
non liceat *l. tutor ſecundum dignitatem.* 14. *§. fin. in
fin. ff. de admin. tut. l.* 1 *in princ. ff. de tut. & rat. diſtr.
Gutter. in tract. de tut. & cur. part.* 2. *cap.* 6. Neque
Summus Pontifex, dum in dicta erectione mandauit il-
lam approbari per dd. tutores cum obligatione bono-
rum pupilli, intellexit, ipſum ſimpliciter de proprio gra-
uare ad commodum poſt eum vocatorum, ſed ſolum-
modo ad fauorem Montiſtarum, vt illis melius conſul-
13 tum eſſet; quod etiam clarè colligitur ex illis verbis,
Et in euentum, in quem redditus annuus, &c. quæ demon-
ſtrant, eiuſdem Principis intentionem fuiſſe, dictum pu-
pillum eiuſque bona in ſubſidium tantùm obligare, &
non niſi facta prius diſcuſſione, vt fructus & bona fi-
deicommiſſaria obligata ſint, vel ne, ſufficientia *iux. text.
in l. fin.* & ibi *Ang. & Iaſ. ff. ſi cert. pet. & l. decem* 116.
ff. de verb. obligat. vt in ſimilibus verbis *in defectum* latè
poſt *Surd. conſ.* 532. *num.* 6. *in* 4. *Rota in Beneuentana
Saluiani* 11. *Febr.* 1616. *coram me*, & in iſtis verbis, *in
euentum*, fuit dictum *in Romana ſeu Ariminen. Pecunia-
ria* 11. *Decembris* 1591. *coram Gipſio*, Et ſic etiam ipſa
acceptatio, & obligatio per tutores facta vti ad dictam
erectionem relatiua fuit ſolùm ſubſidiaria, nam obliga-
14 tio in termino referente eſt eadem, quæ in relato, *Bal.
& Ang. in l. ſi prior. ff. ſol. matr. Tiraq. de leg. connub.
gloſ* 7. *num.* 182. *verſ. ex quo not.* Hæc tamen omnia
firmata fuerunt per DD. cum præſuppoſito, quòd M.
Ant. quartus non tantum perceperit ex bonis M. Ant.
tertij Patris, vt potuerit æri alieno per eum contracto
15 ſatisfacere; quia vti hæres cum beneficio Inuentarij
tenebatur ad debita paterna pro viribus hæreditatis.
Ideoque pro ea ſumma, quæ ad eius manus ex bonis li-
beris perueniſſet, vel fieri non debuiſſet erectio, vel ip-
ſius M. Ant. quarti hæreditas ad reintegran. dd. fidei-
commiſſa teneretur, *iuxta tradita per Molin d. tract.
lib.* 4. *cap.* 7. *in princ. cum num. ſeqq.* De qua tamen
perceptione hodie nihil fuit doctum, & poterit parti-
culariter videri.

Et ita reſolutum vtraque parte informante, alijs earum
prætenſionibus reſeruatis ſuis loco, & tempore exa-
minandis.

ANNOTATIO.

A Et ideo fideicommiſſarius tenetur grauato, vel eius hæ-
16 redibus melioramenta neceſſaria in bonis fideicommiſſo
obnoxijs facta reſtituere *Alciat. conſil.* 63 *num.* 13. *lib.*
9. *Bellon Sen. conſil.* 66 *num.* 12. *& ſeqq. Ruin conſil* 38.
num 25. *lib.* 1. *Vincent. de Franch. deciſ* 109 *num.* 1. *&
ſeq. Mareſcott. variar reſolut. lib.* 2. *cap* 109. *num.* 4. Sicut
17 etiam tenetur ad expenſas per eundem grauatum eroga-
tas in litigando pro recuperatione, vel conſeruatione
bonorum, & iurium fideicommiſſi, quia reputantur inter
neceſſarias, nec ſunt compenſandæ cum fructibus per gra-
uatum ex hæreditate perceptis, *Alexand conſil.* 162. *col.
final. lib.* 2. *Peregrin. de fideicom. art.* 50. *num.* 9. *&* 11.
Mareſcott loco citato num. 5. *Seraphin deciſ.* 925. *num.* 3.
Gregor. XV. deciſ. 197. *num.* 4. *& ſeq Rota deciſ* 517.
num. 6. *part.* 4 *diuerſ* & fuit reſolutum *in Romana Salarij*
4. *Decembris* 1626. *coram R. P. D. Durano* in qua allega-
tur deciſio in alia *Romana Salarij* 1. *Iulij* 1569. *coram Ora-
dino.* hoc autem procedit, dummodo grauatus obtineat
in lite mota, vt per *Angel in l. final. §. in computatione,
C de iur deliberan.* quem ſequuntur ibi communiter *Doct.*
ſufficit tamen, quòd negotium fuerit vtiliter geſtum, licèt
hæres ſententiam fauorabilem non reportauerit, puta
quia lis per tranſactionem abſque ſententia ſopita eſt, *vt
in d. deciſ. Cardinal. Seraph. num.* 5. *& d. deciſ.* 517. *num.*
7. *part.* 4. *diuerſ. & in Bononien de Mulettis* 18. *Aprilis*
1603. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio Seniori, & in
d. Romana Salarij coram R. P. D. Durano confirmata co-
ram eodem* 5. *Iulij* 1627. Verùm *Peregrin. d. art* 50. *d.
num.* 9. ampliat, procedere, etiam quod hæres in cauſa
ſuccubuiſſet, modò tamen litem euidenter calumnioſam
non tractauerit, eo quia non debuit ius hæreditatis indi-
ſcuſſum relinquere, & quia in iſtis neceſſarijs non exitus,
ſed initium negotij inſpicitur.

B Fideiuſſor non poteſt agere contra principalem pro re-
18 leuatione ſuæ indemnitatis, antequam ſoluat, iuxta tex. ex-
preſſum *in l. ſi pro ea, C. mandat alios cumulat Cinc. de
cenſib. part.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 3. *art* 3. *num.* 14. *Hering de
fideiuſſor. cap* 25. *Seraphin deciſ.* 1024. *num.* 2. *Rota apud
Zacch. de obligat. Cameral deciſ* 20. *num* 11. *& poſt d. tract.
Cinc. de cenſib deciſ* 194. *num.* 3. *in Senogallien Saluiani
interdictis* 20. *Iunij* 1625. *coram bon. mem. Patriarcha
Manzanedo, in Spoletana liberationis a fideiuſſione* 30.
Martij 1626. *coram R. P. D. Durano, & coram eodem*

in Bononien. cenſus 27. *Nouembris eiuſdem anni*, *& in eadem cauſa* 22. *Maij* 1628. *coram R. P. D Vbaldo iuniori*. Verum hæc concluſio limitatur pluribus modis, vt per *Hering. loco cit. a num.* 12. *infra*, & præſertim, quan-
19 do quis diu in obligatione ſtetit, *l. Lucius*, *& ibi Doct. ff. mandat. Hering. loco citato num.* 15. *Afflict. deciſ* 241. *num.* 3. *verſ. ſi diu*, *& ibid. Vrſill. num.* 4. *Guid Pap. deciſ.* 217. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 320. *num.* 1. & quando dica-
20 tur fideiuſſor diù in obligatione ſtetiſſe, iudicis arbitrio remittitur *Afflict. d. deciſ.* 241. *num.* 3. *Menoch. de arbitr. caſ.* 41. *num.* 3. *Valaſc. conſult.* 36. *num.* 2. *Mareſcott. variar reſolut. lib.* 2. *cap.* 65. *num.* 12. *Cardinal. Caualer. d. deciſ* 320. *num.* 2. *Rot. apud Cinc d. tract. deciſ.* 195. *num.* 9. *& deciſ.* 199. *num.* 4. *& fuit dictum in Romana*, *ſeù Montis Faliſci liberationis à fideiuſſione* 3. *Iulij* 1628. *co-*
21 *ram R. P. D. Virili*. Hæc tamen limitatio non procedit in fideiuſſore ſub obligatione conditionali, qui ante conditionis euentum dici non poteſt in obligatione ſtetiſſe, *l. hoc iure*, *ff. de verb. obligat. l. cedere diem*, *ff. de verb. ſignificat.* & ideo fideiuſſor de euictione, re nondũ euicta, dici nõ poteſt in obligatione ſtetiſſe, vt poſſit cogere principalem ad ſui liberationem *Surd. conſil.* 367. *num.* 19. *Mantic. de tacit. lib.* 16. *tit.* 22. *num.* 27. *cum alijs per Rot. in d. deciſ.* 199. *poſt tract. Cinc. de cenſib. num.* 2. *Cardinal Caualer. deciſ.* 619 *la ſeconda num.* 1. & fuit dictum in allegatis *Spoletana liberationis à fideiuſſione*, *& Bononien. cenſus coram R. P. D. Durano*. Sicut nec etiam fideiuſſor pro tutore, vel adminiſtratore, ante finitam tutelam, vel adminiſtrationem, *Gomez. variar. lib* 2. *cap.* 13. *num.* 10.
22 *& Rota in proxime relatis deciſionibus*. Ita etiam fideiuſſor de reſtituenda dote, antequam veniat caſus reſtitutionis, liberationem ab obligatione petere non poteſt, *Rot. apud Cinc. de cenſib. deciſ.* 201. *ſub num.* 5. Contrarium tamen, quod fideiuſſor de reſtituenda dote, ante caſum reſtitutionis dicatur in obligatione ſtetiſſe, & ſic liberationem à fideiuſſione petere valeat, fuit, me informante, reſolutum *in Romana liberationis à fideiuſſione* 8. *Iunij* 1629. *coram R. P. Domino Durano*, ea ratione, quia reſtitutio dotis eſt certa per ſolutionem matrimonij, *Auth. de nupt. §. nuptas*, & proinde obligatio eſt certa ab initio, & tempus tantummodò, quo fieri debeat reſtitutio, eſt incertum; & ideo fideiuſſor dicitur ſtare ab initio in obligatione, conditio enim, quæ eſt omnino extitura, non ſuſpendit natiuitatem actionis, *l. ſi pupillus*, *§. ſpei ſub conditione ff. de nouat. & ibi gloſ. & Doct.*

Item non procedit limitatio ſtante ſtatuto Vrbis *cap.* 157. *lib.* 1. iuxta quod fideiuſſor poteſt petere eximi ab obligatione, licèt diu in ea non ſteterit *Rota in d. Spoletana coram R. P. D. Durano num.* 18.

Item limitatur principalis concluſio, quando fideiuſſor eſt obligatus in forma Cameræ, vel per inſtrumentum gua-
23 reonigiatum, ea ratione, quia in his caſibus debitor habetur pro condemnato, *Caſtren. conſil.* 319. *col.* 2. *poſt princ. verſ & hoc ideo lib.* 1. *Rota apud Zacch. de obligat. Cameral. deciſ.* 1. *num* 16. *& in recent deciſ.* 446. *num.* 2. *part.* 2. & fuit dictum *in Spoletana liberationis a fideiuſſione* 21. *Aprilis* 1627. *coram R. P. D. Durano quæ eſt deciſ. vlt. apud Cinc in addit. ad tract. de cenſib. & in Lucana dotis* 19. *Ianuarij* 1629. *coram Reuerendo Patre Domino Virili* & ideo poteſt agere contra principalem debitorem antequam ſoluat, vt in hac deciſione, & præter allegatos in ea ſentiunt *Vincent. de Franch. deciſ.* 414. *num.* 2. *part.* 2. *Afflict. d. deciſ.* 241. *num.* 3. *& ibi Vrſill. num* 4. *Maur. de fideiuſſor. part.* 2. *ſect.* 1. *cap.* 3. *num.* 10. *Mar. Anton. variar. reſolut.* 60. *& vlt. caſ.* 18. *verſ. tum quia Boccat. de Societ. Offic. num.* 72. *in fin. Surd. deciſ.* 94. *num* 5. *Magon deciſ Lucen.* 6. *ſub num.* 5. *&* 29. *Penut. de moment. tempor. cap.* 28. *ſub num.* 19. *Ricc. collect. deciſ. part.* 2. *collect.* 304. *Rota Bonon. deciſ.* 40. *num.* 6. *in nouiſſ. diuerſ.* & tenuit etiam Rota *in d. Spoletana liberationis a fideiuſſione* 21. *Aprilis* 1627. *coram R. P. D. Durano*, *& in Senogallien. Saluiani* 5. *Maij* 1627. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, dum ad hunc effectum requirit, quod fideiuſſor diu ſteterit in obligatione, vel ſit condemnatus. Contrariam ſententiam tenuerunt *Angel. Caſtren. Imol. Iaſ. Coraſ. & Barz.* quos refert, & ſequitur *Galleſ. de obligat. Cameral. quæſt.* 32. *ſub num.* 5. *& ibi Zacch. in addit. num* 2. *& ſecuta eſt Rota deciſ.* 20. *num* 11. *& deciſ.* 101. *num. vlt. poſt eund. tract. de obligat. Cameral.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Placentina Caſtanearum.

Veneris 14. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Sententia vbi condemnat ad decimas ex prædijs, ex quibus antea debebantur, pro liquidatione ſufficit iuſtificare quaſi poſſeſſionem exigendi decimas ex talibus prædijs, nec eſt probandum, quòd eſſent ex illis debitæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia condemnans ad decimas ex prædijs, ex quibus prius ſoluebantur, dicitur pura, non conditionalis.*

2 *Parochi quò ad decimas habent de iure intentionem fundatam, & latè ſub num.* 5.

Et hæc iuris aſſiſtentia iuuat etiam alios, quos Parochi ad participandum de decimis admittunt num. 6.

3 *Teſtes identitatem rei non concludentes non probant.*

4 *Præſcriptio in materia decimarum eſt adeo ſtricta, vt non extendatur illius probatio de prædio ad prædium, ſed in ſingulis prædijs probanda ſit.*

7 *Decimæ in diœceſibus, in quibus parochiæ non ſunt diſtinctæ, debentur Epiſcopis.*

8 *Parochis iuris aſſiſtentia quoad decimas ſuffragatur in petitorio, non autem ad effectum obtinendæ manutentionem.*

DECISIO CCCCII.

RESOLVTVM fuit, conſtare de ſufficienti liquidatione Prædiorum Oppidi de Xarandilla, quia teſtes *in ſummario Capituli dati num.* 3. *&* 4. recenſent ſingula prædia per Capitulum articulata, & apertè deponunt, quòd aliqua illorum priùs erant vineæ, alia prata, in alijs verò per illorum dominos ſerebatur triticum, & aliæ ſegetes: quòdque ex dictis fructibus in illis naſcentibus Capitulum, & ceteri participantes percipiebant decimas, ac quòd deinde domini prædiorum eradicarunt vineas, hortos, oliuas, & alias arbores fructiferas in illis exiſtentes, & plantauerunt arbores caſtanearum: & multi illorum non ſolùm deponunt de viſu, & intereſſentia, tanquam naturales loci, & quia per multas vices fuerunt reſpectiuè Conſules, Æſtimatores, & Fiſcales ad taxandum damna data, ſed etiam de auditu ab illorum maioribus, & anteceſſoribus, & de publica voce, & fama per verba, fuit, & eſt. Nec ad hunc effectum fuit neceſſarium probare

bare

bare quòd Capitulum, & alij participantes perceperint decimas tritici, & aliarum fructuum ex huiuſmodi prædijs per annos quadraginta, prout ſupponebatur pro D. Epiſcopo; quia cum fuerit coram bon. mem. Litta ſub die 23. Februarij 1598. reſolutum, Capitulum habere intentionem fundatam, quòd prædia ſint ipſi decimatoria, ne dum reſpectu fructuum antiquitùs in illis naſcentium, ſed etiam quò ad arbores Caſtanearum per quadraginta annos ante hanc litem motam in illis plantatas; propterea ad effectum ſufficientis liquidationis, vel ſatis fuit probare, quòd in huiuſmodi prædijs priùs ſereretur triticum, & eſſent aliæ arbores fructiferæ, ex quibus Capitulum percipiebat decimas, & quòd illarum loco à 40. annis citra ante litem motam fuerint per Dominos illorum ratione vtilitatis extirpatæ arbores fructiferæ, & eradicatæ vineæ, & omiſſa ſatio tritici, & aliarum ſegetum, & in illis plantatæ arbores caſtanearum, prout hoc teſtes per prędictas rationes concludenter deponunt; vel ſaltem cum verba ſententiarum Rotalium adiudicent ſimpliciter Capitulo decimas caſtanearum plantatarum in prædijs, ex quibus decimæ ſoluebantur Capitulo, & ſic ſonent in purum factum, non eſt neceſſe in liquidatione probare, quòd huiuſmodi decimæ eſſent Capitulo debitæ per annos 40. ſed ſufficit verificare ſolùm quaſi poſſeſſionem illas percipiendi ex dictis prædijs, quam quaſi poſſeſſionem prædicti teſtes (vt deductum fuit) optimè probant, attento quòd
1 ſimilia verba in ſententijs ſuppoſita non ſtant conditionaliter, vt eſt text. *in cap. Abbate, §. præterea, de verb. ſignif. Bart. in l. cum qui, §. Iulianus, num. 1. & ibi Paul. de Caſtr. num. 4. ff. de conſt. pecun. Cyn. in l. ſecundum num. 2. & ibi Salicet. num. 2. & Alberic. in fin. C. de contr. & committ. ſtipul. Dec. in l. edita num.* 106. *C. de eden. Boer. deciſ.* 16. *num.* 2. & in puncto decimarum tradit *Paul. de Caſtr. conſ.* 172. *in cauſa decimali num.* 2. *lib.* 2. Maximè quia non eſt præſentis indaginis, an huiuſmodi decimæ debeantur Capitulo, ſed debet in hoc iudicio liquidationis vigore rei iudicatæ expreſsè præſupponi. Vel denique vbi etiam dicta verba ſtarent conditionaliter, ita vt decimæ iſtorum prædiorum eſſent adiudicatæ Capitulo, quatenus illi deberentur: nihilominus probatio facta pro eius parte adhuc eſt ſufficiens, ex quo iam fuit in negotio per ipſum probata ne dum quadragenaria, ſed etiam immemorabilis quo ad omnia prædia, in quibus naſcebatur triticum, & extabant aliæ arbores fructiferæ, prout habetur in dicta reſolutione bon. mem. Littæ, adeo vt in liquidatione ſufficiat tantùm docere, quòd iſta ſunt ex illis prædijs, in quibus priùs ſerebatur triticum, & erant vineæ, & arbores fructiferæ, quibus extirpatis ſucceſſiuè arbores caſtanearum plantatæ, prout benè deponunt ſupradicti teſtes. Et hæc eo magis in hoc caſu procedunt. Tùm quia huiuſmodi decimæ, ad quas Capitulum, & ceteri parti-
2 cipantes agunt, diuiduntur inter Rectores, & Curatos Parochialium, prout teſtes vtriuſque partis deponunt, qui propterea habent de iure quo ad decimas intentio-
A nē fundatam. A Tum quia ius D. Epiſcopi in ſola præſcriptione fundatur, vt fuit in ſæpè allegata deciſione coram bon. mem. Litta reſolutum; & ſic cum tantum cenſeatur præſcriptum, quantum poſſeſſum, meritò ſufficit Capitulo pro liquidatione probare, quòd huiuſmodi arbores in his prædijs de recenti plantatæ fuerint à 40. annis citra ante litem motam, prout teſtes deponunt, cum ita deſtruatur omne ius, & præſcriptio Epiſcopi, & manifeſtè appareat, decimas arborum caſtanearum tanquam infra 40. annos in huiuſmodi prædijs inſitarum, nullatenus ad Epiſcopum poſſe ſpectare,

vt in allegata deciſione coram bon. mem. Litta expreſsè reſoluitur. Nec obſtant tres teſtes *in ſummario Epiſcopi num.* 3. & pro ipſo examinati ad probandum, quòd in his prædijs aderant priùs arbores caſtanearum. Tum
3 quia non concludunt identitatem prædiorum, de quibus deponunt teſtes pro Capitulo examinati, cum non concordent confines, nec aliæ demonſtrationes ad probandam identitatem ſufficientem. Tùm quia duo ex ijs, nempe, ſextus, & ſeptimus nulliter fuerunt examinati, attento quòd bon. mem. Iuſtus reiterauit expreſsè omnes dilationes, & tulit vltimam ſententiam ſub die 7. Iulij, illi autem fuerunt ſub die 17. Iulij, & 7. Auguſti ſubſequen. examinati, *vt in ſummario Capituli num.* 8. & ſic extra terminum, & ſine iuriſdictione. Alij autem teſtes D. Epiſcopi non percutiunt punctum liquidationis, neque de prædictis prædijs loquuntur, ſed fuerunt in negotio principali examinati, & propterea non poſſunt excludere probationem Capituli. Minùs obſtat, quòd in aliquibus ex iſtis prædijs fuerint vna, vel duæ arbores caſtanearum, & ficuum; tùm quia ſunt in tam modica quãtitate, vt meritò viſum fuerit Dominis, nullam eſſe de illis haben. rationem; tùm quia cum ius D. Epiſcopi in ſola præſcriptione (vt ſæpè dictum fuit) fundetur, Capitulo ſufficit, D. Epiſcopum quò ad iſtas arbores non probaſſe in ſpecie præſcriptionem, cum non conſtet, ipſum per 40. annos ante hanc litem motam ex illis priuatiue ad alios decimas percepiſſe: cum
4 præſcriptio in materia decimarum ſit adeò ſtricta, vt non extendatur de prædio ad prędium, ſed in ſingulis prędijs probanda ſit, *Hoſtien. in cap. commiſſum num.* 2. *verſ. quod ergo, de decim. & ibi Butr. num.* 7. *verſ. ſecundò quarò, Abb. in cap. cum in tua, num.* 14. *&* 15. *eodem tit. Io Andr. in cap. cum contingat, num.* 5. *verſ. in præſcriptione verò, & ibi Butr. num.* 3. *&* 4. *Anchar. num.* 4. *circa fin. verſ. ex hoc ergo, eodem tit. Achill. deciſ.* 3. *num.* 10. *de decim.*

Et ita fuit vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A Parochus de iure communi habet fundatam intentionem
5 reſpectu omnium decimarum intra ſuæ Parochiæ limites exiſtentium *cap. quoniam à nobis, & cap. cum contingat. vbi Gloſſ. in verb. de iure communi, de decim. cap. ad decimas, de reſtit. ſpoliat. in* 6. *cap. ſtatuimus* 16. *quæſt.* 1. *Rebuff. de decim. quæſt.* 7. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 178. *num.* 5. *part.* 1. *& deciſ.* 135. *&* 192. *num.* 5. *&* 247. *num.* 1. *part.* 2. *recent. & fuit dictum in Conchen. decimarum* 11. *Maij* 1615. *coram R. P. D. Pirouano, & in Ciuitaten. decimarum* 18. *Iunij* 1618. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio, in*
6 *quibus aliæ referuntur.* Et hæc iuris aſſiſtentia ſuffragatur nedum ipſis Parochis, verùm etiam alijs, quos ijdem ad participandum de decimis admittunt, *Seraphin. deciſ.* 895. *num.* 3. *&* 4. *& deciſ.* 908. *num.* 3. *et fuit dictum in allegata Ciuitaten. decimarum coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio.* Supradicta principalis concluſio procedit in illis diœceſibus, in quibus parochiæ ſunt diſtinctæ, vbi enim non ſunt diſtinctæ, ſolus Epiſcopus dicitur totius diœceſis vniuerſalis parochus, propterea ei debentur decimæ *cap. fin. vbi gloſſ. de paroch. d. cap. quoniam, et d. cap. cum contingat. vbi Doct. de decim. Rebuff. d. quæſt.* 7. *num.* 9. *Rot. deciſ.* 309. *num.* 5. *part.* 2. *diuerſ. & fuit dictum in allegata Ciuitaten. decimarum coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio, et ſupra deciſ.* 164. *num.* 2. cum alijs concordan. ibi per me adductis; & in Regnis Hiſpaniarum Eccleſiæ Cathedrales dignitates, & nonnulla alia beneficia ſunt fundata ſuper decimis, & ideo Parochi in illis Regnis non

poſſunt dici habere fundatam intentionem contra huiuſmodi beneficiatos ſuper decimis, ſed tenentur probare, vt dixit Rota apud Gregor. XV. *deciſ. 429. num 6.*

Verùm aduertendum, quòd hæc iuris aſſiſtentia prodeſt Parochis in petitorio, vt non teneantur aliter probare, decimas ſibi competere, ſed contrarium aſſerenti incumbat onus probandi, cum habeat contra ſe iuris aſſiſtentiam, *Rebuff. de congr. port. num.* 10. *cum ſeqq. Mareſcott. dict. cap. 21. num. 14. Rot. d. deciſ 135. in fin. & d. deciſ. 193. de nu 5. in fin. par. 2. recent.* nõ ſuffragatur tamen ad effectum obtinendi manutentionem, quæ ex ſola iuris communis aſſiſtentia non datur, niſi in iuriſdictionalibus iuxta opinionem, quam hodie Rota ſeruat, quicquid aliàs tenuerit, vt notaui ſupra ad *deciſ. 219. ſub lit. A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana adminiſtrationis primogenituræ de Sancta Cruce.

Veneris 21. Iunij 1619.

Hæc deciſio nec Argumento, nec Summario indiget.

DECISIO CCCCIII.

POST reſolutionem in hac cauſa coram me factam 23. Iunij 1615. *inter nouiſs. impreſſ.* 744. *ſecunda parte*, quòd adminiſtratio primogenituræ per bon. mem. quondam Scipionem de Sancta Cruce Epiſcopum Ceruien. in eius familia inſtitutæ nõ ſpectaret Vniuerſitati S. Catherinæ de Funarijs tunc illam prætendenti, ſed eſſent deputandi duo per Rotam nominandi; deputato per modum prouiſionis D. Marchione Io. Petro Caffarello, cum D. Valerius nunc in dicta familia primogenitus pluries inſteterit pro huiuſmodi nominatione, remittendo ſe in omnibus arbitrio Rotæ, habitoque ſæpius ſuper inde verbo cum Dominis meis in relationibus cauſarum: tandem ſub die 22. Aprilis præteriti ex particulari eorundem Dominorũ meorũ ordine dedi dubium, qui eſſent duputandi, examinatiſque teſtibus pro parte Domini Valerij ad iuſtificationem ſibi incumbentium, ac dubio prædicto 27. Maij ſinè reſolutione propoſito, quia fuit dubitatum de iuriſdictione, eoq; præſentata interim noua commiſſione iuriſdictionis confirmatoria, ſeu ſanatoria, hodie repropoſito, Dominis placuit, ex coniunctis probatis per teſtes eligere perſonas DD. Marchionum Io. Petri Caffarelli, & Io. Baptiſtæ Matthei in Adminiſtratores Primogenituræ, alijs præſertim coniunctioribus non concurrentibus. Nam quòd duo debeant ſemper eſſe Adminiſtratores, litteraliter legitur in teſtamento d. q. Scipionis, & ad hunc finem illis duobus iniunxit electionem tertij, qui, vno ex duobus deficiente, ſubintraret, & ita primo loco nominauit teſtator ſe ipſum pro vno Adminiſtratore, & vnumquemque ex quatuor eius fratribus pro ſecundo, & poſt bon. mem. Hieronymum Cardinalem Matthæum, & eo recuſante, vel impedito, eius fratrem, & poſt hos omnes illos de familia, ſi idonei adeſſent, alios de coniunctioribus etiam ex latere fœminæ.

Et ita deciſum.

Meliten. habitus.

Veneris 21. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam denegatur, non docto. plenè, & concludenter de illius iniuſtitia.

SVMMARIVM.

1 *Iniuſtitia ſententiæ ad effectum obtinendi reſtitutionem in integrum eſt euidenter probanda.*

2 *Probationes petentis reſtitutionem aduerſus ſententiam debent eſſe luce clariores.*

3 *Remiſſoria in vltimis audientijs petita denegatur vti calumnioſè petita.*

4 *Reſtitutio denegatur aduerſus ſententiam poſt lapſum quadriennij; & hoc procedit etiam in beneficialibus, num. 5.*

6 *Quadriennium ad petendum reſtitutionẽ in integrũ incipit currere a die ſcientiæ; ſufficit tamen ſcientia procuratoris habentis ſpeciale mandatum ad petendam reſtitutionem in integrum. num. 7.*

Item ſufficit ſcientia præſumpta num. 8.

9 *Reſtitutio in integrum datur etiam poſt quadriennium, quando ſententia eſt notoriè iniuſta.*

10 *Reſtitutio in integrum datur etiam poſt quadriennium, ſi allegatur enormiſſima læſio.*

11 *Reſtitutio in integrum in Curia datur poſt lapſum quadriennij.*

DECISIO CCCCIV.

FVIT reſponſum, non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrũ. De iniuſti-
1 tia enim tàm ſententiarũ Mag. Magiſtri in partibus fauorabilibus D. Rubeo, quàm Rotalium ad eiuſdem fauorem latarum, in qua læſio ad effectum obtinen. reſtitutionem, iuxta notiſſima iura, & Rotæ deciſiones, principaliter requiſita conſiſtit, non docebatur, prout omnino per d. Ven. linguam Italiæ actricem debebat, Rot. *dec. 1. de reſt. in integr. in nou. Abb. in cap. ex literis num. 5. in fin. eod. tit, Card. Seraph. deciſ. 1238. in princ. fuit dictum in Placentina Canonicatus 17. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Vbaldo impreſſ. in nouiſſ. deciſ. 731. num. 1. part. 2. & latiſſimè*
2 *in illa Piſtorien. beneficij 11. Maij 1618. coram me*, in qua etiam dictum fuit, probationes petentis reſtitutionem aduerſus ſententiam debere eſſe luce clariores ex *Bald. per illum tex. in l. fin. C. ſi min. ſe maior. dixer. &c. & ibi Iacobin. n. 4. in tertio notab. & de communi Odd. in tract. par. 1. quæſt. 37. art. 10. num. 73.* cum copioſè ibidem allegatis. Imò viſum fuit, ex deciſionibus præcedentibus clarè conſtare de iuſtitia, quam guſtauit Rota in duabus reſolutionibus coram me factis ſuper actorum tranſportatione, & denegatione remiſſoriæ. Ideòque pars ipſa ſentiens, non poſſe ex hactenus deductis ſuum aſſertum bonum ius oſtendere, nec iuſtificare prætenſam iniuſtitiam, & læſionem, noluit hodie
3 ſuper hoc informare, ſed vt nouis ſe muniret probationibus, renouauit inſtantiam pro remiſſoria iam denegata ſub die 19. Nouemb. præteriti ex fundamentis tunc latè deductis, ex quibus DD. nunc etiam denuo peti-

tio-

tionem iſtam reiecerunt, tanquam vehementer calum-
niæ ſuſpicione laborantem, quòd in his vltimis audien-
tijs ad cauſæ expeditionem protelan. petatur *Rot. diuerſ.*
deciſ. 322. *par.* 3. *lib.* 3. *et deciſ.* 128. *num* 2. *eadem*
par. 3. *lib.* 3. *& in Lamuen. pecun.* 5. *Iunij* 1613. *coram*
R. P. D. meo Vbaldo, & nuper in Salamantina penſionis 25.
Iunij 1618. *coram me*, & alias ſæpè. Et quoad ſententias
4 Mag. Magiſtri videbatur etiam, non poſſe dari reſtitu-
A tionem ob lapſum nedum quadriennij, A, ſed decen-
nij *l. fin. C. de temp. in inter reſtitut. cap.* 1. *de reſtitut.*
in integr.

Et ita reſolutum D. Rubeo tantùm informante &c.

ANNOTATIO.

A Late Odd *de in integr. reſtit. par.* 1. *quaeſt.* 19. *nu.* 18. & hoc
5 procedit etiam in beneficialibus, in quibus poſt quadrien-
nium non datur reſtitutio etiam ſi conſtet de bono iure,
Gabr. conſil. 184 *num.* 1. *lib.* 2. *Put. deciſ.* 59. *& ſeq. per*
tot. lib. 1. *& deciſ.* 370. *lib.* 2 *in correct. Rot. deciſ* 233. *num.*
2. *lib.* 2. *& deciſ.* 853 *per tot. lib.* 3 *part.* 3. *diuerſ. Gomeſ.*
6 *deciſ.* 30. *tit. de reſt. in integr.* & hoc tempus incipit currere
à die ſcientiæ, *Bald. in l. falſum num.* 3. *C. ſi ex falſ in-*
ſtrum Dec. conſil. 436. *num.* 9. *Odd. d. tract. quaeſt.* 20.
num 37. *Surd conſil.* 576. *num.* 13. cum alijs pluribus per
Giurb. deciſ. Sicil. 106. *num.* 10. *Caputaq. deciſ* 418. *num.*
6. *part.* 2. *Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 2. *cap* 98. *num.* 9.
7 ſufficit tamen ſcientia procuratoris, habentis ſpeciale man-
datum ad petendam in integrum reſtitutionem, qui ſi eam
intra quadriennium non petierit, præiudicat domino *Corn.*
conſil. 144. *num.* 7. *iunct. num.* 13 *lib.* 4. *Rot. deciſ.* 719.
num. 1. *&* 5. *part.* 1. *diuerſ.* Item ignorantia debet eſſe pro-
8 babilis, ac omni ex parte excuſabilis, nam ſufficit ſcientia
præſumpta, & ex coniecturis, etiam ſi ſunt remotæ, *Dec.*
d. conſil. 436. *num.* 9. *Odd. d. quaeſt* 20 *num.* 45. 46. *&* 47.
Menoch. de recuperan remed 15. *num.* 116. *Giurb. d. deciſ*
106. *num.* 10. *ad fin. Mareſcott. variar. reſolut. lib* 1. *cap.*
26. *num.* 2. *Rota in terminis deciſ* 387. *num.* 3. *& ſeqq.*
part. 1. *diuerſ. & in Romana Saluiani coram Iuſto apud*
Marcheſ de commiſſ part. 2. *pag.* 148. *ſub num.* 2. *verſ nec*
obſtat, quòd quadriennium, et in Florentina bonorum
17. *Nouembris* 1595 *coram bon. mem. Cardinalis Pamphilio*
9 *ſeniori*. Datur tamen reſtitutio in integrum, etiam poſt
lapſum quadriennij, quando ſententia eſt notoriè iniuſta,
Caſ. de Graſſ deciſ. 15. *num. vlt de præben & dignit & fuit*
dictum in Præneſtina bonorum 21. *Februarij* 1614. *coram*
bon. mem. Cardinali Sacrato. Item reſtitutio datur etiam
10 poſt quadriennium, ſi allegatur enormiſſima læſio, *Gloſſ.*
cap. 1. *in fin. de reſtit. in integr. in* 6. *Iaſ. conſil* 55. *num.* 4.
& 5. *lib.* 1. *Alex. conſil.* 150. *num.* 6. *lib.* 7. cum alijs pluri-
bus relatis per *Odd.* qui de magis communi teſtatur *d. quaeſt.*
19. *num.* 66 *verſ in contrarium quaeſt.* 20. *num.* 33. *Giurb.*
d. deciſ. 106. *num.* 12. *Caſſador. deciſ vnic. num* 5. *de empt.*
& vendit Rot. deciſ. 247. *in fin part.* 4. *diuerſ.* vbi, non
obſtante lapſu quadriennij, data fuit reſtitutio in integrum
mulieri, quæ ex fideiuſſione penitus indotata remanſit, *co-*
ram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano deciſ. 445. *num.* 7.
& fuit dictum in *Romana reſtitutionis in integrum* 18. *Apri-*
lis 1625. *coram bon mem. Patriarcha Manzanedo, & in-*
fra deciſ. 452. *num. vlt.*

Verùm in Curia lapſus quadriennij non attenditur, ſed
11 eo non obſtante datur in integrum reſtitutio, vt infra
dicta deciſ. 452. *num.* 7. *& deciſ.* 604. *num.* 13. in quibus
alia referuntur.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Imolen. Bonorum.

Veneris 21. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Clauſula, *Quam, & quas*, operatur, vt is, contra quem impetrata eſt commiſſio, poſſit procedere vt in prima, & deducere omne ius, & actionem ſibi competentē: & ſufficit, quòd in proſecutione cauſæ non ſe reſtrinxerit, licèt id ſpecialiter non declarauerit. Commiſſio obtenta non facta mentione tranſactionis an ſit nulla. Sententia lata actis integrè non tranſportatis an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Quam, & quas, *in commiſſione appoſita tribuit iuriſdictionem procedendi prout in prima, & num.* 16. *etiam quòd pars id ſpecialiter non declarauerit, ſufficit enim quod in proſecutione cauſa non ſe reſtrinxerit. num.* 5.

2 *Commiſſio poſt præſentationem efficitur communis vtriuſque partis, & ea vti poteſt aduerſarius contra impetrantem num.* 3. *intellige vt num.* 23.

4 *Commiſſio vnica ſufficit pro vtraque parte.*

6 *Ius omne ab initio deductum cenſetur, vigore clauſulæ,* Quam, & quas.

7 *Commiſſio obtenta, non facta expreſſa mentione tranſactionis, eſt ſubreptitia, niſi tranſactio ſit nulla, vel elidibilis per exceptionem.*

8 *Reſcripta ad lites quamuis elidibilia per exceptionem non ſunt nulla ipſo iure.*

9 *Litis pendentia non obſtat, ſi de ea non opponatur.*

10 *Sententia lata, non viſis actis, eſt nulla.*

11 *Acta non ſunt tranſportanda, quando proceditur prout in prima, ſed quilibet pars producit acta ſibi benè viſa, non tanquam acta, ſed tanquam iura, & numero* 13.

12 *Acta alterius cauſæ non faciunt fidem, etiam inter eaſdem partes, niſi producantur.*

14 *Iudex poteſt ſuper productis ab vna tantùm parte pronunciare, quando altera fuit negligens in tranſportando; præmiſſa tamen monitione pro qua ſufficit, quòd termini ſubſtantiales fuerint ſeruati, & pluries reiterati: declara vt num.* 24.

15 *Arbitrium intrat ad ſuſtinendam ſententiam, quando nullitates oppoſitæ ſunt turbidæ.*

17 *Clauſula*, Quam, & quas, *non operatur, niſi tranſportatis actis.*

18 *Cauſa vbi eſt prophana, non habet locum diſpoſitio Concilij* ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat. *etiam ſi cauſa prophana verteret coram Iudice Eccleſiaſtico num.* 19.

20 *Acta integrè tranſportanda ſunt per appellantem in cauſis Eccleſiaſticis vertentibus etiam coram alio Iudice, quam Epiſcopo.*

21 *Sententia lata, non tranſportatis omnibus actis, in cauſa Eccleſiaſtica eſt nulla.*

22 *Sententia lata, non tranſportatis omnibus actis, in cauſa prophana ſuſtinetur.*

DECISIO CCCCV.

D. de Lambertinis appellantes propo-
nebant nullitatem ſententiæ Rotalis ex
pluribus capitibus. Verùm Reueren-
diſſimus D. Epiſcopos obtinuit ad can-
telam à Sãctiſſimo reſcribi, quòd proce-
datur ad vlteriora in cauſa prout de iu-
re, nullitatibus expreſſis arbitrio Rotæ reiectis; & pro-
poſito dubio, an eſſet locus arbitrio, DD. affirmatiuè re-
ſponderunt. Nam prima prætenſa nullitas defectus, ſcili-
cet, iuriſdictionis Reuerendiſſimi D. mei Archiepiſcopi
Damaſceni (deducta, quia ſententia fuit per eũ lata ſuper
deuolutione ad Eccleſiam omnium bonorum, de quibus
fuerat inueſtitus quond. Io. Maluetius, ob illius mortem
ſine filijs. Quę tamen cauſa nõ erat ad eũ deuoluta, ſed tã
tùm cauſa appellationis eorũdem de Lambertinis à ſen-
tentia A. C. ſuper deuolutione duarum tantùm partium
ex dd. bonis, quæ prætendebatur per mortem ſinè ſobole
duorum ex hæredibus teſtamentarijs dicti Ioannis, vt in
eius monitorio) ceſſare videbatur DD. quia idem Re-
uerendiſſimus D. Damaſcenus potuit ſuper deuolutio-
ne omnium bonorum pronunciare, prout in prima vir-
tute clauſularum in commiſſione illi directa. Nam vl-
tra ſolitas, *cum omnibus ſuis inciden. dependen. annexis, & connexis, ac toto negotio principali, rebuſque alijs, &c.*
1 legitur clauſula *Quam, & quas*, tribuens iuriſdictionem,
prout in prima. *Sarnen. reg. de infirm. quaeſt. 34. num. 4. Rota decis. 251. in princ. par. 1. & decis. 74. par. 3. diuerſ. cum relatis in Alerien. beneficij 12. Maij 1614. coram me & in Bonon. de Capacellis 27. Nouembris 1615. coram*
A *R. P. D. Andrea*. A, Commiſſio enim poſt præſen-
B tationem fuit effecta communis. B, *Innoc. in cap. ex*
2 *conqueſtione, poſt principium, verſ. medius, & verſ. alij dicunt, de reſt. ſpol. Rot. decis. 402. alias 17. num. 3. de dolo & contum. in nou. & decis. 254. num. 1. par. 1. diuerſ. Mandoſ. in forma commiſſ. 1. verſ. 3. promitto, & in reg. quòd commiſſ. cauſ. &c. quaeſt. 10. num. 2.* Vndè quemad-
3 modum Lambertini poterant prætendere abſolutoriam
à prætenſa deuolutione omnium bonorum; ita licuit D.
Epiſcopo, reportare ſententiam ſuper deuolutione *Rot. d. decis. 254. par. 1. & in nullius de Carettis 13. Nouem-*
C *bris 1587. coram Comitulo* C, Vnica enim commiſſio
4 ſufficit pro vtraq; parte iuxta Bullã Pij IV. innouatã per
reformationẽ Sanctiſſimi D. N. Nec dubitari poteſt, quin
5 idem D. Epiſcopus deduxerit, & proſequutus fuerit ius
deuolutionis omnium bonorum. Nam vltra quòd ſuf-
6 ficit, quòd in proſecutione cauſæ non ſe reſtrinxerit, *Seraph. decis. 1241. num. 2.* & omne ius cenſetur deductum
Rot. d. decis. 254. num. 2. & in Mediolanen. Cappellaniæ 3. Iulij 1595. coram bon. mem. Cardinali Pamph. & in præcitata Bonon. coram D. Andrea. De proſecutione ſatis
conſtat, quia coram eodem Iudice fuit facta tranſporta-
tio, & productio proceſſus, & actorum coram A. C.
cum reproductione, & repetitione omnium iurium, in
quibus reperiuntur inſtrumenta inueſtiturarum facta-
rum dicto q. Ioanni, ſuper quibus fuerunt denuo ſuſce-
ptæ hinc inde diſputationes aliàs reſolutæ pro Lamber-
tinis coram eodem Cardinali Pamphilio, videlicet, an d.
inueſtituræ eſſent tranſitoriæ ad hæredes extraneos, &
ab illis receſſum, & reſolutum totum contrarium; & tan-
dem quòd concordia inita lite pendente non ſuffragatur
DD. de Lambertinis, qui acerrimè cauſam defenderunt.
Non obſtat, quòd cauſa deuolutionis omnium bonorum
7 non potuerit comprehendi in dd. clauſulis ſinè expreſ-
ſa mentione tranſactionis iuxta *l. cauſas, & ibi omnes, C. de tranſact.* Nam ſi dicta tranſactio erat nulla,
(prout ex parte Eccleſiæ ſupponitur) ex defectu cõſenſus
Eccleſiæ, vt iam fuit reſolutum, & non fuit opus de ea
mentionem facere; ob hoc commiſſio non redditur
ſubreptitia, quia *d. l. cauſas* procedit in legitimis tranſa-
ctionibus, vt ex verbis *text. notant Bart. Alex. & alij, & præſertim Iaſ. num. 9. Curt. iun. num. 7. & Adden. ad Bald. in cap. conſtitutus de tranſact. vbi etiam Innoc. Butr. Abb. & alij* notant, tranſactionem nullam non
impedire iuris primæui proſecutionem, & in ſpecie
Menoch. de arbitr. caſ. 202. num. 56. Si verò tranſactio
fuit valida, non erat pariter neceſſaria illius mentio, quia
elidibilis per exceptionem *Socin. conſ. 169. num. 2. verſ. prima ratio, ex decis. Rot. ibi relata Menoch. vbi ſupra n. 57.* requirebatur oppoſitio, vt ſentit *Gloſ. mag. in cap. 1. in fin de lit. conteſt. in 6. Caſtr. & Iaſ. in d. l. cauſas, in*
8 *princ.* & regulariter reſcripta ad lites quamuis elidibilia
per exceptionẽ non ſunt nulla ipſo iure, not. omnes *in cap. ceterum de reſcrip. Creſc. decis. 4. de reſcript. dictum fuit in*
D *Cluſina Poſſa Puteoli 13. Februarij 1617. coram me*. D,
Non obſtat etiam, quod cauſa deuolutionis omnium
bonorũ penderet, lite tamen non extincta coram ſubro-
gato Cardinalis Pamphilij, & ideo non potuerit coram
9 alio Iudice procedi iuxta *l. vbi captum, C. de Iudic.*
Nam neque de hoc fuit oppoſitum, & ideo ſecundum
iudicium validè proceſſit, vt poſt *Innoc. Butr. Compoſtel. Felin. in cap. cum M. num. 24. verſ. extra gloſ. de conſtit. & ibi Dec. num. 149. idem Felin in cap. ex tenore num. 19. & ibi Dec. num. 35. de reſcr. Put. decis. 460. lib. 2. in nou.* Alia verò prætenſa nullitas dictæ ſententiæ de-
ducebatur ex defectu tranſportationis actorum, & pro-
ceſſus coram eodem Card. Pamphilio ſuper deuolutione
10 omnium bonorum: ſententia enim illis non viſis videtur
nulla *Bart. in l. 2. num. 5. C. de eden. Bald. num. 6. Purpur. n. 66. & Bologn. de communi num. 40. Gabr. de appell. concluſ. 5. num. 23. & Rot. in Mediolanen. decimarum 27. Maij 1616. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*. Quæ
11 tamen ſublata videtur ex pręmiſſis, cũ fuerit proceſſum,
& pronunciatum prout in prima, in qua non fuit neceſ-
ſaria viſio niſi actorum coram ipſo factorum *l. properandum, §. ſi quidem, C. de iudic.* vbi omnes, & præſer-
tim *Bald. num. 7.* Acta enim coram Cardinali Pamphi-
lio non poſſunt dici acta huius cauſæ, imò nec aliquam
12 fidem faciunt etiam inter eaſdem partes, niſi producta
Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune in 7. combinatione ſecunda quaeſtionis ff. de acq. poſſ. & ibi Rip. num. 175. Socin. iun. num. 365. de communi Bologn. num. 396. Card. Seraph. decis. 377. num. 2. & 3. & dictum fuit coram me in Veneta donationis quæ eſt 639. num. 3. part.
13 *ſecunda in vltim.* Et ideo menſa Epiſcopalis non tene-
batur aliqua acta producere, ſed poterat quælibet pars
ad proban. ſibi incumbentia producere acta ſibi benè vi-
ſa non tanquam acta, ſed tanquam iura; *Rota in Calaguritana 28. Maij 1603. coram Litta, & in Romana Vineæ 5. Iulij 1610. coram R. P. D. meo Caualerio*. Et quando
vna pars produxit ſuas probationes, & altera fuit negli-
gens in tranſportando Iudex, poteſt ſuper productis
pronunciare, *Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ num. 18. in prima limit. de conſtit. & dixit Rota in Mauricen. Pœnitentiariæ, & Canonicatus 4. & 18. Februarij 1591. coram bon. mem. Gipſio, & in Romana vineæ de Brunis 19. Nouembris 1603. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, in
quibus etiam dictum fuit, pro monitionibus iudicij ad hoc
requiſita ſufficere; quòd termini ſubſtantiales fuerint 14
ſeruati, & pluries reiterati, cũ reſpiciant defenſionẽ rei,
E ac cauſæ cognitionẽ. E, Ex quibus cẽſuerunt DD. di-
15 ctas prætẽſas nullitates ſi non ſublatas, & à quibus ſen-
tentia ſaluari nõ poſſit, eſſe turbidas, vt interponi debeat
arbitrium ad ſuſtinen. ſententiam *Rot. dec. 680. in fin. par. 2. in vlt.*

A N-

ANNOTATIO.

A Clauſula, *Quam, & quas*, operatur, vt omiſſo articulo
26 appellationis procedi poſſit in negotio principali, tan-
quam in prima, vt præter hic allegatos *Mareſcott. variar.
reſolut lib 1. cap. 20. Gratian. diſcept. 960. num. 4. Rot de-
ciſ. 731. num. 5. part. 2. recent. in Ortolen. decimarum co-
ram Orano apud Marcheſ de commiſſ. part. 2. pag. 274.
num. 5. in Neapolitana ſeparationis thori 5. Maij 1625.
coram R. P. D. Pirouano, & infra coram Domino meo de-
ciſ. 818. in fine, & ſupra deciſ 51. num. 5.* Eſt tamen ne-
27 ceſſaria integra actorum tranſportatio, vt d. clauſula hu-
iuſmodi effectum operetur, *Gratian. diſcept. 121. num.
24. & 25. Mareſcott. d. cap. 20. num. 29. Mart. de clauſul.
part. 1. clauſul. 120. num. 4. Barboſ. eod. tract. clauſul. 121.
num. 31. ſecundum Lugdun. impreſſ. & tenuit Rota in
Valentina parochialis 23. Ianuarij 1580. coram Card. Blan-
chetto apud Saluſt. in praxi pag. 259. & deciſ 77. in fine,
& deciſ. 268. num. 5. poſt 2. vol. conſil. Farinac Gregor.
XV. deciſ 320 num. 2. & ibi Beltramin. alijs allegat. num 4.*
28 Verum hoc procedit in cauſis Eccleſiaſticis, non autem
in prophanis, vertentibus coram Iudice Eccleſiaſtico,
ſiue in prima, ſiuè in ſecunda inſtantia; prædictæ enim
auctoritates omnes loquuntur, ſtante diſpoſitione *S. Con-
cil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat cap. 20. §. præterea*,
quæ non intrat in prophanis *Rot deciſ 561. num 12 par.
2. recent. apud Gregor XV deciſ. 508. num 11. vbi Beltra-
min. alias citat num 15. Cardinal. Caualer deciſ 67. num.
2. et fuit dictum in Imolen affictus 30. Aprilis 1604. coram
Penia apud Marcheſ de commiſſ part. 2. pag. 539 num. 4.
in Rom fabricæ 16. Ian. 1623. coram R P. D Pirouano, &
coram eodem in Romana Societatis Officij ſcutorum mille 19.
Iunij 1628. & in Romana vſusfructus 13. Martij eiuſdem
anni, Gratian. diſcept. 121. num. 20. et ſeq* quod proce-
29 dit, etiam in cauſis prophanis vertentibus coram Iudice
Eccleſiaſtico, vt ex ſententia Sacræ Congregationis Illu-
ſtriſſimorum Sacri Concilij Tridentini interpretum dixit
Rota *in Leodien. Dominij de Steuordia 3. Iulij 1623 coram
Reuerendiſſimo D. Coccino Decano*, reprobata *deciſ. 106 in
princ. part. 4. diuerſ.* in qua dictum fuerat, Concilium
habere etiam locum in prophanis prout è conuerſo di-
ſpoſitio Concilij intrat in omnibus cauſis Eccleſiaſticis
vertentibus coram quocunque Iudice, etiam non Epiſco-
30 po, licèt verba Concilij videantur ſonare in cauſis ver-
tentibus coram Epiſcopis, vt reſoluit Rota *coram
Reuerendiſſimo Domino Decano in d. Leodien. dominij de
Steuordia, et prius coram eodem deciſ. 274. num. 3. inter
eius impreſſ* in qua aliæ referuntur. Hinc ſequitur, quòd in
cauſa Eccleſiaſtica ſententia lata, non tranſportatis omni-
31 bus actis, etiam irreleuantibus, eſt nulla *Rot. deciſ. 104.
num. 1. part. 4. diuerſ et in d. Leodien. dominij de Steuor-
dia coram Reuerendiſſimo D Decano*, quia ex diſpoſitione
Concilij appellans tenetur expreſsè ad tranſportationem
omnium actorum, ſiue ſint releuantia, ſiue non, cum enim
hoc ſit inductum à lege, qualitas rei vel perſonæ non
attenditur, *l. non ſolum, in fin. ff de rit. nupt.* contra-
rium tamen dixit *Rota infra deciſ. 413. num.* 4. In cauſis
autem prophanis licèt procedatur, actis non integrè
32 tranſportatis, ſi acta, quæ deficiunt, non ſunt releuan-
tia ad inferendum, quòd iudex iniuſtitiam fecerit, ſententia
non eſt nulla, ſed ſolùm debet ſuperſederi, donec acta
omnia videantur, & ideo ſufficit, quòd remaneat iuſtifi-
cata ex noua tranſportatione *Achill. deciſ. 7. de ſent. et re
iudic. Rota in d. Leodien. dominij de Steuordia coram Reue-
rendiſſimo Domino Decano, & in dd. Romana Societatis
officij & Romana vſusfructus coram R. P. D Pirouano,
& coram eodem in Romana fabricæ 16, Ianuarij 1623. et
in Aueniouen. bonorũ 22. Maij 1626. corã R. P. D. Durano.*

B Intellige, poſt citationem partis ad dicendum contra
23 commiſſionem, & non ante, vt fuit dictum coram Do-
mino meo ſupra *deciſ 138. num. 2. & ſeqq. & infra deciſ.
880. per tot.*

C *Mareſcott. d. cap. 20. num. 9. Beltramin. ad deciſ. Gregor.
XV. 551. num 8. Rot. in Bononien. iuriſpatronatus coram
Gipſio apud Marcheſ de commiſſ part. 2. pag. 293. num.
3. & in Firmana penſionis 23. Ianuarij 1627. coram
R. P. D Durano.*

D *Put. deciſ 244. num. 6. & deciſ. 235 num 1. lib. 2. in
correct. & fuit dictum in Aueniouen. bonorum 1. Martij
1627. coram R. P. D. Durano, & ſupra deciſ. 74. num. 3.*

F Declara hoc procedere, quando iura ſeparatim produ-
24 cuntur, & vnaquæque partium recipit iura ſua. Tunc
enim ſi altera pars eſt negligens in producendo, Iudex
præuia monitione poteſt cum productis pronunciare, ne-
gligentia enim partis in producendo cauſæ expeditionem
retardare non debet, & ſibi prodeſſe in alterius præiudi-
cium, quod etiam firmauit Rota in allegata *Leodien. domi-
nij de Steuordia 3. Iulij 1623. coram Reuerendiſſimo D De-
cano*, vbi loquitur de ſtylo Ciuitatis Leodien. in qua fiunt
duo proceſſus, vnus pro actore, alter pro reo, quorum
vnuſquiſque continet iura propria, non autem aliena,
& cuilibet ex partibus conſignatur ſuus. Verùm contra-
rium dicendum eſt, quando fit vnicus proceſſus commu-
nis, qui remanet apud notarium, & pars, quæ vult pro-
cedere in cauſa, poteſt illum tranſportare; tunc enim non
ſufficeret partem actorum, & proceſſus pro ſe facientem
producere, quia hoc caſu, etiam ſtante negligentia partis
in producendo, alia pars poteſt habere acta, & ſatisfacere
diſpoſitioni iuris, quòd Iudex procedat viſis actis, ita
*Vant. de nullit in tit. a quo, et quib. mod. num. 21. in fin.
Gratian. d ſcept. 121. num. 19. 23. et 28. Giurb. deciſ Sicil.
29. num. 1.* & quod ita ſemper in Rota ſeruatum fuerit
teſtatus idem *Reuerendiſſimus D Decanus deciſ 424. num.
4. inter eius impreſſ.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Burgi S. Donini Eccleſiæ S. Iuliani.

Veneris 21. Iunij 1619.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Attentata eſt præſentatio, inſtitutio, & poſſeſſio tradita
poſt appellationem interpoſitam, & inhibitionem præſen-
tatam, etiam ſi pars tacitè, vel expreſsè appellationi
renunciauerit, & num. 3.*
2 *Attentata afficiunt tertium, quando habet cauſam ab eo, qui
eſt in lite, etiam ſi dictus tertius poſſideat cum titulo, &
bona fide.*
4 *Appellationi renunciaſſe cenſetur pars rediens ad iudicem, à
quo appellauit.*

DECISIO CCCCVI.

DIXERVNT DD. conſtare de attentatis tam ex parte D. Caſalis, qui vti patronus præſentauit Angelicum ad Eccleſiam Archipresbyteralem, de qua agitur, coram Mareſcotto tanquam Præpoſito Eccleſiæ Sancti Laurentij, quàm ex parte ipſiuſmet Mareſcotti, qui eundem præſentatum inſtituit, ac in poſſeſſionem immiſit. Nam de tempore dictæ

præ-

præſentatinnis, & poſſeſſionis ad ſauorem d. Anglerij
pendebat lis in Rota ſuper pertinentia inriſpatronatos
d. Præpoſituræ inter eondem Caſalem, & Mareſcottum
ab eo præſentatum ex vna, & DD. Marchiones Alexan-
drum, & Alphonſnm de Pallauicinis, ac Dominicum
de Scortia ab illis præſentatũ ex altera, per appellationẽ
à ſententia Vicarij ad fauorem dd. Caſalis, & Mareſcotti
lata ipſis præſentibus per dd. DD. de Pallauicinis, & Do-
minicum ſub die 29. Ianuarij 1617. interpoſitam, cuius
vigòre fuit poſtea inhibitnm in forma, & reſoluto ſub
die 28. Nouembris eioſdem anni, non intrare arbitrium
prò reiectione attentatorum, fuit appoſitum ſequeſtrũ
ſuper d. Præpoſitora, eiuſque poſſeſſione. Et ideo lite
1 huiuſmodi nondnm finita, ſed adhuc indeciſa penden-
te in Rota, etiam ſi pars tacitè, vel expreſsè renunciaſ-
ſee appellationi, non potuit citra attentatum procedi ad
dictam præſentationẽ, inſtitutionem, ac poſſeſſionis tra-
ditionẽ, *Rot. deciſ.* 130. *alias* 20. *ſi poſt inhibitionem, de ap-
pellat. in nou. Dedac. pract. queſt. c.* 24. *num.* 3. *verſ.* 4. *hac
inhibitio Borr. deciſ.* 256. *num.* 3. *Lancell. de attent. poſt
A inhibit. ampliat.* 2. A. Non obſtat, quòd lis amplius
non penderet ſuper Archipresbyterali, de qua agitur, cũ
extincta fuerit per ſententiam Vicarij ad fauorem dicti
Caſalis, & Bireti primò præſentati in iudicatum tran-
ſactam ob non interpoſitam ex aduerſo appellationem
2 infra decendinm. Quia quicquid de hoc ſit, attentata
hic deducuntur ex lite pendẽte non ſuper Archipresby-
terali, ſed ſuper Præpoſitura, cuius reſpectu licèt An-
glerius, qui in ea cauſa non fuit, ſit tertius: ſufficit ta-
men, quòd habeat cauſam a dd. Caſali, & Mareſcotto at-
tentan. vt ex *Abb. Imol. Franc. Præpoſ. & alijs in cap.
bona de appell. Rota deciſ.* 1147. *l.* 3 *par.* 3. *diuerſ. Lancell.
par.* 1. *cap.* 3. *de attent. à tertio num.* 16. *& ſeqq. vbi num.*
20. ampliat etiam ſi ille tertius poſſideat cum titulo, &
bona fide.

ANNOTATIO.

A Et quòd geſta poſt appellationem, & inhibitionis præſen-
3 tationem ſint attentata, & vti talia per iudicem ex officio
reuocari poſſint, licèt pars appellationi expreſsè, vel ta-
citè renunciauerit, *Rot. deciſ.* 235. *num.* 7. *part.* 1 *et deciſ.*
79. *num.* 2. *part.* 2. *recent. et in Barchinonen beneficij San-
cta Maria* 15. *Martij* 1620. *coram bon. mem. Patriarcha
Manzanedo*, in qua attentata declarata fuit ſententia lata
poſt præſentatam Iudici inhibitionem, licet pars poſtea
4 coram eodem Iudice comparuerit, quo caſu tacitè appel-
lationi & inhibitioni renunciaſſe videtur *Gabr. tit. de ap-
pellat. concluſ.* 2. *num.* 1. *Scacc. eod tract. queſt.* 17. *limit.* 2.
num. 14. *et fuit dictum in Ferrarien. decimarum* 28 *Iunij*
1621. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Theatina beneficij.

Mercurij 26. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Gratiosè ſubrogato, quibus probatis, detur
immiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Gratiosè ſubrogato eſt conceden. immiſsio in poſſeſsionem
beneficij, ſi tria concurrunt, ſcilicet, notoria reſeruatio per
obitum Beneficiarij vltimi defuncti, Obitus eiuſdem Be-
neficiarij in poſſeſsione beneficij, & Clericatus ſubrogati.
& num.* 2. *&* 4.
3 *Obitus iuſtificatur ex partita extracta ex libro defun-
ctorum.*
5 *Poſſeſsio præſumitur continuata vſque ad obitum, & rea-
liter probatur ex locationibus bonorum beneficij.*
6 *Obitus in poſſeſsione beneficij ſufficienter probatur per te-
ſtes deponentes de publica voce, & fama.*
7 *Clericatus ſufficienter iuſtificatur per teſtes de communi
reputatione, & de publica voce, & fama deponentes.*

DECISIO CCCCVII.

D Abbati Rainaldo gratiosè ſubrogato,
(vt ex literis ad partem expeditis *in
1 ſummario num.* 2.) dandam eſſe immiſ-
ſionem in poſſeſſionem ſimplicis be-
neficij, de quo agitur, DD. reſponde-
runt, cum tria ad id requiſita probata
fuerint, videlicet. Primò, notoria re-
ſeruatio *ex cap.* 2. *de præben. in* 6. per obitum Dominici
2 vltimi defuncti in Curia de anno 1606. plenè iuſtifica-
tum ex partita extracta per Sacriſtam S. Honuphrij ex
3 libro defnnctorum d. Eccleſiæ *d. ſummario num.* 1. quæ
A probat A *Mandoſ. ſuper reg.* 18. *q.* 10. *ſub num.* 4. *Rot.
deciſ.* 220. *num.* 1. *part.* 2. *diuerſ.* & in ſpecie *fuit dictum
in Barchinonen. beneficij* 20. *Iunij* 1614. *coram R. P. D.
meo Vbaldo in nouiſſ. deciſ.* 629. *num.* 4. *part.* 1. *& in
Barbaſtren. Prioratus* 11. *Ianuarij* 1616. *coram R. P. D.
meo Veroſpio d. part.* 1. *deciſ.* 700. *num.* 4. Eaque admi-
niculatur etiam per tres teſtes de auditu *d. num.* 1. &
præſertim per tertium depoοentem, ſe audiuiſſe mor-
tem dicti Dominici ab eiuſdem ſamulo eadem die, qua
ille obijt, & humatum fuiſse in dicta Eccleſia. Secun-
dò, obitus eiuſdem Dominici in poſſeſſione d. beneficij
4 ex immiſsione nomine Commiſſarij R. Cameræ per ſpe-
cialem procuratorem, de cuius mãdato in actis conſtat,
obtenta ſub die 20. Septembris 1596. vigore Breuis
Apoſtolici expediti ſub die 4. dicti menſis: & d. poſ-
ſeſsionis ceſsione ad ſauorem Marini Raynaldi procu-
ratoris prædicti Dominici de anno 1598. 8. Aprilis, vt
ex inſtrumentis *d. ſummario num.* 3. quæ poſſeſsio vltra
5 regularem, ac generalem præſumptionem, de qua *per
Rot. in his terminis deciſ.* 321. *num.* 4. *part.* 1. *&* 401.
num. 4. *part.* 2. *in nouiſſ.* probatur realiter continuata
ex duabus locationibus, Prima ſcilicet facta per ipſum
Dominicũ die 8. Ianuarij 1600. Altera verò eius nomi-
ne facta de anno 1603. per Iacobum Raynaldum cum
exactione certæ ſummæ pro penſione, & affictu ſubſe-
cuta ſub die 4. Ianuarij 1606. vt ex inſtrumentis loca-
tionum, & quietantia *d. ſummario num.* 4. Et amplius
ſuper huiuſmodi obitu in poſſeſsione dantur teſtes *di-
cto ſummario num.* 5. quorum primus, & ſecundus ſu-
6 per ſecundo deponunt de publica voce, & fama: quam
probationem vti in hoc ſufficientem admittit Rota, *vt
in Hiſpalen. beneficij* 27. *Iunij* 1605. *coram bon. mem.
Litta, in Placentina beneficij de Iartiz* 1. *Iulij* 1609. *co-
ram Illuſtriſsimo Cardinali Lancellotto relatis in Seguntì-
na Parochialis* 24. *Ianuarij* 1614. *coram me impreſſ. in
eiſdem nouiſſ. deciſ.* 509. *num.* 4. *part.* 2. & ad idem eſt
etiam *deciſ.* 252. *in fin. eadem part.* 2. Tertiò demum
Clericatus D. Abbatis ſubrogati ex eiſdem teſtibus de
7 communi reputatione, & de publica voce, & fama
deponen. *dicto ſummario num.* 6. qui ſatis probant *Rot.
deciſ.* 14. *de probat. in antiq. Aegid. deciſ.* 112. *Gabr. teſtans
de communi obſeruantia conſ.* 181. *num.* 15. *lib.* 2. *fuit di-
ctum in Colonien. Canonicatus* 20. *Maij* 1602. *coram Car-
dinal. Pamph. in Narnien. Canonicatus* 30. *Aprilis* 1604.

co-

coram bon. mem. Litta, & in dd. nouiſſ. deciſ. 509. *num.* 2. Quæ eò magis ſufficiunt contra Ioannem Franciſcum, nullum exhibentem titulum, per quem veluti effectus legitimus contradictor impedire poſsit immiſsionem ſubrogati.

Et ita concluſum, ipſo D. Abbate ſolùm informante.

A De quo dixi ſupra ad *deciſ.* 11. *lit.* C.

Romana librariæ.

Veneris 28. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Societas vitæ quando cenſeatur contracta, & an in ea contrahenda per mulierem ſtatuariæ ſolemnitates interuenire debeant.

SVMMARIVM.

1 *Socius ſingularis tenetur reſtituere, quod plus de communi expendit pro alenda ſua maiori familia.*

2 *Societas vitæ contracta cenſetur inter eos, qui ſimul viuunt ad vnam menſam, ſiue ad vnum panem, & vinum, & non poſſunt vnus ab altero ſumptus, & fructus conſumptos repetere.*

3 *Socius, qui in ſocietate vitæ ponit operas ſuas, non tenetur ad reſtaurationem maiorum expenſarum per alios ſocios factarum, ſed eſt locus compenſationi cum eius opera, & labore.*

4 *Statutum prohibens, fieri contractus, abſque certis ſolemnitatibus, an habeat locum etiam in contractu ſocietatis.*

5 *Solemnitates ſtatutariæ requiruntur tantùm in obligationibus voluntarijs, & expreſsis, non in neceſſarijs & tacitis reſultantibus ex diſpoſitione legis.*

6 *Solemnitates ſtatutarias, impoſsibile videtur, ſeruari poſſe in obligationibus tacitis, in quibus ſcriptura non interuenit.*

7 *Teſtator quando cenſeatur ſocietatẽ vitæ inducere voluiſſe.*

8 *Solemnitates ſtatutariæ non ſunt neceſſariæ in contrahenda per mulierem ſocietate vitæ ex præcepto, & voluntate teſtatoris.*

DECISIO CCCCVIII.

LICET ex reſolutione facta ſub die 24. Maij præteriti, quòd non conſtaret de ſocietate omnium bonorum, conſequi videretur, heredes Ioannis Antonij teneri reſtituere illud, quod ipſe plus expendit in alenda ſua maiori familia
1 *Iaſ. in l. final. num.* 4. *verſ. ego autem diſtinguo, C. de collat. & conſ.* 5. *col.* 2. *verſ. concludo ergo lib.* 1. *poſt Bald. in l. ſi patruus C. comm. vtr. iud. & Pet. de Vbald. in tractatu de duob. fratrib. part.* 6. *quæſt.* 23. *verſ. contrariam partem puto de iure veriorem, cum alijs latè cumul. per Menoch. de arbit. caſ.* 127. *num.* 4. & 8. *Felic. de ſociet. cap.* 27. *num.* 64. nihilominus repropoſita hodie cauſa ſuper tunc reſeruatis, DD. reſponderunt, dictos heredes non teneri reſtituere expenſas cibariorum, moti ex duabus limitationibus dictæ concluſionis, quæ viſæ fuerunt applicari. Primò, quia ex teſtibus *in ſummario hæredum num.* 4. conſtat, quòd dictus Ioannes Antonius, & Flautilla ipſius ex teſtatore fratre neptis, & Franciſcus eius vir ſimul ad vnam menſam
2 viuebant ac (vt dicitur) ad vnum panem, & vinum, ita vt inter eos contracta fuerit ſocietas vitæ, *Corn. conſil.* 122. *num.* 1. *lib.* 2. *Card. Mant. de tacit. &c. lib.* 4. *tit.* 11. *num.* 14. cuius hæc eſt natura, vt vnus ab altero non poſſit ſumptus, & fructus conſumptos repetere, *Bald. per illum text. in cap.* 1. *§. ſi duo fratres de duob. fratrib. de nou. benef. inueſt. & in l. vlt. num.* 2. *C. de collat. et ibi Rom. nu.* 3. *Ang. in l. ex duobus num.* 2. *ff. de neg. geſt. Alex.* qui videtur de communi teſtari *in d. l. final. num.* 3. *verſ et ſic videtur*, licèt ipſe aliter ibi diſtinguat *Corn. d. conſ.* 122. *num.* 1. *verſ. rationem cuius ſecundæ ſocietatis, idem Alexan. conſ.* 49. *num.* 3. *lib.* 1. *Crot. conſ.* 40. *num.* 26. *vbi de communi Card. Mant. de tacit. lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 5. *et tit.* 3. *num.* 12. *et d. tit.* 11. *num.* 14. *verſ. quod quidem genus, et dixit Rota in Imolen. diuiſionis* 23. *Maij* 1610. *coram Reuerendiſsimo D. Decano*, & quòd huiuſmodi fructuum pro victu, & in alimentorum cauſa iure ſocietatis conſumptorum nulla indiſtinctè habeatur ratio, *trad. Dec. in d. l final. num.* 4. *verſ. in hoc tamen*; quæ declaratio eo planiùs procedit, Secundò, quia nedum ipſe Ioannes Antonius in ſocietate librariæ inter eoſdem inita ponebat operas ſuas, ſed etiam eius familia erat vtilis, vt probant ijdem teſtes *dicto ſumm. nu.* 1. cum non ſolùm Ioannes Dominicus eius filius operaretur in apotheca, vt dicit primus teſtis ſuper primo, ſed etiam vxor, & duæ eiuſdem filiæ inſeruiebant communi vtilitatis, & ſocietatis, & domus, exercendo quoque obſequiaria, & ſeruilia officia, vt dicunt idem primus, & ſecundus teſtes de viſu deponentes *eod.*
3 *num.* 1. Et propterea ſuccedit ſecunda limitatio, quòd nulla reſtauratio huiuſmodi impenſarum debeatur, ſed locus ſit compenſationi cum opera, & labore, *Bald. in l. ſi paterno in fine, et ibi Caſtr. num.* 2. *C. de negot. geſt. Ang. in l. ex duobus num.* 3. *ff. eod. et in §. actionum num* 28. *verſ. quod facit, Inſt. de act. idem Caſtr. in d. l. final. num.* 4. *et ibi Iaſ. num.* 5. *C. de collat. Petr. de Vbald. d. par.* 6. *quæſt.* 22. *verſ. concludo ergo poteſtatem, in tertia fallentia, Iaſ. d. conſ.* 5. *col.* 2. *in princ. lib.* 1. *Corn. conſ.* 122. *num.* 3. *vol.* 2. *cum alijs relatis per Surd. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 85. *num.* 5. *verſ. et quamuis Felic. d. cap.* 27. *num.* 70. *et* 71. Non obſtat Statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 151. prohi-
4 bens mulieres contrahere abſque ſolemnitatibus ab eo requiſitis, & per conſequens etiam ſocietatem *Alex. conſ.* 154. *col.* 2. *verſ. accedat lib.* 2. *Lamberten. de contract. mulier. gloſ.* 1. *num.* 21. *Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.* 328. *num.* 52. Tum quia ſolemnitates huiuſmodi requi-
5 runtur tantùm in alienationibus, ſeu obligationibus voluntarijs, & expreſſis, non in neceſſarijs, & tacitè (prout hæc ſocietas) reſultantibus ex diſpoſitione legis, vt per Doct. communiter in *l. final C. de leg. tut. et præſertim Salic. Rom. in l. ſi conſtante, in princip. num.* 34. *in* 4. *quæſt.* 3. *par. princip. ff. ſol. matr. Alex. in l.* 1. *num.* 14. *et* 15. *vbi de communi ff. de verbor. obligat.* & in ſpecie de
6 ſolemnitatibus ſtatutarijs, *Soccin. ſen. conſil.* 80. *num.* 25. *lib.* 4. *Ruin. conſ.* 61. *num.* 4. *lib.* 3. *idem Carpan. vbi ſupra par.* 1. *cap.* 328. *num.* 22. imò in huiuſmodi tacita obligatione, in qua nulla ſcriptura interuenit, videtur impoſsibilis dictarum ſolemnitatum obſeruantia, vt dixit Rota *in Romana de Maſſa* 13. *Iunij* 1601. *coram Corduba* tum quia dum idem teſtator diſpoſuit, vt inter di-
7 ctas perſonas contraheretur ſocietas librariæ, & ex duabus apothecis vna fieret, atque iniunxerit communicationem omnium ſuorum ſuppellectilium, mandans vt d. Ioannes Antonius eſſet dominus pro medietate eorum, in neceſſarium antecedens cenſetur voluiſſe, vt ſimul viuerent in eadem domo, & apotheca ad *reg. l. illud, ff. de acquir. hered. l. ad rem mobilem, ff. de procur. Card.*
8 *Mant. de coniect. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 4. Et propterea cum

hæc

Digitized by Google

8 hæc vitæ communio inducta fuerit ex voluntate, & præcepto teſtatoris, neceſſariæ in ea non fuerunt ſolemnitates, *l. prædium, et ibi gloſ. et doct. C. quan. dec. opus non eſt, l. 1. §. 1. l. magis puto, § ſi pupillus, et l. final. ff. de reb. cor. Rolan. conſ. 99. num. 30. et ſeqq. lib. 1. Afflict. deciſ. 285. num. 10. cum alijs per Surd. conſ. 191. num. 3. verſ. et procedit hoc lib. ſecund.* & in terminis ſtatuti, *Alex. conſ. 215. num. 1. et ſeqq. lib. 6. Rota in Romana hæreditatis 29. Nouembris 1602. coram Litta, et in Romana nullitatis obligationis 28. Iunij 1617. coram R. P. D. meo Vbaldo.*

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

Eugubina penſionis.

Veneris 28. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Valoris expreſſi falſitas ad annullandam penſionem probari debet ab allegante, ſi reſeruationi conſenſit, & quando cenſeatur per teſtes minùs ſufficienter probata; & alia, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij probari debet ab eo, qui agit ad annullationem penſionis, ſi ipſe reſeruationi conſenſit.*
2 *Valoris expreſſio falſa dici non poteſt, quando reſeruatio penſionis facta fuit ex cauſa reſignationis, & narratiua facta eſt ſimultanea per reſignantem, & reſignatarium.*
3 *Reſignatarius non poteſt iuuari exceptione nullitatis literarum Apoſtolicarum contra reſignantem, dum beneficium reſignatum retinet.*
4 *Teſtium incerta depoſitio non probat.*
5 *Teſtes referentes ſe ad libros non probantes, nullam faciunt probationem.*
6 *Teſtium depoſitio vbi non eſt ſimplex, ſed relatiua, ſtandum eſt relato.*
7 *Teſtes alternatiuè deponentes de valore beneficij ab annis 20. 30. vel 40. citra non probant, ſed debent deponere cum copula, ab annis 20. 30. & 40. citra.*
8 *Valoris probatio debet preciſè percutere tempus reſeruationis penſionis, ad effectum probandi expreſſionem non veri valoris.*
9 *Expenſa reſecta non dicuntur, quæ nec per Iudicem taxata, nec ſolutæ fuerunt.*
10 *Cauſa quando eſt commiſſa ex integro, an ſit opus petitione noui mandati, & actorum tranſportatione.*
11 *Actorum tranſportatorum non eſt neceſſaria noua productio coram Iudice ſucceſſore.*
12 *Citans aliquem vtì procuratorem, non poteſt ampliùs illum reprobare, etiam ſi citatio eſſet facta per procuratorem num. 13. ſufficit tamen probare, quòd talis procurator ſit minùs legitimus num. 14.*

DECISIO CCCCIX.

AD impediendam executionem mandati executiui ad fauorem Abbatis Nicolai relaxati iuxta reſolutionem factam *ſub die 4. Martij præteriti,* præter aſſertas nullitates, de quibus infra, per informãtes pro Bigio inſiſtebatur præcipuè ſuper aſſerta ſubreptione, ſeu obreptione narratiuæ in literis reſeruationis penſionis valoris beneficij in ducat. 199. auri de Camera, & valoris anterioris penſionis reſeruatæ ad fauorem Pauli, cum tamen narratiua dicti Nicolai eiuſdem valoris in literis impetrationis fuerit ducat. 90. auri, & valoris eminarum ducat. 30. Et quia in prioribus deciſionibus inter alia fuit reſponſum, id non probari, neque inde poſſe impediri executionem literarum Apoſtolicarum, nec obligationis Cameralis: ijdem informantes in hac poſitione proferebant in medium depoſitiones teſtium remiſſorialium magis extenſas, & nonnulla iura circa probationem valoris huiuſmodi. Quibus non obſtantibus exiſtimarunt DD. ad vlteriorem executionẽ d. mandati eſſe proceden. quia cũ Abbas fundet intentionẽ ſuam in literis Apoſtolicis, conſenſu Gaſparis, & illius obligatio-
1 ne in forma Cameræ: onus proban. prætenſam ſubreptionem, ſeu obreptionem ad annullan. penſionem ad Bigium pertinet, *Gig. de penſ. quæſt. 9. num. 9. Seraph. deciſ. 677. num. 5. Caputaq. deciſ. 329. par. 3. & deciſ. Guidob. & Robuſt. relata per Modern. Bonon. var. reſol. lib. 1. cap. 60. in princ. Rot. deciſ. 550. num. 2. in nouiſſ. in prima parte,* & pro concluſione generali, quòd opponens de malo valore expreſſo debeat probare, cumulat *Pariſ. tract. de reſign. lib. 10. quæſt. 2. n. 49. & ſeqq. Put. deciſ. 21. num. 4. lib. 1. nouiſſ.* Tanto magis, quia reſer-
2 uatio penſionis fuit facta ex cauſa reſignationis, & narratiua ſolet fieri ſimultanea per reſignantem, & reſignatarium, prout etiam allegabatur, quo caſu expreſſio valoris non poteſt dici falſa, *Seraph. d. deciſ. 677. num.*
3 *5.* nec poteſt reſignatarius iuuari hac exceptione, dum beneficium reſignatum retinet, *Creſc. deciſ. 17. de reſcr. Mantic. deciſ. 173. num. 4. Rot. deciſ. 631. par. 1. in nouiſſ.* Quæ probatio non videtur deduci ex teſtibus Bigij. Nam quicquid ſit, an ſit probata negatiua coarctata, quòd de tempore reſeruationis Eccleſia non haberet aliquos alios redditus, vel prouentus præter articulatos, quæ probatio neceſſaria eſt etiam habita ratione incertorum; illud certiſſimum eſt, quòd nihil releuans probatur quoad valorem fructuum inſpecto dicto tempore reſeruationis, ſed in eo ſunt varij, & omnes ferè remittunt ſe ad libros non exhibitos vel Ciuitatis Eugubij, vel Caſtri Seræ, vel Abbatiæ Auellanæ, vt ex eo-
4 rum lectura ſuper ſeptimo, ſicut nec confeſſio tanquam incerta, *Spec. tit. de teſt. §. qualiter, verſ. quod ergo, Alex. conſ. 2. in princ. vol. 2.* nec depoſitio, cum ſe referant ad
5 libros non probantes *Rot. deciſ. 189. num. 3. & 5. par.*
A *1. diuerſ.* A, & cum depoſitio non ſit ſimplex, ſed rela-
6 tiua, ſtandum eſt inſtrumentis relatis, *Bald. conſ. 270. propè fin. lib. 1. Seraphin. deciſ. 111. num. 1.* qui libri cũ nõ ſint exhibiti, nihil poteſt dici probatum. Et ideo dum conantur deponere de dicto valore ab annis 20. 30. vel 40. ad rationem ſcutorum ſex monetæ Vrbini pro qua-
7 libet emina, non concludunt, cum finaliter ſe referant ad dictos libros, vltra quod non dicunt de 20. 30. & 40. annis citra cum copula, iuxta not. *per Oſt. & Io. And. in c. licèt cauſam, de prob. Bart. in l. Celſus, vltima col. ff. de vſucap. Alex. conſ. 45. num. 7. vol. 2. & tenuit Rot. in pluribus cauſis relatis per Gonzal. ſuper reg. 8. de nullit. & atten. num. 85. et 86.* Aliqui etiam de credulitate, & aliqui alternatiuè, videlicet de ſcut. 6. 7. 8. & 10. & ſunt etiam varij in numero familiarum, quæ loco quarteſij (vt vocant) in grano ſoluunt ratione paupertatis duos carolenos pro qualibet. Nam aliqui de familiarum numero 220. alij 230. alij 240. nec huiuſmodi valor calculatur ex aduerſo. Confunditur etiam illorum probatio, quia nonnulli deponunt de maiori valore ante tempus reſeruationis, videlicet 11. de ſcut. 8. pro qualibet ſalma inſpecto tempore, de quo Paulus erat Rector ante Nicolaum,

colaum, qui etiam dicit, ſe conduxiſſe à dicto Paulo bona beneficij pro ſcutis 150. de paulis, vltra quæ ſubſtinebat onus annuæ præſtationis grani pro Cappellanis, mercedis Prędicatoris, medietatis olei pro lampade, feſtiuitatis S. Blaſij, & Candelotæ. Quæ comprobantur ex narratina cõcordiæ inter partes initæ de anno . . . . quòd bona de tempore reſignationis, & ante erant locata pro ſcut. 150. monetæ de paulis ad rationem paulorum decẽ pro ſcuto, deductis omnibus expenſis. Nec etiam viſum fuit firmari poſſe, habendam eſſe rationẽ onerum imminentiũ parochiali: cum non conſtet, beneficium reſignatum dictis penſionibus oneratum fuiſſe Curatum, imò enũciatur ſimplex, & ſinè cura, & perſonalem reſidẽtiam non requirens in literis Apoſtolicis illius prouiſionis ad fauorem dicti Nicolai, & in dicta concordia, vt nonnulli teſtes deponunt, qui etiam teſtes ſuper onere dictorum valorum ſunt varij, & omnes ſuper 13. & 14. articulis deponunt, quòd ſufficeret vnus Cappellanus, ſi Gaſpar reſideret, prout reſidet, & reſidere poteſt. Ex quibus patet, ſubſiſtere reſponſiones datas in deciſionibus differentibus narratiuis per Nicolaum factis valoris dicti beneficij in illius impetratione in ducat. 90. & penſionis Pauli ducat. 30. pro minis 30. grani, & valoris in narratiua reſeruationis penſionis ducat. 190. & dictæ penſionis Pauli ducat. 18. pro dictis minis 30. ratione videlicet interualli temporis inter primam narratiuam, quę fuit de anno . . . . . & ſecundam, quæ fuit de anno . . . . quia pretia rerum tempore variantur, & pro-
8 batio debet percutere præcisè tempus reſeruationis, vt aliàs fuit dictum, & latè *Caput. deciſ.* 330. *part.* 3 *Pariſ. dicta quæſt.* 10. *num.* 45. *& ſeqq.* & proximè ad terminos noſtros, *Mantic. deciſ.* 290. *num.* 2. Imò patet, dd. probationes Gaſparis non eſſe releuantes ad impediendam executionem dd. literarum Apoſtolicarum, ac propriæ, & iuratæ obligationis Cameralis, vt dictum fuit in prioribus reſolutionibus; & iure merito remiſſoriales fuerunt conceſſæ ſinè præiudicio obligationis Cameralis, & retardatione ſolutionis penſionis, & proceſſus executiui. Non obſtant prætenſæ nullitates, nam duæ de defectu iuriſdictionis ob non ſeruatam formam reſcripti, Prima videlicet, quòd non fuerit renunciatum priori iudicio coram A. C. ceſſat ex renunciatione facta per ſpecialem procuratorem pro paritione dicti reſcripti, & quia expreſsè conſenſit reuocationi mandati executiui, & de ſufficientia mandati non dubitarunt DD. quia eſt factum ad renunrian. mandato A. C. & illius decreto. Secunda verò de non refectione expenſarum,
9 quia non præceſſit illarum taxatio per Iudicem factam, nec ſolutio iuxta *deciſ. Verall.* 150. *part.* 1. *& Put.* 114. *in fin. lib.* 1. *ſecundum nouiſſ. impreſſ.* Nam pro parte Gaſparis non docetur, quòd dictę expenſæ primi iudicij coram A. C. exceſſerint ſummam ſcut. 12. quæ fuit depoſita penes Notarium, & acceptata pro parte Gaſparis, qui illam dimiſit notario cauſæ pro mercede ſummarij teſtium, & rubricaturæ proceſſus, & ſic dicta ſumma fuit approbata, & acceptata pro taxata; nec opus fuit aliqua alia taxatione. Et inſuper 18. Martij pręteriti citato Procuratore Bigij fuit factum depoſitum penes Notarium pro parte Bilij carolenorum 13. pro folijs 13. extractus coram A. C. & intimatum 28. eiuſdem, vt ex fide actorum *in ſummario eiuſdem Bilij num.* 2. nec aliquid contradictum ex parte Gaſparis. Tandem non
10 obſtat, quòd cauſa eſſet commiſſa ex integro, & quòd ideo opus eſſet petitione noui mandati, & reproductione actorum, tam coram A. C. quàm coram R. P. D. meo Manzanedo. Nam conſtat de citatione procuratoris Gaſparis ad ſoluen. terminos decurſos, & non ſolutos iuxta formam literarum Apoſtolicarum, & ſuæ obligationis, vt *in dicto ſummario Bilij num.* 5. quæ citatio ſuffirit coram A. C quando iura ſunt in actis, & potuit relaxari mandatum abſque alia citatione ad dicen. contra, & ſub dicta ſola citatione potuit relaxari mandatum de ſtylo Tribunalis A. C. & cauſa eſt commiſſa cum facultatibus eiuſdem A. C. & de ſtylo atteſtatur praxis A. C. *lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 1. De repetitione autem actorum, tàm coram A. C. quàm coram R. P. D. meo Manzanedo facta coram me pro parte Bilij conſtat ex eius *ſummario num.* . . & cum acta eſſent tranſportata, non fuit neceſſaria noua productio coram ſucceſſore, *vt in l.* 2. *C. de eden. not. Caſtr. num.* 7. *Dec. num.* 33. *Alex. num.* 7. *Curt. iun num.* 40. *Bologn. num.* 39. Nec opus erat noua productione mandati illius, qui comparuit pro Bilio coram A. C. nam ſuffirit, quòd fuerit citatus tan-
12 quam procurator, *vt in ſummario num.* 3. & ſic illius perſona approbata ampliùs reprobari non potuit *gloſ. & Doct. in l. Pomponius, ff. ratihabitionis, ff. de procur. Natt. conſ.* 262. *num.* 7. *& fuit reſolutum in vna Bonon.* 27. *Nouembris* 1606. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in alia Romana dotis* 10. *Decembris dicti*
B *anni coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio.* B,
Et ita fuit reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A *Rot. deciſ* 196. *num* 2. *&* 4. *part.* 1. *recent. & in Brixien parochialis* 15. *Decembris* 1623. *coram bon mem. Vbaldo Seniori*

B *Surd. deciſ* 104. *num* 12. *& deciſ* 108. *num.* 12. *&* 13. *Rot. deciſ* 169. *num* 3. *part.* 1. *recent. Seraphin. deciſ.* 1407. *in princ. Rot. coram Reuerendiſſimo Domino Coccino Decano deciſ* 61. *num.* 3. *& in Toletana decimarum de Cappelia* 6. *Aprilis* 1615. *coram Martino Andrea, & in alijs relatis per Beltramin. ad deciſ* 280. *Gregor. XV. num.* 11. *& coram Domino meo infra deciſ* 532. *in fine.* Et hoc procedit,
13 etiã ſi citatio eſſet facta per procuratorem, vt in terminis eſt *deciſ Seraph* 933. *nu.* 3. contrariũ tamen deciſum fuiſſe in *Verulan ſupplementi legitimæ* 18. *Martij* 1588. *coram Cardinali Blanchetto*, refert Beltamin. *loc. cit.* vndè datur cautela, vt in citatione non citetur quis ſimpliciter vel procurator, ſed cum dictione, *aſſertus*, ſeu *prætenſus, vt ex Neuizan. conſ.* 17. *num.* 8 *tradit Beltramin* vbi proximò
14 Verùm huiuſmodi approbatio non obſtat, quin ſi admittens probaret, talem procuratorem eſſe minùs ſufficientem, geſta per ipſum corruerent, vt colligitur ex traditis *per Natt. & Doct. per ipſum citatos conſil.* 126. *in fin. & conſil.* 142. *num.* 8. *& Surd. d. deciſ.* 104. *d num.* 12. & ideo ſi ex actis con ſtaret de mandato minùs ſufficienti, non obſtaret huiuſmodi approbatio, vt per *Vant. de nullit. ex defect. mandat. num* 121. *verſ quantumcunque igitur, & per Rot. in d. Verulana ſupplementi legitimæ relat. per Beltramin. loco cit.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana nullitatis contractus.

Veneris 18. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Contractus minoris abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, & ſinè cauſa, eſt nullus, etiam quòd minor iurauerit ſe maiorem, & etiam quòd factus maior per quinquennium tacuerit; nec currit præſcriptio durante minori ætate.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* cap. 113. & 151. *cum habeat clauſulam annullatiuam cenſetur dare formam, qua non ſeruata contractus remanet nullus.*

2 *Decretum Iudicis in contractu requiſitum corruit ex falſitate cauſæ Iudici expreſſæ, & contractus annullatur, & num. 6.*

3 *Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis.*

4 *Ætas minor probatur ex fide baptiſmi deſumpta ex libro Curati, & num. 11.*

5 *Contractus ſuper alienatione bonorum minoris ſine interuentu, & authoritate Curatoris celebratus, eſt nullus.*

6 *In alienatione bonorum minoris ex Statuto Vrbis, quæ ſolemnitates requirantur, & an d. ſtatutum habeat locum in omnibus contractibus læſiuis.*

7 *Minorum ſtabilia non ſunt alienanda, niſi deficientibus pecunijs, et alijs mobilibus.*

8 *Minorum in ſtabilibus cenſus imponi non debet pro maiori ſumma quàm ſit debitum, et impoſitus corruit in totum.*

9 *Minor iurans ſe maiorem, non impeditur dare de nullitate contractus ex capite non ſeruatarum ſolemnitatum, et num. 13. etiam ſi in contractu adeſſet duplex iuramentum, num. 14.*

10 *Ratificatio contractus minoris, quæ inducitur ex taciturnitate poſt lapſũ quinquennij poſt maiorem ætatem, ceſſat, quando ſtatutum præſumit dolum.*

11 *Ratificatio contractus inualidi non inducitur, niſi data ſcientia ſpecifica nullitatis, et defectuum, tam de iure, quam de facto, et num. 15.*

12 *Præſcriptio non currit contra pupillos, quod procedit etiam in præſcriptione ſtatutaria num. 16.*

17 *Præſcriptio inchoata cum maiori non perficitur contra pupillum, ſed dormit, pupillari ætate durante.*

18 *Præſcriptio conuentionalis, ſeu terminus ad redimendum, qui cum maiore incepit, currit etiam filio pupillo, abſque ſpe reſtitutionis.*

DECISIO CCCCX.

RESOLVTVM ſuit, duos contractus, de quibus agitur, eſſe nullos, tum
ex defectu ſolemnitatum requiſitarum in alienatione bonorum ſtabilium minorum de iure, tàm communi *ad l. 1. tot. tit. ff. de rebus eorum,*
1 quàm ex Statuto Vrbis *cap.* 113. *&*
151. *lib.* 1. ex quo, cum habeat clauſulam annullatiuam, cenſetur data forma *Dec. conſil.* 279. *num.* 1. *verſ et hoc expreſſè, et conſ.* 612. *in fin.* qua non ſeruata contractus remanet nullus, vt in ſimili ſtatuto *Bald. conſil.* 198. *num.* 1. *lib* 5. *Felin. in cap* 2. *num.* 1. *in fin. ac teſt. et in eodem ſtatuto Vrbis dicto cap.* 151. *fuit dictum in Romana hæreditatis, et Faragij dotis* 12. *Iunij* 1615.
2 *coram me*; tum etiam ex defectu, ſeù falſitate cauſæ Iudici expreſſæ, quæ corruere facit decretum requiſitum ex diſpoſitione dicti ſtatuti *vulg. l et ſi præſens vbi gloſ. et DD. C. de præd. min. cum alijs in Romana nullitatis cenſus* 28. *Nouembris præteriti coram me*, & conſequenter ipſam obligationem *Rota deciſ.* 529. *in princ. part.* 1. *diu. et latè in dicta Romana nullitatis cenſus coram me.* Defectus autem ſolemnitatum ſatis patet, cum nullæ interuenerint, nec in primo contractu impoſitionis ad
3 fauorem Æneæ Bettini 18. Aprilis 1581. quia cenſus impoſitionem, non dubitatur, eſſe alienationem *ex trad per Bald. in cap. ad audientiam, el* 2. *num.* 9. *de reſcript. & Rot. in Romana nullitatis cenſus* 29. *Maij* 1591. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in nouis deciſ.* 678. *ſub num.* 2 *part.* 1. *&* 456. *num.* 5. *part.* 2. nec in ſecundo venditionis alterius domus per eundem factæ 15. Ianuarij 1583. Ioanni de Vercellis pretio ſcut. 130. mill. prout etiam *ex dicta l.* 1. *et tot. tit. ff. de rebus eorum*; *Fabian. de Mont. in tract. de emptione, & venditione in quinta parte, in tit. de ſolemnitate in alien. minorum, Rebuff num.* 95. *et ſeqq. et ex dicto ſtatuto Vrbis dd. cap.* 113. *et* 151. *lib.* 1. omnino requirebantur: cum dictus Octauius tunc eſſet minor annis viginti, vt conſtat, tum ex fide baptiſmali ſub die 29. Maij 1564. ſumpta ex libro Curati *in ſummario num.* 4 quæ in propoſito ple-
4 nè probat ex latè deductis *in Tudertina nullitatis obligationis* 4. *Iulij* 1614. *et* 1. *Iunij* 1615. *coram me.* Tum etiam ex lectura d. inſtrumenti cenſus, in quo aſſeritur interueniſſe curatorem teſtamẽtarium, & ipſe Octauius renunciauit beneficio minoris ætatis, prout etiam renunciauit in dicto ſecundo inſtrumento venditionis, licèt cũ clauſula, quatenus opus ſit. Imò hoc ſecundũ inſtrumentum poteſt etiam dici nullum, vti factum ſinè inter-
5 uentu, & auctoritate dicti Curatoris, quem conſtat ipſum habuiſſe, cum in primo dicatur interueniſſe per text. *in l* 3. *& ibi DD. de in integ reſtit. min.* Tanto magis, quia ſtatutũ *d. c.* 113. non ſolùm loquitur de alienatione im-
6 mobilium, ſed etiam iurium pupillorum, ſeu minorum, & vltra præſentiam curatoris requirit etiam interuentum, & iuramentum proximiorum approbantium non eſſe in præiudicium dd. pupillorum, ſeù minorum, & illis deficientibus alterius legitimi curatoris ad hunc effectum ſpecialiter deputandi, *& in dicto alio cap.* 151. quod habet locum in omnibus contractibus, qui poſſunt eſſe læſiui, prout eſt alienatio, vt ſæpius tenuit Rota, & ſignanter in pluribus *deciſſ.* cumulatis per *Picum ad hoc ſtatutum gloſ.* 7. *num.* 6. *& ſeqq.* vltra interuentum, approbationem, & iuramentum proximiorum vel, in eorum defectum, legitimi curatoris, requirit Iudicis decretum, & cauſam ſibi in ſcriptis expreſſam; & inſinuatam, & plenè cognitam, aliàs præſumit iuramentum dolo, & metu extortũ, & diſponit, illud non operari, atque ita in his terminis tenuit *Rota in Romana donationis de Cuppis* 5. *Iunij* 1602. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in Romana nullitatis obligationis* 16. *Ianuarij* 1606. *coram Reuerendiſſimo Atrebaten.* Defectus verò cauſæ pariter eſt euidens, quia in dicto inſtrumento impoſitionis cenſus eſt expreſſa cauſa æris alieni dicti Octauij, & duo tantùm illius debita exprimuntur, videlicet ſcut. 30. Sanctæ Mariæ de Populo, & ſcut. 10. puellis Sanctæ Catherinæ, de quorum tamen veritate non docetur; & ſi dicatur, illa fuiſſe ex cauſa legati paterni, dicitur, quòd habuiſſent
7 priùs extingui cum pecunijs, & alijs mobilibus in hæreditate repertis, de quibus *in ſummario num.* 6. antequàm ad alienationem ſtabilium deueniretur *l. magis puto, §. non paſſim, & §. in prioris, ff. de rebus eorum, Alexander conſ.* 125. *ſub num.* 1. *in fin. verſ. ergo cum ſtatutum vol.* 1. *Pariſ. conſ.* 100. *num.* 2. *&* 4. *lib.* 3. *Capic. deciſ.* 113. *num.* 6. *Rebuff. conſ.* 150. *num.* 4. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 171. *num.* 11. *& ſeqq.* vltra quòd debitum legati facti dicto monaſterio Sanctæ Mariæ de Populo docetur fuiſſe ſolutum tẽpore impoſitionis cenſus, & non remanſiſſe niſi in ſcut. 16. vt in quietantijs procuratoris d. Conuentus extractis ex libris d. Monaſterij parte citata, de quibus *in ſummario num.* 7. & in omnem caſum cum debita non excederent ſcut.
8 40. cenſus non poterat imponi pro maiori ſumma, *d. l. magis puto, §. item Prætor æſtimare debebit, ff. de rebus eorum, Rebuff d. conſ.* 150. *ſub dicto num.* 4. *verſ. ſextò cauendum eſt, Menoch. de arbitr. lib.* 2. *d. caſ.* 171. *num.*

2. &

Digitized by Google

2. & *caſ.* 182. *num.* 35. & *conſ.* 214. *num.* 69. *lib.* 3. &
hoc modo impoſitus corruit in totom, *Natt. conſ.* 162.
n. 1. & *ſeqq.* In inſtrumento verò venditionis domus nul-
la exprimitur cauſa, quæ tamen neceſſaria eſt de iure, &
ex forma ſtatuti, vt ſupra dictum eſt. Non obſtat, quòd
Octauius in dicta venditione expreſſerit, & iurauerit ſe
maiorem 20. annorum, quia propter hoc non impedi-
tur, quin poſſit dare de nullitate ex capite non ſerua-
tarum ſolemnitatum, *vt tenuit Rot. in dicta Romana do-*
A *nationis de Cuppis coram bon. mem. Card. Pamphilio.* A
Non obſtat etiam, qood ex lapſu qoinquennij poſt ma-
iorem ætatem fuerit inducta ratificatio *ad l. fin. C. ſi*
maior fact. &c. Tum quia Octauius obijt ante com-
10 pletum 25. annum, vt ex fide obitus *in ſummario num.*
30. Tùm etiam quia cum ſtatutum præſumat dolum,
ceſſat omnis ratificatio, quæ ex lapſu temporis induci
potuiſſet, *Verall. deciſ.* 1. *part.* 3. & *fuit dictum in præ-*
allegata Rom. donationis de Cuppis, & in Romana prætenſi
erroris calculi 2t. *Iunij* 1610. *coram Illuſtriſſimo Car-*
B *dinali Ludouiſio.* B, Tùm denique, quia ad inducen-
dam ratificationem fuiſſet neceſſaria ſcientia Octa-
uij nullitatis, & defectuum dd. inſtrumentorum, tàm
11 de iure, quàm de facto reſultans, ſinè qua non poteſt
C induci ratificatio C, *Gabr. conſ.* 36. *num.* 60. *lib.* 1. *Rot.*
deciſ. 280. *num.* 9. 535. *num.* 12. *part.* 1. *in nouis, & in*
alijs. Minùs obſtat præſcriptio 30. annorum, quia in fa-
cto non ſubſiſtit, cum deducen. ſit infantilis, & popil-
laris ætas Io. Pauli, & Federici filiorum dicti Octauij,
12 de qua ſufficienter conſtat ex fide eorum baptiſmatis,
parte citata extracta *in ſummario num.* 5. ex ſupra
allegatis, & in qua remanſerunt de tempore eiuſdem
Octauij, qui (vt ſupra dictum eſt) deceſſit ante 25. annum
completum, *l. ſicut, poſt med. C. de præſcript.* 30. *ann.*
Aret. in §. *res fiſci num.* 5. *Inſt. de vſu cap. Caſtr. conſ.* 229.
num. 2. *verſ. quantum verò ad illum tertium part.* 2. *Rota in*
Romana de Capharellis 9. *Decembris* 1587. *coram bon.*
D *mem. Giptio*, D, Ex quibus ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Et quòd minor licèt iurauerit ſe maiorem, non impedia-
13 tur, quin dare poſſit de nullitate contractus, ob non
ſeruatas ſolemnitates ſtatutarias, *Pic. ad ſtatut Vrb. gloſ.*
7. *num.* 193. *Rota coram Cardinal Caualer deciſ.* 237. *num.*
1. *Mareſcott. variar. reſolut lib* 2. *cap.* 63. *num.* 1. & *fuit*
dictũ in Romana nullitatis obligationis 31. *Ianuarij* 1625.
coram R. P. D. Merlino, & in eadem cauſa 16. *Ianuarij*
1626. *coram R. P. D. Durano.* Quod procedit etiam ſi
14 in contractu adeſſet duplex iuramentum, aſſertorium
ſcilicet, & promiſſorium. *Curt. iun. conſil.* 118. *ſub num.*
9. *verſ. ſed quid fortius, & conſil.* 119. *num.* 6. & *ſeq. Rot.*
in hic allegata Romana de Cuppis coram Cardinal Pamphi-
lio Seniori, quæ eſt deciſ. 54. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & *de-*
ciſ. 5. *num.* 2. *apud Pic. ad ſtat. Vrb. Mareſcott. d. cap.*
63. *num.* 5.

B *Gregor. XV. deciſ.* 473. *num.* 18. & *ibi Adden. num.* 24.
Gratian. diſcept. 513. *num.* 13. *reprobatis Menoch. de recu-*
per. remed. 15. *num* 179. & alijs ſentientibus, dolum præ-
ſumptum non ſufficere ad excludendam in minore ratifi-
cationem contractus inualidi ex defectu ſolemnitatum, re-
ſultantem ex taciturnitate per quinqueonium.

C Et quòd, vt dici poſſit inducta ratificatio actus minùs ſo-
15 lemnis, & inualidi, requiratur ſcientia ſpecifica facti, & iu-
ris, nec præſumpta ſufficiat, *Surd. conſil.* 49. *num.* 29. *Natt.*
conſil. 162. *num.* 30. *ad fin. verſ. præterea*, & *num.* 32. &
ſeq. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 179. *num.* 13. *latè Gratian. diſce-*
ptat 429. *num.* 22. & *plurib. ſeqq.* & 513. *num.* 11. & 823.
num. 29. & *ſeq.* & 824. *num.* 49. & *ſeqq. Gregor. XV.*

deciſ. 473. *num.* 20. *Rot deciſ.* 492. *num* 10. *part.* 1. *recent.*
& *fuit dictum in Romana Syluæ* 15. *Maij* 1628. *coram*
R. P. D Veroſpio & in Romana nullitatis donationis 3. *Iu-*
lij eiuſdem anni coram R. P. D. Dunozetto.
D *Rot. in Romana canonum* 15. *Aprilis* 1622. *coram. bon.*
16 *mem. Vbaldo ſeniori.* Ampliatur procedere etiam in præ-
ſcriptione ſtatutaria, quæ aduerſus pupillum non currit,
Caſtren. conſil. 439. *num.* 3. *verſ. quatenus, lib.* 2. *Mareſcott.*
variar. reſolut. lib. 2. *cap* 67. *num.* 24. *Rot. deciſ.* 298. *num.*
3. *part.* 4. *diuerſ quæ apud. Pacific. de Saluian. eſt deciſ.*
302. *num etiam* 3. & *fuit tentum in Romana palatij* 20.
17 *Decemb.* 1627. *coram Reuerendiſſ. D. Coccino Decano.* Item
ampliatur procedere, licèt præſcriptio fuerit inchoata
cum defuncto maiori, quia nihilominus durante pupilla-
ri ætate dormit, nec perficitur contra pupillum, *Guid.*
Pap. deciſ. 31. *num.* 3. *in fin.* & *num. ſeq. Cephal. conſil.*
624. *num.* 53. & *conſil.* 700. *num.* 34. *lib.* 5. *Pancirol. conſil.*
96. *num.* 25. *Balb. qui alios allegat de præſcript. part.* 1. 6.
part. principal. num. 33. *verſ. fallit in præſcriptione, & num.*
34. & 35. & *part.* 2. *n.* 11. vbi declarat procedere in præ-
ſcriptione 30. annorum tanquam odioſa, non autem in alia
minori, & in præſcriptione ſtatutaria tenuit *Rota d. deciſ.*
298. *num.* 2. *part.* 4. *diuerſ. Mareſcott. d. cap.* 67. *num.* 24.
verſ. ſed quamuis., licet contrarium teneat *Surd. plures al-*
legans deciſ. 4. *num.* 16. vbi tamen in fine non diffitetur,
hanc opinionem melioribus fulciri rationibus. Limitatur
18 tamen hoc in præſcriptione conuentionali, ſeu in termino
ad redimendum ſemper, & quandocunque, quod præſcri-
bitur ſpatio 30 annorum, & præſcriptio cum patre in-
choata, currit etiam filio pupillo abſque ſpe reſtitutionis in
integrum per tex. expreſſum *in l. Aemilius ff de minor. per*
quem tex. ita tradunt Tiraquell. de retract. conuent. §. 1.
gloſſ. 2. *num.* 54. *late Theſaur. alios plures referens deciſ Pe-*
demont. 103. *per tot. Caball. conſil.* 123. *num.* 2. *lib.* 1.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Carpentoraten. Prioratus.

Lunæ 1. Iulij 1629.

ARGVMENTVM.

Valor beneficij ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij ad effectum iuſtificationis gratiæ poteſt pro-*
bari per famam, quæ non probatur per vnicum teſtem.
2 *Valor beneficij probatur per duos teſtes de publica voce,*
& *fama.*
3 *Arrendamenta licèt per ſe valorem non probent, faciunt*
tamen adminiculum, & excuſant à mala expreſſione.

DECISIO CCCCXI.

GRATIAM Stephani Morandi etiam
quoad valnrem iuſtificatam eſſe dixe-
runt DD. recedentes in hac parte à de-
ciſis ſub die 19. Aprilis præteriti; nam
licèt valor poſſit ad hunc effectum iu-
ſtificari per famam, vt tenet *Rot.* &
in d. deciſ. fuit firmatum, illa tamen
non fuerat ſufficienter probata per vnicum teſtem, ideo
hodie adducti fuerunt alij duo teſtes nouiter examinati
2 *in ſummario num.* 3. quorum ſecundus deponit per non
exceſſum, & optimè concludit famam, & ſic ex eo iun-
cto cum alio præcedentis examinis viſus fuit valor con-

cludenter probatus, vt dictum fuit in *Bononien. Prioratus* 10. *Iun.* 1611. *coram R. P. D. Manzanedo in nouiſſ. deciſ* 351. *num.* 2. *par.* 2. & in alijs paſſim. Accedit etiã alter teſtis licèt per non exceſſum deponens. Et concur-
3 runt præterea plura arrendamenta data *in ſummario n.* 4. quæ licèt per ſe valorem non probent, negari tamen non poteſt, quin aliquod adminiculũ faciant, vndè etiam excuſant à mala expreſſione, *Caſtad. deciſ.* 20. *ſuper reg. Rot. deciſ.* 577. *num.* 2. *lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ. Caputaq. deciſ.* 49. *num.* 2. *par.* 2.

Et ita deciſum ad fauorem d. Stephani informantis.

Colonien. ſponſalium.

Lunæ 1. Iulij 1619.

ARGVMENTVM.

Sponſalia diſſoluendi cauſa iuſta quænam ſit.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio ad tempus, eo lapſo, dicitur ope exceptionis eliſa, imò penitus reſoluta, cum dies ſit appoſita gratia terminanda obligationis, & num.* 3.
2 *Sponſalia ad tempus contracta, per illius lapſum ſoluuntur, adeò vt non impediant matrimonium contrahi cum alia.*
4 *Probatio per teſtes contra inſtrumentum admittitur.*
5 *Sponſalia primo loco etiam ſinè iuramento contracta ſunt implenda, nec poſſunt diſſolui per ſecunda ſponſalia etiam iurata.*
6 *Sponſalia an ex iuſta cauſa diſſolui poſſint.*
7 *Remiſſoria Rotalis ex quibus concedatur.*

DECISIO CCCCXII.

QVIA ſub die 14. Ianuarij præteriti reſolutum fuit, Cornelium non poſſe matrimonium contrahere cum alia muliere, & fundamentũ reſolutionis fuerat prætenſum inſtrumentum promiſſionis per ipſum factæ de non ducendo in vxorem aliam, quàm Eliſabetham; & cum multa contra dictum inſtrumentum pro parte eiuſdem Cornelij apponerentur, ad eaque probanda remiſſoria peteretur: placuit Dominis, illam concedere tantùm ſuper tribus infraſcriptis articulis, qui magis releuantes viſi fuerunt. Primò, quod d. promiſſio Cornelij non fuit (prout in dicto inſtrumento legitur) pura, & ſimplex, ſed durante ſolùm abſentia Canonici Valaſſr. Et quòd illa verba, *& poſt eius reditum*, non fuerunt prolata, nec dicta, licèt ſcripta. Nam ſi iſtud probatum extiterit, apparebit vtique, d. promiſſionem,
1 & obligationem poſt ſequutum dicti Canonici reditum ope exceptionis eliſam, *l. obligationum ferè, ff. de act. & oblig. & ibi gloſ. in verbo placet, & in verbo non poſſe*: imò verò penitus reſolutam, cum dies ſie appoſita gratiã terminandæ obligationis *Ang. ita gloſ. declarans ibi in d. §. placet, verſ. in gloſ. not. diligenter*, vt in fortioribus
2 terminis de ſponſalibus ad tempus contractis, quòd per illius lapſum ſoluantur, adeò vt non impediant matrimonium cum alia contrahi, eſt *text. in cap. ſicut ex literis, de ſponſal. & ibi gloſ. & ſcriben. Abb. conſ.* 48. *col.* 2. *in princ. verſ. nec obſtat ſi dicatur, vol* 1. *Io. Andr. in tract. de ſponſal. num.* 4. *verſ.* 12 *Io. Brunell. & Alex. Carrer. eodem tractatu, ille in* 8. *concluſ. num.* 4. *hic verò cap.* 15. *verſ. ſoluuntur* 4. *Couarr. in epit. eodem tit. par.* 1. *cap.* 5. *in princ. num.* 8. *vbi etiam ex Doct. in d. cap.*
3 *ſicut* dicit, quòd in dubio cenſetur tempus adiectum gratia limitandæ obligationis, *Martin. Bonacin. de mag. matrim. Sacram. quæſt.* 1. *puncto* 6. *in ſecunda propoſit. Theſaur. fur. Eccleſ. cap.* 9. *num.* 30. Et faciunt, quæ de natura temporis limitati *latè trad. Tiraquel. de retract. conuent. §.* 1. *gloſ.* 2. *num.* 44. *& ſeqq. Surd. deciſ.* 75. *num.* 1. *& ſeqq.* Nec obſtat, quòd inſtrumentum cantet in contrarium; tum quia fuit reſeruatum videri, an ſit in forma probanti; tum quia nihilominus
4 poteſt probari etiam per teſtes aliter fuiſſe conuentum, & aliter per errorem ſcriptum, *l. ſi librarius* 93. *ff. de reg. iur. & in l. errore vbi præſertim Iaſtr. in num.* 1. *in fin. C. de teſtam.* Et in ſpecie ad effectum remiſſoriæ *fuit doctum in Turritana bonorum* 23. *Februarij* 1615. *coram R. P. D. meo Vbaldo*. Secundò, quòd idem Cornelius
5 priùs cum altera muliere ſponſalia contraxerat, quæ propterea per d. promiſſionem ſubſequentem ad Eliſabethæ fauorem diſſolui non potuerunt, quemadmodum in fortiori diſſolui non potuiſſent per ſecunda ſponſalia etiam iurata, nam adhuc prima ſinè iuramento contracta implenda eſſent, *vt poſt. Butr. Abb. & alios in d. cap. ſicut, affirmat Couar. d. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. & poſt eum *Guttier. in tract. de iuram. confirmat part.* 1. *cap.* 51. *num.* 9. *Cened. pract. quæſt. in* 30. *quæſt. num.* 3. *& ſeq. cum plenè cumul. per Sanchez de matrim. lib.* 1. *diſput.* 50.
6 *n.* 2. *Triuſ. deciſ.* 9. *num.* 11. *lib.* 1. Tertiò de proteſtationibus, & comminatione parentum ipſum exheredandi, ſi dictam Eliſabetham duxerit in vxorem; ſtante namque illarum partium conſuetudine, hæc iuſta cauſa cenſetur recedendi à ſponſalibus, & ſic multo magis abſtinendi a coactione, vt in ſimilibus terminis, *Card. Seraph. deciſ.* 1258. *num.* 2. *& fuit dictum in illa Tullen. ſponſalium* 4. *Decembris* 1617. *coram R. P. D. meo Caualerio*. Neque facit, quòd etiam ipſi d. inſtrumento ſe ſubſcripſerint, quia illius fides adhuc eſt in pendenti, donec decidatur, an ſit in forma probanti, prout reſeruatum fuit, vt ſupra dictum eſt. Fuit itaque concluſum, ſuper prædictis dandam eſſe remiſſoriam; con-
7 currunt enim omnes regulæ, quòd cauſa eſt prophana, lis in prima inſtantia, materia releuans, vt dictum eſt, & datur quoque ex abundanti aliquis fumus veritatis articulatorum ex teſtibus ad perpetuam rei memoriam examinatis *in ſummario num.* 2. Ceteros verò articulos reſecandos DD. cenſuerunt.

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

Vrbinaten. iuriſdictionis.

Lunæ 1. Iulij 1619.

ARGVMENTVM.

Actorum tranſportatio an, & quando ſit neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus in diuerſa cauſa formatus trãſportandus non eſt, etiam ſi prætenderetur, acta diuerſa cauſæ facere ad illam, de qua agitur num.* 2.
3 *Proceſſus in eadem cauſa formatus quando eſt irreleuans non eſt neceſſaria illius tranſportatio.*
4 *Acta irreleuantia tranſportanda non ſunt, etiam ſtante diſpoſitione Concil. Trident.*
5 *Iura producta præſumuntur meliora, quæ præſumptione*

vti

*vti ſolet Rota in producente titulum, vt cenſeatur melio-
rem produxiſſe.*
6 *Exemplo ſcripturę ſtatur parte non opponente.*
7 *Exemplum probat ſtante conſenſu partis.*

DECISIO CCCCXIII.

VISVM fuit DD. ſubeſſe iuſtas cauſas,
propter quas interponendum ſit arbi-
trium Rotæ tributum, vt procedatur
in cauſa non transportato proceſſu, de
quo agitur. Clauſula enim, Arbitrio,
remittit de iuris rigore, ſuggerẽte præ-
ſertim æquitate, vt eſt notiſſimum.
Nam aut dictus proceſſus fuit formatus in diuerſa cau-
ſa, aut in illa, in qua pronunciauit bon. mem. Card. Se-
1 raphinus. Si in diuerſa, non eſt neceſſaria illius tran-
ſportatio, nec de iure, nec ex diſpoſitione S. Conc. Trid.
vt fuit reſolutum *in Albanen. ſucceſsionis coram Illuſtriſ-
ſimo D. Cardinali Bononien.* 20. *Maij* 1602. & in alijs in
ea relatis, *& in Pampilonen.* 4. *Decembris* 1602. *coram
Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto*, & faciunt circa
tranſportationem diuerſæ cauſæ dicta *in Imolen. bono-
rum* 21. *Iun. præteriti coram me*, etiam ſi prætendatur,
2 acta diuerſæ cauſæ facere ad iſtam; quia nihilominus
non ideo fit, quòd proceſſus diuerſæ cauſæ fit de actis
iſtius, vt de defectu tranſportationis dicitur in dicta
Albanen. quòd autem inter partes eſſent plures cauſæ
commiſſæ eidem Card. Seraphino, patet tàm ex lectura
commiſſionis de conſenſu partium ei directæ, & præ-
ſertim ſecundæ partis reſcripti, in qua omnes cauſæ ex-
preſſæ, ac aliæ quæcunque motæ, & mouendæ hinc in-
de committuntur: quàm etiam ex eius ſententia, in
qua reſeruata fuit facultas cognoſcendi, & decidendi ſu-
per alijs cauſis inter partes vertentibus. Aut verò di-
3 ctus proceſſus eſt in hac cauſa, & tunc ſi iura, & docu-
menta illius non ſunt releuantia, non eſt neceſſaria tranſ-
A portatio A, etiam ſtante S. Conc. *Trid. Rota decіſ.* 564.
num. 5. *in* 2. *par. rec. & in Imolen. affictus coram Penia*
20. *Aprilis* 1604. quia S. Concilium noluit tranſporta-
tionem iurium, quæ ſuperflua ſunt, vt dicitur *in d. de-
ciſ.* 564. Si verò dd. iura fuiſſent releuantia, & cum pro-
ceſſus non reperiatur, vt ex diligentijs factis pro parte
D. Archiepiſcopi pro illo inueniendo, & recuperando
ab hæredibus procuratoris Abbatis prædeceſſoris, cui
procuratori fuerat accommodatus ad effectum videndi
per Notarium cauſæ, vt ex receputa ſuper libro ac-
commodatorum, & in ſummario num. 1. & ex perqui-
ſitione etiam actorum originalium facta in Archiuio Ec-
cleſiæ Vrbini, cum ſupponatur factus coram Vicario
in prima inſtantia: necnon in actis Notarij dictæ cau-
ſæ coram Cardinali Seraphino, vt ex atteſtationibus in
ſummario D. Archiepiſcopi, num. 3. & 4. & conſtet de
iuribus pro parte Abbatis datis in ſummario tempore
diſputationis cauſæ, quod fuit exhibitum in actis, & per
Notarium auſcultatum, ac collationatũ cum ſummario
poſitionis bon. mem. Cardin. Pamphilij, & præſumatur
5 meliora iura fuiſſe tunc exhibita pro habenda fauorabili
reſolutione, prout euentus docuit, qua præſumptione
vti etiam ſolet Rota in producente titulum, vt cen-
ſeatur meliorem produxiſſe, *vt in deciſ.* 732. *num.* 19.
parte prima diuerſ. vbi quòd hoc eſt tritiſſimum in
Rota, inſertur, quòd dd. iura, & ſcripturæ, de quibus
6 in ſummario, habendæ ſunt loco exempli extracti ex
proceſſu originali, cui exemplo ſtatur parte non op-
ponente. *Dec. in auth. ſi quis in aliquo, num.* 17. *verſ. de-
cimò, & vltimò fallit, C. de eden.* & ibi *Soccin. in fin. Pur-
pur. & Bolog. num.* 32. *& ſeqq. Put. deciſ.* 405. *lib.* 1. *in*
*nou. & 245. num. 3. lib. 3. & fuit dictum in Romana
cenſus 4. Iulij anni præteriti coram me.* Multo verò ma-
gis, cum pars D. Archiepiſcopi expreſsè conſentiat ſta-
7 re dicto ſummario, quo caſu exemplum probat, *Bart.
in d. auth. ſi quis in aliquo, num.* 5. & ibi *Alex. num.* 6.
Dec. num. 20. *Iaſ. col.* 3. *in fin. de communi, Soccin.* ibi *nu.* 5.
in fin. verſ. tertiò aduerte, & Purpur. num. 30. Et ſuper
huiuſmodi ſummario fundatæ fuerunt *deciſſ. tam coram
bon. mem. Gypſio ſub die* 4. *Maij* 1594. *quàm coram
Card. Seraphino* 14. *Ian.* 1600. *in impr. deciſ.* 1337. *num.*
2. Nec pars D. Abbatis denegat ſtare huiuſmodi ſum-
marijs, imò vt fatetur in eius memoriali, non recuſauit
in Signatura Sanctiſſimi præſtare conſenſum, vt reſcri-
beretur, quatenus ad vlteriora procederetur tranſpor-
tatis tantummodo ſummarijs hinc inde datis.
Et ita deciſum, &c.

A Vide quæ de hac materia dixi *ſupra deciſ.* 405. *litera A.*

Tiburtina calcarearum.

Lunæ 1. Iulij 1619.

Argumentum habes ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Aedificare cuiquam licet ad ſui libitum in proprio.*

DECISIO CCCCXIV.

PRO Communitate iuſormante reſpõ-
ſum, eidem videlicet, & eius homini-
bus licere facere calcareas ſuper petio
terrę poſitæ in loco nuncupato, *la foſ-
ſa di Cicotto alle Caprine*. Nam do-
minium, & poſſeſſio d. Communitatis
non controuertuntur, imò de eis con-
ſtat tàm ex inſtrumento emptionis dicti petij factæ ſub
die ſecunda Aprilis del 1611. *in ſummario num.* 1. cum
clauſulis, ad haben. & cõſtituti tranſlatiuis iuris, dominij,
& poſſeſſionis: quàm ex monitorio d. D. Ducis directo
contra eandem Communitatem *in d. ſummario num.* 3.
quòd debeat eidem relaxare, & retrocedere d. petium
terræ, vt ſupra emptum vigore conſtitutionis, ſeu Bul-
læ iuris congrui, & quocunque alio remedio. Et ideo
ſuccedunt tritæ concluſiones, quòd liceat d. Communi-
1 tati ad libitum ædificare in proprio, vt in deciſione in
hac cauſa facta 14. Martij 1614.

Ciuitatis Plebis prætenſæ ſimoniæ.

Lunæ 1. Iulij 1619.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ciuilis dicitur præiudicialis criminali, quando pa-
rit, vel parere poteſt exceptionem rei iudicatæ in cri-
minali.*
2 *Actorum tranſportationis defectus non obſtat, quando non
fuerunt tranſportata propter impedimentum a parte
præſtitum.*

DECISIO CCCCXV.

CVM Dominicus reſignans coactus eſſet ſoluere penſionem ſuper Vicaria, ſeu Prioratu SS. Petri, & Pauli Caſtri Montis Leonis ante vnionem de illo factam dignitati Archidiaconali Cathedralis Ciuitatis Plebis reſeruatam: ac egiſſet contra Leandrum reſignatarium ad illius ſolutionem iux. obligationem per apochã in forma Cameræ ab eo factam, eiuſque vigore mandatum executiuum obtinuiſſet; denique Leander poſt commiſſam ab eo cauſam appellationis, querelam contra Dominicum ſuper prætenſa dictæ apochæ ſimonia porrexiſſet, obtento per eundem Dominicum reſcripto mihi directo, vt conſtito, quòd cauſa ciuilis ſit præiudicialis criminali, Iudici criminali inhiberem: dubioque iuxta illius formam propoſito, reſponſum fuit, cauſam ciuilem eſſe præiudicialem criminali, ac propterea inhi-
1 bendum. Nam regula eſt, cauſam ciuilem tunc dici præiudicialem criminali, quando parit, vel parere poteſt exceptionem rei iudicatę in criminali: ſufficit enim hæc poſſibilitas *Bart. in l. 2. §. 1. num. 1. ff. de vi bon. rapt. Alexand. in l. edita num.* 16. *C. de eden. cum alijs per Farinac. quæſt. crimin.* 100. *num.* 130. & fuit reſolutum in *Romana hæreditatis de Stochis* 9. *Martij* 1599. *coram Gipſio in Romana pecuniaria* 20. *Iunij* 1604. *coram Illuſtriſſimo*
A *Cardinali Millino*. A, & in alijs paſſim; quæ benè propoſito caſui applicatur; quia ſi Rota pronunciabit pro validitate, & executione apochæ, vt fecit A. C. remota erit exceptio ſimoniæ, quæ ex eadem apocha prætenditur, & pro qua fuit cœptum criminaliter agi, vt in ſimilibus terminis quando agitur in ciuili de executione inſtrumenti, quod deinde in criminali dicitur falſum, vel vſurarium, firmata fuit præiudicialis ciuilis cum criminali *in dicta Romana hæreditatis de Stochis coram Gipſio, & Romana pecuniaria coram Illuſtriſſimo Card. Millino, & in Ciuitatis Caſtelli hæreditatis* 20. *Nouembris* 1617. *coram R. P. D. Caualerio*. Nec obſtare defectum tranſportationis actorum in cauſa ciuili coram A. C. quia (vltra quòd ex actis tranſportatis conſtat, cauſam ciuilem, & criminalem pendere ab eodem fonte, nempè apochæ prædictæ, & cauſam ciuilem fuiſſe priùs intentatam, quod ſufficit pro reſolutione huius dubij, ex allegatis) proceſſus coram A. C. fuit habitus à procuratore Leandri, contra quem etiam fuit relaxatum mandatum, & factæ diligentiæ pro illius executione, vt ex fide Notarij, mandato relaxato, & fide executionis; vndè
2 ſi, ſtantibus impedimentis per partem tranſportationi præſtitis, ceſſat neceſſitas illa tranſportandi, *Seraphin. deciſ.* 1305. *num.* 7. *& fuit dictum in Boianen. præcedentiæ* 3. *Iulij* 1594. *coram bon. mem. Penia & dictum in Abulen. parochialis* 14. *Aprilis* 1614. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*; multo magis ſtante retentione actorum pro parte facta, & diligentijs prædictis pro reportatione.

Et ita deciſum, vna tantùm parte informante, in maximam alterius contumaciam.

ANNOTATIO.

A Sequitur *Beltramin in annot. ad deciſ.* 470. *Gregor. XV. ſub num.* 17. *in fine, & docet etiam Rota coram Card. Cauaſ. deciſ.* 475. *num.* 3. *& infra coram D. meo deciſ.* 955. *num.* 1.

Ioannes Franciſcus Fortmillius.

DECISIO CCCCXVI.

Aſtoricen. Parochialis.

Lunæ 1. Iulij 1619.

ARGVMENTVM.

Declararoria datur, non docto de paritione mãdato Rotali de immittendo, ſeruatis terminis conſuetis, & datur contra recurrentem ad Iudices laicos, etiam non reproducto originali.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria ex quibus à Rota relaxetur.*
2 *Appellans à Curia Romana ad Conſilium Regium incidit ipſo iure in excommunicationem.*
3 *Recurſus ad Iudices laicos præſumuntur habiti ad inſtantiam intereſſe habentis, & ad cuius commodum, & fauorem reſultant. Hoc tamen non procedit, quando agitur de incurrenda pœna, vel alio graui præiudicio, num.* 8.
4 *Productio iurium culpa, & facto aduerſarij impedita in odium impedientis, habetur pro facta.*
5 *Impediens citari, habetur pro legitimè citato.*
6 *Transportatione actorum impedita, poteſt contra impedientem procedi actis non transportatis.*
7 *Scriptura informi præſtatur fides in odium impedientis extractionem.*
9 *Recurſus ad Iudices laicos non probantur ex mandato generali, ad recurrendum ad Curiam ſecularem, quia illud intelligitur in caſibus licitis, & in quibus Eccleſiaſtici poſſunt ad Iudices laicos impunè recurrere.*

DECISIO CCCCXVI.

DOMINI cenſuerunt, dandam eſſe declaratoriam contra Ioannem, de cuius renitentia in paren. mandato de immitten. ad fauorem Simonis cauſa cognita, & pluries diſcuſſa in executione literarum Apoſtolicarum per Rotam relaxato conſtat ex eo, quia intimato ſibi dicto mandato, ipſe reſpondit, quòd illi non obediebat, ſed quinimò ad Conſilium Regium appellabat, *vt in ſummario Simonis num.* 1. & propterea cum, ſeruatis terminis conſuetis, non doceatur de
1 paritione, venit ne dum ex iſto capite ferenda declaratoria iuxtà receptum ſtylum, de quo per *Felin. in cap. ad proban. num.* 6. *de re iud. Caſſad. deciſ.* 6. *num.* 10. *de cauſ. poſ. & propr. Greſc. deciſ.* 1. *de ſequeſt. poſ. & fruct.* & cenſuit in his terminis Rota *in Pampilonen. Parochialis* 6. *Martij* 1612. *coram R. P. D. meo Andrea*; ſed etiam
2 quia appellans ad Conſilium Regium incidit ipſo iure in pœnam excommunicationis, de qua *in cap. quoniam, de immun. Eccleſ. lib.* 6. ampliata in bulla Cœnæ Domini. Præſertim verò, quia Ioannes ne dum ad dictum Conſilium appellauit, ſed idem etiam Conſilium ad inſtan. Fiſcalis Regiam prouiſioné relaxauit pro auferendo Simoni mandatum Rotale, & omnes alias literas Apoſtolicas, *vt in dicto ſummario num.* 2. quod ſucceſſiuè fuit illi ablatum, *vt in d. ſummario num.* 3. & fructus Parochialis deinde ſequeſtrauit, *vt in dicto ſummario num.* 4. denique mandauit, Simonem à parochialis poſſeſſione amoueri, ipſumque Ioannem ad illam reſtitui, illique fructus ſequeſtratos conſignari, *vt in dicto ſummario num.* 5. *&* 6. adeò vt omnes iſti actus perſuntum-

Digitized by Google

3 tur emanaſſe ad inſtantiam Ioannis habentis intereſſe, &
A ad cuius commodum, & fauorem reſultarent A, attenta maximè illorum multiplicitate, vt pluries dixit *Rot. & in ſpecie in cauſa Tuden. beneficij 5. Apr. & 25. Iunij* 1604. *coram bon. mem. Penia.* Non obſtat, quòd originale in
4 Rota non ſit reproductum; quia cum mediante prouiſione Regia per vim Simoni ablatum fuerit, *vt in dicto ſummario num.* 3. conſtat, quòd culpa, & facto aduerſarij reproduci non potuit, vndè in eius odium tanquam impedientis d. reproductionem debet haberi pro repro-
5 ducto, prout impediens citari habetur pro legitimè citato, *cap. quoniam frequenter, §. porrò, vt lit. non cont. & reſoluit pluries Rot. vt in Corduben. Archidiaconatus 27. Octobris 1606. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, & in Hiſpalen. legitimitatis* 13. *Decembris* 1611. *coram R. P. D. meo Vbaldo*, quæ propterea ob ſimilia im-
6 pedimenta conſuit etiam, procedi poſſe actis non tranſportatis contra impedien. illa transportari, *vt in Abulen. Parochialis.* 14. *Aprilis* 1614. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno*, & præſtitit etiam fidem ſcripturæ
7 informi in odium impedien. extractionem, *vt in d. Hiſpalen. legitimitatis* 12. *Decembris* 1611. *coram R. P. D. Vbal-*
B *do* B, adeò vt cum ſit reproducta intimatio mandati cum reſponſione Ioannis, quòd illi non obediebat, ſed appellabat ad Conſilium Regium viſum fuit DD. per prædicta, ſolo Simone informante, relaxan. eſſe declaratoriam, &c.

ANNOTATIO.

A Declara hoc habere locum ad effectum denegandi audientiam, de quo latè infra coram Domino meo deciſ. 446. & 536. ſecus autem quando agitur ad priuationem iuris quæſiti, vel ad pœnam inhabilitatis, aut de alio graui præiudicio, quia tunc præſumptio huiuſmodi non ſufficeret, ſed recurſus eſſet concludentiſſimè probandus, *Rot. deciſ.* 534. *num.* 8. *& deciſ.* 602. *num.* 3. *part.* 1. *recent. & in Calagurritana beneficij* 16. *Februarij* 1620. *coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, in Maurianen. penſionis* 25. *Iunij* 1626. *coram R. P. D. Pirouano, & in Tullen. coadiutoriæ* 17. *Maij* 1628. *coram R. P. D. Vbaldo iuniori*, & quòd talis præſumptio non ſufficiat ad effectum declarationis cenſurarum *Gregor. XV. deciſ.* 96. *num.* 2. *Cardinal. Caual. deciſ.* 529. *num.* 2. *Rota deciſ.* 751. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* Et prædicta procedunt, etiam ſi recurſus eſſent habiti
9 à procuratore habente generale mandatum ad comparendum coram Iudicibus laicis, illud enim intelligitur in caſibus, in quibus clerici poſſunt de iure impunè ad Iudices laicos recurrere *Rot. d. deciſ.* 602. *num.* 4. *part.* 1. *recent. quam ſecuta fuit in d. Maurianen. penſionis coram R. P. D. Pirouano.*
B *Rota coram Cardinal. Caualer. d. deciſ.* 529. *num.* 3.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tullen., ſeu Meten. prætenſi reinueſtimenti pecuniarum.

Mercurij 30. Octobris 1619.

ARGVMENTVM.

Exequutiuè procedi non poteſt, non facta liquidatione, & pro non expreſſis in inſtrumento.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas diſpoſitioni inhærens eſt probanda.*
2 *Fides de pretio poteſt haberi per procuratorem ad vendendum, non ex certa cauſa, nec pro certo pretio conſtitutum.*
3 *Executioni locus non eſt ante liquidationem.*
4 *Via executiua non competit niſi pro expreſſis in inſtrumento.*
5 *Via executiua competit pro omnibus, quæ proueniunt, vel ex natura contractus, vel in executionem Cameralis obligationis.*
6 *Via executiua competens inſtrumentis vigore ſtatuti datur etiam pro eo, quod virtualiter ineſt.*

DECISIO CCCCXVII.

CVM D. Eliſabetha iudicium executiuũ in partibus contra DD. filios quondam Ioannis dum viueret ſui viri introduxiſſet pro prætenſo reinueſtimento per Dominum Ioannem promiſſo in inſtrumento dotali celebrato del 1577. ac Reuerendiſſimus Paulus vnus ex dd. filijs S. D. N. Cubicularius vigore Eugenianæ obtinuerit, cauſã præuia auocatione committi in Rota: dubio propoſito, an eſſet locus executioni dicti inſtrumenti, DD. negatiuè reſponderunt. Nam licèt in eo conuentum fuerit, quòd ſi conſtante matrimonio ipſe Ioannes venderet, vel aliàs alienaret terras, dominia, ac immobilia dictæ Eliſabethæ, teneretur pecunias ex venditionibus, vel alienationibus prouenientes conuertere in emptionem aliorum ſtabilium, quæ eſſent propria, & tanquam paterna eiuſdem Eliſabethæ, & dictus Ioannes vti procurator ſpecialis per aliud inſtrumentũ de anno 1598. ab ipſa conſtitutus vẽdiderit D. Iacobo de Madrenille tertiam partem omniũ parẽtum ſucceſſionum ad d. Eliſabetham communiter cum duabus ſororibus ſpectãtium pro pretio ſcutorum 40. mill. Tamen non conſtat de quantitate dicti pretij ad eundem Ioannem peruenta, quę veluti qua-
1 litas inhærens diſpoſitioni eſt probanda *l.* 1. *§. quod autem ait prætor vbi Bart. ff. ne quid in flum. publ. & in puncto Surd. deciſ.* 320. *num.* 6. Nam medietas dicti pretij videlicet ſcut. 20. mill. non fuit ſoluta, ſed promiſſa tantùm in certis ratis, & temporibus & ſic habita fides de pretio, prout fieri potuit per procuratorẽ ad venden-
2 dum nõ ex certa cauſa, nec pro certo pretio conſtitutũ, *Bart. in l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor num.* 2. *in fin. verſ. aut habebat mandatum ſimplex, ff. de re iud.* quem ibi alij ſequuntur, *vt refert Alex. num.* 7. *& Iaſ. num.* 5. *& Felin. in cap. cum olim, il primo nu.* 4. *de offic. deleg. & ſequuta eſt Rota in Ariminen. ſeu Romana pecuniaria* 15. *Decembris* 1591. *coram Gypſio.* Alia verò medietas ſcutorum 20. mill. non fuit ſimiliter pro aliqua parte ſoluta dicto Ioanni, ſed ſolùm confeſſa, & excomputata, tàm pro pecunijs ante hac per ipſos coniuges a dicto emptore receptis, earumque quibuſuis intereſſe, & vſuris; quàm etiam pro omnibus expenſis factis, & paſſis in communi per eum, & dd. coniuges in litibus ſuper dictis ſucceſſionibus vſque ad tempus dictæ venditionis pro rata ad dictam Eliſabetham ſpectan. Et ideo cum nõ ſint liquidatæ ſummæ excomputatæ pro parte recepta per ipſam Eliſabetham, necnon pro dd. intereſſe, & expenſis, apparere non poteſt de certa quantitate ad Ioan-
3 nem ante venditionẽ peruenta, conſequutur ante liquidationem non eſt locus executioni inſtrumenti quoad
A dictum reinueſtimentum A, *l.* 3. *C. de ſent. quæ ſin. cert. quantitate, &c. §. curare Inſtit. de act. Bart. in l. proinde, §. notandum num.* 3. *ff. ad l. Aquil. Bald. in l.* 2. *num.* 6.

C. de

C. de exec. rei iudic. & *pleniſſimè Surd. conſ.* 248. *num.* 12.
& *deciſ.* 26. *num.* 4. & 129. *num.* 14. *Rota coram Cardi-
nali Seraphino deciſ.* 1168. *num.* 5. & *in Anconitana com-
putorum* 28. *Maij* 1614. *coram R. P. D. meo Pamphilio*,
& *in eadem* 22. *Maij* 1618. *coram bon. mem. Andrea*, &
in Recent. deciſ. 689. *num.* 2. *par.* 1. Neque obſtat, ſi dica-
tur, dictum Ioannem, ſeu eius filios, vel hæredes tene-
ri reddere rationem pretij recepti, & liquidare quan-
titatem expenſarum, & æris alieni, pro quibus defal-
cata fuit pars pretij. Nam id fortaſſe procederet, vbi Eli-
ſabetha ageret actione mandati, & ſic ordinariè, non
4 via executiua, quæ non competit niſi pro expreſſis in in-
ſtrumento *Bald. in l. ab Anaſtaſio*, *num.* 4. *verſ. hic occur-
rit dubium, C. mand. Rebuff. in tract. de liter. oblig. art.* 2.
num. 91. *Rota in Bononien. cenſus* 24. *Aprilis* 1600. *coram
Penia*, & *in Romana pretij domus* 16. *Iunij* 1600. *coram*
B *Litta*. B,
Et ita reſolutum pro informante, &c.

ANNOTATIO.

A De quo vide *Suarez. in repet. l. poſt rem iudicatã in 4 & 5. limit. ff. de re iud. cum alijs per Carol. de Graſſ. in tract. de except. cap.* 33. *num* 13. & *ſeqq. Galleſ. de obligat. Camerali quæſt.* 35. *per tot. Gratian. diſcept.* 444. *num.* 1. & *plur. ſeqq. Scacc. de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 9. *num.* 25. & *ſeqq.*
B *Scacc. de appellat. d. quæſt.* 17. *limit.* 9. *num.* 16. *Galleſ. de oblig. Cameral. quæſt.* 31. *num.* 15. & *ſeq.* & *ibi Zacch. in addit. num.* 12. & *ſeq.* vbi plures Rotæ deciſiones re-
5 fert. Competit tamen priuilegium viæ executiuæ, etiam
pro his omnibus, quæ proueniunt, vel ex natura contra-
ctus, vel in ipſius obligationis Cameralis executionẽ, *Rot.
Ianuen. deciſ.* 21. *num.* 15. *Cardinal. Seraphin. deciſ.* 321.
num. 20. & *fuit dictum in Reatina iuris redimendi* 28.
Decembris 1628 *coram R. P. D. Veroſpio iuniori*, in qua
aliæ ſunt relatæ, & de via executiua, quæ datur inſtrumen-
6 tis vigore ſtatuti quòd competat etiam pro eo, quod vir-
tualiter ineſt, *Bart. in l.* 1. *ff. de his, quæ in teſtam. delen.*
& *ibi Bald. poſt med. verſ. item facit ad quæſtionem*, *cum
alijs per Surd. deciſ.* 254. *num.* 30. *latè Gratian. diſcept.* 37.
num. 45. & *infra*, & *diſcept.* 115. *num.* 27. *et diſcept.* 444.
num. 45. *et ſeqq.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana penſionum.

Mercurij 6. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Quænam onera deducenda ſint ex redditibus beneficij, ad videndum, an remaneant centum libera pro Rectore.

SVMMARIVM.

1 *Onera, & expenſæ deducendæ à redditibus Parochialis, vt videatur, an ſolutis penſionibus ſuper ea reſeruatis, remaneant centum pro Rectore, debent eſſe tantùm ordinaria, & neceſſaria, quæ ſolùm minuunt fructus.*
2 *Onera extraordinaria, & voluntaria non ſunt deducenda; nam Rector non poteſt onera arbitraria imponere in præiudicium penſionariorum.* & *num.* 3.
Et quid de incertis, variabilibus, & non perpetuis. num. 4.
Et quid de oneribus, quæ expleri poſſunt per ipſum Rectorem num. 6.
5 *In valore beneficij firmando non eſt habenda ratio de redditibus incertis.*
7 *Onerum, & impenſarum beneficij taxatio remittitur arbitrio Iudicis.*

DECISIO CCCCXVIII.

CONCORDATIS inter partes red-
ditibus parochialis Eccleſiæ ſanctæ Lu-
ciæ de Tinta in ſeutis 169. monetæ, du-
bitaui, quorum onerum, & ad quam
ſummam eſſet habenda ratio, ad effe-
ctum videndi, vtrùm ſolutis penſioni-
bus, de quibus agitur, ſuper dicta Eccleſia per S. D. N.
reſeruatis, remanerent ſeuta centum libera pro Rectore.
Et DD. quo ad primam partem dubij dixerunt, dedu-
1 cenda eſſe ſolùm onera ordinaria; & neceſſaria *ad text.
in cap.* 1. & 2. *§. vbi autem*, *de præben. in* 6. *Gig. de
penſ. quæſt.* 96. *num.* 2. *Caſſad. deciſ.* 19. *num.* 1. & 2.
A *de præben.* A, prout ita etiam fuit tentum in alijs plu-
ribus cauſis; generale enim eſt, quòd expenſæ, vel one-
ra, niſi ſint neceſſaria, non minuunt fructus, nec de illis
deducuntur *l. ſi neceſſariam in princ.* & *ibi gloſ.* & *DD.
ff. de pign. act. Neguſ. de pign. part.* 7. *membr.* 7. *num.* 14.
15. & *ſeqq. cum pluribus per Card. Mantic. deciſ.* 45.
num. 1. de alijs verò concluſerunt nullam eſſe haben-
dam rationẽ. Et primò de extraordinarijs, vt in his ter-
2 minis alias fuit reſolutum *in deciſ.* 298. *num.* 2. *part.* 1.
diuerſ. & *in uſentina-penſionis* 29. *Maij* 1596. *coram
3 bon. mem. Litta*. Secundò de voluntarijs, ſeù arbitra-
rijs *ad text. in cap. præſenti*, *§. porrò*, *de off. ord. in* 6.
gloſ. in cap. ſi propter tua, *in verb. ſpecialis gratia*, *de re-
ſcript. eodẽ lib.* 6. *Caputaq. deciſ.* 74. *lib.* 2. *in manuſcr.* &
dictum quoque fuit in Acheruntin. fructuum 2. *Decembris*
1580. *coram bon. mem. Cardinali Lancellotto ſeniori*, &
nouiſſimè in Cremonen. penſionis 28. *Maij* 1618. *coram
R. P. D. meo Caualerio*, in qua etiam dictum fuit, Re-
ctorem imponere non poſſe talia onera voluntaria in
4 præiudicium penſionariorum. Tertiò de incertis, &
variabilibus, & non perpetuis *ſecundùm Put. deciſ.* 201.
lib. 3. *in nouiſſim.* & tentum quoque fuit *in Papien. Prio-
ratus* 6. *Iunij* 1607. *coram Illuſtriſſ. D. Cardinali Lan-
cellotto iuniori*, *quæ eſt* 158. *part.* 1. *in nouiſſim.* ſicut è
5 conuerſo in firmando valore dictæ Eccleſiæ non eſt ha-
benda ratio de redditibus, & fructibus incertis, vt fir-
matum fuit *in alia deciſ. huius cauſæ* 12. *Nouembris anni
præteriti*. Quartò, demum dixerunt DD. non eſſe haben.
6 rationem de oneribus, quæ expleri poſſunt per ipſum
Rectorem, vt in iſtis terminis tentum fuit *in d. Papien.
Prioratus*, & antea in alia ibi relata *Romana penſionis*
13. *Maij* 1602. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*.
7 Quo verò ad alteram dubij partem cum etiam Iudicis
arbitrium circa quantitatem verſetur *ad text. in l. qui-
dam in teſtamento*, *in fin. de leg.* 2. & *per eum Bald. in l.
voluntatis num.* 12. *C. de fideicom. Menoch. alia exempla
adducens de arbitr. quæſt.* 11. *num.* 8. & in ſimili nuper il-
lo vſa fuit Rota circa taxationem expenſarum extraiu-
dicialium in illa *Pariſien. pecuniaria* 1. *Martij præteriti
coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, quinimò in his ter-
minis onerum, & impenſarum beneficij taxatio, & de-
ductio remiſſa fuit arbitrio Ordinarij in illa *Cremonen.
penſionis* 28. *Maij* 1618. & 11. *Martij præteriti coram
R. P. D. meo Caualerio*. Sic in propoſito DD. inſpectis
paruitate Parochiæ, & exiguitate ſeruitij conſideratis
in ſupradicta alia deciſione huius cauſæ, & alijs addu-
ctis, arbitrati ſunt, omnia onera neceſſaria, & ordinaria,
& ſic deducenda non excedere ſeuta triginta monetæ in
totum, computata etiam impenſa Clerici, aliàs non

con-

Digitized by Google

controuerſa, & taxata in ſcutis annuis duodecim.
Et ita fuit vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A Hanc deciſionem allegat in hac parte *Barboſ. de clauſul. vſu freq. clauſul. 47. num. 8. Beltramin. qui eam totam reaſſumpſit in annot. ad deciſ. 245. Gregor. XV. à num. 12. et ſecuta eſt Rota in Nouarien. penſionis 9. Nouembris 1624. coram R. P. D. Pirouano, et in Feretrana penſionis 4. Decembris 1623. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori*, in qua habita fuit conſideratio onerum Cappellani, Clerici, candelarum in feſto Purificationis B. Mariæ, manutentionis Sacriſtiæ, cathedratici, prædicatoris, Viſitationis Epiſcopi, & Organi.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana adminiſtrationis fundaci.

Mercurij 6. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Errorem in computis, & bilancijs allegans, tenetur plenè, & concludenter probare, maximè ſtantibus præſumptionibus in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Errorem allegans tanquam ſuæ intentionis fundamentum tenetur concludenter illud probare.*
2 *Probatio concludens deſumi non poteſt ex libro mercatorum non ſolemniter, nec diligenter mercatorum more confecto.*
3 *Inter mercatores proceditur ex bono, & æquo.*
4 *Præſumptiones, & coniectura reſultantes ex ſolito, & ſtylo ſpeciali alicuius loci ſunt releuantes, nam præſumitur factum, quod fieri conſueuit, & num. 7.*
5 *Teſtes examinati in iudicio criminali probãt inter eaſdem perſonas in ciuili.*
6 *Stylus, & conſuetudo attendi debet.*
8 *Subſcribens cenſetur per ſubſcriptionem approbaſſe omnia in ſcriptura contenta, & num. 13. & quando procedat num. 14.*
9 *Perito etiam vnico à iudice de partium conſenſu electo credendum eſt, multo magis pluribus in eadem ſententia conformibus, ex qua conformitate maior oritur veritatis præſumptio.*
12 *Error excluditur ex actibus multiplicatis, & reiteratis.*
12 *Probationes diuerſæ coniunguntur in materia difficilis probationis ad probationem complendam.*
12 *Probatio actoris non concludens, & imperfecta, ſufficit, quòd a reo offuſcetur ad eam infringendam.*

DECISIO CCCCXIX.

CVM ſub die 13. Maij præteriti in propoſitione dubij, an ſententia Rotalis abſolutoria Attilij eſſet confirmanda, vel infirmanda, hæredes q. Alexandri actores inſiſterent principaliter ſuper prætenſione, quòd d. Attilius teneretur reddere rationem, & corrigere errores capſæ magnæ aſcẽdentes (vt aſſerunt) ad ſummam ſcutorum 12600. conſiſtentes in eo, quòd ad exitum, & ſic ad creditum d. capſæ deſcripti fuerunt 63. ordines per diuerſos debitores ad fundacum, & per Attilium ad Ceulum depoſitarium tranſmiſſi, qui tamen adnotati non reperiuntur ad introitum, & ſic ad debitum d. capſæ. Et cum pro parte Attilij ad excluſionem huiuſmodi errorum allegaretur, quòd in capſam paruam, ex qua pecuniæ ſingulis hebdumadis extrahebantur, & in d. capſam magnam tranſportabantur, fuerunt immiſſi bullettini continentes ſummas dd. ordinum, atque ex illis cum pecunia effectiua, & numerata d. capſæ paruæ ſimul vnica ſumma conflata, & de ea ſic in confuſo datum debitum d. capſæ magnæ; ideo DD. volẽtes rem maturiùs cognoſcere, ordinarunt, vt ſtrictè videretur ſuper iſta immiſſione bullettinorum.
Hodie verò repropoſita per me cauſa reſponderunt pro
1 confirmatione d. ſententiæ. Conſiderabant enim, quòd
dd. hæredes allegantes prædictos errores tenentur eos
concludenter probare, tanquam eorum intentionis fundamentum.
Præſertim quia veniunt contra bilancia,
laudum, & peritorum relationes, de quibus infra. Probatio
autem iſta dependet ex iuſtificatione negatiuæ,
quòd ſummæ, videlicet, dd. ordinum ad exitum, & creditum
ſcriptæ non fuerint è contra ad introitum, & debitum
poſitæ, ita, vt hoc pacto creditum capſę augeatur
ad d. ſummam ſcutorum 12600. in damnum fundaci.
Quæ negatiua viſa non fuit per hæredes probari ex libro
d. fundaci nuncupato *d'Entrata, & d'Vſcita*, in quo
ſunt ſcriptæ ad exitum partitæ dd. ordinum manu eiuſdem
Attilij. Nam d. liber non fuit tentus iuxta formam
ſolitam librorum Capſæ de ſtylo mercatorum. Vt enim
patet ex relatione Pozzobonelli periti à Rota electi, qui
ſtatum, ac formam adminiſtrationis huius fundaci accuratè
deſcripſit ſuper d. libro nõ ſcripſit ſolus Attilius,
ſed etiam alij ſocij, & miniſtri, vt fuit conſideratum
coram R. P. D. meo Pirouano in deciſ. 13. Nouembris
1613. in eoque nulla reperitur tacta ſumma, prout nec
aliqua collatio inter iſtum, & alium librum nuncupatum
Maeſtro, ſuper quo partitæ eiuſdem reportabantur.
Adeo vt etiam in annuis bilancijs fundaci fuerint adnotatæ
dumtaxat pecuniæ effectiuæ, quæ actualiter repertæ
ſunt in Capſa, non quæ apparebant ibi fuiſſe iuxta
ſcripturam huius libri *d'Entrata, & d'Vſcita*, prout requirebatur,
(vt ſunt verba periti) *per il conto di Caſſa
aggiuſtato*. Et aliàs, vt plenius idem refert, & poſt eum
quoque Octauius Coſta Peritus ſimiliter a Rota electus.
2 Et propterea ex eo non poteſt deſumi aliqua concludens
probatio *iuxta trad. per Bald. conſ. 152. lib. 3.* & in ſpecie
de libris non ſolemniter, nec proborum mercatorum
more confectis *Iaſ. conſ. 4. col. 2. lib. 3.* cum alijs per
*Stracc. in tract. de mercat. par. 2. num. 56. & 59. & facit
deciſ. 558. num. 3. par. 2. in recent.* Nihilominus etiã
pro Attilio afferuntur in contrarium plures præſumptiones,
ac coniecturæ, quæ ſunt releuantes, præſertim
cum agatur inter mercatores inter quos procedi-
3 tur ex bono, & æquo *Bart. in l. ſi fideiuſſor, la prima,
§. quædam num. 2. & in l. Quintus Mutius, ff. mand. Bal.
conſ. 198. num. 5. verſ. item in cauſis lib. 1. & fuit dictum
in Romana laudi 15. Decembris 1614. coram me*, & in
alijs; & placuerunt Dominis, maximè quia fuerunt etiã
conſideratæ, & approbatæ per Albericum vltimum
peritum per partes nominatum, & à Rota ſimiliter de-
4 putatum. Inter eas autem potiſſima viſa fuit, Primò
illa, quæ reſultat ex ſolito, & ſtylo ſpeciali eiuſdem fundaci
in prædictam capſam paruam immittendi huiuſmodi
bullettinos continentes ſummas dd. ordinum, eoſque
in capſam magnam ſimul cum pecunia numerata
transferendi, & ad debitum, & introitum vnica ſomma
ponendi. Quod ſolitum iuſtificatur ex depoſitionibus
5 duorum iuuenum eiuſdem fundaci formiter examinatorum,
& licèt in cauſa criminali, illi tamen inter eaſdem
perſonas in hoc etiam iudicio fidem faciunt, *Bart.
in l.*

Digitized by Google

in l. 2. §. hoc edicto, verſ. aut probationes ſunt facta in criminali, ff. de vi bon. rapt. et ibi Ang. n. 7. verſ. è conuerſo. Doct. in l. 2. C. de eden. vbi præſertim Alex. num. 26. qui
A de communi, Ruin. conſ. 4. num. 5. lib. 4. A, præſertim contra ipſos hæredes, qui eos induxerunt, & concurrentibus alijs coniecturis, & adminiculis, de quibus infra. Et coadiuuantur ex atteſtationibus trium mercatorum, qui ante inſeruierunt in d. fundaco durante ſo-
6 cietate, qui etiam fidem faciunt, hunc eſſe ſtylum, & cõſuetudinem aliorum mercatorũ, quæ attendi debet Corn. conſ. 319. num. 12. in 3. vol. Bald. conſ. 400. num. 10. lib. 5. Put. deciſ. 16. num. 2. et 3. in nouiſſ. Rota Ian. de-
7 ciſ. 7. num. 11. et deciſ. 91. num. 5. & ſic præſumitur factum, quod fieri conſueuit Bald. in l. incendium num. 9. verſ. breuiter ego, C. ſi cert. pet. Rip. in cap. cum M. Ferrarien. num. 43. in fin. de conſtit. Iaſ. in l. faciendum num. 2. ff. de verb. oblig. Quinimò hoc idem quoque ſeruatum fuiſſe per ipſummet Alexandrum principalem ſocium, patet ex eodem libro, in quo ille manu propria ſcripſit aliquas ſimiles partitas ordinum ad exitum, & creditum Capſæ abſque contrapoſitione ſpeciali partitarum earumdem ordinum ad introitum, & debitum: quod veriſimiliter non feciſſet, niſi in d. capſam paruam immiſiſſet bullettinos continentes quantitates dd. ordinum, quia aliàs in ſui fundaci damnum fraudem commiſiſſet. Secundò placuit alia ratio per dd. Octauium, & Albericum peritos adducta, quòd cum, iuxta capitula ſocialia, ſingulis annis tempore ſocietatis durante facta fuerint dd. bilancia, & ampliùs manu eiuſdem Alexandri pro primis quatuor annis, quibus ipſe ſuperuixit, ſubſcripta; ſi adfuiſſent huiuſmodi errores in capſa, credibile non eſt, ad eius notitiam non deueniſſe, tum ratione notabilis quantitatis, cum (vt ſupra dictum eſt) per hæredes ſupponantur aſcendere ad d. ſummam ſcut. 12600. & ſic quolibet anno notabilis quantitas fundaco defeciſſet, quæ veriſimiliter detegi potuiſſet; tum quia Alexander erat præ ceteris inſtructiſſimus, cum adminiſtrationi negocij vti principalis dominus
8 præeſſet. Multò verò magis ſtante d. eius ſubſcriptione, per quam cenſetur approbaſſe omnia in dd. bilancijs contenta ad not. in l. ſi ego, §. dotis de iur. dot. & in ſpecie de compnto mercatorum, Alex. conſ. 147. num.
B 3. verſ. ad hoc oſtendendum, et num. ſeqq. lib. 2. B, Tertiò omnes prædicti tres periti mercatores inſignes, ac primarij concluſerunt, & medio iuramento retulerunt, non adeſſe iſtos allegatos errores, quibus deferre, & adhærere Domini voluerunt, cum fuerint à Rota de
9 partium conſenſu electi, quo caſu ſi etiam vni tantùm credendum eſſet, Bart. in l. 1. §. fin. et ibi Caſtr. in fin. Alex. num. 4. et Iaſ. num. 7. vbi de communi, ff. de verb. oblig. Rot. deciſ 130. num. 5. et 540. num. 1. par. 1. in recent. multo magis cum ſint tres, & omnes in eadem ſententia conformes, ex qua plurium conformitate maior oritur veritatis præſumptio, Abb. in cap. prudentiam num. 4. de off. deleg. cum alijs per Menoch. lib. 2. præſ. 71. num. 1. Quartò accedit laudum duorũ arbitrorum ſub die 5. Iunij 1602. in Summario Attilij præteritæ poſitionis num. 1. in quo ipſe Attilius pro rata ad eum ſpectante conſtituitur creditor, detractis detrahen. ſcut. 2390. ad eamque ſummam eidem in certis paghis ſoluen. condemnantur hæredes Alexandri, quod laudum fuit à dd. partibus expreſsè acceptatum ſub die 27. eiuſdem per publicum inſtrumentum cum iuramento. Ex quibus
10 actibus multiplicatis, & reiteratis reſultat excluſio erroris, Dec. conſ. 185. num. 13. Mandell. conſ. 382. num. 49. Et ex prædictis omnibus tàm de per ſe, quàm ſimul iunctis videbatur, vel probari concludenter d. immiſſio bullettinorum, cum in materia difficilis probationis,
11 qualis eſt iſta, quæ non probant ſingula, multa iuuent, & ſpecies diuerſæ iungantur ad complen. probationem Butr. in cap. veniens, il primo, in fin. de teſtib. Alex. conſ. 24. num. 42. lib. 2. Natt. conſ. 235. num. 8. & 9. & benè Card. Seraph. deciſ. 1459. num. 5. vel ſaltem om-
12 nino infringi probatio hæredum actorum, (vt dictum fuit non concludens, & imperfecta) Bart. in l. admonendi num. 51. verſ. quæro vtrùm vna probatio ff. de iure iur. & ibi poſt alios Rip. num. 211. & Iaſ. in 2. lect. num. 269. vbi quòd hæc eſt vera, & indubitata ſententia Card. Seraph. deciſ. 889. num. 4.
Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A Oſaſch. deciſ 1. num. 40 Rota in Interamnen legitimarum 17. Decembris 1621. coram Reuererendiſſimo D. Coccino Decano, cum alijs adductis ſupra ad deciſ 118. num. 15.
B Subſcribens ſe alicui ſcripturæ, cenſetur confirmare, &
13 approbare omnia in ſcriptura contenta Bart in l. 1. §. ſi quis negz num. 11. ff. quemadmodum teſtam. aper et in l. emptor § Lucius per illum tex vbi etiam Doct. ff. de pact. Caſtren. conſ 216. num. 3. lib. 1. cum alijs per Gabr. de præſumpt. concluſ. 3. num 1. Maſcard. de probat concluſ. 1341. num. 2. Pereg. conſ. 118. num 1. lib. 5. Seraphin deciſ 973. num. 11. Mantic. d 321. num. 4. Rota in Romana pecuniaria 8. Nouembris 1596 coram bon mem. Cardinali Pamphilio ſeniori in Tarraconen partitionis breuis 28. Aprilis 1606. coram Iuſto in Bononien. de Beroaldis 24. Ianuarij 1624. coram R. P. D. meo Merlino, et in Pacen. Cappellaniæ 27. Iunij 1625. coram R. P. D Durano, et coram eodem in Peruſina laudi 13. Martij 1628. et in Tullen. reformationis 18. Iunij 1629. coram R P. D Dunozetto iuniori, et infra deciſ 752. num. 10. & in terminis ſubſcriptionis computorum præter hic allegatos, Pariſ conſil. 47. num. 6. lib. 1. Aym. conſil 73. num. 40. Rota coram Cardinal. Caualer. deciſ 75. num. 3. Verùm hoc procedit,
14 vbi ſubſcribens legit, & intelligit contenta in ſcriptura ſubſcripta, aliàs ſecus, vt eſt tex. in l. fin. et ibi Doct præſertim Bald. num. 1. C. plus val. quod agit. cum alijs per Gabriel. d. concluſ. 3. num. 27. Et ideo, quia ſubſcribens ſe in folio albo, non poteſt legere, nec intelligere, quæ poſtea in illu ſcribentur, ſibi non præiudicat, Bald. loco cit. cum alijs per Maſcard. d. concluſ. 1341. num 17 Rot. in Romana laudi 3. Decembris 1599. coram Penia, et in Bononien. laudi 23. Februarij 1615. coram Remboldo niſi probatum fuerit, vel ex præſumptionibus deprehendi poſſe, notitiam habuiſſe eorum, quæ deinde erant ſcribenda Ang. Imol. Iaſ. et alij in l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus, ff de verb. oblig. Innoc. Fel. et alij in cap. 2 de fid. inſtrum. Petr. Caball. conſ 11. num. 2. 7. et 8. et ſeqq. Gonz. ad reg. 9. gloſ 60. num. 17. & ſeq. Seraph. deciſ. 973. num. 1. & Rota in d. Bononien. de Beroaldis 24. Ianuarij 1624. coram R P. D. Merlino At ſi folium reperiatur ſcriptum, & ſubſcriptum, allegans ignorantiam contentorum in eo concludenter probare tenetur: præſumptio enim eſt contra ipſum, quòd habuerit notitiam omnium in ſcriptura ſubſcripta contentorum, Bartol in l. ſicut, §. non videtur, in 1. not. ff. quib. mod pign. vel hypoth. ſoluat. Iaſ in d. l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus num. 14. verſ. aduerte contrarium, ff. de verb. obligat. Gabr de præſumpt. d. concluſ. 3. num. 29. & 30. Rota coram Gregor. XV. deciſ 328. num. 1. & fuit dictum in allegata Bononien. de Beroaldis coram D. meo Merlino, et in d. Peruſina laudi 13. Martij 1628. coram R. P. D. Durano.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Saluiani.

Veneris 8. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Saluianum interdictum datur, conſtito de credito, cum hypotheca & de poſſeſſione debitoris, ac rei conuenti; & quando non retardetur.

SVMMARIVM.

1 *Extrema requiſita in Saluiano oſtenduntur.*
2 *Creditor adminiſtrans bona debitoris præſumitur ſibi ſatisfeciſſe.*
3 *Ceſſio iurium requiritur, vt ſoluens creditoribus anterioribus poſſit eorum nomine agere, licèt ſecus ad effectum excipiendi, de quo latè num. 10.*
Creditoribus prioribus ſoluens, vt in eorum locum ſuccedat, & poſſit agere, quænam requirantur, latè num. 5.
4 *Immiſſio ex Saluiano non retardatur exceptionibus altiorem indaginem requirentibus.*
6 *Ceſſio iurium à prioribus creditoribus reportata non ſuffragatur contra tertium, niſi pro rata pecunia ſoluta.*
7 *Ceſſio iurium à prioribus creditoribus reportata non ſuffragatur, quando ſolutio eis facta fuit de pretio rei debitoris, Declara vt num. ſeq.*
9 *Pactum, quod emptor, de cuius pecunia prioribus creditoribus ſatisfactum fuit, præferatur alijs creditoribus, reportata iurium ceſſione, vt ſit validum, quænam requirantur.*
11 *Retinere an, et quando liceat poſſeſſori rem magni valoris pro paruo credito, et quando res magni valoris efficiatur hypotheca minoris crediti.*

DECISIO CCCCXX.

PROPOSITA hac cauſa 17. Iunij præteriti, an conſtaret de attentatis ex parte Cardani, quæ eſſent reuocanda, dixerunt DD. quòd facta per eum ceſſione mandati de immittendo ad eius fauorem per A. C. relaxati in vim ſententiæ in Saluiano latæ in poſſeſſionem domus, de qua infra, videretur de bono iure, quod vnanimiter fuit affirmatiuè reſolutum.

Nam pro eius parte intentatum fuit Saluianum ſuper domo poſſeſſa per Floridum, & conſtat de omnibus ex-
1 tremis. Primò enim de credito ex inſtrumento cenſus annui ſcutorum 75. & in ſorte ſcutorum mille monetæ ad fauorem Cardani impoſiti 13. Auguſti 1597. per q. Pompeium Canſachum ſuper quadam tenuta, cum acceſſione quondam D. Camilli Palumbariæ D. Marchionis Oddi patris pro fructibus, & alijs principaliter, & inſolidum cum hypotheca, iuramento, & obligatione Camerali, *vt in ſummario num.* 2. & coadiuuatur ex mandatis executiuis A. C. relaxatis contra d. D. Marchionem, vti filium, & hæredem dicti quondam Camilli, & bona illius hæreditaria. Secundò, quòd domus, ſuper qua fuit petita immiſſio, fuerit poſſeſſa de dicto anno 1597. & poſt per dictum quondam Camillum, patet ex teſtibus *in ſummario num.* 3. *et* 4. Tertiò, de poſſeſſione Floridi rei conuenti, vti emptoris, & ſingularis ſucceſſoris dicti D. Oddi, deponunt ijdem teſtes, & de emptione facta 11. Auguſti 1618. ex inſtrumento *d. ſummario num.* 8. & iſta non videbantur controuerti, quæ ſufficiunt ad obtinen. in hoc remedio ex vulgar. Nec viſum fuit obſtare exceptionem accollationis creditorum d. quondam Camilli factæ per Floridum emptorem. Nam omnia ſunt poſteriora, vt ex lectura inſtrumenti. Quo verò ad creditum dotis matris dicti D. Oddi, quod ſupponitur ſcutorum 10. mill. & quarti de anno 1587. & ſic anterius, placuit DD. reſponſio, quòd cum ad manus Oddi peruenerint bona hæreditatis pa-
2 ternæ vltra ſummam ſcutorum 150. mill. *et in ſummario num.* 5. *&* 6. donec reddat de illis rationem, intrat exceptio præſumptæ ſatisfactionis, *l. peculium la ſeconda, §. propterea, ff. de pecul. Afflict. deciſ.* 13. *num.* 16. *Rota in Romana hæreditatis de Beuilaquis coram Orano impreſſ. in recent. tract. de Salu.* [illegible] *num.* 2. *Card. Seraph. deciſ.* 1343. *num.* 4. *& Rota in Romana Saluiani coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino impreſſ. in dicto tract. Salu. num.* 19. *& in Bonon. dotis* 6. *Aprilis* 1612. *coram Il-*
3 *luſtriſſimo Damaſceno.* Et ideo non videtur poſſe ſuffragari, quòd D. Marchio auctor rei conuenti ſoluerit creditoribus paternis anterioribus, quia quatenus etiã de hoc doceret, neceſſaria fuiſſet ſibi ceſſio ad effectum
A agendi A, licèt non ad effectum excipiendi B, *gloſ.*
B *in l.* 1. *in princ. verbo deſiderabit, ff. quibus modis pig. vel hyp. ſol. & ibi Bart. & Salic. Neguſ. de pign. parte* 5. *membr.* 3. *num.* 3. *verſ. tamen eſt aduertendum, Benins. deciſ.* 50. *per tot., & ita declarauit etiam Rota coram Cardinali Mantica, vt in impreſſ. deciſ.* 69. *num.* 3. *vbi in fine*, quòd dicebant DD. ita ſæpius fuiſſe reſolutum: de qua ceſſione hic non conſtat. Et vlteriùs diſcutiendum
4 venit de inuentario, & illius iuribus, quæ requirunt altiorem indaginem, nec impediunt hoc iudicium poſſeſſorium *Rip. in Rubr. de pign. num.* 19. *propè fin. Natt. conſ.* 532. *num.* 4. *cum alijs per Menoch. de adipiſc. remed.* 3. *num.* 180. *Rota in Interamnen. Saluiani* 14. *Nouembris* 1611. *coram R. P. D. meo Manzanedo, & in Romana legatorum de Columnis* 27. *Ianuarij* 1614. *coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, & alibi ſæpe.* De prætenſis autem melioramentis nihil conſtat in actis, & ideo reſolutum pro Cardano, vt ſupra.

ANNOTATIO.

A Et quòd ſoluens creditoribus anterioribus vt ſuccedat in eorum locum, & poſſit agere, debeat reportare ceſſionem
5 ab eiſdem creditoribus, *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 29. *num. vlt. Gratian. diſcept.* 363. *num.* 19. *benè Rot. deciſ.* 318. *ſub num.* 2. *verſ. non obſtat, part.* 4. *diuerſ. quæ eſt repetita deciſ.* 26. *num.* 3. *part.* 1. *recent. et apud Paſic. de Salu. deciſ.* 148. *et apud Cinc. de cenſ. deciſ.* 202. *et deciſ.* 319. *num.* 2. *ead. part.* 4. *diuerſ.* requiritur etiam pactum expreſſum cum debitore, qui liberatur à primo, *Gloſſ. in l.* 1. *verb. non accepiſſe, verſ. quod hic conueniat, C. de his, qui in prior. credit. loc. ſucced. et in l. Ariſto verb. pignus, verſ. item, et in locum primi, et ibi Bart. num.* 4. *verſ. et quòd ſit actum, et Salicet. num.* 2. *verſ. ſecundum, vt conueniat, C. quæ res pign. oblig. non poſſ. Rot. d. deciſ.* 319. *num.* 1. *part.* 4. *diuerſ. Gratian. diſcept.* 963. *in fin.* & ſtante pacto huiuſmodi cum debitore inito, non eſt neceſſaria alia ceſſio expreſſa anterioris creditoris, cui ſoluitur, quia fingitur, ipſum hoc velle, quando ſibi ſoluitur, *Bart. d. l. Ariſto num.* 2. *verſ. Gloſſa hic ſoluit Neguſant. de pignor.* 3. *memb.* 5. *part. num.* 45. *Vincent. de Franch. deciſ.* 97. *num.* 2. *et* 3. Verùm hoc habet locum, quando priori creditori fuit notificatum, pecuniam ſibi hoc pacto ſolui, aliàs enim ſi nihil ei dictum fuerit, non cenſetur conſentire pacto, nec ſecundus ſuccedit in locum primi, *vt declarat Salicet. in d. l. Ariſto, num.* 3. *verſ. quod ſatis puto, benè Rota in d. deciſ.* 319. *num.* 2. *et deciſ. ſeq. per tot.*
6 Notandum tamen, quòd huiuſmodi ceſſio à prioribus creditoribus reportata non operatur contra tertium, niſi

pro

Digitized by Google

pro rata pecuniæ habitæ, *l. qui a debitore, ff. qui pot. in pign. habeant. Cardinal. Seraphin. in ſuo vot. impreſſ. apud Pacific. de Saluan. deciſ. 76 in fin Rot. deciſ. 294. num. 24. part. 1. recent. et in Romana, ſeu Sabinen. cenſus 20. Nouembris 1624. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.* Item
7 non ſuffragatur ceſſio a prioribus creditoribus reportata, quando ſolutio eis facta fuit de pretio rei debitoris principalis, cum cenſeatur facta de ipſius pecunijs, & ſic omnes illorum actiones extinctæ fuerint, *Rot. coram Gregor. XV. deciſ. 68, num. 4. et 5. et in d Romana, ſeu Sabinen. cenſus coram R. P. D. Vbaldo ſeniori, iuxta doctrinam Bart. in l. Modeſtinus num. 4. vbi etiam Caſtren. num. eod. verſ. in nihilum autem, et num. ſeq. verſ nam principalis, ff. de ſolut.* Verùm hoc non procedit, quando alias fuit
8 conuentum inter emptorem, & venditorem, quòd pretium rei emptæ erogaretur in extinctionem debitorum, reportatis iurium ceſſionibus, tunc enim ſeruari debet huiuſmodi pactum inter contrahentes initum; ita prædictam concluſionem limitauit *Rota in Peruſina pecuniaria 10. Maij 1628. coram R. P. D. Vbaldo iuniori*, & hoc caſu emptori, ex cuius pecunia prioribus creditoribus fuit ſatisfactum, non ſolùm cautum eſt aduerſùs creditores poſteriores, ſed etiam poteſt agere contra fideiuſſores pro credito eorundem anteriorum creditorum, à quibus ceſſionem reportauit, ſi prædium emptum ſibi euictum fuerit, vt reſoluit *Rota in d Peruſina pecuniaria 10, Maij 1628 coram R. P. D. Vbaldo iuniori* Huiuſmodi autē pa-
9 ctum reportandi ceſſionem cum debitore, necnon ceſſio anteriorum creditorū fieri debent incontinenti in ipſomet actu emptionis, ſeu ſolutionis, aliàs non ſuffragantur *ex text. in l. licèt, C. qui pot. in pign. habeant.* Dicuntur tamen incontinenti facta, ſi ſint appoſita in eodem inſtrumento vnica verborum ſtructura coram eiſdem notario, & teſtibus ſtipulatio, licèt non ſint appoſita in ipſamet traditione rei, vt tenuit *Rota in d. Peruſina pecuniaria 24. Ianuarij 1629. coram eodem R. P. D Vbaldo iuniori*, imò ſufficit, ſi ſint appoſita in diuerſo inſtrumento, eodem tamen tempore, & coram eiſdem Notario, & teſtibus confecto, *Afflict. deciſ.* 306. *num vlt.* cuius doctrinam *reprobato Neguſant. contrarium tenente*, ſequuti ſunt, *Vrſill ad eumdem Afflict ibi num. 1. et ſeq. Vincent. de Franch. deciſ. 369. ſub num 7. et ſeq latè Stracch. de mercat in tit. de decoct in rubr qui pot. in pign. habeant. num 6.* vbi quòd hæc ſententia ſit æquior, ac probabilior, & quòd in facti contingentia ſecundùm eam peritus, ac prudens iudex iudicauit.
B Et quòd ſoluens prioribus creditoribus, licèt expreſsè
10 non conuenerit, vt ſoluendo in eorum locum ſuccedat, nihilominus ſi prædium illis antea obligatum, quod proprijs pecunijs comparauit, poſsideat, poſsit ſe aduerſùs alios creditores exceptione retentionis iuuare, *Surd. conſil. 183. num. 18 lib. 2. latè Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 19. num. 5. cum alijs per Gratian. diſceptat. forenſ. 734. num. 18.* vbi quòd hæc ſit verior opinio, licèt contrarium ſentiat *Sylueſt. Aldobrand. conſil. 7. num. 13. lib. 1.* Verùm hæc concluſio intelligenda eſt procedere pro ea tantùm ſumma, quæ ad creditores anteriores peruenit, *vt in annot. præcedenti num. 6.* dixi de ceſſione eorundem creditorum anteriorum: adeo quòd ſi aliud ſuperſit, ex quo commodè alijs poſterioribus ſatisfieri poſſit, pro illius rata datur actio ſecundo creditori, ſi res eſt diuiſibilis; nam omnis æquitas ſuadet, vt creditor retenta ſumma, ſibi debita, reſiduum reſtituat, aliter enim retineret ſinè cauſa; ita reſoluit *Rota deciſ. 559. num. 5. par. 2. recent. coram Cardinali Caualer. deciſ. 652. num. 5. & in d. Romana ſeu Sabinen. cenſus coram R. P. D. Vbaldo ſe-*
11 *niori*, quamuis enim pro modico liceat poſſeſſori retinere rem magni valoris, donec ſibi ſatisfiat, vel offeratur creditum, cum etiam res magni valoris efficiatur hypotheca minoris crediti ad effectum retentionis, *Bart. in l. Moſchis, num. 1. verſic. nam pro paruo, ff. de iur. fiſc. l. quandiù, C. de diſtract. pign. l. creditores, ff eod. tit. Gabr. conſil. 41. num. 3. lib. 2.* tamen hæc procedunt in præiudicium debitoris, cuius reſpectu bona hypothecata in totum remanent affecta, ita vt poſſint à creditore, vel retineri, vel diſtrahi, vt loquitur *tex in d l. creditores, & d. l quandiù*, & tunc etiam dici ſolet, hypothecam eſſe indiuiduam, *Afflict. deciſ 213. num. 4. Soccin. ſen. conſil. 135. num. 2. verſ. poſtremò, lib. 1. Aym. conſ. 35. num. 15.* ad effectum, ſcilicet, vt creditor poſſit eligere vnum ex pignoribus ſibi benè viſis, & ſuper eis poſſit ſatisfieri *d l. Moſchis, et d. l. creditores, et l qui generali, ff. qui pot. in pign. habeant. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 17. Surd. deciſ. 44. num. 6. et 7.* non autem procedunt in præiudicium, ac damnum aliorum creditorum concurrentium, quibus omnibus poteſt commodè ſatisfieri, *Rota in d. Romana, ſeu Sabinen. cenſus coram R. P. D. Vbaldo ſeniori.* Vel procedunt, quando res, quæ poſſidetur, eſt indiuiſibilis, tunc enim quia poſſeſſor non poſſet priuari parte, quia priuaretur toto, datur ei retentio totius prædij, quouſque de ſuo credito ſibi ſatisfactum fuerit, ſecus ſi res ſit diuiſibilis, vt declarat *Rot. d. deciſ. 559. d num. 5. part. 1. recent.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Carpentoraten. Prioratus.

Veneris 8. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Gratia poſterior a Sede Apoſtolica obtenta, non facta mentione anterioris Ordinarij, & abſque ſpeciali derogatione iuris quæſiti, tanquam ſubreptitia non ſuffragatur.

SVMMARIVM.

1. *Gratia anterior eſt præferenda.*
2. *Gratia poſterior, in qua non fuit facta mentio anterioris gratiæ, nec expreſſè derogatum regulæ de iure quæſito, non ſuffragatur, etiam ſi ſit conceſſa motu proprio num. 3.*

DECISIO CCCCXXI.

FIRMATA per duas deciſiones iuſtificatione gratiæ Stephani à Reuerendiſſimo Prolegato Auenionen. impetratæ Prioratus de quo agitur, cum inſtaretur pro expeditione cauſæ, fuit pro parte Antonij exhibita gratia Apoſtolica, & dato dubio, an ſuffragaretur, & cauſa eſſet expedienda, Domini dixerunt, dictam gratiam Apoſtolicam non ſuffragari. Tum
1 quia eſt longè poſterior in data, cum gratia Stephani ſit ſub die 29. Aprilis 1616. gratia verò Apoſtolica ſub die 8. Iulij 1617. & propterea venit præferenda dicta gratia Stephani tanquam anterior. *Gloſſ. in cap. 1. in verbo ampliori, in fin. de offic. Legat. & in cap. ſi à ſede 31. verſ. Legato, de præbend. in 6. Rot. in Virdunen. Canonic. 6. Martij 1595. coram bon. mem. Card. Pamph. impreſſ per Modern. de benef. 5. par. cap. 3. poſt num. 40. Gonzal. ſuper reg. 8. §. 3. proœm. num. 2.* & in gratia Ordinarij anteriori gratia Papæ, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſ. 40. in princip. Rot. deciſ. 272. in fin. lib. 2. par. 3.* Tum quia in
2 ea nō fuit facta mētio dictæ gratiæ anterioris Stephani,

nec

nec expreſsè derogatum clauſulæ de iure quæſito, prout requiritur, *ad not. in cap. quamuis, de reſcrip. in 6. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 10. de verb. ſignif. Rota deciſ. 253. num. 6. par. 2. in recent.* & ideo eſt ſubreptitia, & nulla,
A *Cardin. Seraph. deciſ. 761. num. 1. & 9.* A
Et propterea ipſo Stephano tantùm informante, reſolutum fuit, cauſam eſſe expedien.

ANNOTATIO.

A *Rebuff. in praxi in form. nou. prouiſ. in verb. dummodo tempore num. 5. Ioan. a Coch. ſuper reg. de iur. quaſ. etc. num. 6. et fuit dictum in Bononien. vſusfructus 17. Maij 1625. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano.* & hoc procedit etiam ſi ſecunda gratia eſſet conceſſa motu proprio, quia motus proprius ius in re, vel ad rem alteri quæſitum non aufert abſque ſpeciali mentione, & derogatione *Crauett. conſil. 241. col. 9 circa fin. verſ ſecundò reſpondeo Gabr. de clauſul. concluſ. 2. num. 10. 11. & 12. Menoch. conſil. 1. num. 428. Sanch. de matrimon. lib 8 diſput. 21. num. 50.* & fieri debet ſpecifica, & indiuidua mentio regulæ de iure quæſito non tollen. nec ſufficiunt clauſulæ generales, de quo infra deciſ. 577.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana augmentis dotis.

Mercurij 15. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Donatio inter virum, & vxorem an, & quando ſit valida, & quando cenſeatur ſimplex, quando verò propter nuptias.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum, & vxorem conſtante matrimonio, vt valeat, quæ requirãtur ex ſtatuto Vrbis, & generaliter de donatione inter viuos, & cauſa mortis.*
2 *Donatio propter nuptias, etiam conſtante matrimonio de iure valet, nec ſubiacet ſtatutis.*
3 *Donatio facta à marito in augmentum dotis, an dicatur facta propter nuptias, & ſic tanquam ob cauſam ſit valida.*
4 *Donatio cauſa non expreſſa intelligitur ſimplex.*
5 *Donatio facta à viro conſtante matrimonio ob animi gratitudinem, & intuitu matrimonij non dicitur facta ob cauſam, & eſt nulla.*
6 *Donationis qualitas colligitur ex mente donatoris.*
7 *Donatio propter nuptias debet eſſe diſtincta, & ſeparata à dote, imò contrapoſita doti, & propterea appellatur antipherna, ideſt contraria dos.*
8 *Rei vendicatio an competat vxori pro donatione propter nuptias.*
9 *Donatio non poteſt dici facta propter nuptias, quæ non eſt facta contemplatione dotis, & habito ad eam reſpectu.*
10 *Donationis propter nuptias definitio ſecundum Cuiac.*
11 *Augmentum dotis ad hoc, vt tranſeat in donationem propter nuptias eſt habendus reſpectus ad dotem.*
12 *Augmentum dotis factum non habito reſpectu ad dotis receptionem, eſt donatio prohibita inter virum, & vxorem.*
13 *Augmentum dotis factum poſt contractum matrimonium præſumitur factum in fraudem prohibitæ donationis.*
14 *Nullitas patens impedit executionem obligationis Cameralis.*
15 *Statutum poteſt tollere fidem inſtrumento, adeo, vt neque contractus, neque iuramentum in eo appoſitum probetur, & num. 18.*
16 *Contractus celebrati abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, ſuſtinentur ſtante iuramento, quia ſtatuta laicorum requirentia certas ſolemnitates in contractibus, niſi fuerint à Papa confirmata, non comprehendunt contractus iuratos, & non ſufficit confirmatio in forma communi num. 17.*
18 *Contractus celebrati abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs non valent etiam iurati, ſi ſtatutum adimit fidem inſtrumentis deſuper confectis; ſi tamen aliunde probetur, iuramentum interueniſſe, valent contractus num. 19.*
20 *Contractus ſinè ſolemnitatibus ſtatutarijs non valent etiam ſtante iuramento, quando ſtatutum præſumit huiuſmodi contractus fraudolentos, & ſimulatos.*

DECISIO CCCCXXII.

DOMINI reſoluerunt, non eſſe relaxandum mandatum executiuũ ad fauorem Catherinæ contra hæredes q. Ioannis eius viri. Nam donatio ſcu-
1 torum 250. per dictum quondam D. Ioannem Catherinæ facta 21. Aprilis 1609. eſt nulla, quia conſtante matrimonio inter eos contracto vſque de anno 1602. vt ex forma ſtatuti Vrbis lib. 1. cap. 126. diſponentis, huiuſmodi donationes non valere, niſi in caſibus à iure permiſſis, cum clauſula, quòd iuramentum præſumatur dolo, & metu extortum, & cap. 149. requirentis in donationibus inter viuos, & cauſa mortis, & in ſpecie inter virum, & vxorem ſubſcriptionem donatoris, & ad minus duorum teſtium, cum clauſula annullatiua, & quòd iuramentum fraudolenter appoſitum cenſeatur, imò quòd inſtrumentum nullam prorſus fidem faciat in iudicio, vel extra, nec aliquam extrinſecam proba-
2 tionem recipiat. Non obſtat, quòd donatio non ſit ſimplex, & pura, ſed propter nuptias, & ſic ob cauſam, & in caſu à iure permiſſo, etiam conſtante matrimonio, *l. ſi conſtante, & l. final. C. de donat. ante nupt. & ibi Bart. in ſecundo notab. & §. eſt & aliud, Inſtit. de donat.* nec ſubiacet dd. ſtatutis *Surd. deciſ. 214. num. 13. in fin. & num. 14. & in ſtatut. Vrb. fuit reſolutum in Panen. Saluiani 27.
A Februarij 1612. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio.* A
3 Quòd autem eſſet propter nuptias, dicebatur conſtare ex eo, quòd eſt facta à marito in augmentum dotis, *Mandel. conſ. 22. num. 6. & conſ. 68. in primo, Natt. conſ. 253. num. 7. & conſ. 571. num. 9. Surd. conſil. 196. num. 16. Card. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 4. num. 5. cum
4 alijs allegatis.* Nam fundamentum tollitur, quia in dicto inſtrumento nullum fit verbum, quod donatio ſit facta propter nuptias, quod tamen erat neceſſe, & ideo donatio intelligitur ſimplex, *d. l. fin. §. ſi igitur, C. de donat. ante nupt. ibi* (& hoc ipſum ſignificauerit, quòd non ſimplicem faciat donationem; ſed propter dotem iam conſcriptam) &c. *Salycet. num 4. in fin. Suar. ibi ſub §. ſimplices etenim, num. 6.* vbi, quòd hæc expreſſio ad cognoſcen. an ſit propter nuptias, vel non, eſt pro lapide lydio in hac materia. Imò expreſſæ fuerunt aliæ cauſæ excludentes donationem ob cauſam, videlicet patefacien. gratitudinem animi, & intuitio matrimonij, quæ reddunt eam inualidam, *Soccin. conſil. 66. num. 2.* Am-
6 pliùs quòd non ſit propter nuptias, colligitur ex mente donatoris, qui voluit dotem Catherinæ eſſe in totum ſcutorum 700. mediante augumento ſcutorum 250. cum aſſecuratione totius dictæ ſummæ ſuper eius bonis in-

ampliſſima forma, quæ non ſolùm non conueniunt, ſed
7 repugnant donationi propter nuptias, quæ eſt diſtincta,
& ſeparata à dote, imò contrapoſita doti, quæ propte-
rea appellata eſt antipherna, ideſt contraria dos, vt ex-
plicat *Azo vbi ſupra n.4. & ibi Siebar.n.3.Odofr.in d.l.ſi.
in fin. d. ſ. eſt & aliud, Inſtit. de donat. & in §. fuerat, de
8 act.* adeò vt pro tali donatione etiam rei vendicatio
vxori competat *authen. permiſſa*, C. *eodem*. Et quod
tollit difficultatem, non poteſt eſſe donatio propter nu-
9 ptias, quia non eſt facta contemplatione dotis, & ha-
bito ad eam reſpectu, prout requiritur *d. ſ. ſi igitur, &
ibi not. Bald. num.* 13. quia fit in compenſationem dotis,
gloſ. in rubr. C. *eodem*, *latè Siebar. in dicta rubric. Corn.
conſ.* 236. *num.* 25. *volum.* 1. *Becc. conſ.* 43. *num.* 12.
Theſaur. deciſ. 46. *num.* 3. *& clarè etiam Cuiac. ad
tit.* 3. 5. *lib. C. de donation. ante nupt.* vbi definit, do-
nationem propter nuptias eſſe actum, quo maritus
dotem contrariam vxori offert, & quòd eſt pro æqua-
tionibus, & leuaminibus dotis, *Mantic. de tacit. & am-
big. conuent. lib.* 20. *tit.* 4. *num.* 4. *&* 5. *Azor. inſtit. mo-
11 ral. par.* 3. *lib.* 11. *cap.* 12. *in princip.* Et in ſpecie quòd
ad hoc, vt augmentum dotis transeat in donationẽ pro-
pter nuptias, ſit habendus reſpectus ad dotem, *Mandell.
d conſ.* 22. *num.* 4. *&* 5. *& conſ.* 66. *in princip. Hippol.
Rimin. conſ.* 253. *num.* 1. *&* 3. *Surd. conſ.* 164. *num.* 16.
12 & quòd augmentum factum non habito reſpectu ad
dotis receptiooem ſit donatio prohibita inter virum,
& vxorem, *Natta conſ.* 146. *num.* 3. *&* 4. *& eſt text. in
l.* 1. *C. de donat. ante nupt. & ibi Odofr.* Conſiderabant
13 etiam Domini, augmentum fuiſſe factum ex interual-
lo, & diù poſt contractum matrimonium, & ſic præ-
ſumi in fraudem prohibitæ donationis, vt ſentit *Ioan.
Andr. in addit. ad Specul. de dot. poſt diuort. reſtit. §. for-
matis igitur, verſ. quòd ſi vir.* Ex quibus ceſſare viſum
fuit motiuum, quòd dictum augmentum eſſet donatio
propter nuptias, & permiſſum vt ſupra; & ideo eius
14 nullitas ſit clara, & patens etiam ex ipſa inſpectione in-
ſtrumenti, impedit exequutionem obligationis Camera-
lis, vt poſt *Canar. de execut. inſtrumenti par.* 1. *quæſt.* 11.
Gabr. dicens ita vſu receptum *conſ.* 142. *num.* 21. *lib.* 1.
& fuit dictum in Neapolitana nullitatis inſtrumenti 4. *Iu-
lij* 1579. *coram Cotta*, & in alijs relatis in illa *Romana
pecuniaria de Caetanis* 13. *Iunij* 1618. *coram me*. Et tan-
15 to magis cum ſtatutum tollat fidem inſtrumento, pro-
ut facere poteſt, *Alexand. conſ.* 170. *num.* 1. *& ſeqq. lib.*
7. *Rot. deciſ.* 104. *num.* 2. *par.* 2. *diuerſ.* adeò vt ſicut nec
contractus, ita neque iuramentum ſuper eo appoſitum
B probetur, B *Abbas in cap. cum contingat, num.* 26. *&
Alciat. num.* 149. *de iure iuran. Mohedan. deciſ.* 5. *de præ-
ſcrip. Put. deciſ.* 111. *num.* 2. *lib.* 1. *in nou. impreſſ. Rot.
diuerſ. dicta deciſ.* 104. *num.* 2. *par.* 2. *& in recent. deciſ.*
153. *num.* 3. *par.* 1. & in ſpecie ſtatuti annullantis in-
ſtrumentum donationis non inſinuatæ, *Caſtr. conſ.* 61.
num. 1. *verſ. præterea, lib.* 1.
Et ita concluſum contra d. Catherinam informantem.

ANNOTATIO.

A Et in eadem cauſa 16 *Martij* 1618. *coram Reuerendiſſimo
D. Patriarcha Pamphilio*, & ſecuta eſt in eiſdem terminis
ſtatutorum Vrbis *in Albanen. donationis* 27. *Nouembris*
1623. *coram R. P. D. Merlino*.
B Regulariter contractus celebrati abſque ſolemnitatibus
16 ſtatutarijs ſuſtinentur, ſtante iuramento, quia ſtatuta laico-
rum requirentia certas ſolemnitates, niſi fuerint à Papa
confirmata, non comprehendunt contractus iuratos, *Bart.
& Angel. in l. nam & poſtea, ſ. ſi is, qui temporali, ff.
de iur. iur. Grat. conſ.* 41. *num.* 15. *lib.* 1. *Adrian. Neguſant.
quæſt.* 3. *num.* 5. *& quæſt.* 330. *num.* 4. *Gabr. de ſtatut.
concluſ.* 11. *num.* 1. *& de iur. iuran. concluſ.* 5. *num.* 14. *&*
15. *Simoncel. de decret lib.* 3. *tit.* 8. *inſpect.* 18. *num.* 156. *&*
157. *Couarruu. in cap. quamuis de pact. part.* 2. *ſ.* 2. *num.*
7. *verſ. primum*, *cum alijs per Caball* qui hanc veram,
& communem ſententiam eſſe teſtatur, *conſ* 180. *num.* 23.
lib. 1. *Mareſcott. variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 62. *num.* 20. *Hon-
ded. conſ.* 42 *num.* 22 *lib.* 1. *latiſſimè Gabr. conſ.* 127. *per
tot. lib.* 1. *Gregor. XV. deciſ.* 391. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 199.
num. 2. *part.* 4. *diuerſ. & coram Domino meo ſupra deciſ.*
44. *num.* 4. *in Narnien. bonorum* 26. *Februarij* 1616. *co-
ram bon. mem. Cardinali Sacrato*. in qua etiam fuit dictum,
non ſufficere confirmationem in forma communi, ſed re-
17 quiri in ea expreſſam mentionem de caſu iurato; ex eo
quia confirmatio regulariter non ampliat confirmatum,
ſed tantùm ligat ſtrictius, *cap. cum dilecta verſ. volentes au-
tem de confirmat. vtil. vel inut.* & proinde ſicut ſtatuentes,
metiendo voluntatem à poteſtate, non comprehendunt
contractus iuratos, ita etiam dicendum eſt, nec ſimplicem
Papæ confirmationem illos comprehendere.

Limitatur tamen principalis concluſio, vt contractus iu-
18 ratus non valeat, non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatutarijs,
quando ſtatutum vlteriùs progreditur, expreſsè adimendo
fidem ſcripturis, & inſtrumentis deſuper confectis: tunc
enim ſuper iuramento interpoſito nullum fieri poteſt fun-
damentum; non quia ſtatuentes laici poſſint directè, vel in-
directè lædere religionem iuris iurandi, ſuper eo expreſ-
sè diſponendo, quod facere nequeunt ex prædictis: ſed quia
adempta fide inſtrumentis, non conſtat, iuramentum fuiſ-
ſe adhibitum, & ſic tota vis ſtatuti verſatur circa prohi-
tionem, quæ tanquam iuris poſitiui ſubijcitur iuriſdictioni
ſtatuentium: & ideo ita firmatur in hac deciſione, & præ-
ter allegatos in ea tradunt, *Gabr. d. tit. de iur. iuran. d. con-
cluſ.* 5. *num.* 33. *verſ. ſecundò limitatur*, *& d. concluſ.* 11. *de
ſtatut. num.* 12. *verſ. præterea ſtatutum*, *Simoncel. d. in-
ſpect.* 18. *num.* 168. *Corn. conſil.* 121. *ſub num.* 20. *& ſeq.
verſ. vltimo eſt aduertendum lib.* 2. *& conſ.* 64. *ſub num.* 7.
verſ. hinc eſt lib. 3. *Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg.*
22. *num.* 31. *& duob. ſeqq. et priuil.* 83. *num.* 84. *cum alijs
per Caball d. conſil.* 180. *num.* 40. *Mareſcott. d. lib.* 1. *cap.*
43. *num.* 6. *Rot. in Romana nullitatis donationis* 3. *Iulij*
1628. *coram R. P. D. Dunozetto iuniori*. Hinc ſequitur,
19 quòd ſi iuramentum fuiſſet verè interpoſitum, & de eo
conſtare poſſet aliter, quàm per inſtrumentum, puta per
teſtes, per confeſſionem partis, vel aliam probationem,
ſuſtineretur contractus etiam non ſeruatis ſolemnitatibus,
& ſuum conſequeretur effectum propter iuramentum,
Socein. conſil. 97. *ſub num.* 4. *et* 5. *lib.* 1. *Corn. d. conſ.* 121.
ſub num. 22. *lib.* 2. *et conſ.* 32. *col. penult. et final. lib.* 3. *Ca-
ſtren. conſ.* 61. *num.* 1. *et ad fin. ſub num.* 2. *et conſil.* 75.
num. 2 *et num.* 5. *ad fin. lib.* 2. vbi quòd etiam Notarius
de inſtrumento rogatus admittatur in teſtem, *Seraphin. d.
priuil.* 22. *ſub num.* 32. *et d. priuileg.* 83. *num.* 84. *cum alijs
per Caball d. conſ.* 180. *num.* 41. *et* 42. *et Alciat. in cap. cum
contingat. num.* 150. *de probat. Rot. in d. Romana nullita-
tis donationis coram R. P. D. Dunozetto*, *et in terminis ſta-
tuti Vrbis lib.* 2. *cap.* 158. *de præſcript. in d. deciſ.* 199. *num.*
6. *part.* 4. *diuerſ.*

Secundò limitatur principalis concluſio, quando ſtatu-
tum præſumit contractum ſine ſolemnitatibus requiſitis
celebratum fraudolentum, & ſimulatum, tunc enim ſi de-
ficiant ſolemnitates, contractus non validatur iuramento,
etiam ceſſante confirmatione Papæ, *vt infra deciſ.* 612. *nu-
mero* 6. *et* 7.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana domorum, & lauatorij.

Veneris 15. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio non probatur ex enunciatiua recenti inſtrumenti inter alios, nec contra tertium probatur ex ſola locatione, & an amittatur ex conductione rei poſſeſſæ, & ex petitione aſſociationis.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua recens inſtrumenti nihil probat contra tertium, præſertim quando de enunciato principaliter dubitatur.*
2 *Poſſeſſio non probatur contra tertium ex ſola locatione.*
3 *Illatio non fit ab vno ad aliud.*
4 *Poſſeſſio amittitur per conductionem rei poſſeſſæ ſcienter factam.*
5 *Inquilinus non ſibi, ſed Domino poſſidet.*
6 *Aſſociatio conceditur etiam poſſidenti.*
7 *Citandus non eſt, qui non habet aliquod ius, aut intereſſe.*

DECISIO CCCCXXIII.

INFORMANTES pro Delicorio conabantur oſtendere anteriorē Syluię illius auctricis poſſeſſionem domorū, & lauatorij, de quibus agitur, & propterea non eſſe manutenibilem q. D. Aduocati Phei ſenioris, & litis conſortium poſteriorem & dicta Syluia non citata captam, & per conſequens recedendum *à reſolutis 16. Ianuarij præteriti*, & dicto Delicorio dandum eſſe mandatum de manutenendo. Nihilominus DD. ſteterūt in deciſis ex rationibus, de quibus in deciſione, quæ illis placuerunt, & concludunt poſſeſſionem dictæ Syluiæ, & illius anterioritatem. Nec viſum fuit obſtare, quòd per inſtrumentum nuper exhibitum conſtet de locatione per dictam Syluiam cuidā Bernardino facta ante poſſeſſionem Phei, & aliorum, vt *in ſummario num.* 3. tum
1 quia ibi non continetur niſi ſimplex enunciatiua recens inter alios, quæ nihil probat contra tertium, *Bald. in auth. ſi quis in aliquo, num. 8. verſ. ſaluando Innoc. C. de eden. Fel. in cap illud num. 4. verſ. & pro iſta opinione de præſumpt. cum alleg. in Verdunen. Abbatiæ 27. Nouembris* 1615. *coram me*, præſertim quando de enunciato principaliter dubitatur *Alex. conſ.* 136. *num.* 11. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 348. *in fin. Put. deciſ.* 371. *in fin. lib.* 1. *in nou. impreſſ. Card. Seraph. deciſ.* 1278. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 560. *num.* 4. *par.* 2. *in recent.* Tum quia ex ſola locatione non
2 probatur poſſeſſio contra tertium, *Alex. conſ.* 10. *num.* 2. *verſ. præterea non apparet, vol* 4. *cum relat. per Gabr. de locat. concl.* 4. *num.* 3. & demum, quia illa enunciatiua eſt ſolùm de cortili à domo, & lauatorio ſeparato, & ſic reſpectu eorum nihil operatur, & ab vno ad
3 aliud non infertur, *Butr. in cap. fin. num.* 42. *verſ. ſi agitur, de cauſ. poſſ. & propr. Iaſ. in l.* 3. *num.* 30. *ff. de acquir. poſſ.* Quinimò cum dictum inſtrumentum diſpoſitiuè, & principaliter contineat locationem de domo, & lauatorio, & cortili ipſimet Syluiæ factam à quodam Curtio vti procuratore Odeſcalchi creditoris Cinthij, & in eorum tenuta ex Saluiano interdicto exiſten-
4 tis: potiùs excludit omnem poſſeſſionem, ſi quam antea Syluia habuiſſet, quia illam amiſiſſet per conductionem illorum ſcienter factam, *gloſſ. mag. in l. ſi aliquam rem, ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Bart. num.* 3. *Caſtr. num.* 1. *& Alex. num.* 11. *&* 12. vbi de communi; de qua etiam
5 teſtatur *Rimin. ſen. conſ.* 94. *num.* 9. *& ibi Apoſtill. litera* C. & inquilinus non ſibi, ſed domino poſſidet *l.* 1. *C. de vſucap. & ibi gloſſ. in verb. Domino* infert, quòd nullam omnino habeat poſſeſſionem. Non obſtat, quod pro parte DD. Laurentij, & conſortium poſt reintegrationem per Syluiam, & Delicorium obtentam fuerit pe-
6 tita aſſociatio, & ſic actum contra eos tanquam contra poſſeſſores, tum quia aſſociatio conceditur etiam poſſidenti, vt quotidie practicatur in conſtitutarijs, & alijs poſſeſſionibus; tum quia in pręſenti Syluia, & Delicorius potuerunt citari non tanquam poſſeſſores, ſed pro ſuo quocunque intereſſe. Et ex his ceſſat aliud obiectum defectus citationis Syluiæ in immiſſione obtenta per dictum Pheum, & alios; nam ipſa non docet de poſſeſſio-
7 ne, nec de aliquo iure, aut intereſſe, cuius ratione eſſet citanda iuxta *l. de vnoquoque, ff. de re iudic.*

Cetera ſublata fuerunt in deciſione, & ideo reſolutum fuit pro illius confirmatione vtraque parte informante.

Veliterna bonorum.

Veneris 15. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Dominium, & identitas ex quibus probentur; an, & quando dominium ſit plenè, & concludenter probandum, & quando ſufficiant coniecturæ, & præſumptiones.

SVMMARIVM.

1 *Dominium non probatur ex inſtrumento diuiſionis.*
2 *Dominium ſinè poſſeſſione, & poſſeſſio ſinè traditione, vel apprehenſione acquiri non poſſunt.*
3 *Identitas confinium non cenſetur ſufficienter probata, ſi ſolus locus, & denominatio concordent, confines autem diſcordent.*
4 *Dominium non probatur ex inſtrumento emptionis, & num.* 14. *limita, vt num.* 15.
5 *Identitas non probatur ex confinibus æquiuocis.*
6 *Iudicis officium competit proponēti nullitatem executionis, & deliberationis tanquam factas pro minori pretio, vel etiam ſi proponeret enormiſſimam læſionem num.* 7.
8 *Dominium vbi non deducitur principaliter, ſed incidenter, probatur ſufficienter, ex leuioribus probationibus, veluti ex poſſeſſione ſiue etiam ex coniecturis, & præſumptionibus num.* 9.
10 *Hypothecaria non requirit ſtrictam dominij probationem contra debitorem, vel eius hæredem.*
11 *Dominij probatio præſumptiua ſufficit in iudic.* Commun. diuidund.
12 *Dominij coniectura ſufficiens eſt exequutio facta tanquam in bonis alienis.*
13 *Dominium ſufficienter probatur ex confeſſione partis, donec contrarium probetur.*

DECISIO CCCCXXIV.

PROPOSITO dubio, an Artemiſia,
& Horoſia haberent intentionem fun-
datam pro recuperatione horti, &
prati, & aliorum bonorum, de quibus
agitur, Domini negatiuè reſponderũt:
dum ipſæ veniunt tanquam hæredes
ex teſtamẽto Iuliani earum aui pater-
ni, quia non conſtat dicta bona fuiſſe Iuliani. Nam
quoad pratum, vltra quòd inſtrumentum diuiſionis in-
ter illum, & fratres initæ de anno 1532. non probat do-
1 minium, Alex. conſ. 187. num. 4. lib. 2. Gabr. conſ. 93.
num. 10. lib. 2. cum præſertim ſit laudum diuiſorium,
quod non ſufficit, quia nec dominium ſinè poſſeſſione,
2 nec poſſeſſio ſinè traditione, vel apprehenſione acquiri
potuit, l. traditionibus, C. de pact. gloſ. in §. fin Inſtit.
de offic. iud. & in ſpecie idem Gabr. conſ. 149. num. 53.
lib. 2. imò nec acceptatum, aut effectuatum fuiſſe ap-
paret, nihilominus in eo legitur, Pratum obuenisse
Iuliano, & Victorio fratri, & tamen pro parte iſtarum
3 mulierum non fuit probata identitas: cum confines in
dicto inſtrumento deſcripti non concordent cum alijs in
executione, & deliberatione prædicti prati expreſſis,
adeo, vt ſolus locus, ſeu denominatio prati della que-
ſtione, qui adhuc concordat, non ſufficiat Bart. in l. de-
monſtratio falſa num. 18. in fine ff. de condit. & demonſtr.
Aret. in l. ſi quis in fundi vocabulo, num. 4. verſ. vndè ſi
loquimur, ff. de leg. 1. & conſ. 103. in cauſa, & quæſt. num.
30. verſ. et ſecundum. Quo ad hortum inſtrumentum
4 etiam emptionis pro iſtis mulieribus datum nec pro-
bat dominium, Caſtr. in l. proprietatis, num. 3. C. de
A probat. A, nec etiam fuit identitas verificata, niſi re-
5 ſpectu ſitus, & duorum confinium, reſpectu viæ, &
foſſati, qui tamen tanquam nimis æquiuoci non ſuffi-
ciont, Corn. conſ. 91. viſa facti narratione, col. ante pe-
nult. verſ. et licèt dua demonſtrationes, lib. 1. Alex. Raud.
tract. de analogia 30. num. 297. Teſtes autem deponen-
tes de poſſeſſione Iuliani nihil faciunt, & quia dicta
poſſeſſio potuit eſſe tanquam de bonis P. Pauli, qui præ-
deceſſit patri: vndè, vel Iulianus illa poſſidere potuit
vti pater, & legitimus adminiſtrator, vel vti auus ne-
ptum, dum maximè conſtat, quòd illa tanquam hære-
ditaria P. Pauli fuerunt deliberata q. Dario Toruzzo; ex
quibus propterea viſum fuit non probari ſufficienter
dominium Iuliani. Quatenus verò veniunt ex perſona
P. Pauli earum patris, & filij d. Iuliani, Domini dixe-
runt, conſtare, bona fuiſſe P. Pauli, & conſequenter il-
las habere intentionem fundatam. Nam cum non con-
ſtet, eas ſe reſtringere ad rei vendicationem, ſed propo-
6 nere poſſint nullitatem exequutionis, & deliberationis
dictorum bonorum (vt prætendunt) factæ pro minori
pretio d. q. Dario pro prætenſo debito D. Petri Pauli
implorato per eas Iudicis officio iuxta formulam tradi-
tam per Specul. in tit. de reb. Eccleſ. non alien. in princ.
Bart. in l. qua ſub conditione §. fin. num. 1. de condit. inſt.
quem communiter receptum dicit Curt. Iun. conſ. 51.
num. 5. lib. 1. Caſtr. conſ. 105. num. 2. lib. 2. Fulgoſ. conſ. 80.
col. pen. in fin. verſ. vel ſi maluerit, Soccin. Iun. conſ. 52.
num. 1, et ſeq. lib. 2. Plot. de in lit. iur. in repet. l. ſi quan-
do, num. 205. per tot. C. vnde vi, vel etiam ſi propone-
7 rent enormiſſimam læſionem, Aym. in punct. conſ. 29.
num. 4. & ſeq. vel re ipſa, vel ex propoſito, & ſic do-
minium non deducatur principaliter, ſed incidenter,
8 non eſt neceſſaria illa exacta dominij probatio, quæ re-
quiritur in rei vendicatione, ſed ſufficiunt leuiores pro-
bationes, veluti ex poſſeſſione per doctr. Bart. commu-
niter receptam in l. cum in ſuo, num. 4. ff. de cond. inſtit.
Soccin. in l. 1. num. 20. ff. de acquir. poſſ. latè Menoch lib.
6. præſump. 63. num. 11. Apoſtill. ad Magon. deciſ. Lucen.
46. Surd. conſ. 1. num. 66. & deciſ. 10 num. 11. Hon-
9 ded. conſ. 84. num. 14. lib. 2. quam Rota extendit, vt lo-
co poſſeſſionis ſufficiant coniecturæ, & præſumptiones,
& ideo in hypothecaria non requiritur ſtricta dominij
10 probatio contra debitorem, vel eius hæredem, vt ex
gloſ. Cyn. Ang. Salic. & alijs Ang. in §. item nomina, num.
2. verſ. tu concludo, Inſtit. de act. Contard. in l. vnica
in princ. num. 29. C. ſi de moment. vbi refert deciſ. Rota
11 Caputaq. & de probatione præſumptiua in iuditio com-
muni diuidun. Bald. in l. 1. num. 4. C. de appell. & in l.
1. num. 5. C. commun. diuid. Contard. de l. vnica quæſt.
13. num. 94. & 95. In iſto autem caſu, viſum fuit, con-
currere præſumptiones ſufficientes, tum ex executio-
ne facta ſuper dictis bonis in vim mandati executiui per
Locumtenentem Veliternum contra d. D. Petrum Pau-
lum pro debito pecuniario cum Communitate relaxati,
12 quæ fuit facta tanquam in bonis dicti D. Petri Pauli,
Salic. in l. ob maritorum num. 2. verſ. dic, C. ne vxor pro
marit. Dec. in cap. cum parati num. 46. de appellat. Me-
noch. de adipiſcen. remed. 4. num. 921. & ſeqq. Rota in
Bononien. pecuniaria 20. Iunij 1616. & in Fauentina
ſpolij 5. Decembris 1619. coram Vbaldo; cum ex delibera-
tione facta dicto Dario de dictis bonis; tum denique ex
termino ad inſtantiã Darij iudicialiter dato dd. filiabus,
& hæredibus P. Pauli; nam ex his omnibus reſultat con-
feſſio Darij, quòd huiuſmodi bona fuerunt d. Petri Pauli,
13 quæ ſufficit, donec contrarium probetur, Dec. in l. 1.
num. 25. C. de pact. Afflict. deciſ. 164. Aym. conſ. 157.
num. 2. Contard. in d. l. vnica in prima oppoſit. num. 7. ma-
ximè quia ex confeſſione probatur dominium, quando
de eo (prout hic) incidenter tractatur, cum ſufficiant
coniecturæ, & præſumptiones, vt ſupra dictum eſt.
Et ita decisum, &c.

ANNOTATIO.

A Inſtrumentum emptionis, etiam cum pretij ſolutione, &
14 poſſeſſionis traditione, non probat dominium, niſi ex
parte emptoris probetur, quod venditor eſſet dominus,
vel tantum temporis intercesserit, quòd fuerit præſcri-
ptum Gloſſ. in l. cum res, verb in vacuam, paulò ante
med. C. de probat. & ibi Doct. communiter, Alexand. con-
ſil. 98. num. 7. vol. 2. & per inſtrumentum donationis non
probatur dominium donatarij, niſi doceatur, donantem
fuiſſe dominum, Afflict. deciſ. 40. num. 2. cum alijs per Surd.
deciſ. 260. num. 11. vbi generaliter quòd dominium non
probetur ex titulo, niſi conſtet, quod auctor eſſet domi-
nus, Aym. conſil. 157. ſub num. 5. Cardin. Mantic. deciſ.
15 198. num. 2. hoc tamen procedit in rei vendicatione, non
autem quando agitur de dominio ad alium effectum, tunc
enim leuiores probationes ſufficiunt, Afflict. deciſ. 23. nu.
4. & 5. Rot. deciſ. 12. num. 10. part. 2. recent. Item eſt in-
telligendum, ſi agatur contra tertium, ſecus ſi agatur con-
tra illum, qui ipſum emptorem, vel donatarium recogno-
uit in dominum, & concurrant adminicula, Rot. deciſ. 400.
num. 1. part. 1. recent.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Leodien. hæreditatis.

Mercurij 20. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Bona præſumuntur potiùs allodialia, quàm
feudalia, etiam ſi poſita ſint intra fines at-
cuius

cuius Caſtri, in cuius inueſtitura conceſſio facta ſit cum omnibus terris, pratis, ſyluis, & pertinentijs.

SVMMARIVM.

1 *Læſio ad effectum reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam conſiſtit in iniuſtitia.*

2 *Iniuſtitia notoria dicitur, quæ reſultat ex actis.*

3 *Executor habet præſumptionem pro ſe.*

4 *Allodialis præſumitur res potiùs, quam feudalis, & numero 12.*

5 *Feudalitas non probatur ex inueſtituris Caſtri, cum expreſſione generali omnium terrarum, pratorum, ſyluarum, & pertinentiarum illius: niſi fiat mentio ſpecialis corporis controuerſi, et num. 16. et quando agitur contra tertium poſſeſſorem, bona præſumuntur allodialia, etiam quòd in inueſtitura fuiſſent expreſſa in indiuiduo, num. 17.*

6 *Feudalitas ſyluæ non probatur ex eo, quòd Caſtrum, in cuius territorio ſylua reperitur, ſit feudale, ſed per alias probationes limitatè de eius feudalitate apparere debet.*

7 *Teſtes in materia iuris, et quæ ſub ſenſum corporis cadere non poteſt, tenentur etiam non interrogati, reddere rationes aptas, et efficaces.*

8 *Allodialitas probatur ex diuiſione bonorum tanquam allodialium.*

9 *Contrahentes, in dubio præſumendum eſt, feciſſe actum permiſſum, et validum, non autem nullum, et inualidũ.*

10 *Allodialia fatetur bona intentans iudicium ſuper illis coram iudicibus bonorum allodialium.*

11 *Exceptio in ſententia appoſita non transfert onus probandi in eum, qui ſententiam obtinuit, ſed ſolùm operatur, vt exceptio a reo propoſita, et in ſententia expreſſa, quamuis altioris indaginis, admittatur ante executionem.*

13 *Feudalitatem probandi onus ſpectat ad dominum, aut agnatum agentem ad feudum, et quidem per validiores probationes.*

14 *Vaſſallus non tenetur domino directo oſtendere titulum, quo prædium poſſidet intra fines Caſtri, ſed ei ſufficit dicere, prædium ſuum eſſe, et ſibi ſoli poſſidere, etiam ſi poſſeſſionis initium non oſtendat.*

15 *Dominus feudi habet intentionem fundatam ſuper his, quæ poſſidet intra fines Caſtri, quoad iuriſdictionem, non autem quoad dominium.*

DECISIO CCCCXXVI.

DOMINI ſteterunt in deciſis, quòd conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam Rotalem.
1 Iniuſtitia namque, in qua læſio ad hunc effectum requiſita conſiſtit. *Rot. deciſ. prima de reſtitut. in integr. in nou.* denuò ſatis notoria, & euidens viſa
2 fuit, cum reſultet ex actis, *Angel. in l. ſi pars, verſ. in ea gloſ. ibi, ff. de inoffic. teſtam. Felin. in cap. inter cætera col. 5. in 6. declarat. & colum. penult. num. 10. in fin. verſic. & dicit, de re iudic. Corn. conſil. 10. num. 2. verſ. acta autem, lib. 4. Gabr. conſ. 28. num. 3. & ſeqq. lib. 2. & Rota ſenſit in illa Piſtorien. beneficij vltima Maij 1617. coram me*, nec contrarium dicitur in alia in eadem cauſa *ſub die 11. Maij* 1618. Iniuſtitia verò de præſenti ex actis euidenter apparet, quia dicta ſententia declarat, immiſſionem factam ad fauorem DD. de Glymes per executores in partibus deputatos, in executionem ſententiæ Rotalis, & mandati de immittendo, fuiſſe exceſſiuam & reuocan. & tamen de aliquo exceſſu, qui prætendebatur commiſſus in certis bonis feudalibus, & ſignanter in ſylua de Crouua, de qua nunc agitur, non fuit concludenter probatus per ipſos de Dans: tum quia erant in eo iudicio actores: tum quia præſumptio erat pro
3 executione, *l. herennius, §. Titia, ff. de euict. Alexand. in l. a diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 17. ff. de re iudic. Dec. in cap. cum parati, num. 46. de appellat. & dixit Rota in hac cauſa coram bon. mem. Iuſto 5. Decembris 1607. cum adductis in illa Bononien. pecuniaria coram me 20. Iunij*
4 1616. Tum quia præſumptio ſtat pro allodialitate,
A cum omnis res libera præſumatur, *Al. l. fin. ff. de ſeruit. & in ſpecie poſt Ioan. Andr. tradd. communiter Doct. in cap. nimis, de iure iuran. Clar. in § feudum, quæſt. 18, num. 1. cum alleg. in deciſ. quibus additur Rot. deciſ. 404. num. 1. & 409. num. 4. & 508. num. 1. par. 1. in recent.* & ſic eo pleniùs probanda erat prætenſa feudalitas. Nulla autem concludens probatio facta apparet; vt enim latiùs in deciſione oſtenſum fuit, releuia, & inueſtituræ antiquæ tunc exhibitæ Caſtri de Lexhy, cum omnibus illius terris, pratis, ſyluis, redditibus, pertinentijs, & appendicijs, ſub quibus prætendebatur cõprehenſa etiam hæc ſylua, non concludunt feudalitatem:
5 cum non ſufficiat iſta expreſsio tàm generalis, ſed re-
B quiratur mentio ſpecialis corporis controuerſi B, *Imol. Alexand. & cæteri omnes in l. 3. in fin. ff. de acquiren. poſſeſſ.* & quatenus etiam probarent exiſtentiam huius ſyluæ in territorio dicti Caſtri, iam reſponſum fuit, non
6 rectè tamen ad eius feudalitatem inferri ex eo ſolùm, quòd ipſum Caſtrum ſit feudale, *Roſental. de feud. concluſ. 14. num. 26. in fin. Surd. conſ. 151. num. 65. & 66. & tenuit Rota in illa Aſten. feudi coram Bubalo, et Mantuana bonorum coram R. P. D. meo Vbaldo alias allegatis*, ſed per alias probationes limitatè de feudalitate ſyluæ apparere debet, vt pòſt *Alexand. et Curt. concludit Roland. conſil. 2. num. 25. lib. 3.* Teſtes verò non con-
7 cludere, dictum fuit, cum in hac materia, quæ eſt iuris, & ſub ſenſum corporis cadere non poteſt, teneantur etiam non interrogati, reddere rationes aptas, & efficaces, vt præter allegatos *in deciſ. trad Boſſ. in prax. in tit. de Princip. num. 253. verſ. et hoc quia.* Imò pro parte DD. de Glymes ad poſitiuam probationem allodialitatis dabantur duæ inueſtituræ eiuſdem Caroli del 1486. & del 1506. *in ſummario præteritæ num. 6.* in quibus omnia dependentia dicti Caſtri ſpecificantur, & tamen nihil dicitur de iſta ſylua, prout veriſimiliter dictum eſſet, ſicut de cæteris: nec refert, quòd ſint factæ per procuratores, qui non poterant Dominis præiudicare; quia iſtud procederet, vbi clara eſſet comprehenſio huius ſyluæ in dicto Caſtro, & eius feudalitas: ſed cum hæc controuertantur, non poteſt dici aliquod præiudicium illatum per omiſſionem expreſſionis illius, & reſpectu Arnaldi, qui ratificauit *in dicto ſummario num. 12.* ceſſat omnis
8 difficultas. Secundò, dabantur inſtrumenta diuiſionis bonorum cenſualium, & allodialium, inter quæ adeſt dicta ſylua, facta per authores dd. de Dans, *vt dicto ſummario Caroli num. 8.* ex qua optimè probatur allodialitas, ex plenè deductis in deciſione, cui non obſtat, quod hodie reſpondebatur, non potuiſſe ex ea diuiſione priorem ſtatum feudalitatis mutari, & excludi, minùsque Illuſtriſsimo D. Principi, & comprehenſis in inueſtitura præiudicari ſinè licentia dicti Principis, & non vocatis agnatis. Nam hæc reſponſio ſupponit feudalitatem, de qua diſputatur, imò benè poteſt retorqueri, quia, ex quo dicta licentia, & agnatorum vocatio non præceſſit, dum hæc ſylua cum alijs bonis allodialibus diuiſa fuit, reſultat vehemens coniectura, quòd & ipſa al-

lodialis ſit, attenta præſertim expreſſa prohibitione diuidendi, & alienandi, quæ (vt ſupponitur pro parte eorundem met de Dans) ſolet ex ſtylo Curiæ Epiſcopalis Leodien. in inueſtituris apponi, ita vt in dubio præſu-
9 mendum ſit, contrahentes feciſſe actum permiſſum, & validum, non prohibitum, & nullum. Tertiò deduce-
10 bantur recurſus per dd. de Dans habiti ad iudices bonorum cenſualium, & allodialium de Roueroit de Auiria *dicto ſummario num.* 10. *&* 11. ex quibus reſultant confeſſiones pro allodialitate. ex hiſque omnibus cum dictis quoque præſumptionibus coniunctis viſum fuit DD. ſimul compleri plenam, & concludentem probationem allodialitatis, quatenus illa eſſet, ſeu fuiſſet neceſſaria, virtute clauſulæ exceptiuæ (non tamen feudalibus) in dicto mandato Rotali de immitten. appoſi-
11 tæ, quæ tamen non videtur transferre onus probandi in eum, qui obtinuit ſententiam, ſed ſolùm operari, vt exceptio a reo propoſita, & in ſententia expreſſa, quamuis altioris indaginis, admittatur ante executionem, & vt plenior ſuper ea cognitio adhibeatur, & ſic loquitur *Ruin. in alleg. conſ.* 22. *num.* 9. *lib.* 1. & ita etiam finaliter firmat *Soccin. in conſ.* 67. *num.* 18. *verſ. vel vbi, lib.* 1. *& ſequitur Surd. conſil.* 106. *num.* 22. *&* 23. qui licèt in alio *conſ.* 410. *num.* 56. *verſ. & pro hac parte, cum ſeq. & conſ.* 449. *num.* 43. expreſsè etiam affirmet, huiuſmodi verba exceptiua transferre onus probandi in alteram partem, tamen non loquitur in ſententia, ſed in instrumento, & fundat hanc concluſionem ſuper præcitatis auctoritatibus *Ruin. & Soccin.* quorum primus hoc prorſus non dicit, imò ſentit contrarium, alter verò non audens firmiter huic dicto adhærere tranſitum fecit ad aliud fundamentum, *vt in dicto verſ. vel vbi, ſupra alleg.*
Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Quælibet res in dubio præſumitur potiùs allodialis, quàm
12 feudalis, quia feudalitas eſt ſeruitus. *Gloſſ. communiter approbata in l. ſi cuius, §. ſi vſusfructus in verb. oportere, ff. de vſufruct.*, & ideo non præſumitur, niſi probetur, vt in hac deciſione, *& ſupra deciſ.* 276. *num.* 1. & hæc præſumptio libertatis cum iuris, tantæ eſt virtutis, & ef-
13 ficaciæ, quòd nedum onus probandi feudalitatem transfert in dominum, aut agnatum agentem ad feudum. *Natt. conſ.* 313. *per tot. Cephal. conſil.* 150. *num* 16. verùm etiam operatur, vt validiores probationes requirantur pro domino, aut agnato, qui laborant contra præſumptionem *Surd. conſ* 135. *num* 25. *&* 56. *& fuit dictum in Mediolanen. legati* 24. *Aprilis* 1626. *coram R. P. D. Durano*; &
14 hæc adeo vera ſunt, vt nequeat dominus directus requirere vaſſallum, ad oſtendendum ſibi titulum, quo prædium poſſidet intra fines Caſtri *Bart. in l.* 1. *num.* 2. *C. de conductor. et procurat. Fiſc. lib.* 11. *Bertrand. conſ.* 299 *num* 2. *lib.* 3. quod vtique poſſet, ſi haberet intentionem ſuam fundatam ſuper dominio directo, *Afflict. deciſ.* 265. *num.* 87. *cum alijs relatis per Guid. Pap. ſingul* 55. & ideo ſufficit vaſſallo, ſi doceat, prædium ſuum eſſe, & ſibi ſoli poſſidere, etiam quòd poſſeſſionis initium non oſtendat *Rot. in d. Mediolanen. legati coram R. P. D. Durano poſt Boſſ. in tit. de Princip. num.* 242. Et licèt dominus feudi habeat inten-
15 tionem fundatam ſuper his, quæ poſſidet intra fines; hoc tamen intelligitur quoad iuriſdictionem tantùm, non autem quoad dominium aliud eſt enim habere dominium agrorum, qui ſunt in territorio: aliud verò habere iuriſdictionem ratione feudi ſuper toto territorio, propterea ex vno ad aliud non infertur *Rip. in l.* 1. *num.* 16. *ff. de acquir. poſſeſſ. Alexand. conſ.* 76. *num.* 16 *vol* 2. *Natt. conſil.* 313. *num.* 2. *& ſequitur Rota in d. Mediolanen. legati coram R. P. D. Durano.*
B Et quod prædia poſita intra fines feudi non probentur
16 feudalia, ex quo inueſtituræ factæ ſint cum villis, terris, pratis, nemoribus, & alijs iuribus, ac pertinentijs, niſi in inueſtituris de eis ſpecialis, & in indiuiduo mentio facta ſit, *Natt. conſ* 313. *num.* 2. vbi quòd hæc verba verificantur quo ad iuriſdictionem, non autem quo ad dominium, *Menoch. conſil.* 395. *num.* 23. *Decian. conſ* 33. *num.* 50. *verſ quo ad primum vol.* 1. *Surd. conſ.* 311. *num.* 12. *Rota in d. Mediolanen. legati coram R. P. D. Durano.* Imò
17 quando agitur contra tertium poſſeſſorem, bona præſumuntur allodialia, etiam ſi in inueſtitura fuiſſent expreſſa, & enumerata in indiuiduo, *Crauett. in reſponſ. pro genero nunc conſ.* 1000. *lib.* 6 *num.* 428. *verſ ſed nec expreſſim; & num.* 431. *verſ tertijs planè, quem ſequitur Menoch de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt* 101. *num.* 17. *Bellon. iun. conſ.* 44. *num.* 10. licèt contrarium ſentiat quoad principalem concluſionem ſupra firmatam.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Carpentoraten. iuris lignandi.

Mercurij 27. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Caſtri Domino ex quibus detur manutentio in poſſeſſione faciendi ſtatuta, & proclamata pœnalia in territorio ipſius Caſtri.

SVMMARIVM.

1 *Baro, ſeu Dominus loci reſpectu iuriſdictionis vniuerſalis habet intentionem fundatam in iuris communis diſpoſitione ſuper toto territorio.*

2 *Baro, & Dominus poteſt proclamata, ordinationes, & ſtatuta facere in ſuo dominio, præſertim ex iuſta cauſa propter publicam vtilitatem, & iuſta, & honeſta.*

3 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio probatur ex communi reputatione ab Vniuerſitate, & particularibus, & ex homagijs præſtitis, & receptis ab infeudante.*

4 *Iuriſdictionis vniuerſalis exercitium probatur ex deputationibus, & retentionibus officialium, & miniſtrorum, ex proceſſibus, ſententijs, gratijs, & alijs actibus iuriſdictionalibus, & ex publicationibus bannimentorum, &c. & numero ſeq. et num.* 7.

6 *Sylua ad Communitatem ſpectare quando præſumatur.*

8 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio acquiritur per poſſeſſionem Caſtri, cui iuriſdictio adhæret, maximè ſi proceſſum fuerit ad actum, et exercitium iuriſdictionis, ad quod ſufficit vnicus actus.*

7 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio acquiritur ex edictis, & proclamatibus pœnalibus, etiam ſi nullus incurrerit pœnas, aut ſoluerit.*

9 *Pacto in dubio derogatum non cenſetur per priuilegium Principis.*

10 *Scientia multiplicium actuum non poteſt diſſimulari.*

11 *Iuriſdictionis vniuerſalis quaſi poſſeſſio dicitur acquiſita generaliter contra omnes ex actibus ſubſecutis contra particulares, cum magis attendatur cauſa actus, quam exercitium.*

12 *Bannum in lingua Gallica ſonat damnum datum, aliàs* malaguardia.

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCCCXXVII.

RECEDENTES Domini à deciſis 14.
Martij 1618. tenuerunt, dandum eſſe
mandatũ de manutenẽdo Domino The-
ſano in quaſi poſſeſſione indicendi, &
publicandi banna pœnalia prohibitoria
inciſionum, eradicationum, & combu-
ſtionis arborum ſyluæ, & montaneæ, de quibus agitur,
non tamen contraria tranſactioni del 1531. de qua infra;
moti ex infraſcriptis. Primò, quia ipſe tanquam feu-
datarius Reu. Cameræ Apoſtolicæ, cum qua nunc non
1 agitur, ſed cum Vniuerſitate, & ſic Baro, Dominus,
& poſſeſſor Caſtri di Nometameis, (quicquid ſit reſpe-
ctu bonorum infra limites territorij ad priuatos ſpe-
ctantium) reſpectu iuriſdictionis vniuerſalis, fundat in-
tentionem in iuris communis diſpoſitione ſuper toto
territorio, *Abbas poſt Hoſt. in cap. ſi diligenti, in 2. no-
tab. de præſcr. quos Soccin. in l. 1. ff. de acq. poſſ. num. 26.
verſ. videmus in ſimili, Bald. in cap. 1. de allod. Soccin.
conſ 127. num. 5. verſ. aliquando & tertiò, vol. 1. Aym.
conſ. 154. in princ verſ. videtur dicendum, Gail. obſeru.
62. num. 9. verſ. hinc eſt, lib 2. Hormanoct. Dec. in l. 1.
num. 26. verſ. ſed contra. ff. de acq. poſſ.* & ibi *Soccin. iun.
num. 133. & 134. & ſeqq. Curt. Iun. conſ. 158. num. 22.*
A *Menoch. conſil. 437. num. 8.* A, Et ideo poteſt huiuſ-
2 modi proclamata, ordinationes, & ſtatuta facere,
*Bart. in l. omnes populi, num. 8. verſ. aut quæris de alijs.
ff. de iuſt. & iur.* quem alij communiter ſequũtur, vt ibi
per. *Crot. num. 31. & Curt. Iun. in l. 1. nu. 18. ff. quod
quiſq; iur.* Præſertim cum ſint facta ex iuſta cauſa, pro-
pter publicam vtilititatem, *Bald. conſ. 459. in fin. vol.
2. Aym. conſ. 314. num. 1.* nec contra, ſed præter ius, *Alex.
in l. nemo poteſt, num. 4. de leg. 1.* & iuſta, & honeſta,
*Bald. in l. omnes populi, num. 30. Io. Bapt. de S. Seuer.
num. 82. ff. de iuſt. & iur. Soccin. conſ. 272. num. 8. lib.
2. Aym. d. conſ. 314. num. 1.* latè *Marin. Frecc. lib. 2.
auct. 46. in princ. & num. 11.* Quod autem Theſanus ſit
3 Dominus dicti Caſtri, & in quaſi poſſeſſione vniuerſa-
lis iuriſdictionis, viſum fuit DD. indubitatum, cum
eius anteceſſores fuerint ſemper habiti, & recogniti
vti tales ab Vniuerſitate, & particularibus, vt ex in-
ſtrumentis del 1272. 1328. 1486. 1487. 1488. 1515.
1531. Nec non etiam per Cameram Apoſtolicam, vt ex
homagijs del 1295. 1363. 1503. 1538. 1560. & no-
uiſſimè del 1614. per D. Antonium, vti filium, & ſuc-
ceſſorem Pauli eius patris, quorum copia data fuit in
poſitione 22. Aprilis 1619. Et de exercitio vniuerſalis
iuriſdictionis conſtat ex deputationibus, & retentioni-
4 bus baiulorum, ſeu Iudicum Graphariorum, Fiſca-
lium, & aliorum miniſtrorum, & ex publicationibus
bannimentorum, de quibus infra, necnon ex proceſſi-
bus ciuilibus, criminalibus, mixtis, ſententijs, decre-
tis, gratijs, pœnis applicatis, & exactis, & alijs acti-
bus iuriſdictionalibus ſucceſſiuis temporibus continua-
tis vſque ad præſens, & de quibus etiam infra. Et om-
5 nem difficultatem tollit declaratio in ſententia arbitra-
mentali del 1273. quòd Conſules debent creari de con-
ſilio, & aſſenſu dictorum Dominorum Caſtri, ad quos
pertinet omnimoda iuriſdictio, merum, & mixtum im-
perium, &c. quæ ſententia fuit hinc inde acceptata,
& confirmata in dicta tranſactione del 1531. quòd om-
nimoda iuriſdictio, merum, & mixtum imperium ſpe-
ctat ad Baronem; & comprobatur etiam, quia per ean-
dem tranſactionem, & per dicta etiam bannimeta pœ-
næ reſeruantur, & applicantur ipſi Domino, *Caſtr. au-
tem in conſ. 406. num. 4. lib. 1. in deciſione alleg.* non lo-
quitur de iſto loco, prout ſupponebatur pro parte Com-
munitatis. Nec prædictæ aſſiſtentiæ repugnat, quòd
ſylua, & montanea ſpectet Communitati ratione do-
minij, vel poſſeſſionis. Tùm quia hoc non impediret
exercitium vniuerſalis iuriſdictionis, & conſequenter
publicationem bannimentorum, quæ fiunt non ad pri-
uatam, ſed ad publicam vtilitatem, ex ſupra allegatis;
6 Tùm etiam quia non ſubſiſtit in facto, quòd ſylua, &
montanea pertineant Communitati, nec ratione domi-
nij, nec poſſeſſionis, quod ſufficit ad tollendam præ-
ſumptionem pertinentiæ, de qua per *Caſtr. in l. 1. ff. de
acq. poſſ.* vt ibi declarat *Soccin. num. 27. & Soccin. Iun.
num. 134. verſ. ſed ad hoc aduerten. Hond. conſ. 84 num.
24. lib. 2.* Imò in contrarium dantur, dicta tranſactio
del 1531. in qua dicta Communitas fatetur, Theſanum
eſſe Dominum directum, cum promiſſione annuæ re-
ſponſionis bladorum. & leguminum, loco Taſchæ, & vt
dicitur, *Signorie*: & locationes, ſeu venditiones an-
nuæ herbagij, cum ſolutionibus, & glandium, & aſſi-
gnationes confinium pro paſcuis, & herbagio, & de-
poſitiones teſtium Communitatis, *in ſumm. Theſani
22. Aprilis num. 2. & 6.* licèt de credulitate, quòd mon-
tanea pertinet ad Dominum, & ſic non applicatur *doct.
Frecc. d. auctor. 46. num. 11. in deciſ. alleg.* quia loquitur,
quando conſtat, dominium eſſe priuatorum. Secundum
7 principale fundamentum, ex quo præcipuè moti ſunt
DD. fuit, quia conſtat in ſpecie de bannimentia huiuſ-
modi, & proclamatibus generalibus gubernij conti-
nentibus diuerſa capitula, & præſertim 24. ſuper ex-
preſſa prohibitione inciſionum, & eradicationum,
etiam pro faciendis noualibus, cum pœnis pecuniarijs
applicatis Baroni, quolibet anno, in loco publico, &
conſueto 9. Octobris, quæ eſt dies S. Dionyſij, publica-
tis, incipien. ab anno 1565. in quo etiam enunciantur
antiqua bannimenta, præſertim prohibitoria inciſionũ,
& combuſtionum, etiam ad facien. noualia, & maxi-
mè arborum glandiferarum, vſque ad hodiernam diem,
vt in dicto ſummario 22. Aprilis num. 7. & 8. ex qui-
8 bus ſi acquiritur quaſi poſſeſſio vniuerſalis iuriſdictio-
nis *Innoc. in cap. 2. num. 3. de Cappell. Monac.* & ibi
*Butr. num. 14. propè fin. Zabar. in 7. quaſt. Anchar. in
cap. ſinè poſſeſſione, num. 14. in fin. de reg. iur. in 6. Bal.
in l. 3. num. 54. in fin. C. de ſeruit. & aq. Roman. conſ.
70. num. 12. Menoch. de retin. remed. 3. num.* 585. etiam
ſi nullus incurrerit pœnas, aut ſoluerit, *Innoc. Butr.
& Zabar.* vbi ſupra *Capic. deciſ. 27. num. 30. Decian.
conſ. 40. num. 40. vol. 4. & de communi Mandel. conſ. 64.
num. 10. Berett. conſ. 89. num.* 38. multò magis inde
probata remanet quaſi poſſeſſio particularis indicendi
dicta bannimenta. Non obſtant reſponſiones deciſio-
nis. Nam prima, quòd non ſint in forma probanti, ſed
extracta ex quodam libro priuato Baronis, ceſſat, quia
illa inſerta etiam fuerunt in libro ipſius Communitatis
per Magiſtrum Ioannem de Salſis Notarium Curiæ, vt
patet ex fide Cartoſij ſub die 25. Maij 1612. facta, quæ
ſub die 5. Auguſti ſequentis, per actores ipſiuſmet Com-
munitatis producta fuit coram Rectore Comitatus Ve-
naiſini, cum hac enunciatiua, *Proclamata, ſeu præco-
nizationes fieri, & proclamari ſolita, pro parte dicti Do-
mini in loco, & Caſtro prædicto*, vt in proceſſu origi-
nali fol. 33. Et de mandato dictorum producentium,
conſtat ex inſtrumento ſub die 28. Martij 1619. dicto
proceſſu fol. 4. à tergo. Secunda verò, quòd non ſuffra-
gentur tanquam facta per anteceſſores, quorum poſ-
ſeſſio non tranſit in ſucceſſorem, etiam in incorporali-
bus, ex allegatis, tollitur; quia conſtat, quòd Anto-
nius, mortuo patre, adeptus eſt poſſeſſionem Caſtri, &
per Communitatem, & conſilium illius recognitus in
Dominum, & coram eo factum parlamentum generale,
cum

cum publicatione ſolitorum bannimentorum, & deputatione Iudicum, & aliorum officialium, & locauit cēſum, & directa dominia, & iura Taſchæ, quæ dictus Dominus habet in dicto loco, & territorio de Nometaneis, vt ex inſtrumento ſub die 23. Februarij 1615. & alijs, de quibus in dicto Summario ipſius de menſe Aprilis num. 10. per totum; & ſic vltra poſſeſsionem
8 Caſtri, cui hæc iuriſdictio adhæret, proceſſum fuerit ad actum, & exercitium iuris incorporalis, ſinè dubio Antonius quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis, & in ſpecie indicendi dicta bannimenta acquiſiuit, *iux. doct. Innoc. in cap. in literis, de reſtit. ſpoliat. num. 12. verſ. illud autem*, & ibi *Ioan. Andr. col. 1. circ. fin. verſ. quòd autem, Butr. num. 30. verſ. in alia parte, Anchar. num. 4. verſ. alij dicunt, & num. 5.* & de communi *Aret. in l. 3. in princ. num. 3. &* ibi *Hercul. num. 11. vſque ad num. 14. de acq. poſſ. Soccin. num. 7. in 3. illat.* Et ſat etiam fuiſſe vnicus actus, *Innoc. in d. cap. dilectus de Capell. Monac. Soccin. conſ. 187. num. 19. lib. 2.* Tertia de contradictionibus Conſulum Communitatis factis dictis publicationibus, obſtare viſa non fuit; quoniam dictæ contradictiones non ſunt in ſpecie relatæ ad d. cap. 24. continens prohibitionem inciſionum, vt ſupra, ſed ad omnia contenta in bannimentis per hæc verba, *Quatenus præiudicarent eorum immunitatibus, & libertatibus*, quæ nec poſſet etiam congruenter referri ad d. cap. 24. ſuper quo extabant particulares, & iuratæ conuentiones, de quibus non intelligitur in dubio actum, vt in fortioribus terminis diſpoſitionis Principis, quòd per
9 eam in, dubio non cenſeatur pacto derogatum probat *text. in cap. ex multiplici*, vbi *Abb. num. 5. de decim. gloſ. fin. in cap. 1. de pact. in 6.* Præſertim, quia non habebat immunitatem, & libertatem, niſi reſpectu inciſionum pro vſu proprio, vt in dicta tranſactione del 1531. & anteceden. Sed ceſſat difficultas, quia, non obſtantibus dictis contradictionibus, fuit proceſſum aduerſus contrauenien. ad pœnas, & earum condemnationem, & exactionem, & alia, vt conſtat ex proceſſibus, decretis ſententijs, exactionibus, & actis multiplicatis ſuper dictis contrauentionibus, vſque ad annum 1610. de quo fuit orta præſens controuerſia, quorum ſucceſſiuorum,
10 & multiplicium actorum ſcientia diſsimulari non poteſt per Vniuerſitatem, ac proinde hinc ſumitur interpretatio, quòd contradictiones illæ verbales in publicationibus bannimentorum factorum non referantur ad d. cap. 24. cum illius obſeruantiæ Communitas ſemper acquieuerit. Nec refert, quòd prædicti actus non ſint facti contra Communitatem, quia ſufficit, quòd proclamata fuerint generalia, & ſic Domini pro tempore, qui ea publicari fecerunt, habuerint animum iuriſdictionem vniuerſalem exercendi, nam ex actibus ſubſe-
11 quutis contra particulares acquiſita fuit generaliter contra omnes quaſi poſſeſsio iuriſdictionis, *Bal. in l. ſi quis diuturno, num. 1. ff. ſi ſeru. vind.* & ibi *Flor. de S. Petr. num. 4. Surd. conſ. 323. num. 45. & 46. & alij alleg. in Reatina Barcha 23. Ianuarij 1617. coram me*, cum magis attendatur cauſa actus, quàm exercitium *Bal. in l. 1. in 2. lect. num. 24. C. de emancip. liber. Rot. deciſ. 273. in fin. par. 2. recent.* Quæ eo magis ſufficere DD. viſa fuerunt, cum non agatur contra Cameram Apoſtolicam; imò Procurator Fiſcalis in hac cauſa adhæſerit parti Domini de Nometaneis, vt conſtat ex actu adiunctionis ſub die 20. Auguſti 1610. in proceſſ. fol. 550. & comparitione eiuſdem 15. Octobris ſequen. *in dicto proceſſu fol. 595.* Non obſtat, quòd in dicta ſententia arbitramentali prætendatur, declaratum fuiſ-
12 ſe, ius banni ſpectare Communitati. Nam hæc vox bannum in lingua Gallica, nihil aliud ſonat, quàm damnum datum, aliàs *mala guardia*, & ſic nihil habet commune, cum pœnis, in dictis bannimentis Domino reſeruatis. Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A *Oldrad. conſ. 176. in fin. Guid. Pap. ſingul. 661. verſ. quicquid, Rip. in l. 1. num. 16. ff. de acquir. poſſ. & fuit dictum in Mediolanen legati 24. Aprilis 1626. coram R. P. D. Durano*, ſecus autem quoad dominium, de qua re dixi ſupra *ad deciſ. 425.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ferrarien. penſionis.

Mercurij 27. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Penſio reſeruata in moneta, quæ de tempore ſolutionis non reperitur, ſolui debet valorem de tempore reſeruationis.

SVMMARIVM.

1 *Penſio ſolui debet penſionario ſecundùm valorem monetæ currentis tempore reſeruationis illius.*
2 *Argumentum à parte ad totum quomodo procedat.*
3 *Scutum Ferrarienſe taxatur ad bononenos 76. illarum partium, & ad baioccos 85. monetæ Romanæ.*
4 *Plus ſoluens præſumitur per errorem ſoluiſſe, & tanquam de indebitè ſoluto datur repetitio, et num ſeq.*

DECISIO CCCCXXVIII.

RESPONSVM fuit, ſententiam Rotalem tanquam validam, & iuſtam eſſe confirmandam, de validitate enim non fuit controuerſum, cum fuerit lata ſeruatis ſeruandis, ac legitimè citato procuratore Leonij, de cuius mãdato, & acceptatione conſtat, *ex ſummario num. 6.* iuſtitia quoque viſa fuit pluſquam euidens: nam cum ex parte Leonij non ſit probata exiſtentia ſcuti Ferrarien. in ſpecie de tempore reſeruationis penſionis, quinimò Bottanus docuerit, huiuſmodi ſcutum eſſe ſolùm imaginarium, nec negotiari ſolitum, niſi ad valorem bononen. 76. prout apertè deponunt quatuor teſtes *in eius ſummario num. 2.* meritò fuit pro-
1 nunciatum, eum non teneri, niſi ad ſolutionem valoris dicti ſcuti tempore reſeruationis penſionis currentis *Bart. in l. Paulus num. 6. ff. de ſolut. et in l. cum quid 3. num. 17. ff. ſi cert. pet. vbi Alex. num. 16. de communi Albert. Brun. de augm. mon. in 6. particula num. 1. et. 2. Surd. conſ. 368. num. 27. verſ. poſtremò non turbat*, cum alijs in deciſione huius cauſæ adductis *ſub die 25. Iun.* 1618. Non obſtat, quod iterum ad probandam hanc exiſtentiam ſcuti in ſpecie replicabatur pro Leonio; ſcilicet, aliàs ab eo fuiſſe productum, & recognitum ſimile (vt dicitur) cuſſum del 1590. & ſic ante reſeruationem. Nam (omiſſo, quòd hodie non reperitur) cum præſertim tanto tempore, quo cauſa durat, potuerit aliud ſimile inueniri, & produci, ceſſare videbatur difficultas, quia ex recognitione teſtium facta de dicta moneta *in eius ſummario præteritæ poſitionis num. 1.* non dicitur, quòd illa ſit ſcutum, ſed ducatonum, quod eſt di-

Digitized by Google

diuerſum à ſcuto, & maioris valoris illius, vt deponunt teſtea Bottam ſuper 3. 4 & 8. articulis. Vltra quod ducatoni cuſſio fuit ſolùm ab anno 1596. citra, & ſic poſt reſeruationem, vt ea fide Magiſtri Camerarij Ducalis *in ſummario num.* 5. & prout ſuper tertio. Nec refragaturi, quòd inueniantur monetæ in ſpecie, quę vocantur il quarto, & doi quarti, & il terzo de ſcudi, arguendo ad totum, quaſi quòd non poſſit dari pars, niſi
1 præſupponatur totum. Nam præterquam quòd iſta argumentatio non procedit affirmatiuè, ſed negatiuè, cum poſſit imaginariè, & intellectualiter modicum dici reſpectiuè ad totum *l. ſi quis eum totum. ff. de except. rei iud. & l. qui procuratorem dat ff. de procur. Euerar. in loco à toto ad partem num.* 14. *verſ è contra autem*. Reſponſum fuit vt in alia deciſione huius cauſæ 25. Iunij 1618. videlicet hoc non probari per Leonium; licèt enim primus teſtis Bottani ſuper 5. & 6. deponat de exiſtentia tertij dimidij, & quarti ſcuti, eſt vnicus, imò ſuper ſecundo vocat dimidium, tertium, & quartum ducatoni, prout etiam deponit tertius ſuper quarto, & ſecundus ſuper ſecundo, & quinto. Placebat etiam reſponſio, quòd, admiſſa exiſtentia quarti, tertij, & dimidij ſcuti, non inde ſequebatur, Bottanum in ſimili quarto, & dimidio teneri ſoluere, quia ſcutum non conflatur ex illis, ſed ex partibus minutioribus, videlicet, ſolidis 76. tum etiam quia penſio in illis reſeruata non reperitur, ſed in ſcutis, de quorum tunc temporis exiſtentia in ſpecie, vt dixi, non docetur. Præterea viſum fuit, non
3 poſſe dici iniuſtam ſententiam ex eo, quia ta*a*et ſcutum Ferrarienſe ad bononenos 76. illarum, & ad baiocchos 85. monetæ Romanæ nulla præuia liquidatione, quia de huiuſmodi valore bononen. 76. pro quolibet ſcuto Ferrarienſi omnes teſtes Bottani *in dicto eius ſummario num.* 2. apertè deponunt iuncto teſte Leonij ſuper primo articulo, & quòd dicti bononeni 76. conſtituant baioccos 85 patet ex relatione peritorum ad hoc ſpecialiter electorum *in ſummario Bottani num.* 4. Et ideò cum Bottanus teneretur ſoluere ad rationem ba-
4 ioccorum 85. tantùm pro ſcuto, quicquid plus ſoluit, præſumitur per errorem ſoluiſſe *Alex. conſ.* 113. *num.* 3. *lib.* 1. *Bero. conſ* 76. *num.* 21. *vol.* 1 *cum alijs per Surd. conſ.* 80. *num.* 24. *lib.* 1. Et per conſequens illud tanquam
5 indebitè ſolutum repetere potuit *gloſ.* 1. *in l.* 1. *& ibi DD. ff. de cond. indeb. & in ſpecie Bald. in l. ſi certis annis num.* 4. *C. de pact. Alex. d. conſ.* 113. *num.* 2. *verſ. & pro hoc, Surd. d. conſ.* 80. *num.* 25.

Et ita deciſum, &c.

Romana depoſiti.

Veneris 29. Nouembris 1619.

ARGVMENTVM.

Cenſus non extinguitur per depoſitum factum cum aliqua conditione extrinſeca, ob quam creditor cenſus impeditur, illud ad ſui libitum recipere; & ſufficit, quòd talis conditio apponatur in productione cedulæ, licèt cedula ſit libera, & quid, ſi fuerit admiſſa per iudicem cum clauſula, *prout iuris.*

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum habens conditionem extrinſecam deponenti non ſuffragatur.*
2 *Depoſitum non dicitur liberum, quando in actu conſignationis cedulæ ipſius apponitur aliqua conditio extrinſeca, licèt cedula ſit libera.*
3 Iuxta, *dictio præfert ſpecialem determinationem ad limites diſpoſitionis, ad quam refertur.*
4 *Depoſitum conditionale admiſſum per iudicem cum clauſula,* prout iuris, *non redditur validum, ſi conditio non erat apponenda, & num* 5.
6 *Depoſitum factum cum conditione intrinſeca ſuffragatur.*
7 *Conditiones extrinſecæ depoſiti quæ dicantur.*
8 *Depoſitum cum proteſtatione, quòd conſignetur cui de iure, ſuffragatur.*

DECISIO CCCCXXIX.

DEPOSITVM factum per D. Lauretum pro extinctione tatæ cenſus ſuper domo in Ciuitate Spoleti per eum empta, quem in ſe accollauerat, non fuit viſum DD. legitimum, quia appoſita fuit conditio extrinſeca, & nõ conuenta, videlicet ad effectum, vt per moniales Sanctæ Suſannæ, quæ ſucceſſerant in dicto cenſu, pretium inueſtiretur non ſolùm pro euictione Caſalis aliàs per q. Petrum Paulum Vrſinum venditi bon. mem Cardinali de Altèmps, de quo fuerat conuentum, ſed etiam pro cautela euictionis dictæ domus in dicta Ciuitate Spoleti per d. Lauretum emptæ ab illis de Vigilijs, qui ſuper ea illum impoſuerant: & hæc vltima conditio tanquam
1 extrinſeca non potuit apponi, quia moniales non poterant liberè, & ad earum libitum impletis alijs conuentionibus conuentis, & de natura contractus pretium
A conſequi A, *Bart. in l. ſi ſoluturus num* 5. *& Caſtr. num.* 2 *ff. de ſolut. Bald. in l. acceptam num.* 24. *in fine, C. de vſuris, & ibi Caſtr. num.* 12. *Neguſ de pign. membr.* 3. *par.* 2. *num.* 11. *& ſeqq.* & in ſpecie in cenſu *Poller. de cenſibus in §. vt vides, num.* 52, *& tenuit Rota paſſim in pluribus cauſis relatis in Lauretana bonorum* 6. *Iunij* 611. *coram Illuſtriſſ. Domino Cardinali Bononien. quæ eſt* 350. *num.* 6. *par.* 2. *in recent. & in Rom. cenſus Dominorum de Biſcia coram Reuerendiſſimis Lugdunen. & Domino Decano, & coram Domino Manzanedo, & in Ianuen. cenſus* 29. *Nouembris* 1613. *quæ eſt* 488. *num.* 5. *d. par.* 2. *in re-*
2 *cent.* Nec refert, quòd dicta conditio non ſit in cedula depoſiti: quia ſufficit, quòd fuerit expreſsè appoſita in actu conſignationis dictæ cedulæ factæ in termino citationis ad recipiendum, alias viden. mandari deponi *ſub die* 10. *Februarij* 1615. *vt in ſummario monialium num.* 1. *iuncto num.* 5. *Card. Seraph. deciſ* 890 *num.* 9. Non obſtat decretum A. C. ſub die 11. dicti menſis *in ſummario Laureti num.* 11. quòd retrouenditio, & ceſſio petita habeantur pro factis prout iuris eſt, & ſic videatur reieciſſe illam conditionẽ, & proteſtationem. Quia expreſſa reiectio dictæ conditionis non legitur; imò pars repetijt omnes proteſtationes, & interpellationes priùs factas: iudex autẽ ſimpliciter pronuntiauit, retrouenditionẽ haberi pro facta iuxta formã Bullæ fel. rec. Pij V.
3 & ceſſionẽ haberi pro facta, prout iuris eſt, quæ clauſula reſtricta eſt ad ceſſionem, non autem relata ad retrouenditionem, quæ habet ſuam propriam, & ſpecialem determinationem per illa verba, iuxta formam Bullæ, &c. *Iaſ. in l. talis ſcriptura, num.* 37. *de leg.* 1. *cum alleg.* Præterea non poteſt dici reiecta illa conditio per dictum decretum, quia iudex non interpoſuit illud ſuper conſignatione cedularum depoſiti per Lauretum facta, alterando illius formam, ſed ſuſtinendo partes monialium non comparentium, ſupplendoque earum conſenſum decreuit, retrouenditionem, & ceſſionem haberi

pro

pro factis, quia tamen non adhibuerat cauſæ cognitionem an depoſitum eſſet legitimum, ne illas grauaret, addidit clauſulam, prout iuris, quæ operatur, quòd ſi ipſæ de iure non tenebantur retrouendere cum dicta conditione, retrouenditio non haberetur pro facta, *iuxta trad per Aſin. in praxi ſ. 17. cap. 3. & per Bero. conſil. 74. num. 4. lib. 3.* & ideo deciſum fuit, fructus debere ei, &c.

ANNOTATIO.

A Et quòd depoſitum factum cum aliqua conditione extrin-
6 ſeca, ad quam creditor non tenebatur, & ob quam impeditur, depoſitum exigere, deponenti non proſit ad impediendum vſurarum curſum, præter hic allegatos *Giurb. deciſ. Sicil.* 87. *num* 1. *Cinc. poſt alios, quos ſequitur de cenſibus part.* 3. *cap.* 1. *quaſt.* 3. *art.* 9. *num.* 28 *& in addit. ibid. num.* 8. vbi ſequitur hanc deciſionem D. mei *Beltramin. ad deciſ.* 505. *Gregor. XV. num.* 11. *Gratian in eiſdem terminis, & caſu huius deciſionis diſcept.* 795. *num.* 1. *&* 2. *Rot. apud eund.* Cinc. *in addit ad d. tract.* 66. *num.* 9. ſecus verò
7 quando depoſitum contineret conditionem intrinſecam, tunc enim ſuffragaretur, *Cinc. d. art.* 9. *num.* 29. *Rot. deciſ.* 913. *part.* 4. *diuerſ & coram Reuerendiſsimo D. Coccino Decano deciſ.* 15. *num.* 3. Conditiones autem extrinſecæ di-
8 cuntur illæ, quæ ex eodem contractu non proueniunt, nec illi tacitè inſunt, neque ſunt a iure diſpoſitæ, & ad quas creditor de iure cogi non poteſt, *Giurb poſt plures quos allegat d. deciſ.* 87. *num.* 2. notandum tamen, quòd depoſitum factum cum proteſtatione, quòd conſignaretur cui de iure, ſuffragatur deponenti, quia non dicitur conditionatum, Ius enim ſemper eſt certum, vt dixit *Rota in Peruſina bonorum* 5. *Maij* 1617. *coram bon mem. Patriarcha Manzanedo*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Spoletana fideicommiſſi.

Veneris 29. Iunij 1619.

ARGVMENTVM.

Bonorum diuiſio an præſumatur ex ſeparatione perſonarum, & incolatus. Teſtium dicta conciliantur ad euitandam contrarietatem.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum diuiſio præſumitur ex ſeparatione perſonarum, & mutatione vitæ, ſiue incolatus.*
2 *Teſtes veriſimilia deponentes, & bonam afferentes rationem, licèt de credulitate atteſtentur, fidem faciunt.*
3 *Teſtium dicta in dubio ſunt concordanda ad excludendum delictum.*
4 *Teſtis generaliter deponentis dictum declaratur ab alio, qui deponit in ſpecie.*
5 *Teſtis depoſitio declaratur à depoſitione alterius.*

DECISIO CCCCXXX.

VISVM fuit DD. ſtandum eſſe in deciſis ſub die 22. Iunij anni præteriti ex eodem fundamento, quòd non ſteterit per Paternianum, & Paſqualem, quin habitauerint cum Antonio eorũ fratre patrueli iuxta conditionem, ſeu modum in teſtamento q. Gentilis dicti Antonij patris adiectum, & ſic illis non obſtare defectum implementi, & conſequenter eſſe locum ſubſtitutioni ad eorum fauorem factæ per obitum d. Antonij ſinè filijs. Nam per quinque teſtes actorum plenè, & concludenter probatur, dd. Paternianum, & Paſqualem poſt obitum d. Gentilis continuaſſe habitare cum dicto Antonio in eadem domo in Villa Alborghetti, vbi ipſe teſtator habitabat, & conuixiſſe prout antea, vſquequo dictus Antonius maior factus duxit vxorẽ in terra Trebij, illucque ad habitandũ ſe trãſtulit, derelicta d. habitatione paterna, & commutata vita ruſticali in ciuilem, quam duxit vſque ad obitum in dicta Terra Trebij del 1612. & in hoc omnes teſtes conueniunt, *vt in ſummario præteritæ poſitionis num.* 2. 4.
1 *&* 5. & hæc cauſa ſeparationis perſonarum, & mutationis vitæ factæ per d. Antonium probabiliter quoq; eue-
2 nit diuiſio bonorum, quemadmodum dicunt prædicti teſtes, quibus vti veriſimilia deponentibus, & optimam afferẽtibus rationem, fidem adhibere DD. voluerunt, licèt de credulitate atteſtentur *Rot. deciſ.* 73. *num.* 2. *par.* 1. *diuer. cum alleg. per Farinac. quaſt.* 68. *num.* 111. *& ſeq.* Oppoſitiones autem, quæ fiebant contra dd. teſtes, viſæ fuerunt ſatis leues, & præſertim illa, quòd ipſi iuxta tertium interrogatorium dicant dd. Patrignanum, & Paſqualem diuiſiſſe eum dicto Antonio, & dictum Patrignanum cum eius familia iuiſſe ad habitandum in domo nuncupata *di Paglsaccio*, vt in ſummario Pompeij num. 3. Nam hoc intelligunt fuiſſe, poſtquam Antonius vxorem duxerat, & tranſtulerant ſe ad habitandum in Terra Trebij, vt expreſsè videtur inter alios dicere quintus teſtis ibi, *& dopò Antonio andò ad habitare in*
3 *Treui*, & in dubio interpretatio fieri debet pro concordia teſtium ad excludendum periurium *cap. cum tu.*
A *& ibi gloſ. et Doct. de teſtib.* A,
Ex quibus vtraque parte informante DD. ſteterunt in deciſis.

ANNOTATIO.

A Vide concordantes infra *deciſ* 662. *num.* 6. *fuit dictum in Tiburtina confinium* 4. *Martij* 1611. *coram Cardinali Sacrato Greg deciſ.* 351. *num.* 37. *&* 38. 471. *num.* 7. 487. *num.* 7. *& in Elboren. penſionis* 7. *Iunij* 1627. *coram R. P.*
4 *D. Vbaldo* iuniori, & teſtis generaliter loquentis depoſitio declaratur per alium in ſpecie deponentem poſt *Soc. Iun conſ* 69 *num.* 16. *lib.* 1. *& Caſ de Graſſ. deciſ* 8. *num.* 11 *de cauſ. poſſ. & propr fuit dictum in proximè allegata Elboren. penſionis coram Domino Vbaldo*, prout regulariter vnius teſtis depoſitio à depoſitione alterius declaratur
5 *Gramat. conſ ciuil.* 79. *num* 6. *Petr de fideic. quaſt.* 12. *num* 768. *et Rota in d. Elboren. penſionis.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tiburtina Caſtrorum.

Lunæ 2. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius, qui cœpit poſſeſſionem etiã vacantem lite pendente, non eſt legitimus cõtradictor ad impediendam, immiſſionem hæredi ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1 *Lis, & cauſa cum defuncto cœpta tranſit in hæredem, qui repræſentat perſonam defuncti.*
2 *Lis non finitur morte vnius ex collitigantibus, ſed tranſit in eius hæredes.*
3 *Inſtantia cum defuncto cœpta tranſit ad eius hæredes.*
4 *Poſſeſsio etiam vacans capi non poteſt, lite pendente, citra vitium attentati.*
5 *Fideicommiſſarius non poſſidens non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredis.*
6 *Fideicommiſſarius vitiosè poſſidens non eſt legitimus contradictor.*
7 *Fideicommiſſarius vitiosè poſsidens non impedit immiſsionem ceſsionarij hæredis ab inteſtato.*

DECISIO CCCCXXXI.

RESOLVTIO facta ſub die 15. Martij præteriti, quòd eſſet concedenda immiſſio DD. Franciſcæ filiæ q. Catherinæ, & Petro Paulo ceſsionario alterius filiæ monialis ex interdicto. Quorum bonorum, in poſſeſsionem bonorum maternorum, nititur duplici fundamento, ſed omiſſo pro nunc primo, an videlicet exceptio fideicommiſſorum requirat altiorem indaginem, DD. ſteterunt in deciſis ex ſecundo, contra tamen Excellentiſsimum D. Paulum tantùm, videlicet, quia poſſeſsio per eum de mandato A. C. fuit capta poſt obitum Catherinæ pendente lite in Rota in petitorio inter d. q. Catherinam ex vna, & bon. mem. Virginium Patrem d. Excellentiſſimi Domini Pauli, & cuius eſt ſolus hæres ex teſtamento; & ideo tàm in eam, quàm in filias, & hæredes dictæ Catherinæ tranſiuit nedum lis, & cauſa, tanquam repræſentantes perſonas defunctorum, quorum reſpectiuè ſunt
1 hæredes, & quæ cenſentur eædem perſonæ, ex vulg. iuris regulis iuxta *not. in l. hæres abſens. ff. de iudicijs, & in cap quia hic eodem tit.* & in ſpecie noſtra *Natt. conſ.*
2 558. *num.* 4. & quòd præſertim morte Catherinæ reæ conuentæ non fuerit finita, *Lancellott. de attent. par. 2. de attent. lit. pend. in præfat. num.* 265. & 273. qui etiam plures deciſiones refert, & neminem de hoc dubitare, *Rota in Vlſen. parochialis coram Reuerēdiſs. Lugdunen. quæ eſt* 109. *in prima par. recent. in princ. & num.* 2. ſed etiam
3 tranſiuit inſtantia, ex latè cumulatis per *Aſinum in praxi* §. 2. *cap.* 12. *num.* 4. & ideo lite pendente non licuit d. domino Duci, aliquid attentare, vel innouare
4 *tot. tit. ff. C. & in decret. vt lit. pend.* & præſertim poſſeſſionem capere citra vitium attentati, *Rota in Rauennaten. iuriſpatronatus quæ eſt* 159. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.* nec etiam vacantem, vt vltra deciſiones in prima, alia deciſione huius cauſæ allegatas *Natt. dicto conſ.* 568. *à princ. vſque ad num.* 6. *& eſt deciſ. Verall.* 234. *par.* 1. *in manuſcriptis, & Lancellott. de attent. par. 2. de attent. lit. pend. in præfat. num.* 301. & ideo poſſeſſio attentata non eſt conſiderabilis, & conſequenter hæredibus ab inteſtato eſt danda immiſſio, quia ſicuti Excel-
5 lentiſſ. D. Paulus dicens ſe fideicōmiſſarium, vbi nō poſ-
A ſideret dici nō poſſet legitimus cōtradictor A, *Bar. in l. filiā fratribus, ff. ad Trebell. poſt gloſ. in verb. mitti placuit ſentit Alber. in verſ. in gloſ. per interdictum, Odofr. in fine. Goffred. in princ. Ang. Alex. num.* 3. *& in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. Salyc. num.* 21. *Alex. num.* 24. *Decius num.* 48. *Curt. iun. num.* 46. *Menoch. remed.* 4. *de adipiſcen. num.* 630. *& fuit tentum hac die in Brittnorien. hæreditatis coram R. P. D. Caualerio*; ita neque hoc caſu,
6 quo non legitimè, ſed vitiosè poſſidet, *Alex. in d. l. filiam fratri, num.* 3 *Dec. vbi ſupra, & Menoch. d. remed.* 4. *num.* 635. & in ſpecie quando poſſeſsio eſt attentata *Rota deciſ.* 103. *num* 4. *par.* 1. *diuerſ.* vbi etiam quòd
7 non impedit immiſsionē ceſsionarij hæredis ab inteſtato. Et ita DD. concluſerunt, vtraque parte informante, ſtandum eſſe in deciſis quoad d. Excellentiſsimum Dominum Paulum, quo verò ad Illuſtriſsimos DD. Cardinalem, & Ferdinandum, dixerunt eſſe videndum, &c.

ANNOTATIO.

A De quo vidè *Fuſar de ſubſtitut. quæſt* 613. *per tot.*
B *Fuſar. d. quæſt.* 613 *num* 14. *Argel de legit. contradict. quæſt* 10 *num.* 78. *&* 126. *plenè Rota deciſ* 115. *ſub num.* 2. *part.* 1. *recent. vbi num* 3. quòd fideicommiſſarius, qui cœpit poſſeſſionem auctoritate propria, non autem de manu hæredis, dicitur vitioſus poſſeſſor.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana electionis puellæ.

Lunæ 2. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Dotes, quæ dari debent puellis per Societatem ex præcepto teſtatoris, an ſolui debeant per hæredem eidem Societati, ante contractum matrimonium: & an reſtitutio, & cautio conſeruandi dictas dotes præſtari debeat ad fauorem eiuſdem Societatis, vel hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator mandans ex eius hæreditate aliquas puellas quotannis in perpetuum dotari per aliquam Societatem, an dicatur intellexiſſe de actuali numeratione dotis facien. dictis puellis, vel de ipſa dotis conſtitutione, & promiſsione.*
Et an ſolutio dotis antea ſit facien. Societati per hæredem, & num. 3.
3 *Dos promiſſa venit ſub nomine dotis, adeo quòd per illius deſtinationem, & promiſsionem mulier dici poteſt dotata, cùm talis promiſsio habeatur pro ſolutione, & num.* 10.
4 *Mandatum in rem propriam datum cenſetur à teſtatore officialibus Societatis, ad quorum requiſitionem dotem per hæredem ſolui mandauit.*
5 *Dies interpellat pro homine.*
6 *Dotis reſtitutio, & cautio de illa reſtituenda præſtari debet ad fauorem dantis.*
7 *Executor merus non dicitur, qui habet aliquod commodum.*
8 *Teſtatoris voluntas, quatenus dubia, ſumit declarationem ab obſeruantia hæredis.*
9 *Piæ cauſæ fauore in dubio iudicandum eſt.*
11 *Statutum de lucro dotis habet locum etiam in dote promiſſa, licèt non tradita.*

DECISIO CCCCXXXII.

DVBIVM propoſitum cōtinens tres partes, de quibus infra, fuit in omnibus reſolutum ad fauorem Archiconfraternitatis Sanctiſſimi Sacramenti Baſilicæ S. Petri de Vrbe. Nam quoad primam, cui eſſet facienda ſolutio annui legati,

de

Digitized by Google

1 de quo agitur, pro dotandis tribus puellis in ſcutis 40.
monetæ pro qualibet, verba teſtatoris fuerunt in pri-
mis conſiderata, dum mandauit ex eius hæreditate tres
puellas quotannis in perpetuum dotari: per quæ non
viſum fuit, ipſum intellexiſſe de actuali numeratione do-
tis facienda dictis puellis, ſed de ipſa dotis conſtitu-
tione, & promiſſione, quæ ſolita eſt fieri etiam per alias
diuerſas Societates Vrbis in feſtiuitatibus ab eis ad id
ſpecialiter deputatis, mediante ſolita proceſſione in ea-
rum Eccleſijs, dictarum puellarum cum veſte, & me-
diante conſignatione cedulæ eiuſdem Societatis dotan-
tis, ſeu Officialium illius, in qua continetur promiſſio
dotis conſtitutæ de tempore nuptiarum ſoluendæ, vt
præcipuè ſeruat inſignis Archiconfraternitas Sanctiſ-
ſimæ Annuneiatæ, ad cuius imitationem omnes ferè
2 aliæ regulantur. Dos enim promiſſa venit ſub nomine
A dotis A, *Caſtr. & Alex. in l. ſi donaturus, §. fin. ff. de
cond. cauſ. dat. Iaſ. in rub. ff. ſol. matr. num.* 53. *Achill. de-
ciſ.* 13. *num.* 2. *de conſtit.* ita vt per illius deſtinationem,
& promiſsionem mulier dici poteſt dotata, vt per *Brun.
de ſtat. excluſ. fœm. art. 6. quæſt. 3. caſ. 4. & Gabr. conſ.*
15. *num.* 43. *lib.* 1. talis namque promiſſio habetur pro
ſolutione, vt per *text. in l. fin. C. ad l. Falcid. cum pluri-
bus concord. adductis ibi per gloſ. in ver. ſoluerit*. Cum
3 itaque iſta promiſsio, ſeu conſtitutio dotis, & cedulæ
conſignatio ſit facienda puellis per dictam Societatem,
vt ex verbis teſtamenti ſupra relatis: ſequitur etiam in
neceſſarium antecedens, teſtatorem voluiſſe, quòd ſolu-
tio antea fieret per hæredem eidem Societati, ne aliàs
eius voluntas eluſoria reddi poſſet, quia fortè Societas
non promitteret dotes, niſi haberet pecunias promptas,
penes ſe exiſtentes: cum poſt promiſſionem illicò poſſet
euenire caſus ſolutionis; & inueriſimile etiam eſt, teſta-
torem voluiſſe de proprio grauare Societatem, quæ po-
ſtea deberet ab hærede repetere, cum tamen eam non
ſolùm in aliquo non honorauerit, ſed potiùs ſatis in hoc
videatur grauaſſe propter laborem Viſitationum, & ali-
quam etiam impenſam, quæ in tali opere requiritur.
Huiuſmodi autem intellectus comprobari viſus fuit ex
4 ſubſequentibus verbis, videlicet, *quæ ſcuta quadraginta
pro qualibet ſolui debeant, & exburſari a d. hærede anno
quolibet ad requiſitionē d. Congregationis, et illius Officialium*:
per quæ videtur datum mandatum Societati ad exigen-
dum, vti in rem propriam, vt de ſimilibus verbis *trad.
Angel. & Alex. in l. in prouinciali, §. ſi ergo, ff. de nou. oper.
nunc. Parif. conſ.* 107. *num.* 34. & 35. *lib.* 3. *Surd. conſ.*
528. *num.* 22. iunctis præſertim alijs verbis, *iuxta ſtatuta
d. Societatis, & ordines Officialium illius abſque aliqua exce-
ptione*; Nam ſecundùm huiuſmodi ſtatuta, ſeu potiùs
conſuetudinem, obſeruantiam, & ſtylum d. Societatis,
& aliarum, de quibus dantur fides, ſolutiones ſimilium
legatorum, & relictorum fiunt in manibus ipſarum So-
cietatum ad effectum illas conuerten. in caſum deſtina-
tum, & ordines à communiter accidentibus diriguntur
per creditorem debitori, vt ſoluat. Quod eò magis vi-
ſum fuit dicendum, cum teſtator mandet quotannis do-
tari dictas puellas, & quolibet anno ſolui ad. ſcuta 40.
pro qualibet. Notiſſimum namque eſt, quòd, vt pluri-
mum puellæ non nubunt eodem anno, quo dictas cedu-
las conſequuntur, cum non ſemper habeant occaſiones
in promptu, & multoties differunt aliquando etiam per
multos annos pro cumulandis dotibus aliarum Societa-
tum. Et ſuadetur etiam, quia teſtator mandauit ad hūc
effectum deſtinari, & poni ad fructum ſcuta bis mille, &
non reſeruauit hæredi electionem; niſi vnius tantùm
puellæ, & ſic videtur noluiſſe, quòd Societas ſequeretur
fidem eiuſdem hæredis. Et demum viſa fuit omnis dif-
ficultas ſublata per obſeruantiam, de qua infra. Quo
verò ad ſecundam partem dubij, quando ſit facienda ta-
lis ſolutio, verba teſtatoris viſa fuerunt clariſsima, ibi
videlicet, *quotannis in perpetuum*, & ibi, *quolibet an-
no*, & demum ibi, *in feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti*,
5 quæ dies ſinè dubio interpellat pro homine, *l. magnam,
C. de contr. ſtipul. cap. potuit, in fin. extra locat. cum alijs
per Gabr. de ſolut. concl. 9. num.* 1. & excludit tempus
nuptiarum, & maximè cum illæ non ſequantur quolibet
anno, vt dictum eſt. Demum quoad tertiam, & vlti-
mam partem, ad cuius fauorem ſit præſtanda cautio de
dotibus reſtituendis in caſu reuerſionis; cum iam fir-
6 matum ſit, illas eſſe promittendas ab ipſa Societate, con-
ſequens eſt, vt etiam d. cautio ſit præſtanda ad illius fa-
uorem, Danti enim facienda eſt reſtitutio, *Salic. in l. ſi
conſtante, num. 4. C. de donat. ante nupt.* & cautio de re-
ſtituendo, vbi alia perſona non exprimitur, ſemper in-
telligitur ad fauorem dantis, quia reſpondet dationi, vt
ex traditis *per Surd. de alim. tit. 6 quæſt. 23. num.* 4. Ma-
ximè quia Societas in præſenti caſu conſiderari non
poteſt tamquam mera executrix, ita, vt nullum com-
modum percipere poſsit; quia cum (vt dictum eſt)
ſolutio ſit ei quotannis facienda, ad effectum ſupradictas
dotes conſtituendi; & promittendi, & cum non quoli-
bet anno, ſed raró, vt plurimùm veniat caſus illas ex-
burſandi dictis puellis, ſequitur, ipſam Societatem ha-
bere commodum ſaltem in potentia pecuniarum ſibi per
hæredem ſoluendarum illo medio tempore, quouſque
7 veniat dictus caſus, quod commodum habere non poſ-
ſet, ſi eſſet mera executrix, *vt ex trad. per Bart. Caſtr.
& Imol. in l. ſi quis Titio, ff. de leg.* 2. conſiderauit *Rot.
in Romana cenſus 20. mill. 16. Octobris* 1595. *coram bon.
mem. Card. Pamphilio*. In quolibet autem ex ſupradictis
capitibus viſa fuit ceſſare difficultas ex ſupradicta ob-
ſeruantia non ſolùm generali aliarum Societatum, ſed
etiam iſtius, de qua agitur, etiam in legato prædicto,
quod fuit per d. hæredem hoc modo ſolutum ab anno
1604. vſque ad 1611. vt probant teſtes dati in ſumma-
rio Societatis, & ex aduerſo etiam non negatur. Per
8 talem namque obſeruantiam hæredis potuit declarari,
& ita declarata remanſit teſtatoris voluntas, quatenus
dubia dici poſſet, quòd contrarium ſit etiam improba-
bile, vt ex traditis per *Ruin. conſ.* 128. *præſertim num.*
8. & 9. *lib.* 2. cum alijs allegatis in *Romana menſa num-
mularia 30. Iulij* 1614. *coram Reuerendiſſ. D. Decano*, &
in *Romana laudi 22. Maij* 1615. & in *Amerina bonorum*
28. *Aprilis* 1617. *coram me*. Ex quibus res viſa fuit cla-
riſſima, & etiam in dubio, cum agatur de cauſa tam pia,
9 fuiſſet pro illa iudicandū *Tiraquel. de pia cauſ. priuil.* 146.
Et ideo fuit in omnibus vnanimi ſuffragio reſolutum, vt
ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A Dos promiſſa vera, & propriè dos dicitur, vt præter hic
10 allegatos *Gratian. diſcept. 666. num. 52. Rot. deciſ.* 548.
num 6 par. 4. diuerſ. & in Senogallien. dotis 23. Ianuarij
1608. *coram Reuerendiſsimo D. Patriarcha Pamphilio* Vn-
dè ſtatutum de lucro dotis habet locum etiam in dote pro-
11 miſſa, licèt non tradita, vt poſt plures, quos allegat, tra-
dit *Menoch lib. 6. præſumpt. 1. num* 21. vbi quòd hæc ſit
æqua, & magis recepta ſententia, *Gaſp. Ant. Theſaur.
quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt 75. Adrian Neguſant. quæſt. fo-
renſ. 443. num 9. & ſeqq. Gratian. d. diſcept. 666. ſub d. n.*
22. & hanc opinionem canonizauit *Rota, vt apud Achill.
deciſ. 13. de conſtit. dicta deciſ. 548. num. 11. par. 4. diuerſ.
coram Gregor. XV deciſ. 5. num 2. & ibi Beltramin. num.*
21. *deciſ. 204. num 20. in Aſculana dotis 29. Maij* 1596.
coram Gipſio, in Ariminen. legati 20. Decembris 1596 *co-
ram*

ram Litta, in Romana dotis de Maximis 3. *Martij* 1606.
*& in d. Senogallien. dotis coram Reuerendiss. D. Patriarcha
Pamphilio*, quod procedit etiam ſi ſtatutum dicat, quòd dos
remaneat apud virum. *Rot. d. decis.* 248. *num* 11. *part.* 4. *di-
uerſ. in d. Aſculana dotis coram Gipſio. & in eadem* 9. *Mar-
tij* 1603. *coram Cardinali Sacrato*: imò etiam ſi ſtatutum
tacitè, vel expreſſe loquatur de dote data *Menoch d. præ-
ſumpt.* 1. *d. num.* 21. *ad fin. Rota in d. Aſculana dotis co-
ram Cardinali Sacrato.* Notandum tamen, quòd quando
vxor, ſeu maritus decedit, pendente termino conſtituto
ad ſoluendum dotem, hoc caſu licèt dote promiſſa, & adhuc
non ſoluta lucrum debeatur, *vt latè per Neguſant. dicta
quæſt.* 443. *à num.* 9. tamen peti non poteſt ante quam
dies ſolutionis ceſſerit, ſed tenetur ſuperſtes expectare
tempus datum ad ſoluendum dotem, quo finito, & non
priùs debebitur lucrum, *vt latè Rota coram Card. Man-
tica decis.* 337. *per tot.* inſuper non debetur lucrum ex do-
te promiſſa, ſed tantum ex conſignata, quando per mu-
lierem facta fuit promiſſio dotis, quam verè in ſumma
promiſſa maritus conſequi non potuit, puta quia mulier nõ
habebat tantum in bonis, vel alia ſimili de cauſa *Card. Se-
raphin. decis* 883. *num.* 2. *& num.* 3. quòd hoc caſu atten-
denda ſit æſtimatio de tempore obitus, non autem de tem-
pore promiſſionis.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana hæreditatis, & Paragij dotis.

Mercurij 4. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Pater ſuccedit in hæreditate filiorum cum alijs filijs quoad vſumfructum.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſuccedens filijs inſimul cum alijs filijs, ſuccedit in ſolo vſufructu bonorum extra dotalium matris dd. filiorum.*

2 *Pater ſuccedit in hæreditate filiorum infantium vna cum fratribus, ſeù ſororibus, pro virili.*

3 *Statutum excludens ſorores à ſucceſſione fratrum, vocando fratres propter exiſtentiam patris, an procedat in bonis maternis.*

4 *Pater admittens ad ſimultaneam filiorum ſucceſſionem fœminas à ſtatuto excluſas ſibi præiudicat.*

5 *Pater, & mater ſuccedunt æqualiter filio ſiuè filijs decedentis nulla adhibita diſtinctione, an bona proueniant a paterna, vel materna linea.*

DECISIO CCCCXXXIII.

QVIA dubium propoſitum habebat plu-
res partes, firmata prima, videlicet,
quòd Antonius ſucceſſerit duobus eius
filijs infantibus ex prima vxore, inſi-
mul cum Fauſtina eius filia, & dicto-
rum infantium ſorore, vt in deciſione
ſub die 20. Nouembris 1617. deindè
fuit diſputatum, an propter huiuſmodi ſucceſſionem
1 amiſerit vſumfructum bonorum dotalium, & extra do-
talium matris dd. filiorum, & hodie reſolutum, ipſum
amiſiſſe vſumfructum extra dotalium, reſeruato, vt
de dotalibus videatur. Quia idem Antonius ſucceſſit
dd. filijs vnà cum dicta Fauſtina, & ſic in ſolo vſufructu
iuxta diſpoſitionem, §. *conſequens, verſ. ſi verò, vbi glo.
Bart. & Angel. Auth. de hæred. ab inteſt. & auth. item
hæreditas, C. de bon. quæ lib. vbi gloſ. Cin. & Odofr.* & con-
cluſio eſt clariſsima, & ſinè contradictore. Quæ ſuc-
2 ceſsio patris vnà cum fratribus, ſeù ſororibus habet
locum etiam in hæreditate infantium *Bald. in l. ſi infanti
nu.* 8. *C. de iur. delib. & ibi Ang. qui communem dicit, idem
Bart. in l. ventre* 83. *nu.* 28. *& ibi Aret. col. penul. in princ.
verſ. circa ſextã fallentiam ff. de acquir. hæred. & de commu-
ni Dec. conſ* 87. *num.* 2. *verſ. in contrarium tamen,* & eam
acquirit non iure proprio, prout olim, ſed tanquam
hæres filij infantis, *gloſ. in d. l. infanti, vbi Bart. num.*
4. *Bald. num.* 7. *Iaſ. num.* 8. *Rom. conſ.* 512. & tranſmit-
titur ſaltem vti adeunda, *Ruin. conſ.* 39. *num.* 8. *verſ.
ſed in caſu noſtro, & conſ.* 161. *num.* 7. *lib.* 3. *Aſcan. Clem.
de patr. poteſt cap.* 6. *effect.* 13. *num.* 3. Nec obſtat, quòd
ſtatutũ antiquum excluderet à ſucceſsione fratrum ſo-
rores vocando fratres, & conſequenter excluderet etiã
Fauſtinam propter exiſtentiam patris *per reg. ſi vinco
vincentem te, Ruin. conſ.* 37. *num.* 4. *& ſeqq. vol.* 3. *cum
3 alleg.* Nam ſtatutum non procedit in bonis à matre
A prouentis, A *Gabr. qui in ſpecie huius ſtatuti conſ.* 6.
num. 6. *&* 7. *lib.* 2. *ſequendo Caſtr. in auth. itaq; num.* 2.
C. comm. de ſucceſſ. & conſ. 201. *num.* 2. *lib.* 2. *Brun. de
ſtat. excl. fœmin. art.* 8. *quæſt.* 15. *num.* 22. *cum alijs per
Hond. conſ.* 8. *num.* 21. *vol.* 1. Et difficultas ceſſat, quia
Antonius admiſit Fauſtinam ad ſimultaneam ſucceſsio-
4 nem filiorum, vt firmatum fuit in dicta deciſione 20.
Nouembris, & ideò ſibi præiudicaſſet *Bald. in l. maxi-
mum vitium num.* 11. *verſ. ſed pone, quòd frater, C. de
lib. præter. Brun. vbi ſupra art.* 10. *num.* 4. *&* 5. *Gabr.
conſ.* 15. *num.* 27. *lib.* 2. Prædicta tamen dixerunt DD.
procedere quoad vſumfructum Antonio acquiſitum
ex perſona dd. infantium defunctorum, non autem
quoad portionem vſusfructus ſibi quæſitam ex perſona
Fauſtinæ, quæ fuit hæres matris pro tertia parte cum
dd. fratribus defunctis, quia per mortem dd. filiorum
illum non amiſit.

Et ita fuit reſolutum.

ANNOTATIO.

A Diſtinctio illa, an bona prouenerint ad filios ex linea pa-
terna, vel materna, quando agitur ſecundùm ius commune
de ſucceſſione filiorum, ad quam regulariter pater, & ma-
ter pro æquali portione admittuntur. iuxta vulgatam di-
ſpoſitionem *auth. defuncto, C. ad Senatuſconſ. Tertull.*
& vndè ſumitur *d. auth.* §. *ſi autem plurimi. Auth de
hæred. ab inteſt. venien. Craſſ qui alios cumulat in* §. *ſuc-
5 ceſſio ab inteſtato quæſt.* 22. *num.* 1. *in fin.* fuit originalis
Bartoli, qui exiſtimauit, quòd in bonis, quæ à patre, vel à
conſanguineis ex latere patris prouenerint ad filios, vt ad
ſuum fontem reuertantur, ipſe pater in totum ſuccedat,
prout mater in bonis ab ipſa, vel à conſanguineis ipſius
habitis: ita enim tradidit, & diſtinxit *in l. quod ſeitu,* §.
*ſin autem, in princ. C de bon. quæ liber. in l. poſt dotem
num.* 36. *ff ſolut. matr. in auth itaque num* 2. *C. comm.
de ſucceſſ & in conſ* 18. *in vlt dub num.* 4: & hanc theo-
ricam ſequuti ſunt plures *Caſtr. in d.* §. *ſin autem, in
princ. num.* 2. *Iaſ. in d. l. poſt dotem num.* 106. *Rom. conſ*
40. *nu.* 5. vbi dicit, opinionem Bart. eſſe veriorẽ *& num.
ſeqq. Bened. in cap Raynutius, in verb vxorem, num.* 74.
de teſtam. Boer decis 192 *num.* 5. *verſ ergo a fortiori, Gabr.
concl.* 3. *tit. de ſucceſſ. ab inteſt. num.* 2. *&* 3. *in fin.* qui te-
ſtatur de magis communi, & ſecundùm hanc opinionem
Bart fuit iudicatum in Senatu Pedemontano, prout refert
Theſaur. decis. 27. *in fin qui num.* 4. hanc ſententiam

veriorem, communiorem, & æquiorem appellat, & de obſeruantia aliorum Tribunalium teſtatur *Mart. de ſucceſſ. legal part. 2. quæſt 1. art 1. num 7.* Contrarium tamen cotra Bart. ſenſerunt *Rayner de Forol Din Cin. & Alber. in d. auth. defuncto, & in d l quod ſcitis. ſ. ſin autem, C. de bon quæ liber.* & omnes alij, qui fuerunt ante Bart. vt aduertunt *Theſaur d. deciſ 27. num. 2. verſ contrarium, & Mart de ſucceſſ. legal. par. 2. quæſt. 1. art. 1 num. 7. verſ. contrarium, & Bart in ſpecie reprobato Bal. in d auth. defuncto num. 3. & in d. l quod ſcitis num 4. & 5. & in conſ. 31. num. 1. lib. 2* de communi *Fulgoſ.* articulo latè examinato *in d. l. quòd ſcitis, num 7. et 8. Salicet. in auth. itaque. C. comm de ſucceſſ. num. 2. verſ. ego dubito, et Bellapert. ibidem in medio verſ. ſed quæritur, Corn in d. l. quod ſcitis num. 3. & 4. & pleniùs conſ. 94. num 5. lib. 1. verſ. in hac parte*, vbi notat, quod Doct. Bart. aduerſantes loquuntur magis accuratè, *& conſ 286. num. 3. & ſeqq. vſque in fin. lib. 1. & meliùs conſ. 25. lib. 4. per tot.* hanc eandem ſententiam defendit *Cuman. conſ. 123. per tot.* quem ſequuti ſunt *Nicolaus de Vbald de ſucceſſ. ab inteſt. par. 2. num 4. Couar. in epitom. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 2. vbi verſ. alioquin*, concludit, opinionem Bart. eſſe falſam, *Molin Societ. Ieſu de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 163. verſ. contrariam. Matienzo in Commentarijs lib. 5. tit. 8. gloſ. 3. num. 17. Tretherius in ſelect. diſput. diſput. 16. theſ 4 lit. C Gomez. in l. 6. Tauri num 8.* qui in fine dicit, hanc eſſe veritatem *Spino de teſtam gloſ 1. princ. num. 32. Royas in epitom. ſucceſſ. cap. 29. num 38. & 39.* qui teſtatur, hanc opinionem ſeruari in praxi, plenè *Phanuc. de inuent. par. 2. num. 11.* qui veriorem appellat. *Myſinger pract. obſeruat. centur. 6. cap. 55. Fachin. controu. iur. lib. 7 cap 4 Craſſ. ſ. ſucceſſ. ab inteſtato quæſt. 22. num. 5. Conſtant. Capreol. de ſucceſſ. ab inteſt lib. 2. num. 11. & num. 17.* inquit, hanc eſſe veriorem, & in iudicando ſequendam. *Valentin Forſter. de ſucceſſ lib. 7. cap. 4. concl 4. num. 12. & ſeqq. vſque ad 22.* vbi omnibus argumentis pro Bartoli diſtinctione adductis reſpondet; in hanc ſententiam inclinat etiam *Barboſ in d. l poſt dotem, num 66 verſ. nihilominus, & num. ſeq vſque ad num 73. verſ ex hac igitur, Fontanell, qui ferè innumeros congerit de pact. nupt clauſ 4. gloſ 24. num. 52. & ſeqq* & contra Bart. opinionem fuit iudicatum in Rota Senenſi, & in Camera Imperiali, vt teſtantur *Phanuc. & Myſinger. in locis ſuperiùs allegatis*, & articulo diligenter examinato tenuit *Rota in Romana ſucceſſionis 17. Iunij 1624. coram R P. D meo Merlino*, ea ratione quia Imperator in *d. auth defuncto & in d. ſ. ſi autem plurimi*, generaliter, & indiſtinctè defert, tam patri, quàm matri æqualem filiorum ſucceſſionem; & quia vt plurimùm in hæreditate filiorum non adſunt alia bona, quàm ea, quæ illis ex paterna, vel materna linea obuenerunt, vel ſaltem inter alia etiam bona huiuſmodi reperiuntur ſi retineretur opinio *Bart.* raró daretur caſus, in quo hæreditas filij inter parentes æqualiter diuideretur, & ſic diſpoſitio *d. auth defuncto, & d ſ. ſin autem plurimi* non comprehenderet caſus, qui facilè, & frequentiùs accidere ſolent Imò cum *in d. ſ. ſin autem* Imperator vtatur verbo vniuerſali hæreditatis, prout etiam in *ſ. ſequenti ſi verò*, & verbum prædictum comprehendat omnia bona, & iura, quæ penès defunctum reperiebantur, non eſt facienda ſeparatio bonorum, quàm Imperator reiecit, & fieri non poteſt, niſi in caſibus à iure expreſſis *l. 1. ſ. præterea, ff. de ſeparat.* vltra quod bona translata in aliquem, poſtquam effecta ſunt patrimonium illius, amittunt primam naturam, & primum nomen, & remanent patrimonium, & hæreditas acquirentis, *l. ſed ſi plures. ſ. filio, ff de vulg. & pupill. & latè in Romana domorum 29. Ianuarij 1626. coram bon. mem. Andrea, & in Bononien. hæreditatis de Armis 28. Aprilis et 12. Decembris 1622. et in d. Romana ſucceſſionis coram eodem R. P D. Merlino.* Nec obſtat textus *in d. l. quod ſcitis, ſ. ſin autem, C. de bon. quæ lib* quem *Bart. et alij* illum ſequentes ſingularem pro eorum opinione appellant; quoniam omiſſo, quòd ſecundùm opinionem *Cyn. Din. Rayn. de Foroliu. et Bald. in d. auth defuncto num. 4. et in ſ. ſin autem, num. 4. in fin et Corn ibidem, et conſ 265. num 2. verſ. & poſito lib. 4.* diſpoſitio *d. ſ. ſin autem*, fuit correcta per *d. auth. defuncto, & per ſ ſin autem, Auth de hæred. ab inteſt.* & omiſſo, quòd aliqui exiſtimarunt, *text. in d. l. quod ſcitis, ſ. ſin autem* procedere in lucris nuptialibus, non autem in alijs bonis, *vt poſt Bald. in l quod ſcitis num. 5. obſeruauit Couar. vbi ſupra num. 2. Corn. d. conſ 286. num. 3. lib. 1. Theſaur. d. deciſ. 27. num. 3. verſ. & quamuis* textus nõ applicatur, quia in eo nõ erat controuerſia inter aſcendẽtes paternos, & maternos circa ſucceſſionẽ deſcendentis, ſed erat ſolùm inter patrem, & auum paternum, & ideo patri vti proximiori defertur hæreditas, auo autem datur retentio vſusfructus, quẽ, viuente ipſo nepote ratione patriæ poteſtatis fuerat conſecutus, & ita illum text. intellexerunt *Cyn. Din. Rayn. Alber. Corn. Barboſ. Phanuc. Couar. & Fachin.* ac alij ſuperius pro opinione cõtra Bart. relati nec ſuffragantur verba illa, *quæ ad ipſum ex matre, vel ab eius linea prouenerint*, quaſi quòd conſtituatur differentia inter bona quæſita ex linea materna, & alia, & conſequenter detur ſeparatio bonorum conſiderata per *Bart.* quia vel ibi filius non habebat alia bona, quàm materna, vel ante Iuſtinianum tempore Valentiniani, & Theodoſij *dicta l. quod ſcitis* conditorum, filius in omnibus bonis non habebat hæredem ab inteſtato, ſed pater tanquam peculium filij iure patriæ poteſtatis ſtatim omnia occupabat *l. 2. ff. de caſtr. pec. vbi Bart. & Caſtr. in d. l. quod ſcitis, et Fulgoſ. num 1. et 6. Alberic. in auth itaque col. 2. verſ. item ſecus C. comm de ſucceſſ et notat Matienzo vbi ſupra lib. 5. tit. 8. gloſ. 3. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 4.* quod fuit poſtea immutatum a Iuſtiniano *in l cum oportet, C de bon. quæ lib.* niſi in bonis maternis, in quibus etiam de d. tempore Valẽtiniani, & Theodoſij erat ſpeciale, quod pater non acquirebat pro peculio niſi vſumfructũ iuxta *l. 1. C. de bon. mat.* quam condidit Conſtantinus, qui fuit ante dd. Valentinianum, & Theodoſium, & proinde ab eiſdem Imperatoribus fit mentio tantùm de bonis maternis, quia tunc temporis defuncto filio de ſucceſſione bonorum maternorum dumtaxat iure hæreditario agi poterat *iux. d. l 1. C. de bon. mat.* & ita diſtinguendo tempora explicat *Phanuc. de inuent d par. 2. num. 11. et clariùs Barboſ in d. l. poſt dotem. num 68. verſ. item aduerto ff ſolut. matr.* & in omnem euentum cũ text. prædictus habeat varios intellectus, & fortaſſe fuit correctus ex relatis, & diuerſimodè legitur, & diſpoſitio *auth defuncto C. ad Tertull. et ſ. ſi autem plurimi Auth. de hæred. ab inteſtato venien.* ſit clara, quòd hæreditas filij inter parẽtes æqualiter diuidatur, nõ videtur à dictis iuribus recedendum. Minùs obſtat tex. *in l. de emancipatis, ſ. excepiſſe C. de legit hæred.* ex quo per Bart. & alios deſumitur, quòd vterinus frater ſuccedit fratri in bonis à matre profectis, excluſo fratre conſanguineo. Quia, vel intellectus prædictus nõ eſt iuri conſentaneus, ex adductis *per Fachin. d. lib. 6. controu. iuris c. 5. per tot. et Barboſ in d. l. poſt dotem num. 69 verſ non obſtat. et ſequentib.* vel intelligi debet procedere in ſucceſſione tranſuerſalium, quia aliàs eſt etiam contra omnia iura, dum fingit defunctum habere plura patrimonia. Vndè non eſt facienda extenſio à tranſuerſalibus ad ſucceſſionem aſcendentium, *Caſtr. in auth poſt fratres, la prima C. de leg hæred nu 2.* quẽ ſequuntur omnes, *et per Fontanell. de pact nupt. d clauſ 4. gloſ. 24. num. 63 Franch. deciſ. 59. num. 7. Barboſ. in d. l. poſt dotem*

Digitized by Google

tem num. 10. *et Forſter. de ſucceſſ. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 10. *et dixit Rota in d. Romana ſucceſsionis coram R. P. D. Merlino.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana Attentatorum.

Mercurij 4. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Attentata an, & quando ſaluari poſſint ſub prætextu continuationis poſſeſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata, & innouata lite pendente ſunt reuocanda.*

2 *Attentare non dicitur, qui continuat; intellige poſt quæſitam poſſeſſionem num.* 9.

3 *Reſcripti verba generalia extenduntur ad omnia, quæ ſub ipſis comprehendi poſſunt.*

4 *Iudicium eſt petitorium, quando agitur actione perſonali pro mandato executiuo.*

5 *Cenſus extinguitur pro ea parte, pro qua illius debitor ſuccedit creditori.*

6 *Legitimatio perſonarum eſt neceſſaria in quocunque iudicio etiam ſummario, & executiuo.*

7 *Executiuum iudicium intentari non poteſt pendente ordinario, quando ſententia ferenda in iudicio, ordinario eſt paritura exceptionem in executiuo*

8 *Iudicium vniuerſale facit ſilere particulare inter eaſdem partes.*

10 *Poſſeſſio vnius rei non acquiritur ex apprehenſione poſſeſſionis alterius rei.*

11 *Poſſeſſio rei corporalis non inducit quaſi poſſeſſione rei incorporalis illi adhæren. niſi procedatur ad actum, & exercitium rei incorporalis, & ratio num. ſeq.*

12 *Poſſeſſio vt acquiratur in incorporalibus, vltra acquirentis animum requiritur ſcientia, & patientia illius, contra quem acquiritur. Limita vt num.* 16.

13 Innoc. *doctrina* in cap. in literis, num. 6. de reſtit. ſpoliat. *declaratur.*

14 *Cauſa vniuerſali pendente non poteſt procedi contra debitores citra attentatum, ſequuta inhibitione, & facta oppoſitione.*

15 *Auditor Cameræ eſt Iudex obligationis Cameralis priuatiuè quo ad omnes.*

DECISIO CCCCXXXIV.

RESPONSVM fuit vnanimiter per DD. conſtare de attentatis, illaque eſſe reuocanda. Commiſſa namque fuerunt per D. Petrum Paulum, qui (pendente coram D. Capitaneo cauſa eius appellationis à Secundi) Collater. ſententia lata ad fauorem D. Benedicti eiuſdẽ Petri Pauli fratris ſuper immiſsione in poſſeſſionem 4. partis bonorum quondam Catherinæ Vrſinæ, & alijs etiam cauſis inter eos, vt infra, ex reſcripto Sanctiſsimi cum voto Rotę expediendis, ac ſecuta inhibitione, diſputatoque bis in Rota ſinè reſolutione, an eſſet attenden. prima ad fauorem amborum fratrum, vel ſecunda ad fauorem ſolius Petri Pauli ceſsio facta per Olympiam d. q. Catherinæ filiam tunc religionem ingreſſuram, introduxit coram A. C. iudicium executiuum contra D. Benedictum, & reportauit mandatum,

& ſequeſtra pro fructibus cenſus aliàs per eum ad fauorem D. Catherinæ impoſiti; quæ ſunt in confeſſo apud partes, & iuſtificata *in ſummario dicti Benedicti num.* 4.
1 ideo omnia vti attentata, & innouata lite, & inhibitione pendente ſunt reuocanda: nec ſaluari poſſunt prætextu continuationis poſſeſsionis omnium bonorum ſibi per Olympiam ceſſorum, per d. Petrum Paulum ante
2 litem motam captam ex vulg. limitatione, quòd qui continuat non attentat. Primò quia non potuit pro continuatione, ſeu manutentione poſſeſsionis, vel quaſi alibi, quàm coram eodem D. Capitaneo experiri: cum commiſsio Apoſtolica ſit, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio, nec verba reſcripti patiuntur reſtrictionem
3 datam ad ſolum poſſeſſorium adipiſcendæ intentatum per Benedictum, ſed aliud quodcunque, vt in ſpecie, *Ruin. conſ.* 5. *num.* 8. *verſ. patet ergo, & num.* 9. *lib.* 4. & regulare eſt, quòd verba reſcripti generalia extendantur ad omnia, quæ ſub ipſis comprehendi poſſunt, *Innoc. & alij communiter in c. cum olim il primo, de offic. deleg.* Secundò, quia potius fuit actum, & pronunciatum in petitorio expreſsè (vt ſupra) commiſſo eidem
4 Capitaneo, cum actum fuerit actione perſonali, & pro mandato executiuo, prout etiam priùs actum fuerat coram Secundo Collaterali; *vt in ſummario Benedicti num.* 1. Tertiò, quia nec petitorio, nec poſſeſſorio coram aliquo Iudice agi potuit, pendente inter eoſdem fratres cauſa, quænam ceſsio eſſet attẽden. quæ eſt præiudicalis cauſæ dicti cenſus, & fructuum: ex illius enim
5 reſolutione reſultat, an dictus cenſus fuerit extinctus, necne, quia ſi ceſsio ad fauorem vtriuſque præualeret, Benedictus debitor cenſus ſucceſsiſſet creditrici pro quarta parte, & cenſus fuiſſet extinctus, & exinde pendet etiam, an perſona Petri Pauli prætendentis ſe ſolum
6 ceſsionarium Olympiæ, ſit legitimata, quæ legitimatio eſt neceſſaria in quocunque iudicio, etiam ſummario, & executiuo, *Dec. in l. fin. num.* 47. *C. de edic. diu. Adr. toll. cum plurib per Menoch. de recuper. rem.* 15. *quæſt.* 24. *num.* 272. & 273. *Rot. deciſ.* 28. *num.* 4. *part.* 2. *in recent.* & in alijs; adeo, vt cum ſententia in d. ordinaria cauſa ferenda paritura ſit exceptionem rei iudicatæ etiam in alia executiua, ratione iſtius connexitatis, pendente prima, non poterat ſecunda intentari, *Dec. conſ.* 33. *num.* 4. *col.* 3. *poſt med. verſ. & ad hoc benè facit, & poſt alios Lancell. part.* 2. *cap* 12. *de attent. appellat. pend.*
8 *limit.* 2. *num.* 28. Et cum cauſa, quænam ceſsio ſit attenden. ſit vniuerſalis, facit ſilere iudicium particulare inter eaſdem partes, *l. non diſtinguimus, §. ſi is faciat, & ibi Gloſ. Odofr. Alber. Bart. & Bald. ff. de arbitr.* cum alijs in *Auenionen. fideicommiſſi* 19. *Iunij* 1617. *coram me,* vbi ita declaratus fuit procedere *text. in l. fin. C. de ed. diu. Adr. toll.* Conſiderabant etiam DD. attentata non poſſe cui-
9 tari ſub prætextu dictæ continuationis, quæ non intrat, niſi quæſita poſſeſsione, quæ non videbatur acquiſita P. Paulo dicti cenſus hæreditarij ex apprehenſione alio-
10 rum bonorum hęreditariorum, ad *gloſ. in l.* 3. *in princ. in verb. quamlibet, vbi poſt Bart. num.* 4. *Alex. de communi num.* 21. *ff. de acquir. poſſ. Menoch. de retin. rem.* 3. *num.* 281. & 282. *& ſuit dictum coram me in Reatina Barchæ*
11 11. *Decembris* 1617. Nec ex poſſeſsione Palatij cenſuati ſimiliter capta ad effectum adipiſcen. poſſeſsionem cenſus; quia ex poſſeſsione rei corporalis non acquiritur q. poſſeſsio incorporalis illi adhęren. niſi procedatur ad actum, ſeu exercitium iuris incorporalis, *Innoc. in cap. in literis, de reſt. ſpol. num.* 12. *verſ. illud autem, & ibi Io. Andr. col.* 1. *circ fin. verſ. quod autem num.* 15. *Butr. num.* 3. *verſ. in alia parte gloſ. Anchar. num.* 4. *verſ. alij dicunt & num.* 5. *idem Anchar. in reg. ſinè poſſeſsione in* 2. *quæſt. verſ. inde ſicut, & num.* 11. *verſ. aduertendum, & de-*

coun-

communi Aretin. in l. 3. in princ. num. 3. & ibi Hercul.
num. 11. uſque ad num. 14. de acq. poſſ. Soccin. num. 7. in
12 *3. illat.* Nam vltra animum acquirentis requiritur ſciē-
tia, & patientia alterius, contra quem acquiritur poſ-
A ſeſsio A, *Bart. in l. quod meo, num. 6. ff. de acq. poſſ.*
Rom. in d. l. 3.. verſ. & iſtorum, Bal. in l. 2. num. 17. &
23. C. de ſeruit. & aq. cum alijs per Pontan. de ſpol. lib. 2.
13 *num.* 180. Et ita non applicatur *doctr. Innoc. d. cap. in*
literis num. 6. verſ. poſſeſsio autem, quæ declaratur, vt ſu-
pra, quòd etiam loquitur de inductione in poſſeſsionem
facta per dominum, ſeu poſſeſsorem; nec etiam appli-
catur dicta deciſio Reatina, in qua fuerat probata nedū
poſſeſſio rei corporalis, ſed exercitium iuris incorpora-
lis retinen. barcam in flumine, ex quo reſultabat quaſi
poſſeſſio prohiben. retentionem barchæ in dicto flumi-
ne, Ex prædictis etiam ceſſant, quæ dicebantur, quòd
14 pendente cauſa vniuerſali poteſt procedi contra debito-
res citra attentatum; quia non procedunt ſecuta inhi-
bitione, & facta oppoſitione, prout hic *Lancell de at-*
tent. lit. pend. 2. par. cap. 4. lim. 26. num. 8. & 9. Prout
15 etiam ceſsat motiuum obligationis Cameralis, cuius
eſt Iudex A. C. priuatiuè, & de qua nulla eſt facta men-
tio in commiſſione Apoſtolica, quia commiſsio eſt
cum clauſulis amplisſimis complectentibus omnes cau-
ſas inter dictos fratres motas, & mouendas, ſiue in pe-
titorio, ſiue in poſſeſſorio, & quia non poteſt procedi
in iudicio executiuo pro fructibus dicti cenſus, niſi priùs
terminato, quæ ceſsio ſit attenden. cum articulus hu-
iuſmodi ſit præiudicialis, vt ſupra.

Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Limita vbi quis habet titulum, tunc enim quaſi poſſeſſio
16 in incorporalibus acquiritur etiam abſque ſcientia, & pa-
tientia aduerſarij, *Caſtren. in l ſeruitutes prædiorum*
14. ſub num. 9. ad fin ff. de ſeruitut. Balb de præſcript.
part. 2. quintæ partis principalis quæſt. 7. num 4. Cepoll de
ſeruitut. vrban præd. cap 20. num. 5. Seraphin deciſ 1213.
num 7. Rot deciſ 739. num. 8. part. 4 diuerſ. et deciſ. 533.
ſub num. 3. ad med. part 1. recent. et in Albanen iuriſdictio-
nis 26. Iunij 1613. coram Illuſtriſsimo Cardinali Verospio.

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Cæſenaten. indultorum.

Lunæ 9. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Indulta Apoſtolica habent executionem paratam, & quando ſunt iuri communi conformia, non indigent iuſtificatione; & an per ea cenſeatur derogatum pactis, vel conſuetudini immemorabili; & an conſuetudo probari poſſit per ſcripturas.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ habent executionem paratam ad inſtar teſtamenti.*
2 *Reſcriptum iuri communi conforme non indiget iuſtificatione.*
3 *Conuentiones ſuper maiori laudemio initæ validæ ſunt, præſertim quando ſunt appoſitæ in limine conceſſionum, vel quando bona ſunt deuoluta.*
4 *Pactis in dubio nunquam cenſetur per priuilegium derogatum.*
5 *Immemorabilis habet vim priuilegij, & num. 10. limita vt num. 11.*
6 *Immemorabilis per derogationem generalem nunquam cenſetur ſublata. Etiam ſi derogetur conſuetudini cum dictione vniuerſali,* quæcunque, *aut alia huiuſmodi num. 12. contrarium num. 13. Diſtingue, vt num. 14.*
7 *Priuilegij ſuperfluitas potiùs toleratur, quam quòd auferatur ius Eccleſiarum ſuper pactis, & conſuetudinibus fundatum.*
8 *Conſutudo in quibus caſibus poſſit per ſcripturas probari.*
9 *Immemorabilis poteſt etiam per ſcripturas probari.*
15 *Immemorabilis conſuetudo quando eſt iniqua, & irrationabilis, vt cenſeatur ſublata, ſufficit, ſi derogetur ſimpliciter conſuetudini.*

DECISIO CCCCXXXV.

DVBITAVI, an indulta Apoſtolica
Ciuitati Cæſenæ conceſſa eſſent exe-
quenda; & pro nunc ſtrictè ad quanti-
tatem laudemiorum pro bonis em-
phyteoticis in Territorio dictæ Ciui-
1 tatis poſitis Eccleſiæ Ceruien. ſubie-
ctis Domini dixerunt, illa eſſe exequē-
da; cum literæ Apoſtolicæ paratam habeant executionē
ad inſtar teſtamenti ex *rem. l. fin. C. de edict. diu. Adr.*
toll. Mohed. deciſ. 13. vt lit. pend. Sarnen. in tract.
Breu. num. 4. Rot. deciſ. 338. & deciſ. 699. vtrobique
num. 17. par. 2. in recent. & paſſim in alijs; quin etiam
2 tanqam iuri communi conformia, ne ſcilicet exigatur
maior quantitas laudemij, quàm à iure communi ſit cō-
ceſſum, non indigent iuſtificatione, *vt fuit dictum in*
Hiſpalen. præheminentiarum 19. Iunij 1613. coram
R. P. D. Pamphilio, maximè quia ſan. mem. Clemens
VIII. præuia relatione quatuor Illuſtriſſimorum DD.
Cardinalium dicta indulta expreſsè confirmauit cum
clauſulis, *quorum tenores, & ſupplentes omnes, & ſin-*
gulos tam facti, quam iuris defectus, ſi qui in eiſdem
interuenerint, ac decreto irritanti, quæ confirmatio
expreſsè, & in verbis comprehendit Epiſcopos, quia
mandat ſuas, & prædeceſſorum literas per Epiſcopos,
& Eccleſias, ad quas in Ciuitate, & diſtrictu bona, etiam
iure directi dominij ſpectant, ſeruari debere. Quæ ta-
men indulta dixerunt DD. non comprehendere. Primò,
3 conuentiones ſuper maiori laudemio initas, quæ vali-
dæ ſunt *l. 1. in verb. in quo cuncta, l. ſecunda in princ.*
& l. 3. C. de iur. emph. Natt. conſ. 49 ſub num. 20. verſ.
ſed quod ſoluat. Amod. à Pont. in quæſt. laud. quæſt. 4. in
princ. Ant. Sola in Gloſſ. 1. ſuper Decret. in caſibus in tit.
de iur. emphyt. num. 5. Arimin. Tepat. in tit. de laud. in
verſ. eſt quinquageſima, in fine. Burg. de laud. par. 1. in-
ſpect. 5. verſ. ſed quod ſoluat. maior. Præſertim quando
huiuſmodi pacta ſunt appoſita in limine conceſſionum,
vel quando bona ſunt deuoluta, quia videntur pars pre-
4 tij, & ſinè illis Eccleſia veriſimiliter non contraxiſſet,
Amod. de Pont. dicta quæſt. 4 in fin. quibus non præſu-
mitur Princeps derogaſſe, *cap. ex multiplici, vbi Abb.*
poſt Oſt. num. 5. de deciſ. Gloſſ. in cap. 1. in verbo deroge-
tur, de pact. in 6. Rot. deciſ. 614. num. 4. part. 1. diuerſ.
Secundò, dixerunt DD. dicta indulta non excludere
contrariam conſuetudinem immemorabilem, quæ ha-
bet vim priuilegij, *Gloſ. in cap. ſuper quibuſdam, §.*
A *præterea, in verbo non extat memoria, de verb. ſignif.* A,
6 nec centenariam, cum iſtæ per derogationem genera-
lem nunquam cenſeantur ſublatæ, *Gloſſ. in Auth. vt de*
cetero commutationes, §. nunc autem, verſ. ſed, & ſi fiat

in

Digitized by Google

in verbo præſcriptionē, vbi Ang. num. 1. verſ. ibi nullo tempore Alex. conſ. 6. num. 2. lib. 1. Rip. in l. nemo poteſt. num. 215. de leg. 1. Fel. in rubr. de præſcript. num. 18. & final. Ruin. conſ. 13. num. fin. lib. 2. Aſflict. deciſ. 254. num. 9. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 2. num. 12. Grauett. de antiq. temp. par. 4. §. materia iſta, num. 43. Decian. conſ. 24. num. 114. vol. 1. latè Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 53. per tot. & præſertim num. 1. & 2. Rot. in Burgen.

B *quindenniorum 15. Maij 1600. coram Corduba* B, & literæ ſel. rec. Clem. VIII. voluerunt potiùs tollere abuſus, & corruptelas, quàm legitimas conſuetudines, vt ex earum lectura. Quæ nec propterea videtur remanere otioſæ, & ſinè aliquo effectu, cum præter laudemia,

7 multa alia contineant, & potiùs toleratur ſuperfluitas priuilegij, quam quòd auferatur ius Eccleſiarum ſuper pactis, & conſuetudinibus fundatum, *Bald. in l. ſi quando in princ. ſub num. 4. verſ. 1. caſus reſtringitur, C. de inoff. teſtam. Aret. in cap. 1. num. 5. verſ. ſed hoc videtur contra, vſque ad num. 6. de reſcr. Rom. in repet. l. 1. §. nunciatio num. 2. verſ. quia priuil. ff. de nou. oper. nunc. Rip. in cap. 1. ſub num. 41. in fin. verſ. 1. limitatur, et num. 2. et ibidem Fel. ſub num. 9. verſ. declara duobus modis, de reſcr. Grat. conſil. 63. num. 3. verſ. imò potius, lib. 1. Marc. A. Cucc. de morat. præſcr. à num. 161. verſ. tertiò nota vſque ad num.* 168. Nec applicantur deciſiones *in Caſenaten. bonorum emphyteoticorum 15. Februarij 1588. coram. bon. mem. Bubalo, et 26. Nouembris 1607. coram Reuerendiſs. Attrebaten.* quoniam non eſt neceſſe quærere, an indultis (prout in dictis deciſionibus) potuerit renunciari, dum hic reſoluitur, caſus præmiſſos in illis non comprehendi. Minùs facit ad punctum, quòd allegatæ conſuetudines non ſint probatæ, nec probabiles; de hoc enim particulariter videbitur, vbi ſuper eo quæſtio contigerit, nec deſunt caſus, in quibus poſ-

8 ſint conſuetudines per ſcripturas probari, *l. vetuſtiſſimam, vbi Ang. num. 1. verſ. nota ex librorum, C. de iur. dom. impetr. Abb. in cap. cum nobis, num. 1. verſ. item per inſtrumentum, de præſcript. Soccin. conſil. 94. num. 7. verſ dico quòd hoc probatur lib. 1. Grauett. de antiq. temp. part. 4. §. incipien. materia iſta, num. 41. verſ. ſed videtur, et num. 42. verſ. et ob id modum probat.* quod procedit etiam in conſuetudinibus immemo-

9 rabilibus, quæ etiam per enunciatiuas antiquas, & ſic ſcripturas poſſunt probari *Put. deciſ. 204. per tot. et præcipuè num. 3. verſ et immemorialis vſque ad num. 5. lib. 2. in nou. Verall. deciſ. 347. num. 2. verſ. quæ præſcriptio temporis immemorabilis, par. 3. et fuit reſolutum in Burgen. iuriſdictionis Sancti Ioannis 20. Decembris 1596. coram bon. mem. Orano, et in Burgen. quindenniorum 8. Martij 1596. coram bon. mem. Litta.*

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Immemorabilis habet vim priuilegij, *Pariſ. conſil. 112.*

10 *num. 45. & 49. lib. 2. Achill. deciſ 4. de iurepatr. Rot. deciſ. 677. num. 4. part. 2. & deciſ. 111. à num. 2. vſque ad 6. & deciſ. 614. num. 1. part. 2. recent.* quod procedit etiam in reſeruatis Principi. *Pariſ. conſil. 28. num. 77. lib. 1. latè Rot. d. deciſ. 11. num. 21 part. 2. recent. & deciſ. 376. nu 3.*

11 *poſt 2. volum. conſil. Farinac.* fallit tamen, quando adeſt incapacitas in poſſidente, tunc enim immemorabilis cōſuetudo non habet vim priuilegij, *Prob. ad Io. Monach. in cap. 2. num. 6. & 7. de præbend. in 6. Abb in cap cauſam quæ, num. 2. Felin. num. 6. verſ fallit tertiò, de præſcript. latè Couarruu. variar. reſolut. lib. 1. cap. 10. num. 14. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 8. num 18. & ſeq. & fuit dictum in Cracouien. iuris legendi 21. Maij 1627. coram Reuerendiſſimo Domino Coccino Decano.*

B *Rot. deciſ. 614 num. 1. part. 2. recent. Gratian. diſcept. 800.*

12 *num. 3.* quod procedit, etiam ſi tollatur conſuetudo cum dictione vniuerſali, quæcumque, aut qualibet, vt tenent plures relati per *Tiraquell de retract conuention §. 1. gloſſ 2. num. 23. Couarruu. variar. reſolut lib 3. cap 13. num 5. verſ contrarium tamen. Gonzal. hic allegat. gloſſ. 33 num 5. Rot in Burgen. ſigilli 18. Ianuarij 1591. coram*

13 *Penia*: contrarium verò, quod ſublata conſuetudine, cum dictione vniuerſali, quibuſuis, aut alia huiuſmodi, cenſeatur etiam derogatum conſuetudini immemorabili, tenent *Gloſſ fin in fin in clem vlt. de reb eccl non alien. & in clem. 1. in verb. quanticunque de for. compet. & in cap. 2. in verb. quantocunque, de conſuetud in 6. Panormit in d. clem. fin. verſ conſtitutio. & ibi Cardin num. 7. verſ octauò quæro, Felin in cap dilecti num 4. de maiorit. et obed. Gregor Lopez. part. 3. tit. 29. lib. 6. gloſſ 4. cum alijs per Couarr. d. num. 5. in princ. Gonzal. d gloſſ 33. num. 8 & tenuit Rota in d. Cracouien iuris legendi 21. Maij 1627. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano.* Pro harum opinionum

14 concordia diſtinguendum eſt, vt prima procedat, quando conſuetudo non eſt irrationabilis; ſecunda verò, quando conſuetudo eſt iniqua, & irrationabilis, & vti talis à lege, vel conſtitutione reprobatur; & hanc diſtinctionem tradunt *Couar. poſt alios d num. 5. verſ. adnotandum tamen erit, Gonzal d. gloſſ 33. num. 9. et placuit Rotæ in d. Cracouien. iuris legendi coram Reuerendiſſimo Decano, verſ. quod autem in caſu iſto* Imò quando conſuetudo immemo-

16 rabilis eſt iniqua & irrationabilis, vt cenſeatur ſublata, ſufficit, ſi derogetur ſimpliciter conſuetudini, abſque dictione aliqua vniuerſali, *Couar. in reg poſſeſſor part. 2. §. 8. num. 4. in fin. et num. 5. de reg. iur. in 6. Rot in d. Cracouien iuris legendi coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Corduben. redecimarum.

Lunæ 9. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria denegatur quando materia eſt improbabilis; & de præſcriptione, an & quando per litem interrumpatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur habenti poſſeſſionem ex cauſa vniuerſali exigendi redecimas.*

2 *Redecima habet iuris reſiſtentiam.*

3 *Mala fides reſpectu vnius iuris quoad vnam perſonam nocet quoad omnes, ſecus reſpectu diuerſi iuris.*

4 *Lis introducta per modum exceptionis non interrumpit præſcriptionem, licèt ex ſuperuenientia malæ fidei dici poſſit interrupta, et fortiùs per negationem num. 6.*

5 *Præſcriptio non currit ſtante mala fide.*

7 *Præſcriptio non interrumpitur per litem, in qua ſententia fuit lata contra actorem; limita quando ſententia eſt nulla, vel iniuſta num. 9. vel fuit ab ea appellatum, et appellationis cauſa proſequuta num. 10. declara niſi ex actu etiam nullo fuerit inducta mala fides in poſſeſſore num. 11.*

8 *Sententia quoad eius effectus dicitur extincta pendente cauſa appellationis, etiam quoad præſumptionem iuſtitiæ. num. 12.*

DECISIO CCCCXXXVI.

CVM pro parte Monaſterij S. Hieronymi appellati peteretur confirmatoria ſententiæ Rotalis abſolutoriæ à prætenſa redecima; & pro D. Epiſcopo, & Capitulo appellantibus inſtaretur pro remiſſoria ad probãdam immemorabilem; & videretur obſtare, quòd materia eſſet improbabilis, quia teſtes deberent attingere annum centeſimum decimum attento litis initio de anno 1561. vt fuit in hac cauſa deciſum *coram Cardinali Seraphino ſub die* 17. *Iunij* 1602. *in impr. deciſ.* 1440. Ideò DD. mandarunt, reuideri d. deciſionem, & dari dubium, an eſſet ſtandum, vel recedendum ab ea ad effectum remiſſoriæ. Et hodie reſponderunt, ſtandum eſſe in deciſis. Et fundamentum fuit; quia dicta lis ſuper redecimis fuit ad inſtantiam D. Epiſcopi, & Capituli, ſeu per ipſorum Arrendatarios inchoata de d. anno 1561. contra Antonium de la Madriz, ſiue eius prædiorum Agricolas, & Arrendatarios; vt fuit firmatum in dicta deciſione, & partes conueniunt: intentio autem dicti Epiſcopi, & Capituli nitebatur non aliquo iure, vel titulo particulari contra dictum Antonium, ſed vniuerſali percipiendi huiuſmodi redecimam in tota Diœceſi ſibi competen. vt patet ex forma libelli, ſeu petitionis tunc factæ, & fuit etiam firmatum in alia deciſione *coram eod. Card. Seraph.* 25. *Octobris* 1593. *impreſſ. deciſ.* 1047. quia fuit concluſum
1 pro manutentione dictorum Epiſcopi, & Capituli contra d. Antonium ex ſola iſta vniuerſali poſſeſſione. Ideoque cùm ius iſtud vniuerſale fuerit ex parte Antonij negatum, & controuerſum ex capite, quòd dicta redecima eſt reprobata, & habet iuris reſiſtentiam, vt
2 iam fuit deciſum 16. *Nouembris* 1607. *coram Reuerendiſ-*
A *ſimo D. meo Decano* A, Epiſcopus, & Capitulum conſtituti fuerunt in mala fide, nedum reſpectu Antonij tũc rei conuenti, ſed etiam quoad omnes alios, & præſertim quoad dictum monaſterium, contra quod dicti actores ex eodem iure, & quaſi poſſeſſione vniuerſali experiuntur, iuxta deducta in dicta deciſione Cardinalis Seraphini, quæ DD. placuerunt, & corroborantur ex recepta diſtinctione, quòd mala fides reſpectu vnius iu-
3 ris quo ad vnam perſonam nocet quoad omnes, ſecus reſpectu diuerſi iuris, *Aretin. in l.* 1. *§. item acquirimus in* 5. *col. & in l.* 3. *§. Neratius in penult. col. & in l. Pomponius §. ex facto, ff. de acq. poſſ. Ang. in l. naturaliter num.* 4. *ff. de vſucap. & ibi Imol. num.* 6. *& ſeq. in prin. Io. Annibal. num.* 115. *verſ. & propterea, &c. Claud. de Seiſſell. num.* 13. *verſ. Aretin. verò, Hercul. in d. §. item acquirimus num.* 24. *verſ. ſed vbi eſt vnum, &c. Bellam. in cap. vigilanti num.* 35. *verſ. non obſtant iura, &c. de præſcr. Couar. in reg. poſſeſſor* 2. *part. relect. §.* 8. *num.* 5. vbi *in verſ. horum opinionem, &c.* tenet, hanc eſſe veriorem, & magis communem, *Balb. de præſcr. in* 3. *par.* 6. *part. princ. quæſt.* 1. *num.* 6. *in fin. Hond. conſil.* 30. *num.* 70. *lib.* 1. Neque obſtare viſum fuit, quòd lis mota per Antonium de d. anno 1561. introducta fuerit per modum exceptionis, & ſic non interruperit præſcrip-
4 tionem, *gloſ. in cap.* 2. *in verb. in modum exceptionis, &c. de ord. cognit. & ibi Innoc. num.* 10. *& Abb. num.* 20. *qui de communi, & idem Abb. in cap. illud num.* 13. *poſt med. verſ. per exceptionem verò, &c. & Felin. num.* 12. *de præſcr. Balb. eod. tract.* 3. *par.* 6. *part. prin. quæſt.* 4. *prin. num.* 38. Nam quicquid ſit, an illa dici poſſit interrupta, ſi non ex vi exceptionis, ſaltem ex ſuperuenientia malæ fidei, vt videtur declarare idem *Abb. in d. cap.* 2. *num.* 21. *verſ. poſſet tamen, &c. Balb. d. quæſt.* 4. *princ. num.* 38. *verſ.* 2, *limita, &c.* dicens, malam fidem interrumpere, quomodocumque ſuperueniat: &
5 cum ea præſcriptionẽ non procedere, regulare eſt de iure Canonico, *cap. fin. de præſcr. Rot. deciſ.* 220. *num.* 7. *part.* 1. *& deciſ.* 164. *num.* 3. *part.* 2. *in recent.* Reſponſum fuit, prædicta non applicari; nam ius, & quaſi poſſeſſio percipiendi huiuſmodi redecimam fuerunt per Epiſcopum, & Capitulum principaliter, & per modum actionis in iudicium deducta, & per d. Antonium, ſeu
6 eius Arrendatarios non excepta, ſed negata: & propterea interrupta fuit præſcriptio, *Fel. in d. cap. illud num.* 12. *et Balb. vbi ſupra d. num.* 38. *in prima lim.* Non obſtare etiam dixerunt DD. quòd per iudicium motum de anno 1561. in quo dictus Antonius, & eius
7 Arrendatarij ſuccubuerunt per ſententiam contra illos in partibus latam, non fuerit interrupta præſcriptio, *Felin. in cap. illud. num.* 17. *verſ.* 14. *concluſio, de præſcr. Balb. d. quæſt.* 4. *num.* 37. *verſ.* 5. *limitatur, etc. cum alleg. in Lancianen. Archipresbyteratus* 2. *Maij* 1616. *coram*
A *me* A, Nam non poteſt dici ſequuta ſuccumbentia, pendente adhuc appellatione pro parte dicti Antonij, & Arrendatariorum interpoſita, vt conſtat ex proceſſibus, & deciſionibus Rotalibus in eius proſequutione
8 factis; per quam appellationem dicta ſententia habetur pro extincta inſpecto præſenti ſtatu, *ad text. in l.* 1. *in fin. et ibi gloſſ. ff. ad Turpill. Bald. in rubr. num.* 2. *C. de appell. et in l. ita demum num.* 2. *C. de procur. Alex. conſ.* 178. *num.* 10. *vbi de communi lib.* 2. *cum alijs pluribus relatis in Barchinonen. parochialis* 29. *Nouembris* 1613.
B *coram me*. B

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Præſcriptio non interrumpitur per iudicium, in quo actor ſuccubuit, vt hic, & ſupra deciſ. 172. num. 16. & ibi notaui ſub litera D. vbi adduxi limitationem, quòd non procedit concluſio, quando ſententia prædicta eſt nulla, vel iniuſta,
9 vt optimè *Felin. in cap. illud num.* 5. *de præſcript. Balb. de præſcript.* 3. *par. princ. quæſt.* 4. *num.* 27. *limit.* 6. & vltra deciſiones ſupra relatas *fuit dictum in Romana Vineæ* 11. *Decembris* 1609. *coram Ortembergo, & per Beltramin. annot. ad deciſ.* 467. *Gregor. XV. lit. A.* Secundò limitatur, quando a ſententia fuit appellatum, ſi pars appellationem fuit proſequuta, vt poſt *Cardin. Seraph. deciſ.* 1023. *num.* 14. *et deciſ.* 1086. *num.* 6. *aduertit Beltram. vbi pro-*
10 *ximè*, & in hac deciſione. Sublimita primam limitationem quando actus etiam nulli adeo informarunt poſſeſſorem, quòd illum conſtituerint in mala fide, quæ etiam coniecturis probatur *Abb. poſt Butr. in cap. vt debitus num.* 10. *de appell. et in d. cap. illud num.* 14. *ad fin. et ſeq. et ibi Fel. num.* 7. *de præſcript. Abb. conſ.* 19. *num.* 2. *par.* 2. *Dec. in cap. at ſi Clerici num.* 110. *verſ. et facit de iudic.* alias declarationes vide apud *Fel. vbi ſupra.*
B Sententiæ effectus ſuſpenditur per appellationem, vt præ-
12 ter hic allegatos fuit etiam dictum *in Romana vineæ* 17. *Martij* 1623. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori*, & hoc procedit etiam quoad præſumptionem iuſtitiæ *Gabr. poſt alios tit. de ſentent. concluſ.* 4. *num.* 31. *et concluſ.* 6. *num.* 23. *& per Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 67. *num.* 36. *& tenuit Rota in Viten. recreationis* 3. *Martij* 1625. *coram R. P. D. Pirouano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ve-

Veliterna beneficij.

Mercurij 11. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Reſignatarius ad excluden. prouiſum ab Ordinario per obitum, & poſſeſſorem tenetur concludenter docere de reſignatione valida. Penſio reſeruata cum clauſula (& non aliàs, &c.) ſi ſit exceſſiua, non eſt reducibilis, ſed nulla in totum. Valor narratus per modum affirmatiuum quomodo ſit iuſtificandus.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij per reſignationem, ad excludendum prouiſum de eodem beneficio per obitum, debet a prætenſo reſignatario plenè, & concludenter probari.*

2 *Actori incumbit onus probandi.*

3 *Verba*, & non aliàs, aliter, nec alio modo, *important conditionem.*

4 *Conditio formam ſubſtantialem importans debet in primis, & ante omnia iuſtificari, adeo, vt non ſufficiat pro parte adimpleri.*

5 *Penſio reſeruata cum clauſula*, & non aliàs, &c. *non eſt reducibilis, ſed nulla in totum.*

6 *Reſignatio, & reſeruatio penſionis ſunt actus correſpectiui cum vterque, ac vtriuſque partis conſenſus eodem contextu, & in eadem ſupplicatione emanarunt, vndè vnius conſenſus ſinè alio modo extendi non ſolet, cum vterque ſit formalis, & vnus pars alterius.*

7 *Forma ſemper eſt indiuidua.*

8 *Reſignatio, & reſeruatio penſionis ſunt actus correſpectiui, & conditionales, quibus non adimpletis non abdicatur ius a reſignante, & ideo ad ſuſtinen. reſignationem doceri debet de valida reſeruatione penſionis & num. 12.*

9 *Valor narratus per modum affirmatiuum, eſt plenè probandus.*

10 *Valor narratus per aſcenſum non probatur per teſtes deponentes de non exceſſu.*

11 *Iuſtificatio narratorũ in literis non ſufficit quãdo agitur de canonizatione reſignationis, ſed debent verificari etiam narrata in ſupplicatione.*

13 *Regula de non iudicando, &c. non admit ſupplicationi vim probationis, ſed Iudici facultatem iudicandi, quando petitur canonizatio tituli.*

14 *Confeſſio reſignantis an præiudicet prouiſo ab Ordinario.*

15 *Reſignantis aſſertioni, aut facto non ſtatur, ad hoc, vt ius ab ipſo abdicetur, ſed attenditur admiſſio Papæ, qui non cenſetur admittere reſignationem, niſi ſint vera omnia narrata.*

16 *Penſione ad reſignantis fauorem cum clauſula*, & non aliàs, &c. *reſeruata nulla exiſtente, ius ſuper beneficio reſignato penes ipſum remanet, nec poteſt a ſe abdicari ſinè facto Papæ.*

DECISIO CCCCXXXVII.

CVM de anno 1615. D. Baldus à bon. mem. Card. Ioioſa tunc Sac. Collegij Decano Epiſcopo Oſtien. & Veliterno prouiſus fuiſſet de ſimplici beneficio, de quo agitur, vti vacante per obitum q. Iacobi, & in poſſeſſionem immiſſus, & deinde Nicolaus, vt reſignatarius dicti q. Iacobi ſententiam in Rota fauorabilem ſuper eiuſdem beneficij adiudicatione reportaſſet; cauſa in gradu appellationis coram me introducta, propoſui ſolitum dubium, an dicta ſententia eſſet confirmanda, vel infirmanda; & Domini cenſuerunt eſſe infirman. Fundamentum fuit, quia cum d. Baldus obtinuerit beneficium per obitum, & ſit reus,
1 ac poſſeſſor, Nicolaus volens excludere dict. prouiſionem, debet plenè, & concludenter docere de anteriori vacatione per eiuſdem Iacobi reſignationem, ex qua ipſe venit, aliàs intrat d. prouiſio Ord. narij per obitum, *Put. deciſ.* 243. *num.* 2. *lib.* 3. loquens in reo, & poſſeſſore excipiente de reſignatione; & ſic multo magis procedit in præſenti caſu, in quo Nicolaus eſt actor, cui
2 propterea ex regula generali onus probandi incumbit, & narratiuam ſuæ gratiæ præſertim ſubſtantialem, omniaque ad illius validitatem requiſita iuſtifican. ex latè in propoſito adductis per *Pariſ. de reſig. lib.* 10. *quæſt.* 3. *per tot. Cardin. Seraph. deciſ.* 422. *num.* 4. Iuſtificatio autem dictæ reſignationis conſiſtit in verifican. validitate reſeruationis annuæ penſionis ſcut. 50.
3 ad fauorem d. Iacobi reſignantis per verba, *& non aliàs, aliter, nec alio modo*, & ſic conditionaliter, *Bald. in l. ſi quidẽ n.* 3. *C. de except. Gabr. conſ* 185. *n.* 1. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 446. *num.* 5. *part.* 1. *diu. & deciſ.* 286. *num.* 2. *part.* 2.
4 *in recen.* nam hæc conditio tanquã formam ſubſtantialẽ importans, vt in ſpecie *Pariſ vbi ſupra lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 13. *Rot. deciſ.* 1160. *lib.* 3 *par.* 3. debet in primis, & ante omnia liquidari, *l. ſed ſi ff. de verb. oblig Bald. in d. l. ſi quidẽ, num.* 5. *C. de except. & latè Pariſ. d. quæſt.* 3. *num.* 15. *& ſeqq.* Adeo vt nec ſufficiat implemen-
5 tum pro parte, cum virtute dictæ clauſulæ, *& non aliàs* penſio non ſit reducibilis, ſed nulla in totum, *Rot. d. deciſ.* 464. *part.* 1. *diu. & deciſ.* 631. *num.* 1. *part.* 1. *in recent. & dicta deciſ* 286. *num.* 2. *par.* 1. *in eadem, & in illa Monopolitana penſionis* 17. *Maij* 1596. *coram Orano.*
A A. Quæ confirmantur etiam ex natura correſpectiuorum, quia negari non poteſt, quin reſignatio, & reſeruatio penſionis correſpectiuæ ſint, cum vterque actus, ac vtriuſque partis conſenſus emanauerit eodem contextu, & in eadem ſupplicatione ad *l. ſi ventri §.* 1. *ff. de priuil. credit. Achill. deciſ.* 3. *num.* 7. *ſuper reg. de valor. Rot. d. deciſ.* 446. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 1. *diu. & d. deciſ.* 1160. *num.* 4. *verſ. aduerſarius autem, & num.* 5. *lib.* 3. Vnde etiam non ſolet vnius conſenſus extendi ſi-
7 nè alio, cum vterque ſit formalis, vnus pars alterius, & forma ſemper eſt indiuidua, vt benè in iſtis terminis *Rot. d. deciſ.* 461. *num.* 8. *&* 9. *part.* 1. *diu.* & quòd con-
9 ditiones huiuſmodi cenſeantur correſpectiuæ, itaut eis non adimpletis non abdicetur ius à reſignante *Rot. d. deciſ.* 446. *num.* 6. *Caputaq. deciſ* 82. *ante num.* 2. *part.* 3. *Gabr. d. conſ.* 185. *num.* 2. *& ſeq. Pariſ. d. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 41. *& ſeqq.* Et ideo in ſpecie ad ſubſtinen. reſignationem doceri debere de valida reſeruatione penſionis fuit dictũ in illa *Illerden. Canonicatus* 25. *Nouembris* 1585. *coram Orano.* Nec enim Papa veriſimiliter admiſiſſet reſignationem ſinè dicta reſeruatione; cum ſibi fuerit in ſupplicatione expoſitum, quòd reſignans aliunde vnà cum dicta penſione annua commodè viuere valebat, vt fuit etiam conſideratum in illa *Leodien. Canonicatus Tongren.* 16. *Maij* 1613. *coram me.* Verificatio verò validitatis reſeruationis pendebat ex iuſtificatione va-
9 loris beneficij expreſſi ad aſcenſum ducatorum 70. & ſic per modum affirmatiuum, in quo propterea plena probatio requirebatur, *Card. Seraph. deciſ* 1009. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 301. *num.* 2. *par.* 1. *diu* & in iſtis terminis fuit dictum in *Rauennaten. penſionis* 20. *Iunij* 1597. *coram bon. mem. Litta impreſſ. apud Garz. de beneſ. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 47. *& in Hiſpalen. penſionum* 22. *Martij* 1613. *coram R. P. D.*

R. P. D. meo Pirouano impreſſ. in recent. deciſ. 444. *num.*
B 1. *par.* 2. B, Quæ concludens probatio non videbatur
10 reſultare ex teſtibus pro parte Nicolai examinatis; nam omiſſo, an iurauerint extra terminum citationis, deponunt de valore per non exceſſum, quod non ſufficit, cum requiratur probatio per aſcenſum, *Alexand. conſ.* 64. *num.* 7. *lib.* 2. *Felin. in cap. ad aures, num* 4. *de reſcript. Rot. deciſ.* 186. *num.* 3. *et ſeqq par.* 1. *in recent. & deciſ.* 443. *num.* 1. *par.* 2. *in eiſdem*. Imò contraria ex illis potiùs elicebatur probatio; nam primus iuxta tertium & 8. expreſsè deponit, fructus, & redditus huius Cappellaniæ non excedere ducatos 65. de Camera; tertius iux. tertiũ dicat de valore ſcut. 85. & iux. ſeptimũ, quòd non poteſt aſcẽdere ad ſcuta 100. monetæ, quartus etiã ſimiliter iuxta tertium, quòd audiuit reddere annuatim ſcuta 70. 80. vel 90. ſed non aſcendere ad ſcuta 100. vt in *ſumm. D. Baldi nu.* 7. Nec viſa fuit obſtare *deciſ.* in hac cauſa facta,
11 quòd ſatis fuerit iuſtificare valorem per non exceſſum, prout narratus fuit in literis reſignationis, ſuper quibus ſe fundat Nicolaus, quia tunc agebatur de ſola iuſtificatione narratorum in dd. literis, hodie verò cum agatur de canonizatione reſignationis, non ſatis fuit verificari narrata in his, ſed etiam in ſupplicatione, vt latè per *Pariſ. d. lib.* 10. *quæſt.* 3. *num.* 46. *& ſeqq.* attenta
12 enim correſpectiuitate reſeruationis penſionis cum reſignatione, per quam iſta corruit, illa nulla exiſtente ex ſupra allegat. iuſtificari debet etiam valor per aſcenſum in dicta reſeruatione expreſſus: Regula verò de non iudican. non adimit ſupplicationi vim probationis,
13 ſed Iudici ſolam facultatem iudicandi, quando petitur canonizatio tituli, vt benè declarat *Gabr. conſ.* 194. *num.* 3. *&* 4 *lib* 2. Minus obſtare cenſuerunt Domini, valorem eo modo fuiſſe narratum tàm à reſignante, quàm a reſignatario; tum quia prouiſus ab Ordinario eſt tertius, cum in eo creatum fuerit nouum ius à neutro illorum dependens, *Gloſſ. communiter recepta in cap.* 2. *in verſ. iſto caſu, vbi Ioan. Andr. num.* 3. *vt lit. pend. in* 6. *Caputaquen'. deciſ.* 185. *num.* 2. *part.* 1. *cum alleg. coram me in illa Verdunen. Abbatia* 27. *Nouembris* 1615. *in recent. deciſ.* 778. *num.* 4. *part.* 2. & ſic reſignantis cõ-
14 feſſio non præiudicat ipſi ab eo cauſam non habenti *l. certum* §. *ſed & an ipſos, ff. de confeſſ. Achill. deciſ.* 4. *num.* 1. *eod. tit. cum vulg.* Tum quia non ſtatur aſſertio-
25 ni, nec facto reſignantis ad hoc, vt ius ab illo abdicetur, ſed attenditur admiſſio Papæ, qui non cenſetur admittere reſignationem, niſi ſint vera omnia narrata, & ſic etiam valor, vt ſupra dictum fuit; nec ſufficit notitia reſignantis, *Caputaq. deciſ.* 84. *num.* 8. *part.* 3. neque
16 eiuſdem conſenſus, quia cum, nulla exiſtente penſione, ius penès ipſum remanſerit, non poteſt a ſe abdicari ſinè facto Papæ; vt in ſpecie *Achill. deciſ.* 12. *de penſ. & faciunt trad. per Gomeſ. de trienn. quæſt.* 27. *in fin. verſ. & iſta, quæ dicta fuere, Pontan. de ſpol. lib.* 3. *cap.* 1. *numero* 65.

Et ita fuit vtraque parte informante deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Rot deciſ* 286. *num.* 2. *par.* 2. *recent. cum alijs adductis ſupra ad deciſ.* 360. *ſub lit. A. in princ.*

B *Verall deciſ* 320 *part.* 3. *Rot deciſ.* 268. *part.* 1. *diuerſ & fuit dictum in Troiana penſionis* 14. *Maij* 1619. *coram R. P. D. Queipo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana, ſeù Viterbien. ceſſionis.

Mercurij 11. Decembris 1619.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio iurium facta à monialibus ſinè beneplacito Apoſtolico non valet.*

2 *Nemo plus iuris alteri cedere poteſt, quàm quod ipſe habet.*

DECISIO CCCCXXXVIII.

PLACVIT Dominis deciſio facta 17. Maij præteriti ad fauorem Catherinæ. Quia ſiuè aditio hæreditatis facta per ſororem Mariam Angelam cum conſenſu Abbatiſſæ, & nonnullarum Monialium reſultans ex mandato procuræ ad adeundum, capiendam poſſeſſionem domus hæredicariæ, locandum, & recipiendum penſiones, fuit valida; & tunc ceſſio per di-
1 ctam Monialem cum conſenſu eiuſdem Monaſterij ad fauorem Camilli facta ſinè beneplacito Apoſtolico, fuit nulla, vt in deciſione. Siuè dicta aditio Monialis fuit nulla, & hoc caſu cum nec ipſa, nec Monaſterium aliquid acquiſierint, cedi non potuit ius, quod eis non
2 competebat ex regula, *l. nemo plus iuris, et cap. nemo poteſt, de reg. iur. in* 6. & in ſpecie ceſſionis eſt *text. in l. Modeſtinus ff. de ſolution.* Præmiſſa autem ceſſant in ceſſione facta per dd. Monialem, & Monaſterium ad fauorem Catherinæ, quia poſt dictam primam ceſſionem factam Camillo, conſtituendo procuratorem ad cedendum Catherinæ prædictam hæreditatem, & illius iura, in neceſſarium antecedens adiuerunt, & ſucceſſiuè per eundem Procuratorem facta fuit dicta ceſſio, & Apoſtolica authoritate confirmata.

Et ita reſolutum fuit ſtandum eſſe in deciſis, &c.

Romana laudi.

Lunæ 16. Decembris 1619.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Socius damnum ſentire non debet pro tempore, quo non participat de lucro.*

2 *Damnum in ſocietate conſiderari non poteſt ſinè lucro, ſicut è conuerſo, nec lucrum ſinè damno.*

DECISIO CCCCXXXIX.

FINITA de anno 1611. ratione bancharia, cum ageretur de ſolidandis computis fuit ſub die 18. Ianuar. eiuſdem anni ſuper prouiſione, & participatione reſpectiuè D. Alberici celebrata apocha, quæ fuit ſubſcripta ab eo, & à DD. Octauio Dôno, & Io. Baptiſta Ricaſolo curatore teſtamentario Nicolai q. Marij de Donis, & Procuratore Camillæ, & Pauli eius Concuratorum, in qua fuit declaratum, *Che dal pri-*

primo di Marzo 1595. *fino à tutto Ottobre* 1595. *ſe li debba* (ideſt d. Alberico) *far buona la prouiſione ſolamente à ragione di ſcudi* 450. *l'anno, et dal primo di Nouembre* 1590. *fino alla morte del Signore Aleſſandro debba participare per ſoldi due inventi dell'vtili che ſi fecero in detto tempo, diſalcatone le perdite, et debitori cattiui*, vt in Proceſſu Arbitri fol. 25. *et in ſummario Alberici num.* 2. Cum autem Arbiter in diminutionem lucri Rationis dicti anni 1596. & conſequenter ratæ debitæ Alberico, quam calculauerat iuxta formam prædictæ apochæ, poſuiſſet etiam debitores, ac perditas, ſeu damna paſſa in rationibus præcedentibus, & ante dictam diem primam Nouembris, vt in laudo fol. 6. *et in d. ſummario Alberici num.* 4. Et propterea Albericus prætenderet, quòd laudum in hac parte eſſet reuocandum; ideo dedit dubium, an ipſe deberet concurrere in dictis debitoribus, ac perditis factis ante dictam diem primam Nouembris. Quo propoſito, Alberico ex vna, & Nicolao tantùm altera ex parte informantibus, fuit per Dominos vnanimiter reſolutum, ipſum non debere concurrere. Nam verba prædictæ apochæ viſa fuerunt clariſſima, quatenus in ea loco prouiſionis, quam Albericus antea habebat, aſſignatur participatio lucri cum limitatione temporis, ac dd. debitorum, & perditarum; & ita cum tractandum ſit de ſola liquidatione lucri facti, deſalcatis debitoribus, ac perditis, ſicuti lucrum limitatè liquidari debet à dicta die prima Nouemb. ita in eius liquidatione apponi non debent, niſi debitores, ac perditæ factæ à dicto tempore citra; Prout concludunt verba prædictæ apochæ, quæ in hoc ſunt conformia cum iuris diſpoſitione, ſecundùm quam æquum non eſt, vt ille debeat concurrere in debitoribus, ac perditis ac-
1 ceptis pro tempore, quo non participabat de lucro, *vt per text. in l. ſi non fuerint* 29. *in fin. verſ. iniquiſſimum, vbi gloſ. in verbo ſpectet in l. Mutius* 30. *l. cum duobus* 52. *§. quidam in fin. et in l. ſi igitur* 56. *verſ. æquum eſt enim ff. pro ſoc. et in l. ſecundum naturam* 10. *ff. de reg. iur. Card. Mantic. de tacit. et ambig. conuen. lib.* 6. *tit.* 19. *num.* 6. *Rot. deciſ.* 598. *num.* 3. *part.* 2 *in recent.* quia damnum non poteſt conſiderari ſinè lucro, ſicut è
2 conuerſo, nec lucrum ſinè damno *d. l. Mutius ff. pro ſoc. l. manifeſtiſſimi* 22. *§. ſed cum in ſecundum, in fin. C. de furt. Tiraq. de retract. lign. §.* 15. *gloſ.* 1. *num.* 3. *Mantic. d. tit.* 19. *num.* 7. Nec obſtare viſum fuit, quod in contrarium deducebatur, declarationem participationis Alberici, de qua in apoca ſupradicta, fuiſſe iniuſtam, & læſiuam, ac præiudicialem Nicolao tunc pupillo, & propterea non potuiſſe hoc modo fieri per d. Ricaſolum Curatorem: eo quia facta fuit (vt dictum eſt) poſt finitam Rationem, & eſt incluſiua ſolùm temporis, quo adfuerunt vtilia, & lucra, quod ſupponitur fuiſſe à d. die prima Nouemb. citra, & excluſiua temporis, quo contigerunt debitores, & perditæ, ſeu damna, quod ſupponitur fuiſſe à die prima Martij eiuſdem anni 1596. de qua fuit renouata Ratio Bancharia vſque ad d. diem primam Nouembris. Tum quia ceſſare viſa fuit omnis prætenſa præſumptio doli, & culpæ, cum eadem apocha fuerit ſubſcripta (vt dictum eſt) etiam per Octauium, qui tunc temporis erat maior, & qui hodie non contradicit: de cuius, non minùs, quàm ipſius Nicolai eius patruelis intereſſe agebatur, vt fuit conſideratum in deciſionibus factis ſub diebus 24. Februarij 1616. & 17. Aprilis 1617. Tum etiam quia omnia circa hoc deducta viſa fuerunt ſublata in dictis deciſionibus, quæ in ſpecie ſactæ ſunt pro validitate eiuſdem apochæ. Vltra quod iſta diſputatio viſa fuit ſuperflua, cũ afferta tempora lucrorum, ſeu vtilium, & debitorum, ac perditarum nullo modo verificentur, & cum verificari non poſſint, niſi per exhibitionem librorum Rationis, vt fuit etiam conſideratum in d. deciſ. 24 Februarij in fin. Ex quibus libris pro Alberico ſupponitur totum contrarium apparere, & ad quorum exhibitionem Doni ſunt obligati, vt fuit firmatum in duabus deciſionibus ſub diebus 25. Iunij. & 17. Decemb. anni præteriti, quarum etiam vigore fuit de ordine Dominorum relaxatum mandatum executiuum pro reportatione dictorum librorum.

Et ideo ex his fuit pro Alberico concluſum vt ſupra.

Imolen. bonorum.

Lunæ 16. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra pupillos quando ſit valida, & an ferri poſſit contra principalem citato procuratore domino litis effecto, & quando annulletur tanquam lata præcipitanter, vel ob non integram actorum tranſportationem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra pupillos, ſeù minores indefenſos eſt ipſo iure nulla. Limita, et declara, vt num.* 9.
2 *Procurator poſt litis conteſtationem fit dominus litis, & non reuocatur morte conſtituentis, etiam quòd hæredes eſſent pupilli, vel minores.*
3 *Mandatum poſt litis conteſtationem, nec ab ipſo mandante reuocari poteſt. et latè num.* 10.
4 *Mandatum re non integra tranſit in hæredem, & ab eo reuocari non poteſt.*
5 *Sententia de iure canonico, & de conſuetudine ferri poteſt contra principalem citato procuratore.*
6 *Temporis breuitas an, & quando inducat ſententiæ nullitatem.*
7 *Termini ſubſtantiales malè, & nulliter tenti ſanantur per reiterationem, etiam ſub vnica citatione in vim Innocentiana, et ex ſtylo Palatij.*
8 *Sententia an, et quando ſuſtineatur actis non tranſportatis.*

DECISIO CCCCXL.

REPETITAS pro DD. de Lambertinis nullitates, de quibus infra, dixerunt DD. non obſtare ſententiæ Rotali; nam prima ex defectu curatoris Ioãnis, & Alexandri dictorũ ex filijs q. Iulij Cæſaris qui cũ alijs fuerunt condemnati ad reſtitoen. bona, & fructus, & quòd ideo fuerint indefẽſi,
A & conſequenter ſententia ſit ipſo iure nulla, A, *ad l. cum et minores, vbi DD. C. ſi ad verſ. rem. iud. et notatur in l.* 3. *ff. de arbitr.* Ceſſat, quia cauſa, quæ cũ patruo, & alijs fratribus maioribus communis fuit median. procuratoribus, & Aduocatis acerrimè proſecuta, & defenſa, vt ex productionibus iurium; & præſertim inſtrumenti concordiæ cum bon. mem. Epiſcopo Imolen. illiuſq. confirmationis Apoſtolicæ, & tot diſputationibus in Rota habitis, ac deciſionibus, & reſolutionibus factis, & appellatione à dicta ſententia, ac illius proſecutione, ita vt ex his ceſſet obiectum, quòd minores defenſi non fuerint, & intrent deciſiones *Put.* 198. *lib.* 2. *in nou. impreſſ. Accorambon. lib.* 2. *& in Carpen. ſeu nullius bono-*

rum

Digitized by Google

rum 11. *Febr.* 1602. *coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali*
2 *Ludouiſio*. Præterea in dicto iudicio fuit etiam citatus
curator dd. filiorum Iulij Cæſaris, & vlteriùs fuit ſemper
citatus procurator à dicto D. Iulio Cæſare conſtitutus,
cum quo fuerat iam lis cõteſtata ante obitum dicti Iulij
Cæſaris, & poſt litis conteſtationem erat effectus domi-
nus litis, *l. poſt litem*, *l. ſi defunctus*, *de procur. l. procu-
ratoribus*, *C. eod. & cap. quamuis, de procur. in* 6. cuius
propterea mandatum per obitum Iulij Cæſaris non
fuit reuocatum, *l. nulla dubitatio*, *C. de procur. l. manda-
tum*, *C. mandati*, *l. more*, *& l. quia*, *ff. de iuriſdiction.
omn. iud. Iaſ. in conſ.* 138. *num.* 6. *lib.* 4. *Guidop. conſ.* 119.
quod procedit, etiam quãdo hæredes mandantis ſunt pu-
pilli, vel minores, *l. ſi quis mancipijs*, *§. ſi impubes*, *ff. de
inſtit. & ſentit Rota apud Achill. deciſ.* 14. *num.* 3. *de pro-
curat*. Eadem enim militat ratio, nam cum mandatum
3 poſt litis conteſtationem nec ab ipſo mandante reuo-
B cari poſſit, B, *l. hanc litem*, *de procur. cap.* 2. *de procur.
in* 6. nec tacitè per mortem peribit. *Maran. de ordin.
iud.* 6. *par. verſ. & demum fertur ſententia*, *num.* 108.
V ant. de nullit. ex defectu iuriſdictionis num. 206. *Surd.*
4 *conſ.* 99. *num.* 4. *&* 5. Quia mandatum, re non integra,
tranſit in hæredem, *Alex. d. l. nulla dubitatio*, *num.* 3. &
ab hærede reuocari non poteſt, *Bart. in l. fundo debito*
5 *nu.* 9. *de acq. poſſ.* Non obſtat, quòd in ſententia non fuit
condemnatus dictus procurator dominus litis effectus;
imò nec nominatus; quia quidquid ſit de iure ciuili, de
iure Canonico, & de conſuetudine indubitatum eſt, hoc
non eſſe neceſſarium pro validitate ſententiæ, ſed ſufficit,
(prout fuit ſeruatum in caſu iſto) quòd dictus procura-
tor ſit citatus, & ſententia ſit lata contra principales,
Bart. in l. 1. *num.* 8. *col.* 2. *in fin. verſ. breu. ſer. opinio*,
*C. de ſent. & interlocut. &c. Paul. de Caſtr. in l. nihil, circa
fin. verſ. de iſta materia*, *C. de procurat. Abb. in cap. que-
relam num.* 10. *& ibi Imol num.* 9. *verſ. in gloſ. œco-
nomi*, *de elect. Ang. conſ.* 98. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 21. *alias*
2. *in vlt. addit. in fin. de procur. V ant. de nullit. ex defectu
citationis num.* 86. *Papien. in praxi*, *in verbo forma ſent.*
C *num.* 33. *Guido Pap. decis.* 431. C, Secunda nullitas ad-
ducebatur ex nimia temporis breuitate ad *Bar. in l.* 2.
6 *in fin. C. de ſent. ex breuic. recit. & alios alleg.* cum re-
productio citationis facta fuerit ſub die 28. Martij, & 2.
Aprilis ſeruati termini, & 4. eiuſdem lata ſententia. Sed
ceſſare videbatur, quia longè ante dictam citationem in-
ſtructio cauſæ cum DD. Marcello, & q. Iulio Cæſare
inceperat, & cum eorum procuratore domino litis
effecto diu agitata fuerat, & proceſſus plenè inſtru-
ctus, termini etiam ſeruati, & præceſſerunt iam plures
reſolutiones; vndè ſequitur, quòd cum à tẽpore introdu-
ctionis cauſæ, vſque ad diem latæ ſententiæ, tot audiẽ-
7 tiæ interceſſerint, vt legitimè termini ſubſtantiales ſer-
uari potuerint, quamuis malè, & nulliter ſeruati per
reiterationem, etiam ſub vnica citatione ſanati fue-
runt in vim Innocentianæ, & ex ſtylo Palatij, *Cardi-
nal. Seraphin. decis.* 515. *num.* 2. *&* 1352. *num.* 2. *& fuit
dictum in Signina Caſtrorum* 22. *Iunij* 1615. *coram me*.
Tertiò defectus tranſportationis actorum coram Car-
dinali Pamphilio factorum, ſuper quibus ſupponitur fũ-
data cõcordia, quæ per dictam ſententiam fuit declarata,
non ſuffragari DD. de Lambertinis, quatenus deducatur
ad effectum nullitatis, ſatis fuit ſublatus in illa deciſione
ſub die 21 Iunij præteriti. Nam cum à dicto Cardinali
Pamph. pronunciatum non fuerit, nec aliqua appellatio
ab eius decreto ad ſententiam interpoſita penderet corã
Reuerendiſſimo Damaſceno; pro validitate opus non
fuit aliqua tranſportatione, quæ quatenus prætẽderetur
8 neceſſaria pro cauſæ cognitione, viſum fuit DD. obie-
ctum ceſſare ex inſpectione actorum, ex quibus cum ap-
pareat, nihil in eis adeſſe, quod impugnet ſententiam, benè
poſſe eam ſubſtineri, vt tenuit Rot. *in cauſa Romana Li-
gnorum* 23. *Iunij* 1603. *coram Reuerendiſſimo Damaſceno*.
Et ita patet, non obſtare deciſionem in cauſa *Algaren.
diſmembrationis* 14. *Nouembris* 1616. *coram R. P. D.
meo Remboldo*. nã ibi fuerat per rectorem iudicium par-
ticulare intẽtatũ ſuper reſciſſione concordiæ ex capite
læſionis, quam cum ipſe vti actor probare teneretur,
debuit tranſportare acta, ſinè quibus impoſſibile erat,
dubium litis euẽtum æſtimare. At in propoſito Reueren-
diſſimus D. Epiſcopus iudicium non intentauit ſuper re-
ſciſſione tranſactionis, ſed ſuper reſolutione ob lineam
finitam, & DD. de Lambertinis excipiendo, illam dedu-
xerunt, vndè patet, pro illius diſcuſſione non teneri di-
ctum Epiſcopum aliqua acta tranſportare, ex prædictis.
Quantùm verò ad iuſtitiam, viſum fuit Dominis, de ea
clarè conſtare ex deciſionibus in cauſa factis; dum pri-
mò fuit firmatum, inueſtituras terrarum, de quibus agi-
tur, per Epiſcopum Imolen. Ioanni Maluetio non com-
prehendere extraneos hæredes. Secundò deciſum fuit,
eoſdem Lambertinos non iuuari antiquis inueſtituris, de
quibus in reſolutionibus; & denique illis non ſuffragari
dictam concordiam, pendente lite coram Cardinali Pã-
philio factam; quare deciſiones DD. placuerunt, &
propterea reſoluerunt pro confirmatione ſententiæ vt
ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A Limita quando ex actis conſtat, minori nullam com-
9 petere legitimam defenſionem *Gregor. X V. deciſ* 43.
num. 10. *& deciſ.* 485. *num.* 6. *Cardenal. Caualer deciſ* 585.
num. 2. *Rot deciſ.* 674. *num.* 6. *part.* 1. *recent in Ferrarien.
Salutani* 5. *Decembris* 1614. *coram bon. mem. Dunozetto
ſeniori*, *& coram eodem in Peruſina pecuniaria* 13. *No-
uembris* 1624. debet tamen notoriè conſtare, minori nul-
las defenſiones competiſſe *Gregor. XV. d. deciſ.* 485. *num.*
7. & quando agitur cum minore impubere, citandus eſt
eius tutor, ſi illum habeat, *Rot. deciſ.* 535. *num* 4. *part.*
1. *recent.* ſin autem, citari debet ipſe minor ad legitimè
comparendum, alioquin videndum ſibi dari curatorem,
vt ſeruatur de ſtylo Curiæ, iuxta quem non citantur con-
ſanguinei, & amici, ſed tantùm ipſe minor ad legitimè
comparendum, de quo ſtylo teſtatur *Mandoſ de commiſſ.
form.* 4. *in verb ad legitimè comparendum*, *verſ in ſumma*.
Rota apud Creſcent. deciſ 10. *num.* 4. *de dol & contumac.
Gratian. deciſ Marcb* 73 *num.* 28 *& ſeq* non ſufficit ta-
men, quòd tutor, vel curator minori datus citetur,
ad hoc, vt ſententia contra ipſum lata ſuſtineatur, niſi ta-
lis tutor, ſiue curator citatus compareat, vt reprobata
deciſ. Put. 208. *lib* 2. *in nou impreſſ dixit Rot. in Romana
de Olpbis* 25. *Octobris* 1613. *coram Reuerendiſſimo D. Coc-
cino Decano*, *quam refert*, *& ſequitur Beltramin. ad d.
deciſ.* 43. *Gregor. XV. lit. B.* ſufficit tamen, quòd curator
aliquando compareat, licèt nihil alleget, *Gregor ead. deciſ.*
43. *num.* 12. Si verò agatur cum minore adulto, poteſt
ipſe ſolus citari, ſiue habeat curatorem, ſiuè non: eſt enim
in electione actoris citare minorem adultum, vel eius cu-
ratorem, *Bart in l.* 1. *§. ſufficit*, *num.* 1. *in fin. ff. de ad-
miniſtrat. tut. Caſtren. in l.* 2. *num.* 4. *verſ. ſi autem eſſet
maior*, *ff. de condit. furt. Mandoſ. loco cit. & de minor.
ætat. quæſt.* 10. *num.* 5. *&* 9. *Rot. d. deciſ.* 674. *num.* 6. *part.*
1. *recent. & in Maceraten prædij* 10. *Iunij* 1624. *coram
bon mem. Remboldo*.

B Procurator poſt litis conteſtationem inuitus, & parte
10 aduerſa renuente reuocari non poteſt, *Abb. in cap. non in-
iuſtè*, *num* 4. *in fin. de procurator. Gall. obſeruat.* 74. *num.*
10. *lib.* 1. *Felin. in cap. ex parte num.* 27. *de reſcript. Mobed.*

decis.

deciſ. 1. de procurator. fuit *dictum in Aquilana expenſarum 4. Martij* 1596. *coram Cardinali Pamphilio ſeniori, in Tuden. beneficij* 26. *Nouembris* 1601. *coram Penia. & in Romana pecuniaria* 29. *Aprilis* 1624. *coram Patriarcha Manzanedo*, & pars aduerſa vt dicatur renuiſſe, ſufficit, quod proſequatur iudicium cum procuratore reuocato, vt infra *deciſ* 729. *num.* 2 quam ſequuta eſt Rota *in d. Romana pecuniaria coram Patriarcha Manzanedo*. & hoc ampliatur, vt dominus ne etiã tacitè valeat procuratorẽ huiuſmodi reuocare, conſtituendo, ſcilicet alterum abſq; clauſula, citra reuocationem, ne maior ſit vis taciti, quàm expreſſi *Bart. in l. ſiquis §. Iulianus, num.* 1. *ff. de procurator. Abb. in d. cap. non iniuſtè num.* 5. *ad fin. de procurat. Rota in Mediolanen. reſciſsionis contractus* 14. *Decembris* 1611. *coram Cardinali Sacrato*, Contrarium tamen tenet *Bellamer. in d. cap. non iniuſtè num.* 4. *verſ. ſed Collectarius, de procurat. & Rota coram Gregor. XV. deciſ* 548. *num* 6. Verùm ſtante iuſta cauſa, poteſt etiam poſt litis conteſtationem reuocari, *Seraph. deciſ.* 195. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 353. *num.* 1. *par.* 4. *diuerſ. & deciſ* 172. *num.* 1. *par.* 2 *recent* vbi quòd Iudicis arbitrio remittatur, quænam ſit iuſta cauſa; & licèt ſuper huiuſmodi reuocatione aliqualis cognitio Iudicis ſaltem ſummaria requiratur, hoc tamen procedit, ſi procurator ſe oppoſuerit, aliàs ſecus, latè *Gratian. diſcept.* 618. *num.* 19. *Rot. d. deciſ.* 172. *num.* 1. *part* 2. *recent.* item licèt procurator poſt litem conteſtatam reuocari non poſſit, fallit tamen in cauſa appellationis, quia talis procurator cenſetur effectus dominus inſtantiæ, non autem cauſæ *V ant. de nullit. ex defect. inhabilit. ſub num.* 163. *Mareſcott. variar reſolut lib* 2. *cap.* 62. *num.* 7. *Seraphin. deciſ.* 1180. *num* 1. & 2. *Adrian. Neguſant. quæſt* 311. *num.* 2. 7. & 8. niſi in mandato adeſſet clauſula, *releuans, &c.* quia per eam cenſetur effectus dominus totius litis. & non ſolius inſtantiæ, *Mareſcott. loco cit num.* 8. *Seraphin. d. deciſ* 1180. *Rota coram Reuerendiſsimo D. Coccino Decano deciſ.* 319. *num.* 6. *inter. eius impreſſ. Beltramin. ad d. deciſ.* 548. *Gregor. XV. num.* 12.

C Sequitur *Beltramin. in addit. ad decis.* 396. *Gregor. XV. litera A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Maceraten. Saluiani.

Veneris 20. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Aegidianæ locus eſt in Saluiano, probatis duobus extremis neceſſarijs; & ex quibus probentur huiuſmodi extrema.

SVMMARIVM.

1 *Aegidianæ quando ſit locus.*
2 *Creditor dicitur non ſibi, ſed debitori poſſidere.*
3 *Conſtitutum an, et quando probet contra tertium à conſtituente cauſam habentem.*
4 *Teſtes etiam nulliter examinati probationem ex inſtrumento reſultan. aliqualiter confirmant.*
5 *Solemnitates requiſitæ in ceſſione à conſtitutionibus Marchiæ quæ ſint, remiſsiuè.*
6 *Ius tertij allegari poteſt ad uitandum periculum reiterandæ ſolutionis.*
7 *Melioramenta prætendenti ſatis prouiſum dicitur ſi pro illorum liquidatione detur cautio pro maiori ſumma veriſimiliter non excedente.*
8 *Excuſsionis exceptio non obſtat, ſtante obligatione Camerali.*
9 *Conſtitutum contra tertium non habentem cauſam à conſtituente facit qualem qualem probationem.*

DECISIO CCCCXLI.

1 ESSE locum Ægidianę reſpõſum fuit, cũ
ſentẽtia lata fuerit in poſſeſſorio adipiſcendæ ex vtili Saluiano interdicto, donec, & quouſq. Claudianis de fructibus decurſis, & non ſolutis annui cenſus florenorum 80. 15. Maij 1580. ad fauorem Syluij eorum authoris à Cicotto, Roccho, & Pompeo de Mozais inſolidum impoſiti eſſet ſatisfactũ, & propterea eſt illi locus, vbi non docetur de notorio grauamine, vt ſunt verba clara conſtitutionis, & fuit pluries deciſum. De quo non docetur, ſed de iuſtitia ſententiæ, ex quo non conſtat de credito cum hypotheca ex publico inſtrumento dictę impoſitionis cenſus, & de legitimatione perſonarum dd. de Claudianis dubitari non poteſt, prout non controuertitur, nec d. legitimatio, nec dictum extremum. Primum verò extremum poſſeſſionis domus, de qua agitur, per Pompeium de tempore dictæ impoſitionis, ſeu poſt, probatur tum ex confeſſione Collæ, quam Eliſabetha filia, & hæres impugnare non poteſt, iuribus notis, in inſtrumento emptionis domus, de qua agitur, per eum facta ab Oliuerio Burgio, cum in eo dicatur, *domus quondam Pompeij Mozzij*, & per Oliuerium capta in executionem, & tenutam iure creditoris, & iure creditoris veodatur cum clauſula conſtituti, inde enim confeſſio colligitur explicitã, & implicita per d. tenutam, & con-
2 ſtitutum, ex quo creditor dicitur non ſibi, ſed debitori
poſſidere, *Bart. in l. celſus, num.* 15. *ff. de vſucap. Surd. cons.* 481. *num.* 14. *Rota in Romana bonorum de S. Cruce* 5. *Iunij* 1600. *coram Reuerendiſſimo Sacrato*, & conſtitu-
3 tum probare contra tertium à conſtituen. cauſam ha-
A ben. A, *Tiraq. de iure conſtit par.* 3. *limit.* 1. *num.* 3.
& ad effectum primi extremi in ſpolio, *Natt. cons.* 439. *num.* 3. & in Saluiano fuit ſæpe deciſum, præſertim in *Imolen. Saluiani* 11. *Ianuarij* 1602. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Lãcellotto, in Fanen Saluiani* 14. *Ianuarij* 1611. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, & in Brittonorien. Saluiani* 28. *Februarij* 1612. *coram R. P. D. Pirouana.*
4 Tum ex tribus teſtibus datis in ſummario benè depo-
nen. qui vbi eſſent nulliter examinati probationem ex inſtrumento reſultantem aliqualiter cõfirmarent; quamuis oppoſita contra illorum examen viderentur etiam Dominis ceſſare; defectus enim communis receptionis iuramentorum tollebatur ex facto; quòd non eſſent examinati ſuper interrog. Eliſabethæ, non ſubſiſtebat reſpectu quinti, & ſexti, qui fuerunt etiam ſuper illis examinati, & ſufficiunt. Contrarietates contra teſtes videbantur nullius momenti, & ceſſat ex ſola illorum lectura, & ponderatione. Neque obſtare viſæ ſunt exceptiones: nam prima ceſſionis obtentæ cuiuſdam crediti anterioris à quadam Hieronyma vti tutrice, & curatrice eius filiorum, & hæredum q. Conſtantij aſſerti hæ-
5 redis q. Ioannis Mariæ ceſſabat, quia non legitimantur
perſonæ aſſertorum filiorum, neque aſſertæ tutricis, & ceſſio eſt ſinè ſolemnitatibus conſtitutionis Marchiæ *lib.* 5. *cap.* 25. requiſitis. Nec ſubſiſtere, non licere Claudianis hęc opponere, quaſi darent de iure tertij; quia hoc nõ eſt dare de iure tertij, ſed concludere effectum tranſlationis d. crediti, vt in terminis fuit dictum coram me *in Auenionen. fideicom. miſſi* 19. *Iunij* 1617. licèt ius
6 etiam tertij allegari poſſit ad euitandum periculum ite-
randæ ſolutionis *Bart. in l.* 2. *ſub num.* 1. *verſ. aut ad hoc*

non

Digitized by Google

non tendit, ff. de except. rei iud. Roman. nu. 3. verſ. reſpondit Bart. & Socc. num. 13. cui Claudiani, ſoluen. poſſeſſoribus aſſertis ceſsionarijs, ſe manifeſtè ſubieciſſent. Secunda exceptio melioramētorum tollebatur, quia ſufficienter ſententia prouidit mādans, ſolui priùs, & pro parte recipere recuſante deponi ſummam relatam à tertio perito, & dari cautionem de ſoluen. ad omne mandatum illud pluris, quod erit liquidatū; nam vbi relatio-
7 ni tertij ſtare non debuiſſet, cum fuiſſent plures termini præfixi pro illorum liquidatione, ſufficiebat cautio pro maiori ſumma, *Put. deciſ. 471. num. 5. lib. 2. quem ſequitur Rota in Lucana terrarum 16. Februarij* 1615. *& in Bononien. de Rubeis* 8. *Martij huius anni coram R. P. D. Vbaldo*, præſertim quia penſiones ab anno 1612. motæ litis in iudicio iſto venien. veriſimiliter excedunt ſummam melioramentorum, quæ poteſt augeri vltra relationem tertij periti, cum quibus melioramenta eſſent excomputanda, *Put. deciſ. 275. lib. 3. in nou. Rota deciſ. 186. num. 5. par. 2. diuerſ. & deciſ. 650. num.*
8 6. *par. 2. in recent.* Exceptio excuſſionis fundi, de qua *in l. 2. C. de pign.* non obſtabat, ſtante Camerali obligatione, *Pariſ. conſ. 103. num. 3. & 4. Galleſ. ad tertiam partem obligationis Cameralis quæſt. 9. num. 3. Surd. deciſ.*
B 44. *num.* 16. *in fin. & num.* 17. B, & omiſſa appellatione ab illius tacita reiectione per procuratorum ad vlteriora, vt in ſpecie huius exceptionis, *Card. Seraphin. deciſ. 383. nu.* 8. remanebat exceptio præſcriptionis, quam Domini reſeruarunt particulariter diſcutien. capta reſolutione, eſſe locum Ægidianæ, niſi obſtet d. exceptio, de qua videatur.

ANNOTATIO.

A *Seraphin. deciſ. 1415. num. 2. Rot. deciſ. 766. num. 11 par. 1. diuerſ. deciſ. 324. num. 5. part 2. recent. & fuit dictum in Bononien. alienationis bonorum 10. Decembris 1621. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Veroſpio*, & ad effectum primi extremi in Saluiano *in Aeſina Saluiani* 18. *Iunij* 1627. *coram R. P. D. Dunozetto iuniori, & coram D. meo infra deciſ. 782. num.* 2. licèt alias conſtitutum contra
9 tertium non habentem cauſam à conſtituente, faciat tantùm qualem qualem probationem, *Soccin. ſen. conſil. 183. num. 14. lib. 2. Afflict. deciſ. 335. num. 4. Rot. deciſ. 389. num. 3 part. 1. diuerſ. & in Romana Saluiani 15. Aprilis 1622. coram R. P. D. Merlino. quæ eſt impreſſa apud Cinc. poſt. addit. ad tract. de cenſib. deciſ. 80. num. 4.*
B *Rot. deciſ. 22. & deciſ. 55 vtrobique num. 4. & deciſ. 118. num. 7. apud Zacch. de obligat. Cameral. in recent. deciſ. 674. num. 5. par. 1. & in Romana Saluiani 19. Ianuarij 1619. coram bon. mem. Remboldo, quæ eſt deciſ. 75. num. 8. poſt addit. Cinc. ad tractat. de cenſibus, & in Aſculana fideiuſſionis 23. Maij 1614. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Veroſpio tunc Rotæ Auditore.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Cluſina Beneficij.

Veneris 20. Decembris 1619.

ARGVMENTVM.

Arbitriū interponit Rota pro retardatione executionis Literarum Apoſtolicarum cum clauſula, *ſinè præiudicio alicuius*, conſtito de alterius iure.

DECISIO CCCCXLII.

SVMMARIVM.

1 *Arbitriū à Rota paſſim pro retardatione executionis literarum Apoſtolicarū interponitur ſubſiſtente iuſta cauſa.*
2 *Clauſulā*, ſinè præiudicio alicuius, *in literis Apoſtolicis prouiſionis appoſita præſeruat omne ius etiam minimum.*
3 *Ordinarius, qui in viſitatione aliquem appellauit Rectorem, cenſetur illum approbaſſe pro tali.*
4 *Poſſeſsio beneficij probatur ex perceptione fructuum, illorumque conuerſione in proprios vſus.*
5 *Clauſula*, ſinè præiudicio, *non præſeruat ius circa expreſſè diſpoſita.*
6 *Donatio facta aliqua conditione expreſſa licèt cōtineat verba*, purè, merè, liberè, &c. *cenſetur conditionalis, & dicta verba verificantur in alijs, præter quam expreſſis.*

DECISIO CCCCXLII.

LATA per Ordinarium Cluſinum executorem in literis Apoſtolicis deputatum ſententia ſuper erectione Cappellæ, de qua agitur, & facta illius collatione Sebaſtiano qui d. cappellam
1 per literas impetrauit, & ab ea tā pro eius, quām Laurentij aduerſarij parte appellatione interpoſita, illaq; in Rota cōmiſſa cū clauſula, *parito literis arbitrio Rotæ* DD. dixerunt, intrare arbitriū, quod paſſim pro retardatione interponitur ſubſiſtente iuſta cauſa, vt in *Baren. breuis coram R. P. D. meo Cauallerio in recent. deciſ. 228. num. 2. par. 1. in Celſonen. præceptoriæ* 14. *Maij* 1614. *et Oueten. beneficij* 6. *Nouembris* 1617. *coram Reuerendiſsimo D. meo Decano*, & in alijs pluribus, prout in præſenti viſum fuit DD. ſubeſſe, quia in literis Apoſtolicis legitur expreſſè clauſula, *ſinè tamen præiudicio alicuius*, per quam dicitur præſer-
2 uatum omne, & quodcunque ius eiuſdem Laurentij. *Rot. deciſ. 419. num. 3. verſ. quinimò potiùs, et deciſ. 226. num. 1. par. 2. in nouiſſ. et in Vrbinaten. ſeu nullius erectionis Collegiatæ 27. Ianuarij 1617. coram R. P. D. meo Pamphilio, cum cumulatis per Mart. clauſ. 158. num. 1. part. 1.* etiam minimum, *Put. deciſ. 6. num. 1. et 2. lib. 3.*
A *ſecundum nouiſſ. impreſſ.* A, De tali autem illius iure viſum fuit ad effectum prædictum, de quo agitur, adeſſe ſufficientē fumum, tum ex viſitatione facta per eundem Ordinarium die 30. Iunij 1614. data in *ſūmario poſitio-*
3 *nis ſub die prima Iulij præteriti num.* 3. in qua Laurentius fuit appellatus Rector dictæ Eccleſiæ, vndè cenſetur ab eodē Ordinario approbatus pro tali *Anchar. in regul. 1. num. 10. circa med. verſ. tu die lātius de reg. iur. in 6. Prob. ad Monac. in cap. Ordinarij num. 12. de off. ordin. eodem libro* 6. tum ex teſtibus in partibus, & in Curia examinatis modò datis *in ſummario num. 4. & 5.* deponentibus de pluribus actibus poſſeſſorijs ab eo factis, vt
4 inter alia, celebrandi in dicta Eccleſia, & percipiendi illius fructus, eoſque conuertendi in proprium vſum; ex quibus videtur reſultare probatio eius poſſeſſionis, cùm de poſſeſſione alterius non doceatur *gloſ. in cap. commiſſa in verb. pacificam & ibi Franc. ſub num. 3. verſ. ſed ſi quæ pat. de elect. in 6. cum alijs per Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num. 164. & per Rot. in Lunen. Sarzanen. Cappellæ 13. Iunij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo*, & ideo ex his fuit, vt ſupra, reſolutum pro Laurentio informante, &c.

ANNOTATIO.

A *Fuit dictū in Mediol. decimarū 8. Iunij 1612. quæ eſt in 9. par. 1. recent. n. 3. corā Reuerendiſs. D. Patriarcha Pamphil.*

At

At d. clauſula, *ſinè præiudicio*, intelligitur de alio præ-
5 iudicio, quam reſultante ab expreſſis iux. *conſ.* Oldrad 330.
in fin. quod Rota paſſim ſequitur, *vt in deciſ. Seraph.* 756.
num. 2. 1445. *num.* 4 *Rot. diuer deciſ.* 236. *nu.* 3. *par* 1. *cũ*
alijs per Hond. conſ. 86. *num* 46. *lib.* 2. *et per Mart. clauſ.*
157. *n.* 3. *par.* 2. *et ſequitur Beltram. ad deciſ. ſanctæ mem.*
Greg. XV. 332. *num.* 7. quibus addi poſſunt *Pariſ. conſ.*
70. *num.* 12. *lib.* 1 *Gabr. conſ.* 151. *num.* 30 *lib.* 2. *Gram.*
deciſ. 66 *num.* 4. *Put. deciſ.* 183. *lib.* 3. *Rota in Romana de*
Mazzatoſtis 7. *Maij* 1618. *corã Illuſtriſſimo D. Cardinali*
Veroſpio, *& in Auximonen donationis* 22. *Iunij* 1622.
coram bon. mem. Manzanedo, *& in Romana de Cincijs* 1.
Iulij 1624. *coram R. P. D. Pirouano*.

Et in ſimili quod donatio habens aliquas conditiones ex-
6 preſſas, quamuis contineat verba, *purè*, *liberè*, *&c.* cenſea-
tur pura, & libera præterquam quoad conditiones ex-
preſſas, fuit reſolutum in dicta *Romana de Mazzatoſtis co-*
ram Illuſtriſſimo D. Veroſpio.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Aſculana ſpolij.

Veneris 10. Ianuarij 1620.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio fieri non poteſt de liquido ad illiquidum.*
2 *Adminiſtrator tutelæ ante redditam rationem non poteſt*
dici creditor, & ideo interim eius creditum dicitur in-
certum.
3 *Verbum imperſonale non infert ad certam perſonam.*
4 *Confeſſio dubia ſemper ad fauorẽ confitentis interpretatur,*
& num. 5. *Declara*, *vt num.* 6.

DECISIO CCCCXLIII.

PROPOSVI primum dubiũ in vltima
deciſione 16. Maij 1618. reſeruatum,
an partitæ poſitæ ad debitum Conſtan-
tiæ vti hæredis patris ratione tutelæ
per eum adminiſtratæ, ſint tales, quæ
poſſint, vel debeant compenſari cũ eius
creditis, iuxta formam ſententiæ, & decreti bon. mem.
Cardinalis Seraphini; & DD. negatiuè cenſuerunt. Par-
titæ verò erant duæ, altera flor. 667. ß. 38. qui dicuntur
ad manus Petri Pauli ex diuerſis rebus hæreditarijs per-
ueniſſe; altera flor. 742. ß. . . pro fructibus dimidiæ
hæreditatis, qui pariter dicuntur ad manus eiuſdem
Petri Pauli patris Conſtantiæ, & cuius ipſa ſupponi-
tur hæres, perueniſſe. Fundamentum fuit, quia non
1 poteſt fieri compenſatio cum credito Conſtantiæ dotis,
& legitimæ, niſi de creditis tunc liquidis; vndè idem
Card. Seraph. in electione calculatoris ad hunc effectum
compenſationis facta, mandauit, vt calcularet, & re-
ferret ſuper partitis liquidis, & confeſſatis à partibus.
Dicta verò credita non poterant dici liquida, quia cum
2 proueniant ex adminiſtratione tutelæ, ante redditam il-
lius rationem, non poterat firmari aliquod creditum pu-
pilli, vel minoris, cum ex dicta redditione rationis po-
A tuiſſet ipſe debitor remanere A, adeo, vt creditum
dicatur interim incertum, *Alex. conſ.* 192. *num.* 2. *in fin.*
& 3. *lib.* 7. *Neguſan. de pignor.* 1. *memb.* 5. *par. num.* 37.
verſ. ex quo, Benint. deciſ. 90. *num.* 1. *Cephal. conſ.* 778.
num. 14. *& conſ.* 29. *num.* 11. *Surd. deciſ.* 184. *num.* 2.
& num. 12. *verſ. non etiam mouet*, *& verſ. ſeq.* licèt cõ-
trarium, prout etiam Benint. teneat quoad bona solùm
inuentariata, *Pachin. controu. iur. lib.* 8. *cap.* 58. *verſ. ſed*
hoc fundamentum, cum alijs per *Eſcob. de ratiocin. cap.* 21.
Et hanc concluſionem ſæpius firmauit Rota, præſertim
in Ciuitatis Caſtelli, *ſeu Romana ſequeſtri* 15. *Iunij* 1615.
coram me impreſſ. par. 2. *in recent. deciſ.* 727. *num.* 3. *vbi*
aliæ duæ deciſiones allegantur, *in Bononien. adminiſtra-*
tionis de Lenis 28. *Iunij præteriti coram R. P. D. meo Duno-*
zetto, *& in Nepeſina tutelæ* 27. *Nouembris præteriti coram*
R. P. D. Veroſpio. Ideoque non obſtant, quæ dicuntur
ad docen. Conſtantiam eſſe hæredem patris, quòdque
ipſa exhibuit in partibus coram arbitris librum pater-
num, in quo variæ partitæ conſtantes dictam ſummam
flor. 667. ß. 38. reperiuntur, ab eiſque laudum fauo-
rabile obtinuit. Quia, omiſſo, quòd plures ex dictis par-
titis ſunt deſcriptæ per verba imperſonalia, *fu venduto*,
3 quæ, aliqui ex Dominis dubitarunt, an probarent, Pe-
trum Paulum vendidiſſe, àd eumque pecunias perueniſ-
ſe, cum dubia confeſſio ſemper ad fauorem confitentis
B interpretetur B: & omiſſo, quòd laudum, & exe-
4 cutio illius vigore facta fuerunt reuocata, cum nedum
tunc temporis, ſed neque hodie fuerit actum contra
Conſtantiam, vti hæredem Patris pro dicta redditio-
ne rationis.

Et ita fuit vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A De quo dixi ſupra *ad deciſ.* 113. *ſub lit. A.*
B Confeſſio dubia interpretari debet ad fauorem confitentis
5 *Rot. deciſ* 806. *num.* 1. *part* 1. *& deciſ.* 90 *num.* 21. *par.*
2. *diuerſ & in recent deciſ.* 366. *ſub num.* 5. *& deciſ.*
633. *num.* 7. *part.* 1. etiam verba impropriando, *Rot de-*
ciſ 121 *num.* 18. *part.* 1. *diuerſ & deciſ.* 56. *num* 11. *in fin.*
poſt lib. 1. *conſil Farinac.* neque probat, niſi ſit clara, &
indubitata *Rot. d. deciſ* 131. *num.* 18 *par.* 1. *diuerſ et deciſ.*
444. *num.* 8. *part.* 1. *recent. et in Ariminen dotis* 15. *Maij*
6 1623. *coram Reuerendiſſimo D.* Coccino *Decano*; hoc ta-
men procedit, quando agitur aduersùs confitentem, ſecus
autem vbi ipſe eſt actor, tunc enim habet locum alia con-
cluſio, quòd verba interpretanda ſunt contra confitentem,
Alexand conſil 47. *num* 16. *in fin. et num ſeq. lib.* 1. vbi
quòd verba ſcripturæ per aliquem productæ, vt probent,
clara, & neceſſariò concludentia eſſe debent, alias inter-
pretantur contra producentem. *Caſtren. conſil.* 451. *in fin.*
lib. 1. *Rot. in d. Ariminen. dotis coram Reuerendiſſimo D.*
Decano.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Cenſus.

Lunæ 13. Ianuarij 1620.

ARGVMENTVM.

Exemplum vt ſit in forma probanti, quæ re-
quirantur. Cenſus impoſitus per mulierem
abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs eſt nullus.

SVMMARIVM.

1 *Fides fidem non facit. Amplia vt num. ſeq.*
2 *Notario atteſtanti, ſe de inſtrumento rogatum fuiſſe, non*
creditur.
3 *Exemplum non probat, niſi ſit ſumptum parte legitimè ci-*
tata, & vbi perſona eſt certa, citatio debet eſſe ſpecia-

lis, num.

lis,num. 4. & num. 13. limita, vt num. 14.
5 *Sumptum non probat, quando ſit ſinè aliqua cauſa.*
6 *Fides Notarij facit fidem in Curia, & quare num. ſeq.*
8 *Fides relatiua ad acta, de quibus non conſtat, non facit fidem, & num. 9.*
10 *Scripturæ informi datur fides, ſtante obſeruantia.*
11 *Contractus a muliere celebratus, non ſeruatis ſolemnitatibus a ſtatuto Vrbis requiſitis, eſt nullus, & inſtrumentum præſumitur dolo, & metu extortum.*
12 *Statutum Vrbis requirens certas ſolemnitates in contractibus mulierum habet locum in quibuſcunque contractibus læſiuis, in quorum numero eſt impoſitio cenſus.*
13 *Solemnitates in exemplatione inſtrumenti nō præſumuntur ex curſu 30. annorum, ſublata obſeruantia, & quando ex lectura eiuſdem inſtrumenti apparet, illas non interueniſſe.*

DECISIO CCCCXLIV.

FVIT iuxta formā reſcripti Sanctiſſimi
à Matthæo impetrati dubitatum, an
conſtaret de eius bono iure, ita vt ad
vlteriora in cauſa procedi poſſet, non
obſtan. prætenſis nullitatibus; & negatiuè per DD. reſolutum. Primò, quia
fundamentum boni iuris d. Matthęi
conſiſtit in prætenſo cenſu annui redditus ſcut. 18. auri
impoſito per q. Lucretiam ſuper quadam domo vſque
de anno 1556. 8. Aprilis, & vendito alteri Matthęo eius
prætenſo authori pretio ſcutorum 200. auri in auro, &
tamen de huiuſmodi cenſus impoſitione, & venditione
non docet, niſi per quandam fidem Gabrielis Ferrarij
aliàs (vt dicitur) notarij Curię de Sabellis, de qua *in Summario Matthai num.* 1. Quę tamen fides non probat, non
ſolum ex trita concluſione, quòd fides fidem non faciat,
1 etiā ſi ſit Notarij atteſtaotis, ſe de inſtrumento rogatum
fuiſſe, cui non creditur, *Dec. in autb. ſi quis in aliquo, nu.*
31. *C. de eden. Card. Seraph. deciſ.* 1430. *num.* 4. *Rot deciſ.* 467. *num.* 2. *part.* 2. *in recent. & deciſ.* 687. *in princ.*
2 *& num.* 2. *par.* 1. *in eiſdem*, ibi, *præſertim quando eſt ſinè
teſtibus*; ſed etiam quia dicta fides non continet locum,
nec teſtes d. inſtrumenti, ſinè quibus etiam inſtrumentū
ipſum originale non probat ex vulg. tanto minus exem-
3 plum, quod non probat, niſi ſit ſumptūm parte legitimè citata *Bart. in dicta autb. ſi quis in aliquo, num.* 3. *in
fin. & num.* 4. *& ibi Iaſ. in addit. lib.* 6. *poſt Cin. num.*
15. *in fin. & Alexand. num.* 2. dicentem, hoc eſſe ſecundum omnes; *Curt. iun. num.* 17. *Alex. conſ.* 106. *num.*
4 13. *&* 14. *volum.* 5. vbi quòd citatio debet eſſe ſpecialis,
5 quando perſona eſt certa *num.* 9. *&* 10. Quod ſumptum
A non probat, quando ſit ſinè cauſa aliqua, *Alex. conſ.* 112.
in princ. vol. 2. *apoſtil. ad Bart. in d. autb. ſi quis in aliquo,*
6 *lit. b.* & licèt dici ſoleat, quòd fides Notarij faciat fidem
in Curia, *Card. Seraphin. deciſ.* 415. *num.* 5. *& deciſ.* 755.
num. 3. tamen hoc non procedit in propoſito, tum quia
non eſt fides, ſeu ſumptum fidei carentis ſupradictis ſub-
ſtantialibus; tum etiam quia illud eſt propter facilitatem
7 habendi veritatem per inſpectionem originalis, ex quo
eſt extracta, *Card. Seraph. dicta deciſ.* 755. *num.* 3. in caſu autem noſtro non poteſt haberi recurſus ad origina-
8 le, quod non reperitur, & ſic dicta fides tanquam relatiua ad acta, de quibus non conſtat, non facit fidem, *Card.
Seraphin. deciſ.* 383. *num.* 5. Non obſtat, d. ſumptum
fuiſſe factum de mandato primi Collateralis parte citata; quia quicquid ſit, an Maſſaini rei cōuenti ſint hæredes
Celſi, qui accepit cenſui pro euictione, & fructibus; citatio dicti Celſi eſt vnica domi executa, ſub qua fuit factū
decretum recognitionis dictæ fidei, & extractionis
illius copiæ, nec conſtat de citatione Caroli, qui in dicta
fide aſſeritur eodem modo obligatus, & cuius prætenditur dictos reos conuentos eſſe hæredes, vel ſucceſſores. Secundò, dicta fides eſt relatiua ad acta, ſeu rogi-
9 tus dicti Gabrielis, vt ex illa clauſula in fine, *vt latius
apparet in actis, ad quæ me refero, Curia de Sabellis, in
Summ. de Maſſainis num.* 5. datur fumus non exiſtentiæ
originalis d. inſtrumēti in actis, & rogitibus d. Gabrielis
de dicto anno 1556. & ſic non probat *Card. Seraph. d. deciſ.*
10 383. *num.* 8. Non obſtat prætenſa obſeruantia, propter
quam Rota ſolet adhibere fidem etiam ſcripturæ,
quæ non ſit in forma probanti; nam aliqua non reſultat
obſeruantia ex prætenſa ſolidatione, & confeſſione
Celſi del 1577. debiti pro cenſibus decurſis, de qua *in
ſummario Matthæi num.* 12. tum quia non eſt facta cum
dicto Matthæo, ſed cum quodam Io. Baptiſta enunciato
eius procuratore, de cuius mandato nō conſtat; tum etiā
quia non concludit de fructibus cenſus, de quo agitur,
nec memoratur inſtrumentum illius, & in dicta fide aſſeritur, illum venditum fuiſſe Matthæo, & cuidam Taurino, & ſic probatio redditur æquiuoca. Non obſtat ſuſceptio termini dicti Celſi, & confeſſio debiti in ſumma
ſcutorum 9. b. 24. enunciata pro cenſu ſcut. 9. *in ſummario Matthæi num.* 2. quia non docetur de ſolutione
dictæ ſummæ, ex qua, & non ex ſuſceptione termini poteſt reſultare obſeruantia: vltra quod huiuſmodi ſolidatio eſt facta ad fauorem ſolius Tariſij, cum cenſus eſſet
etiam impoſitus ad fauorem dicti Taurini, & ſic probatio non videtur eſſe concludens. Non obſtat ſolutio facta 2. Auguſti 1585. iuliorum 66. cum dimidio *dicto
ſummario num.* 2. quia dictæ pecuniæ enunciantur depoſitæ de mēſe Iulij pręcedētis, nec dicitur, ex qua cauſa, &
ſic nihil facit, & ſunt ſolutæ in vim decreti ſimiliter enūciati, de quo non conſtat, Matthęo tantùm, abſque aliqua
mentione dicti Taurini. Secundò principaliter moti
11 fuerunt DD. quia dictus cenſus fuiſſet impoſitus à muliere ſinè ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis de contractibus
mulierū non niſi cum certa ſolemnitate valituris, cuius
diſpoſitio eſt clariſſima, & non ſolùm præſumit iuramentum metu, & dolo extortum, ſed etiam tollit fidem
ſcripturæ, prout facere poteſt, & eſt idem ſtatutum,
quod vigebat de dicto anno 1556. *vt in ſtatuto antiq. ſub
rubric. de pact. & donat. non valituris*, de quo latè *Honded.
conſ.* 5 *per tot. lib* 2. & ſuper quo extant infinitæ Rotæ
deciſiones pro nullitate contractus, & præſertim quòd
12 illud habet locum in quibuſcunque contractibus de ſui
natura læſiuis, prout eſt cenſus impoſitio. Non intrat
13 præſumptio dd. ſolemnitatū, quæ curſu 30. annorum, ſu-
B blata obſeruantia, de per ſe nihil operatur B; imò quòd
dictæ ſolemnitates non interuenerunt, colligitur ex lectura eiuſdem fidei in principio ibi, *renunciando quibuſcunque legibus, &c. in fauorem mulierum quomodolibet
introductis, &c* Tertiò, quia non exprimitur cauſa,
propter quam Lucretia impoſuerat dictum cenſum, quæ
tamen eſt neceſſaria ex forma d. ſtatuti, & debet eſſe
Iudici inſinuata, & ſcripta: vt habetur in eodem ſtatuto,
quod habet clauſulam annullatiuam, & decretū irritans,
vt millies dictum fuit. Ex quibus (prætermiſſis, quæ dicuntur hinc inde ſuper legitimatione perſonarum, tām
dicti Matthæi iunioris prætendentis, ad ſe ſpectare d.
cenſum, quàm dd. de Maſſainis reorum conuentorum,
quos, prætenditur, eſſe hæredes Caroli, & Celſi, vel poſſidere domum (vt dicitur) cenſuatam: quę reſpectiuè pro
eorum parte negātur, & de quibus, ſi opus erit, aliàs videbitur) concluſum fuit, non conſtare de bono iure Matthæi vtraque parte informante.

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

A *Rum. conſil. 88. ad fin. lib 4. Menoch. conſil 7. num 1. &*
13 *conſ. 732. num. 4. Gratian. diſcept. 859. num 4. Rot deciſ. 1. de fid. inſtrum. in nou.* & quando aduerſarij ſunt incerti, requiritur generalis citatio per proclama, *Couar. pract. quæſt cap. 21. num. 4 in fin verſ tertiò exigitur cum alijs per Menoch d. conſ 7. num. 1. Gratian. diſcept. 907. num. 32. & 41.* limitatur tamen in exemplatione Principis au-
14 ctoritate facta, in qua partis citatio non requiritur. *Felin. in cap. fin num. 9. de fid inſtrum. cum alijs per Maſcard. de probat. concluſ. 741. num 67. & 90. Cardinal. Caualer. deciſ. 205. num 2. quæ in recent. eſt deciſ 422. num. 3. part. 1.* Secundò limitatur in exemplatione facta ex protocollo quando non pendet lis, *Neuizan. conſ 25 num. 13. Cardinal Seraphin deciſ. 1236. num. 3. & fuit dictum in Beneuentana domus 28 Iunij 1613. coram Reuerendiſſimo D. Patriarcha Pamphilio.* Limitatur tertiò in exẽplatione inſtrumenti facta per eundem, qui illud rogauit, *Rota deciſ. 348. ſub nu. 2 poſt 2 vol conſ Farinac.* Limitatur quartò in iuribus exemplatis per ſucceſſorem in officio, quæ etiam ſinè citatione partis, & alijs ſolemnitatibus probant; *Dec. in auth. ſi quis in aliquo, num. 26. C. de edend Verall deciſ. 224. num. 3. part 2. Rot deciſ. 351. num. 7. poſt 2. vol. conſ Farinac. & in recent. deciſ 227. num. 1. & deciſ. 389. num. 2. part 1. & deciſ 581. num 4 part. 2 & in Romana cenſus 4. Iunij 1621. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.* Quintò limitatur in exemplatione facta in præſentia partis aduerſæ, *vt fuit dictum in Sulmonen. beneficij 7. Iunij 1627. coram R P. D Durano.* Sextò, limitatur in exemplatione facta de tempore antiquo, nempè 30 annorum, quæ præſumitur facta cum partis citatione, & alijs ſolemnitatibus requiſitis, *Couarru d cap. 21 num. 7 cum alijs per Menoch de præſumpt lib. 2. præſumpt. 80 num. 2. Maſcard. de probat. concluſ 711. num. 81. & 82. Gratian. d. cap. 859. num. 15. & 16. Cardinal. Caualer. deciſ 613. num. 2.* niſi tamen ex eodem inſtrumento appareat, non fuiſſe ſeruatas huiuſmodi ſolemnitates, *vt in hac deciſ. & per Gratian. d. cap. 859. num. 17. & Cardinal. Caualer d. deciſ 613. num. 2.* quo caſu non ſufficit antiquitas temporis 30 annorum, ſed requiritur centum annorum, *Couar. d. cap. 21 num 7. in 3. ca u. verſ quid ſi in hac ſpecie, Cardin. Caualer. d deciſ. 613 num. 3.*

B Lapſus 30. annorum ſolus non ſufficit ad præſumendas ſolemnitates contractus, niſi accedat obſeruantia, *Ansbaran conſil. 136. Alexand in l. qui aliena num. 11. ff de acquiren. hered & conſil. 9. num. 2. lib 3. Put. deciſ 355. num. 7. in addit marginal lib. 2. in correct. Mohed deciſ. 2. de tranſact. Rot. deciſ 694. num. 5. part. 1. recent in Toletana diſmembrationis 9. Iunij 1623. coram R. P. D. Pirouano, & coram eodem in Lunen. Sarzanen. iuris patronatus 9. Februaij 1626 & in Rauennaten. emphyteuſis 22. Maij 1628. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano,* cum alijs quos adduxi ſupra *ad deciſ 45. lit B. num* 8.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ciuitatis Plebis prætenſæ ſimoniæ.

Lunæ 13. Ianuarij 1620.

ARGVMENTVM.

Simonia an interuenerit in caſu, de quo agitur, & quomodo probari debeat, quando agitur ad effectum priuationis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus decurſi ante reſignationem ſpectant ad reſignantē.*
2 *Simonia non inducitur ex pacto iuri conformi, & continente id, quod de iure ineſt.*
3 *Modicum nō habetur in conſideratione pro ſimonia inferēda.*
4 *Simonia non committitur in re diſtincta a beneficio, vel quæ nihil habet ſpiritualitatis.*
5 *Poſsibilitas ſufficit ad excluden. probationem ſimoniæ, contra quam eſt capienda ſemper excluſiua interpretatio.*
6 *Simonia debet plene, & concludenter probari, & num. 11. & quando procedat, num. 15.*
7 *Simoniam ad probandam non admittuntur coniecturæ, & præſumptiones, niſi vrgentes, & quæ reum de crimine neceſſariò conuincant, & num. 16.*
8 *Penſio eſt onus reale ſequens quemcunque detentorem.*
10 *Decima Sacramentalis videtur fructus ciuilis, & ſic debetur pro rata temporis.*
12 *Simonia probatur per teſtes ſingulares.*
13 *Simonia vt dicatur concludenter probata, neceſſarium eſt, probare præcedentem tractatum, & concluſionem pacti: nec ſufficit ſolus tractatus, niſi probetur etiā ſecuta effectuatio.*
14 *Simoniam ad probandam, an & quando ſocius criminis admittatur in teſtem.*

DECISIO CCCCXLV.

FVIT 18. Nouembris 1613. confecta apocha per Leandrū ad fauorē Dominici his verbis; *Io infraſcritto mi contento, che il Sig. Domenico Meſarello al preſente Priore di Monte Leone ſi riſerua ſopra del Priorato (ſeguitando la renuntia, come ci è parola, in perſona mia) ſcudi 20. per queſt anno d' Agoſto ſolamente, per ogni frutto, che detto Sig. Priore poteſſe pretendere acquiſtato per ſe, ſino all' attuale poſſeſſione; & in fede prometto pagare la penſione di ſcudi 80. l'anno, ſecondo l'obligo, che ha detto S. Priore, & il Sig. Archidiacono della Pieue, cominciando la prima paga à S. Giouanni proſsimo di Giugno,* cū obligatione Camerali; & die 26. eiuſdem menſis Dominicus conſtituit procuratorem ad reſignandum, cum dictis pactis, & cōuentionibus. Cum autem idem Dominicus coactus fuiſſet ſoluere penſionem, egit coram A. C. obtinuitque vigore dictæ apochæ mandatum executiuum contra dictum Leandrum reſignatarium, cauſaque in Rota commiſſa, dubitaui, an conſtaret de ſimonia; & fuit facta pro informante negatiuâ reſolutio. Nam quoad primam reſeruationem ſcut. 20. viſa fuit ceſſare omnis ſimonia, quia Leander nihil de ſuo promiſit, ſed tantùm conſenſit, vt Dominicus ſibi ſuper Priorato reſeruaret dicta ſcut. 20. non quidem pro omnibus fructibus ſimpliciter vſque ad actualem Reſignatarij poſſeſſionem, ſed ſolùm pro fructibus, quos prętendere poſ-
1 ſet reſignans à die apochæ vſq; ad diē actualis poſſeſſionis; ideoque cum fructus decurſi ante reſignationem ſpectent ad reſignantem, *ad not. in l. ſtipulatus, ff. de vſur. Salic. in l Iulianus, §. ſi fructibus, num. 7. poſt med. verſ. & tunc aut fructus illi, ff. de act. empt. & in l. fructus, verſ. huius tenore,* C. *eod.* cum alijs in ſpecie per *Honded. conſ. 85. num. 13. 23. & per tot. lib. 2. Rot. in Baren fructuum coram R. P. D. meo Caualerio inter recentior. part. 1. deciſ. 240. num. 5. & 6. & in Cephaluden. penſionis 5. Decembris 1618. coram me,* & reſeruatio ſolùm ſit pro fructibus debitis reſignanti, ceſſat
2 prorſus ſimonia, quæ non inducitur ex pacto iuri conformi, & continente id, quod de iure ineſt, *cap. ſignificaſti, vbi gloſ. & Doct. de elect. Gemin. conſ. 84. col. 4.*

verſ. non obſtat, quòd collationes, Dec. conſ. 128. nu. 5. verſ.
3. principaliter, Aym. conſ. 145. num. 4. cum relatis à
Pariſ. de reſign. lib. 14. quaſt. 7. num. 23. & de confident.
quaſt. 27. num. 131. Rotam Melphiten. Commendæ 13.
Ianuarij 1568. coram bon. mem. Robuſterio, in Militen.
Canonicatus 6. Martij 1595. coram Illuſtriſs. Card. Mil-
lino, in Bergomen. fructuum 11. Maij 1609. coram Reue-
rendiſs. D. meo Decano, & in ſpecie fuit dictũ in Cuſenti-
na prætenſæ confidentiæ coram Orano poſt prim. volum. conſ.
Farin. deciſ. 102. num. 12. Ad euitandas verò diſcordias,
quæ frequenter oriri ſolent in repartitione fructuum
inter reſignantem, & reſignatarium, fuit facta liquida-
tio in dd. ſcut. 20. quæ etiam in damnum reſignantis re-
dundare æquè poterat: cum contingere potuerit, vt
fructus medio tempore, & ſeu etiam antea, & fortè ci-
uiles percepti, ad ipſum reſignantem de iure ſpectantes
longè d. ſummam excederent; vel ſaltem d. reſeruatio
non poterat excedere fructus debitos, niſi in modica
3 quantitate, quæ non habetur in conſideratione, Nauar.
de dat. & promiſſ. pro iuſt. vel grat. num. 20. Pariſ. de
confid. quaſt. 27. num. 95. Præterea cum bona Prioratus
fuerint dignitati Archidiaconali Ciuitatis Plebis per fel.
rec. Clem. VIII. vnita cum onere ſoluendi Priori annua
ſcuta 100. eorumdemque bonorum poſſeſſio poſtea per
Archidiaconum dimiſſa dicto Priori, cum hoc, vt ſibi
de dd. ſcutis centum ſatisfaceret, & penſionem ſcut.
80. D. Angelitæ penſionario ſolueret: reſeruatio præ-
dicta ſcutorum 20. potuit fieri, non correſpectiuè ad re-
ſignationem Prioratus, ſed in recompenſam ſubroga-
tionis reſignatarij in dicta ceſſione poſſeſſionis bonorũ,
& fructuum Archidiaconatus d. reſignanti per Archidia-
conum quaſi in vim cuiuſdam locationis, ſeu arren-
damenti facta, quæ cum eſſet diſtincta ab ipſo Prioratu,
4 & nihil haberet ſpiritualitatis, Rom. conſ. 328. num. 8.
nulla committi potuit ſimonia, Archidiac. & Præpoſ.
in can. ſed ad hoc 10. quaſt. 1. Rot. d. deciſ. 201. num. 18.
poſt primum vol. conſ. Farin. Pariſ. de reſign. lib. 14. quaſt.
5 7. num. 62. & hæc poſſibilitas ſufficit ad excluden. pro-
bationem delicti ſimoniæ, contra quod capienda eſt
ſemper excluſiua interpretatio, ex congeſtis per Pa-
riſ. de reſign. d. quaſt. 7. num. 55. & 56. & Rot. deciſ.
101. num. 10. poſt idem vol. conſ. Farin. in hac enim ma-
6 teria non admittuntur præſumptiones, ſed pleniſſima,
& exactiſſima requiritur probatio, prout ſæpius fuit re-
ſolutum, vt in pluribus deciſionibus relatis in illa Tul-
len. prætenſæ Simoniæ vltima Ianuarij, & 21. Aprilis
1597. coram Orano, rel. per Farin. conſ. 75. num. 13. in
d. vol. vbi ſub num. 45. ad idem eſt impreſſa alia deciſio
in Tullen. Parochialis coram Seraphino, & ſub num. 53.
deciſ. in Calaguritana Confidentiæ coram Cardinali Pam-
philio, & ſub num. 65. alia coram Cardinali Blanchetto,
& 66. 104. & 105. & nouiſſimè dictum fuit in Leodien.
Canonicatus S. Io. 18. Martij 1619. coram R. P. D. meo
A Vbaldo A, Vel ſaltem coniecturæ, & præſumptiones
7 ad hunc effectum debent eſſe vehementes, & tales, quæ
B reum de crimine conuincant, & plenè probatæ, B,
Rot. deciſ. 358. num. 1. par. 2. in recent. Quo verò ad aliã
conuentionem ſolutionis penſionis longè minùs prætendi
poteſt ſimonia; quia cum reſignatarius percepturus
eſſet fructus penſione grauatos, tenebatur de iure ad il-
8 lius ſolutionem, cum penſio ſit onus reale ſequens quẽ-
cunque detentorem, iux. not. in cap. querelam, de elect.
Gig. de penſ. quaſt. 47. num. 2. Rot. deciſ. 176. num. 3.
& deciſ. 291. num. 2. part. 2. in recent. & ſæpè in alijs;
deducendo hoc in pactum non fuit inducta ſimonia, ex
9 ſupra allegatis, & vltra illos in ſpecie huius conuentio-
nis poſt Nauar. in Manual. cap. 23. ſub num. 110. verſ.
quæ tamen, Pariſ. de reſign. d. lib. 14. quaſt. 7. num. 22. &
23. Nec obſtare viſum fuit, quòd ſolutio primi termini
cadat, antequam reſignatarius perciperet fructus; omiſ-
ſo enim, quòd hoc non probatur in facto, cum à menſe
10 Octobris ad menſem Iunij plures adeſſe poſſint fructus,
& præſertim decima ſacramentalis, quæ videtur fructus
ciuilis, & ſic debita pro rata temporis, & ad excluſio-
nem ſimoniæ ſufficit poſsibilitas, ex præallegatis; cum
eodem modo etiam ipſe Dominicus reſignans ſuſcepiſ-
ſet de menſe Octobris 1606. onus ſoluendi penſionem
incipiendo à termino S. Io. & ſic anticipatè, & propte-
rea Reſignatarius in aliquo non fuit grauatus, ſubeundo
eodem prorſus modo idem penſionis onus.

ANNOTATIO.

A Cardinal. Caualer. deciſ. 352. num. 1. & in ſimili de con-
11 fidentia, quòd illa debeat plenè, & concludenter probari,
etiam quòd ciuiliter agatur, Alciat. conſ. 2. num. 20. tom. 1.
Card. Seraph. deciſ. 1359. nu. 3. Rot. poſt lib. 1. conſ. Farinac.
deciſ. 135. num. 1. & poſt 2. lib. deciſ. 254. num. 9. & in
recent. deciſ. 418. num. 4. part. 1. Gregor. XV. deciſ. 238.
num. 1. & in Toletana penſionis 27. Ianuarij 1627. co-
ram R. P. D. Dunozetto iuniori. Ideo ad eam proban-
12 dam non admittuntur teſtes ſingulares Put. deciſ. 271.
num. 11. lib. 2. Seraphin. deciſ. 1029. num. 11. & ſeq. Fa-
rinac. conſ. 75. num. 9. & 27. in fin. & num. 29. & fuit
dictum in hic allegata Leodien. canonicatus Sancti Ioannis
18. Decembris 1619. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori. Et
13 ad conſtituendam concludentem probationem ſimoniæ,
ſiuè confidentiæ, eſt neceſſarium probare præcedentem
tractatum, & concluſionem pacti, cap. Artaldus 8. quaſt.
3. Alciat. conſil. 3. num. 20. lib. 1. Rota deciſ. 108. num. 3.
part. 1. & deciſ. 166. num. 2. & 358. num. 12. part. 2.
recent. vbi quòd ſimonia recipit formalitatem ex conuen-
tione. & in d. Leodien canonicatus coram bon. mem. Vbal-
do ſeniori, in qua aliæ referuntur, & in d. Toletana pen-
ſionis coram R. P. D. Dunozetto iuniori, quæ loquitur in
materia confidentiæ. Nec ſufficit probare ſolum tracta-
tum, niſi probetur etiam ſecuta effectuatio. Rot. in Romana
ſeu Hiſpalen. ſimoniæ coram Cardinali Blanchetto poſt d.
conſil. 75. Farinac. num. 80. & coram Card. Caualer. d.
deciſ. 352. num. 4. Et licèt in odium ſimoniaci ſocius cri-
14 minis admittatur in teſtẽ ad probandam ſimoniam, etiam
in ciuilibus, quod eſt ſpeciale in hac materia, cap. 1. de teſtib.
in 6. Rum. conſil. 189. num. 3. lib. 5. Rota in Balneoregien.
ſimoniæ 17. Maij 1624. coram Reuerendiſsimo Domino Coc-
cino Decano, fallit tamen, ſi eſt etiam ſocius muneris cap.
veniens il primo extra de teſtib. Cardinal. Caualer. d. deciſ.
352. num. vlt. Rot. in d. Balneoregien. ſimoniæ coram Re-
uerendiſsimo Decano. Item ſocius criminis probat con-
tra illum, qui ſimoniam commiſit, ſecus verò contra ter-
tium, Alciat. d. conſil. 2. num. 10. Farinac. in prax. quaſt.
43. num. 53. in fin. & ſeqq. Rot. in d. Balneoregien. ſi-
moniæ coram Reuerendiſsimo Decano. & in Squillacen. be-
neficij 28. Iunij 1624. coram bon. mem. Patriarcha Man-
zanedo, ea ratione, quia priuilegiata probatio, qualis eſt
iſta, non admittitur, niſi contra illum, qui eſt in dolo. Al-
ciat. conſ. 2. num. 8. lib. 1. tom. 1. Farinac. d. quaſt. 43. nu.
53. Item non admittitur in teſtem ſocius criminis, quando
agitur criminaliter, vt declarat tex. in d. cap. 1. de teſtib. in
6. Pariſ. de reſignat. lib. vlt. quaſt. vlt. num. 43. & quod ſo-
cius criminis non admittatur, in teſtẽ in materia ſimoniæ,
quando agitur ad priuationem, Seraph. deciſ. 1029. num. 4.
cum allegatis in d. Leodien. coram Vbaldo. Notandũ tamen,
quòd huiuſmodi exacta, & concludens probatio ſimoniæ eſt
15 neceſſaria, quando agitur ad effectum priuationis, ſecus autẽ
ſi agatur ad effectũ repellẽdi aliquẽ ab aſſecutione beneficij
obtinendi, vel in iudicio prælationis Card. Seraph. dec. 516.
num.

Digitized by Google

num. 3. & 4. Rot. deciſ. 77. num. 2. poſt 1. vol. conſil.
Farinac Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 35 num. 19.
Beltramin. in addit. ad d. deciſ 238. Gregor. XV. num. 13.
B Ad probandam ſimoniam cum ſit delictum, quod occultè
committi conſueuit, & ideo difficilis probationis, admit-
tuntur etiam coniecturæ, & præſumptiones iuxta opinio-
nem *Butr. in cap. ſicut, de ſimon. vbi Abb. num. 3. Aym.*
conſ. 122. num. 7. Clar. in §. ſimonia num. 11. Pariſ. de
reſignat. lib. 14. quæſt. 8 Seraph. deciſ. 1029. num. 2. Car-
dinal. Caual. d. deciſ. 352. num. 3. in d. Balneoregien. ſimo-
nia coram Reuerendiſſimo Decano, & de confidentia idem
tradunt *Pariſ de confid. quæſt. 13. num. 23. Cardinal. Se-*
raphin deciſ. 1359. num. 2. & 3. Huiuſmodi tamen con-
iecturæ, & præſumptiones debent plenè probari, & eſſe
adeo vrgentes, quòd non poſſint aliud importare, & reum
de crimine conuincant, *Alexand. de Neuo conſ. 64. num.*
2. vbi declarat, ita intelligendam eſſe prædictam opinio-
nem *Butr. Alciat. d. conſil. 2. num. 41. Clar. d. §. ſimonia*
num. 11. verſ. item ſcias, Caputaq. deciſ. 202. per tot. lib.
1. Seraph. d. deciſ. 1359. num. 2. Gregor. XV. d. deciſ. 238.
num. 2. & ibi Beltramin. num. 14. et deciſ. 517. num. 2.
Rot. deciſ. 18. poſt 2. vol. conſ. Farinac. num. 3. coram
Card. Caualer. deciſ. 352. num. 3. in d. Balneoregien. ſimo-
nia coram Reuerendiſſimo Decano, et in d. Toletana pen-
ſionis coram R. P. D. Dunozetto, & dicitur in hac deci-
ſione.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana legati, ſeu denegationis audientiæ.

Mercurij 15. Ianuarij 1620.

ARGVMENTVM.

Audientia denegatur ob recurſus ad iudices ſeculares, etiam his, qui decretis ad eorum inſtantiam obtentis renunciarunt, ſi tales recurſus per alios litis conſortes purgati non fuerint; & ex quibus probentur huiuſmodi recurſus ad hunc effectum.

SVMMARIVM.

1 *Audientiam Iudex poteſt ſibi non obtemperanti, vel ex alia iuſta ratione etiam in diuerſa cauſa denegare. Declara vt num. 12.*
2 *Audientiam denegandi in Rota iuſta cauſa eſt recurſus ad Magiſtratus laicos in cauſis in Rota pendentibus.*
3 *Audientiam denegandi cauſa eſt Iudici arbitraria.*
4 *Reincifiua eſt peior ſua radice.*
5 *Scriptura extracta per publicum Notarium, & recognita per teſtes in Curia dicuntur eſſe in forma probanti.*
6 *Scripturis etiam informibus, & minus legitimè extractis Rota fidem adhibere ſolet in odium recurrentium ad Iudices laicos.*
7 *Recurſus ad iudices laicos præſumuntur habiti ad inſtantiam habentis intereſſe in cauſa, maximè ſi ipſe decretis, & inſtantijs eius nomine factis non renunciauit num. 8.*
9 *Recurſus ad Iudices laicos plenè probari debent, quando agitur, vel ad pœnam, vel ad priuationem iuris quæſiti, non autem quando agitur de deneganda audientia.*
10 *Audiẽtia denegatur per Rotam, ob recurſus habitos ad Conſilium Regium, etiam litis conſortibus, qui decretis à Iudicibus laicis eorum nomine obtentis renunciarunt, ſi tales recurſus quoad alios litis conſortes purgati non fuerint.*
11 *Attentata per omnes litis conſortes purgari debent, aliàs non habentur pro purgatis.*

DECISIO CCCCXLVI.

CVM Comiti Petro, & vxori hæredi-
bus bon. mem. Cardinalis de Deza
proſequentibus cauſam contra R. P.
D. Varelam ſuper allegato exceſſo le-
gati, ei per d. Cardinalem relicti, op-
poſitum fuiſſet de attentatis, & recur-
ſibus ad Conſilium Regium; ex ordine
DD. meorum de menſe Februarij anni præteriti dedi
dubium, an eiſdem de Deza eſſet denegan. audientia, &
Domini hodie reſpõderunt affirmatiuè. Moti, quia Iudex
poteſt illam denegare, non ſolùm ſibi non obtemperanti,
ſed etiam ex alia iuſta ratione, & nedum in illa, ſed, &
A in diuerſa cauſa A, *l. ſed, & ſi per prætorem, §. ait præ-*
tor, in fin ff. ex quib. cauſ. mai. vbi gloſ. et Bal num. 2. Al-
ber. in l. ius iurandum, et ad pecunias, §. ait prætor, verſ.
ita, et ibi Iaſ. num. 2. verſ inter ceteros, ff. de iur. iur.
Bar. in l. 1. num. 7. ff. ſi quis Iud. non obtem. Bal. in l.
conſentaneum num. 24. verſ. item per denegationem, C.
quom. et quando Iud. et in l diffamari num. 6. in fin. verſ.
alia lectura, et num. 7. C. de ingen. et manumiſ. cum alijs in
Rom. ſeu Tiburtina Caſtri S. Angeli 26. Nouembris 1616.
coram bon. mem. Andrea. Iuſtam autem cauſam denegan-
2 di audientiã eſſe recurſus ad Magiſtratus laicos in cau-
ſis in Rota penden. fuit pluries deciſum, & ſignanter in
Ianuen. cenſus 17. Iunij 1613. coram R. P. D. Pirroua-
no, et in Giennen. portionis 4. Decembris eiuſdem anni co-
ram me, et in Oueten. Canonicatus 28. Decembris 1614. co-
ram R. P. D. meo Dunozetto, et alias ſæpè, & cauſam
3 denegandi audientiam eſſe Iudici arbitrariam *Alex. poſt*
Io. de Imol. in dicta l. 1. §. fin. num. 14. ff. ſi quis Iud.
non obtem. Franc. deciſ. 71. num. 5. Recurſus autem
DD. de Deza ad Conſilium Regium in cauſa præten-
ſe redditionis rationis adminiſtrationis bonorum d. Car-
dinalis per q. Ferdinandum d. D. Varelæ patrem geſtæ,
coram Reuerendiſſ. D. Decano, præuia à Conſilio Re-
gio auocatione ex ſpeciali Sanctiſsimi commiſsione
pendente, poſt commiſſas citationes, & inhibitiones
Rotales in forma, habiti probantur per duo decreta d.
Conſilij 19. Maij, & 2. Iunij 1617. ſuper retentione dd.
citationum, & inhibitionum Rotalium, & ſub die 8.
Ian. 1618. & per quandam inſtantiam nomine dd. de De-
za contra nepotes D. Varelæ in dicta commiſſione com-
prehenſos, *vt in ſummario ipſius num.* 6. Quæ eo gra-
uiora videbantur, quia dd. de Deza aliàs habuerunt ſi-
miles recurſus, à quibus gratioſè per Sanctiſsimum fue-
runt abſoluti de anno 1616. cum obligatione de ſe in
poſterum abſtinendo à ſimilibus, *vt in ſummario num.*
4 1. & ideo reincifiua eſt peior ſua radice, *l. nemo dein-*
ceps, in fin. C. de Epiſc. aud. vbi gloſ. in verbo conſuetudini
plura adducit concordantia. Non ob. quòd ſententiæ non
5 ſint in forma probanti, tum quia ſunt extractæ per pu-
blicum notarium, & recognitæ per teſtes *in ſummario*
num. 7. iuxta praxim Rom. Curiæ, de qua per *Veſtr. lib.*
6. cap. 1. num. 6. verſ. nihilominus, tum etiam quia Ro-
6 ta de ſtylo ſolet adhibere fidem ſimilibus ſcripturis etiã
informibus, & minùs legitimè extractis, propter diffi-
cultatem illas extrahendi ſer. ſer. *Seraphin. deciſ. 1094.*
num. 2. & in Hiſpalen. legitimitatis 12. Decemb. 1611. co-
ram R. P. D. Vbaldo, quæ eſt deciſ. 348. poſt conſ. Farin.
par. 2. et in Aſtoricen. parochialis 1. Iulij 1619. coram me.
Prout etiam tenet, ſufficere præſumptiuam probationẽ,
quòd videlicet omnia præſumantur acta ad inſtantiam
habentis intereſſe, *vt in Brixien. Clericatus S. Martini*
26. Iunij 1598. coram Orano, quæ eſt deciſ. 122. poſt conſ.
Far. par. 1. in Tuden. beneficij coram bon. mem. Peni-

impr. poſt d. par. 2. conſ. Farin. deciſ. 212. *num.* 3. *et*
216. *num.* 3. *in Calaguritana beneficij de Brantewile* 8. *Iu-*
nij 1607. *coram Reuerendiſs. D. Damaſceno in d. Giennen.*
portionis 4. *Decemb.* 1613. *coram me, et in Oueten. beneficij*
B 28. *Aprilis* 1614. *coram R. P. D. Dunozetto* B, Præſer-
tim quia viſum fuit Dominis multùm veriſimile, quòd
omnia ſint geſta ad eorum inſtantiam, qui alia ſimilia
ante dictam abſolutionem commiſerunt, & nunquam
pro intereſſe dd. nepotum d. D. Varelæ conſenſerunt
in iuriſdictionem Rotalem, nec renunciarunt dictis re-
8 tentionibus, ſeu decretis, & inſtantijs eorum nomine
factis, prout renunciare debebant, vt conſiderauit *Rota*
in d. Tuden. benef. 5. *Aprilis* 1604. *corã Penia*, imò ex perſe-
uerãtia ſucceſsiua in prædictis augetur præſumptio, *Fel.*
in c. Petrus Diaconus, num. 4. *de homicid.* Deciſiones au-
9 tem *Placentina beneficij* 20. *Nouemb.* 1613. *coram R. P. D.*
Vbaldo, quæ eſt 534. *par.* 1. *recen. et* 21. *Maij* 1614. *quæ eſt*
602. *par.* 1. quòd plena requiratur probatio, procedunt,
quando agitur, vel ad pœnam, vel ad priuationem iuris
C quæſiti C, vt diſtinguitur *in d. Tuden. corã Penia, & in*
d. Ouetem coram D. Dunozetto non autẽ quando de dene-
ganda audientia, vt in ſupradictis *Ianuen. et Giennen. et*
in Meleuitana prætenſi iuris votandi 10. *Martij* 1617. *corã*
Reuerendiſs. D. Damaſceno. Non obſtat fides ex aduerſo
exhibita Chriſtophori Lopez, quòd a die 23. Decembris
1616. non fuit facta aliqua petitio pro parte hæredum
Cardinalis, nec diligentia contra dd. nepotes; tum
quia expreſsè eſt relatiua ad acta, nec atteſtatur, omnia
rimata fuiſſe, nec alia eſſe non poſſe, quin ipſe vidiſſet;
tum etiam, quia nihil dicit de dictis decretis Conſi-
lij 19. Maij, & 2. Iunij 1617. nec etiam excludit petitio-
nem factam per tutorem nepotum D. Varelæ ſub die
8. Jan. 1618. de qua *in dicto ſummario num.* 6. in qua
inſtabatur, remitti cauſam ad Rotam iuxta formam cõ-
miſsionis Apoſtolicæ, & nihil fuit prò dictis minoribus
obtentum. Et nihilominus iuxta fidem fuit facta petitio
10 pro DD. de Deza ſub die 27. Decembris 1616. cui nun-
quam fuit renunciatum, & demum reſpectu D. Alonzæ
d. fides omnino facit, quia notarius in ea atteſtatur, nul-
lam petitionem pro parte D. Comitis d. die 23. factam
reperiri: & propterea neque etiam ipſi Comiti ſuffragari
poteſt, niſi purgatis quoque huiuſmodi recurſibus quoad
alios litis conſortes, ratione connexitatis, prout in at-
11 tentatis tenuit Rota *in Parmen. ſtatus* 17. *Decemb.* 1612.
coram Reuerendiſsimo D. Damaſceno, et in Mediolanen. de-
cimarum de Varſio 17. *Maij præteriti coram R. P. D. meo*
Caualerio. Cetera viſa fuerunt non indigere reſpon-
ſione.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Licèt Iudex poſſit contumaci in vna cauſa denegare audiẽ-
1 a tiam in alia, non tamen ad id tenetur, nec vlla actio, vel ex-
ceptio parti ex hoc capite competit, ſed totum relinquitur
arbitrio ipſius Iudicis; ita hanc concluſionẽ declarauit Ro
ta *in eadem Rom. ſeu Tiburtina caſtri fideicommiſſi de Vr-*
ſinis 10. *Februarij* 1620 *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.*
B Sequitur *Rota in Bracharen. Theſauraria* 22. *Iunij* 1629.
coram R. P. D. Pirouano. et infra deciſ. 536 *num.* 1.
C De quo dixi ſupra ad *deciſ.* 416. *ſub lit. A.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana ſpolij Domus.

Mercurij 15. Ianuarij 1620.

ARGVMENTVM.

Spolium non intrat, quando is, qui agit, priùs
petierat partem pretij rei, ſuper qua ſpolium
intentatur, quia videtur approbaſſe vendi-
tionem, & poſſeſſionis tranſlationem.

SVMMARIVM.

1 *Venditio dicitur approbata ex pretij petitione, et conſequen-*
ter inducitur ratificatio tranſlationis poſſeſsionis in em-
ptorem, ſinè qua ad pretij ſolutionem cogi non poteſt.
2 *Pretium rei venditæ ſi petatur nulliter, non inducit vendi-*
tionis approbationem, ſecus ſi validè.
3 *Poſſeſsio non cenſetur amiſſa, niſi acquiratur illi, in quem*
transfertur, vel niſi iuxta eum modum, ad quem
reſtrictus fuit animus transferentis.
4 *Appellationis deſertio operatur, vt Iudex appellationis poſ-*
ſit confirmare ſententiam.
5 *Appellationis deſertio facit, vt cenſeatur appellans à ſua*
impugnatione receſsiſſe, prout potuit.
6 *Spolij actio non competit ei, qui facto proprio à poſſeſsione*
cecidit.
7 *Impugnatio ad vnum effectum facta, non debet quo ad*
alium operari.

DECISIO CCCCXLVII.

DOMINI perſtiterunt denuo in ſen-
tentia pro negatiua ſpolij iuxta reſo-
lutionem factam ſub die 29. Ianuarij
1618. ex fundamento, quòd Corneliæ
actrici obſtaret exceptio proprij con-
ſenſus, & renunciationis reſultantis
ex ſequeſtro pro ſcutis 30. in Curia
Capitolina per ipſam vti Aurelij filij creditricem ob-
tento penes Ruffinellum emptorem domus, de qua agi-
tur, & tanquam debitorem eiuſdem Aurelij venditoris
in maiori ſumma pro reſiduo pretij d. domus; ex ea
namque pretij petitione venditio fuit approbata, &
conſequenter inducta ratificatio tranſlationis in Ruffi-
1 nellum, ſinè qua ille ad pretij ſolutionem cogi non po-
terat, ex allegatis in deciſione. Quibus non obſtare vi-
ſa fuit replicatio, quòd dictum ſequeſtrum, & decre-
tum de conſignando ſubſecutum non habuerit effectum,
cum dicta Cornelia eorum vigore nihil conſequi potue-
rit; & propterea nullam hinc inductam fuiſſe appro-
bationem venditionis domus, & renunciationem iuris
recuperandi illius poſſeſſionem *Bald. in l. mater, num.*
8. *verſ. tu dic. quòd gloſ. C. de rei vendic.* Nam *Bald.* lo-
quitur in petitione pretij nulla, eo quia dominus age-
2 re non poterat, cum ſuo nomine non eſſet facta venditio,
& ideò quod nullum eſt, &c. & ſic non applicatur caſui
noſtro, cum petitio pretij per Corneliam vtì creditri-
cem venditoris facta fuerit valida, quia potuit agere
A contra debitorem debitoris, A ideoq. tacita inde reſul-
tauit d. venditionis approbatio iuxta *gloſ. in d. l. mater,*
verſ. non pro liberis, & ibi Butrigar. col. 1. *& Salic. num.*
15. *verſ. tertiò facit*, vbi quòd *dicta gloſ.* eſt communi-
ter recepta. Nec viſum fuit applicari text. *in l. ſi me*
in vacuam, ff. de acquir. poſſeſſ. & l. cum fundum circa
med. ff. de vi, & vi arm. cum allegatis, quia non dicitur

ex

3 ex dicta petitione, ſeù ſequeſtro amiſſam fuiſſe poſſeſſionem, in quibus terminis procedunt dd. iura, quòd non cenſeatur amiſſa, niſi acquiratur illi, in quem transfertur, vel niſi iuxta eum modum, ad quem reſtrictus fuit animus transferentis, vt loquitur *Barboſ. in l. ſi ſtenam, num. 108. ff. ſolut. matrim.* ſed ex dicta petitione
4 fuiſſe approbatam dictam venditionem, & tranſlationem poſſeſſionis in Ruffinellum antea factam per Aurelium venditorem. Similiter non obſtare cenſuerunt, quòd decretum de conſignando non fuerit purum, ſed conditionale, data cautione de euictione, vndè dici non poterat Corneliæ facta ſolutio libera, & conſequenter nec ſequeſtrum ſuum ſortitum eſſe effectum, quia dicta conditio fuit acceptata per eandem Corneliam; nam die 17. Octobris 1597. Iudex relaxauit dictum mandatum de conſignando cum dicta conditione, data cautione, &c. illoque ad inſtantiam Corneliæ die 22. Aurelio intimato, ac pro illius parte facta proteſtatione, nihil fieri, niſi priùs per ipſammet iurato de calumnia, quæ iurauit, & parti intimauit die 11. *vt in proceſſ. fol.* 48. 49. *&* 50. & ſic in eodem conſenſu ſemper perſeuerauit. *Ad Bellam. deciſ.* 207. *num.* 3. quòd deſertio operetur, ac ſi non fuiſſet appellatum in præiudicium appellantis, non appellati, reſponſum fuit, illam loqui, & procedere ad effectum, vt Iudex appellationis poſſit confirmare ſententiam; hic verò agitur ad effectum, vt per eam deſertionem cenſeatur, appellantem à ſua impugnatione
5 receſsiſſe, prout potuit, *l. pupillus meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam. Rot. deciſ.* 512. *num.* 2. *&* 3. *par.* 1. *diuerſ.* & ſic ceſſaſſe omne impedimentum ex parte ipſius præſtitum, itant Cornelia appellata non proſequendo poſtea petitionem dicti pretij videatur ſua ſponte, & ex propria
6 negligentia deſtitiſſe. Ideoque re ampliùs non integra, ſcilicet, poſt dictum cõſenſum Ruffinelli ex d. deſertione reſultantem ipſam non potuiſſe ad contrariam viam remedij ſpolij confugere, iux. doctr. *Bart. in l. nihil intereſt, §. cum filius, ff. de inoffic. teſtam. in deciſ. alleg.* Conſiderabatur etiam, quòd Ruffinellus non denegauit, ſe pretium debere, ſed tantùm inſtetit, ſeu proteſtatus fuit, ſibi ca-
7 ueri de euictione totius domus; vndè impugnatio ad vnum effectum facta non debet, quoad alium operari *Gabr. de regul. iur. concluſ.* 1. *num.* 62. *limit.* 11. *Cardin. Seraph. deciſ.* 1282. *num.* 4. *&* 5. imò potiùs conſenſit dictæ ratificationi Corneliæ emptionis ab ipſo factæ ex dicti pretij petitione, faciendo ſe emptorem, pretijque debitorem.

Ex quibus Domini ſteterunt in deciſis vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Creditor poteſt agere contra debitorem ſui debitoris, ſi tria concurrant, de quibus dicam infra *deciſ.* 799.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Cremonen. penſionis.

Lunæ 27. Ianuarij 1610.

ARGVMENTVM.

Penſio exigi poteſt à penſionario, vel eius hærede, vel à titulari, vel à fructuum poſſeſſoribus.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor tenetur ſoluere penſionem decurſam tempore antecesſoris, maximè ſi contra illum præceſſerint diligentiæ num.* 10. *quarum probatio plena requiritur.*
2 *Acceptans Eccleſiam onere pẽſionum grauatam videtur, ſe ex quaſi contractu ad illius ſolutionem obligaſſe.*
3 *Ius petendi penſionem decurſam non ſolutam, tranſit ad hæredes, maximè ſtante facultate teſtandi.*
4 *Reſeruatio iurium præſeruat præiudicium.*
5 *Fructus decurſi ante reſignationem ſpectant ad reſignantẽ.*
6 *Solutio poſteriorum terminorum penſionis an cedat in extinctionem alterius termini antiquioris.*
7 *Solutio non præſumitur, quæ non eſt facta per ipſum debitorem, et quando ſit dubitabilis talis præſumptio.*
8 *Fructus conuerſi in extinctionem debiti cenſentur ab ipſomet debitore percepti.*
9 *Penſionarius, ſiue eius hæres pro conſecutione penſionis ſuper fructibus Eccleſiæ reſeruatæ poteſt, quem maluerit, vel fructuum poſſeſſorem, vel Eccleſiæ titularem conuenire.*
11 *Succeſſor, qui tenetur ſoluere penſionem decurſam tempore anteceſſoris, detrahit in primis congruam pro eius ſubſtentatione.*

DECISIO CCCCXLVIII.

RESPONDERVNT vnanimiter DD. Reuerendiſſimum D. Epiſcopum Cremonen teneri Eccleſiæ S. Cæciliæ hæredi bon. mem. Cardinalis eiuſdem tituli ad ſolutionem termini penſionis decurſi in feſto Natiuitatis D. N. anni 1610. Intentio enim d. Eccleſiæ eſt fundata in literis reſeruationis ad fauorem eiuſdem Cardinalis annuæ penſionis ſcut. 5. mill. ſuper fructibus, & redditibus menſæ d. Eccleſiæ de dicto anno 1610. ſub die 19. Iulij ſoluen. in duobus terminis, videlicet in primo in dicto feſto Natiuitatis, in ſecundo verò in feſto S. Io. Baptiſtæ cuiuslibet anni, quam penſionem tanquam realem, & ipſi dignitati, ſeu menſæ annexam tenetur ſoluere dictus D. Epiſcopus *Caſtr. conſ.* 338. *col. fin. in princ. verſ. ex his ſequuntur lib.* 1. *Gig. de penſ. quæſt.* 44.
1 *per tot. & quæſt* 51. *num.* 15. acceptando enim d. Eccleſiam huiuſmodi onere grauatam, videtur, ſe ex quaſi
2 contractu ad illius ſolutionem obligaſſe, *Caputaq. deciſ.* 13. *par.* 1. *& deciſ.* 302. *par.* 2. *Rot. deciſ.* 70. *num.* 5. *in fin. par.* 1. *in recent. et deciſ.* 176. *num.* 1. *par.* 2. *in eiſdem Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 5. §. 5. *num.* 46. vndè ius peten-
3 di d. terminum penſionis in vita d. D. Cardinalis decurſum, & non ſolutum tranſiuit ad d. Eccleſiam eius hæredem *ad l. cum hæredes, ff. de acq. poſſ. & in ſpecie Gig. d.*
A *tract. quæſt.* 52. *et conſ.* 145. *nu.* 7. A, ſtante præſertim ampliſſima facultate teſtandi d. D. Cardinalis, *vt in Papien. fructuum* 11. *Februarij & 25. Maij* 1601. *coram Illuſtriſſimo Lancellotto, & in Salernitana penſionis* 9. *Aprilis d. anni coram Reuerendiſſimo Attrebaten.* quæ in præſenti non controuertitur, & datur *in ſummario executorum num.* 4. Exceptiones autem d. D. Epiſcopi viſæ non fuerunt Dominis releuantes. Nam prima de concordia inter dd. Cardinalem, & Epiſcopum inita, *vt in eius ſummario num.* 5. non obſtat; aut enim deducitur ad effectum, vt in ea Epiſcopus cenſeatur à dicto Cardinali liberatus à ſolutione d. primi termini Natiuitatis 1610. & hoc ceſſat ex reſeruatione expreſſè in ea facta, quòd iura partium ſuper dicta penſione remaneant in totum, perinde ac erant ante præſentem concordiam, *vt dicto ſummario hæredum num.* 91. per quam omne

præ-

præiudicium circa illam præſeruatum fuit l. 4. ſ. 1. ff.
4 quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu. Caſtr. conſ. 311. num. 4.
lib. 1. Put. deciſ. 113. lib. 2. in nou. imò in ſpecie con-
uentum ſuit, *Che non ſi poſſi allegare, ne dire, che per non*
hauer detta parte de' frutti da eſſo Monſignor Veſcouo
ſolleuato, ò liberato in parte alcuna dell'obligatione, che per
altro haueſſe, di douer pagar le penſioni di d. ſcudi 5. mill. ri-
ſeruate à fauore del medeſimo, aut deducitur ad oſtenden.
quòd cum in ea Epiſcopus ceſſerit dicto Cardinali om-
nes fructus vſque ad diem Sancti Martini 1610. Car-
dinalis ſibi ex illis ſatisfecerit: & hoc tollitur; quia
fructus quidem omnes percepti, & à ſolo ſeparati vſque
5 ad diem 19. Iulij d. anni, quo Cardinalis tunc Epiſcopus
reſignauit Eccleſiã in manibus Sanctiſſimi, ſpectabant ad
ipſum reſignantem ad not. in l. ſtipulantes, ff. de vſur. Sa-
licet. in l. Iulianus, §. ſi fructibus num. 7. poſt med. verſ.
& tunc aut fructus illi, ff. de act. empt. latè Honded.
conſ. 85. lib. 2. Rot. in illa Baren. fructuũ coram R. P. D.
meo Caualerio impreſſ. in recent. deciſ. 240. num. 5. par. 1.
& coram me in Cephaluden. penſionis 5. Decembris 1618.
& in Ciuitatis Plebis prætenſa ſimonia 14. Ianuarij præ-
teritis, & fuit dictum in hac cauſa, vt in deciſ. impreſſ. in
recentior. 278. num. 1. par. 2. ita vt ex illis non teneatur
ſibi ſoluere penſionem debitam per Epiſcopum reſigna-
tarium; alij verò tunc non ſeparati, vel poſtea percepti
pertinentes ad ipſum Epiſcopum conuerſi fuerunt par-
tim in ſolutionem ſcut. 1500. ipſi Epiſcopo datorum,
partim in ſatisfactionem proprij debiti earundem pẽſio-
nũ ſcut. 5. mill. alijs Illuſtriſſimis DD. Cardinalibus pen-
ſionarijs ſoluendarum, quas idem Cardinalis in dicta
concordia in ſe accollauit, qui propterea non potuit ex
illis ſibi de credito d. ſuæ penſionis ſatisfacere. Secunda
exceptio, quòd ſolutiones poſteriores aliorũ 11. termi-
6 norum ceſſerint in extinctionem dicti primi termini del
1610. vti antiquioris l. 1. & 3. ff. de ſolut. parùm releuans
viſa fuit; quia punctus cõſiſtit, an ille primus terminus, de
quo agitur, debeatur: nã ſi debetur, vt patet ex prædictis,
nihil refert, quòd D. Epiſcopus velit applicare ſolutionẽ
vnius termini pro iſto, nam remanebit debitor pro alio
poſteriori. Tertia præſumptæ ſolutionis ex l. quicunque,
C. de apoch. publ. lib. 10. non placuit, quia (omiſſo,
quòd in præſenti ſolutiones non ſunt factæ per ipſum
7 debitorem, vt animaduertit Franch. deciſ. 137. num. 2.
verſ. item ſolutio) diſpoſitio d. l. fundatur in præſumptione,
quæ hic eliditur per computa adminiſtratorum, & per
ſcripturas ſolutionum deſumptas ex libris banchi San-
cti Spiritus, ex quibus apparet, nihil fuiſſe ſolutum vltra
ſummam dd. 11. terminorum, vt pro limitatione d. l.
quicunque, ponderat Crauet. conſ. 313. num. 5. verſ. nonò
d. lex. Quarta, quòd Epiſcopus fructus percipere non
potuerit ob impedimentum deputationis dd. admini-
ſtratorum ad inſtantiam Cardinalis factæ, tollitur, nam
deputatio facta fuit 10. Decembris 1611. & ſic longè
poſt, nec etiam conſtat, quo tempore fuerit acceptata,
nec quòd ei fuerit inhibitum, vndè non releuat ad effu-
gien. ſolutionem termini Natiuitatis 1610. ex quo non
impeditur perceptio fructuũ anni 1611. Et nihilominus
ille habuit plures fructus vltra verſos in extinctionẽ de-
8 biti dd. penſionum, quos perinde eſt, ac ſi ipſemet per-
cepiſſet, l. ſi vxori, §. cum ita, vbi Bart. ff. de aur. & arg.
leg. Ang. in l. item veniunt, §. petitam in fin. ff. de petit.
hæred. & poteſt nunc remotis œconomis reliquos omnes
fructus conſequi. Heredes autem non ſunt cogendi,
contra dd. œconomos, vti fructuum poſſeſſores, experi-
ri, ſed cum habeant quoque d. Epiſcopum titularem ex
quodam quaſi contractu principaliter obligatum, vt
9 dictum fuit, poſſunt, quem maluerint conuenire Feder. de
Sen. conſ. 81. Card. in Clem. 1. quæſt. 11. verſ. quæro an
poſterior de cenſib. Gig. d. tract. quæſt. 39. num. 11. &
quæſt. 43. num. 1. Rot. d. deciſ. 176. num. 3. part. 2. in
B recent. B,
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Et infra deciſ. 570. num. 2. & 844. num. 1.
B Titularis etiam ſucceſſor tenetur ad penſiones decurſas
10 tempore anteceſſoris Greg XV. deciſ. 507. num. 2. & ſine
difficultate, vbi conſtat de diligentijs factis contra præde-
ceſſorem, Creſcen deciſ. 3. ad fin. de ſolut. Arbill. deciſ. 3.
de penſ. Cardin. Seraphin. deciſ. 1351. num 1. Garz. de
benefic. par. 1. cap 5. num. 199. Gratian. diſceptat. forenſ.
cap. 49. num. 52 & ſeq. & num. 59. Mareſcott. variar.
lib. 2. cap. 18. num. 54. & ſequen. & fuit reſolutum in
Cæſarauguſtana penſionis 13. Aprilis 1592. coram Cardin.
Pamphil. Greg. d. deciſ. 507. num. 3. vbi quòd Rota in his
terminis paſſim condemnat ſucceſſorem, & quòd ita re-
ſoluit ſæpiſſimè in alijs, & admiſit ead. Rot. in Larinen pen-
ſionis 7. Feb. 1620. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori, in qua
aliæ deciſiones cumulantur, refert Beltramin. ad dict.
deciſ Greg. num. 7. Poteſt tamen habere recurſum contra
hæredes, vel alios, qui fructus perceperunt, vt in d. Cæ-
ſarauguſtana coram Card Pamphilio, ſed ita demum ſucceſ-
ſor tenetur ad penſiones decurſas tempore anteceſſoris, ſi
11 ei remaneat congrua, quæ in primis, & ante omnia dedu-
cenda eſt, vt fuit deciſum in Campanien. penſionis 22. Ia-
nuarij 1609. coram Iuſto. & ſequuta eſt Rota coram Gre-
gor. XV. d. deciſ. 507. nu. 5. Probatio autem diligentiarum
contra anteceſſorem debet eſſe plena, quia materia eſt rigo-
12 roſa, & contra bonã fidẽ, quod ſucceſſor teneatur pro pẽ-
ſionibus decurſis tempore anteceſſoris, vt ex Put. deciſ.
185. in fin. lib. 2. Rota in dicta Larinen. penſionis coram
Vbaldo. in qua fuit dictum, non ſuffragari diligentias
factas contra procuratorem anteceſſoris, cum ex illis non
poſſit deueniri ad ſententiam excommunicationis, nec
pro penſionibus decurſis, quæ poſtea fuerunt ſolutæ,
refert, & ſequitur Beltramin. vbi ſupra.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana ſpolij apothecarum.

Lunæ 27. Ianuarij 1620.

ARGVMENTVM.

Spoliator tenetur ad fructus à die motæ litis, nec poteſt iuuari exceptione retentionis, quã-do eius creditum non eſt liquidum, vel res ad eum peruenit ex alia cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in interdictis poſſeſſorijs debentur à tempore motæ litis; & quid in ſpolio.*
2 *Litis conteſtatio conſtituit quem in mala fide, & quid operetur.*
3 *Retentio an, & quando detur ex hypotheca.*
4 *Retentio fructuum mala fide perceptorum non datur.*
5 *Res aliena non venit ſub hypotheca.*
6 *Spoliatus debet reſtitui vſque ad minimum quadrantem, etiam quoad fructus, & expenſas num. 9. nec ſpoliatori ſufficit oblatio cum cautione de ſoluendo, ſed requiritur liquidatio, quæ præcedere debet. num. 10.*

7 Ver-

Digitized by Google

7 *Verbum*, Reſtituo, *ex vi ſua, includit etiam fructus.*
8 *Rota ſolet ſemper victum in expenſis condemnare, etiam ſi ille habuerit iuſtam cauſam litigandi.*
11 *Spoliatori non ſuffragatur compenſatio ad euitandam integram ſpoliati reintegrationem.*

DECISIO CCCCXLIX.

FVIT aliàs per me, tunc A.C. Locum-
tenentem, lata ſententia reintegra-
toria ad poſſeſſionẽ medietatis apo-
thecarum, de quibus agitur, ad fauo-
rem q. Flaminij, quæ, præuijs duabus
reſolutionibus Rotalibus ſuper illius
iuſtitia, fuit exequnta vigore Ægidia-
næ; verùm quia illa (vt notum eſt) non capit fructus,
nec expenſas, in quibus fuerunt condemnati à die litis
motæ. Ideò dubitaui, an dicta ſententia eſſet confir-
manda in hoc capite; & DD. affirmatiuè reſponderunt.
Nam reſpectu reintegrationis dicta ſententia iuſtifica-
tur ex dd. duabus reſolutionibus *coram Reuerendiſſimo
Attrebaten. ſub die* 1. *Iulij* 1611. *& bon. mem. Penia ſub
die* 8. *Iunij* 1612. Et inde reſultat, quòd benè fuerunt
1 condemnati dd. rei conuenti ad reſtitutionem penſio-
num à die litis motæ, à quo tempore fructus veniunt in
interdictis poſſeſſorijs, *l.* 3. *& ibi Doct. ff. de interd. Io.
Fab. in §. retinen. num.* 14. *verſ. item & fructus, Inſtit.
eod. cum alleg. in Romana Palatij* 30. *Maij* 1616. *coram
me.* & in ſpolio etiam ſimplici, *Rot. deciſ.* 4. *de reſtitut.
ſpoliat. in nou. & deciſ.* 807. *num.* 8. *par.* 1. *diuerſ. Ve-*
2 *rall. deciſ.* 27. *num.* 2. *par.* 2. Nam litis conteſtatio
conſtituit poſſeſſorem in mala fide, ita vt vniuerſos
fructus ab illa die reſtituere teneatur, *l. certum, C. de
rei vend. & ibi gloſ. in verbo vniuerſos, cum plenè ad-
ductis per Menoch. de recuper. remed.* 15. *num.* 597.
Surd. conſil. 293. *num.* 12. *verſic. his verò.* Non ob-
3 ſtat exceptio retentionis illorum, quæ per dd. reos
prætenditur, ratione hypothecæ pro præſentis creditis
anterioribus *iuxta tex. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, &
ibi Doct. ff. de cond. indeb. Surd. deciſ.* 46. *num.* 7. *& ſeq.*
Quia (omiſſo, quòd in caſu illius tex. non fuit actum ſpo-
lio, ſed condictione indebiti ad recuperan. fundum da-
tum pro maiori quantitate, & creditum retinere vo-
lentis erat liquidum, vt declarauit Rota *in Romana do-
morũ in Burg.* 22. *Iunij* 1625. *coram R. P. D. meo Vbal-
do, & in Romana domorũ* 24. *Maij præteriti coram eo-*
A *dem.* A,) ex hypotheca non datur retentio, quando
(prout in præſenti) res peruenit ad conuentum ſpolio ex
alia cauſa, iuxta diſtinctionem *Bart. in dicta l. ſi non
ſortem, §. ſi centum, num.* 8. *& ibi Bald. in fin. Caſtr.
in l. petenti num.* 3. *ff. de pignor. act. Neguſ. de pignor.* 4.
mem. 5. *part. num.* 4. ſubdens in fine, hoc perpetuò no-
tandum, *Surd. deciſ.* 46. *num.* 12. *& ſequuta eſt Rota in
dicta Romana domorum* 24. *Maij præteriti coram eodem*
B *D. Vbaldo.* B, Multò minus poteſt dari retentio fru-
4 ctuum mala fide perceptorum, & qui non cadunt ſub
hypotheca q. Cynthij debitoris, tanquam ſpectantes
5 ſpoliato, & non debitori, qui hypothecauit: ſub qua
hypotheca non venit res aliena *l.* 1. *§. cum prædium, ff.
de pignor. act.* & in ſpecie fructuum, *Neguſ. de pignor.* 2.
par. 4. *mem. num.* 148. *Surd. deciſ.* 97. *num.* 12. Vel ſal-
6 tem hæc videntur pertinere ad petitorium, cum ſpolia-
C tus debeat reſtitui vſque ad minimum quadrantem, C,
7 *ex vulg.* & verbum, *reſtituo*, ex ui ſua includit etiam fru-
ctus *Bald in l. ſolemus, in prima lect. verſ. nota fructus
venire, & ibi Ang. num.* 2. *verſ niſi hanc gloſ. & Iacobin.
num.* 7. *ff. de iudic. Menoch. in prælud. recuper. num.* 6.
& plenè Surd. conſ. 293. *num.* 16. Iuſta præterea viſa
fuit ſententia, etiam reſpectu condemnationis expenſa-
8 rum, in quibus ſemper Rota ſolet victum condemnare.
Caputaq. deciſ. 340. *num.* 4. *par.* 1. *Caſſad. deciſ.* 13. *nu.*
D 2. *de reſcrip.* D, etiam ſi ille habuerit iuſtam cauſam
litigandi, *Couar. pract. quæſt. cap.* 27. *num.* 3. *verſ. Iu-
dices verò Veſtr. in prax. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 10.
Et ita reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A *Rot. deciſ.* 433. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & in Lauellen ſeu
Melphien pecuniaria* 16. *Nouembris* 1620. *coram bon. mem.
Vbaldo ſeniori & in Bononien. cenſus* 23. *Nouembris* 1627.
coram R. P D Vbaldo.
B *Rot deciſ.* 115. *num.* 3. *part.* 2. *diuerſ. coram Cardinal.
Caualer deciſ.* 579. *num.* 4. *&* 543. *num.* 1 *in d. Bononien.
cenſus coram R. P. D. Durano, & in Romana ſyluæ* 14.
Maij 1629. *coram R. P. D Veroſpio.*
C Spoliatus debet reſtitui etiam vſque ad obolum, aliàs ſpo-
liator non debet audiri. *Bald in cap conquerente num.* 1.
de reſtit ſpoliat Rot. deciſ. 15. *eod tit. in nou Roland con-
ſil.* 53. *num.* 2. *lib.* 1. *& conſil.* 6. *num.* 42. *lib* 2. *Surd con-
ſil* 28. *num.* 31 *Rot deciſ.* 433. *num* 1. *par.* 2 *recent & in
d. Lauellen. ſeu Melphien pecuniaria* 16. *Nouembris* 1620.
9 *coram bon mem Vbaldo ſeniori*, etiam quoad fructus, &
expenſas, *Gregor. XV. deciſ.* 525. *num.* 11. *Caputaq. deciſ.*
171. *part.* 3. *Aym. conſil.* 140. *num.* 3. *Caſ de Graſſ. deciſ.* 5.
num. 18. *de reſtit. ſpoliat. Rota in d. Lauellen ſeu Mel-
phien pecuniaria coram Vbaldo, & in Romana ſyluæ* 15.
Maij 1628. *coram R. P. D. Veroſpio*. & hoc procedit, etiã
quòd expenſæ, & fructus non ſint liquidi, adeo vt non
10 ſufficiat oblatio cũ cautione, vel obligatione de ſoluendo,
facta liquidatione, iuxta doctrinam *Angeli in l.* 4. *§. prætor
ait num.* 2. *ff de re iud.* ſed liquidatio ipſa præcedere de-
beat, *Bald. in cap. conquerente num.* 1. *de reſtit. ſpol Ca-
putaq.* ita prædictam Angel. doctrinam limitans *deciſ.* 150.
num 7. *&* 8. *part.* 1. *& deciſ* 270. *num.* 5. *par.* 2. *& deciſ.*
275. *num.* 1. *&* 3. *& deciſ.* 184. *par.* 3. *Gabr de reſtit. ſpo-
liat. concl.* 5. *num.* 97. *Menoch. de recuperan. remed.* 1. *nu.*
412. *Surd. conſ.* 28. *num.* 30 & reprobata *deciſ Mohed.*
17. *de reſtit. ſpoliat. Rota in Panormitana Archidiaconatus*
16 *Octobris* 1592. *coram Penia, quæ eſt impreſſ. apud Mar-
cheſ. de commiſſ tom.* 2. *pag.* 232. *cum alijs relatis per Sera-
phin deciſ.* 1176. *num* 2. *&* 3 *eadem Rota deciſ.* 269 *num.*
1. *in fine par.* 1. *recent. & in Romana domorum in Burgo*
22. *Martij* 1620. *coram bon mem Vbaldo, & in Meleui-
tana bonorum* 1. *Iulij* 1622. *coram R. P. D. meo Nauarro,*
11 vbi quòd ſpoliatori neque compenſatio conceditur *ex l.
fin. in fin de compenſ. & ibi Bal & Doct. Caputaq. d. deciſ.*
171. *num.* 2. *par.* 3. *& fuit dictum in Aſſiſien. ſpolij* 26.
Iunij 1613. *coram R. P. D. Dunozetto ſeniori.*
D *Rot. deciſ.* 352. *num* 5. *part.* 1. *diuerſ.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Palatij.

Veneris 31. Ianuarij 1620.

ARGVMENTVM.

Alienatio rei executæ, & ſubhaſtatæ eſt nulla, tanquam facta in fraudem paratæ executionis; quæ tamen fraus eſt probanda ab allegante, & requiritur certa, & indiuidua ſcientia litis, & fraudis, tàm in emptore, quàm in venditore.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Venditio rei aliàs executæ, & ſubbaſtatæ dicitur nulla, tanquam facta in fraudem paratæ executionis, nec indiget reuocatoria.*

2 *Litigioſa non ſit res, ſi proceſſus ſit nullus.*

3 *Venditionem in fraudem, ſiuè crediti, ſiuè executionis factam probandi onus incumbit alleganti.*

4 *Scientia litis pendentiæ inter debitorem, & venditorem neceſſaria eſt in emptore, ad fraudis probationem, cum vterque tam venditor, quàm emptor debeat eſſe fraudis particeps.*

5 *Scientia requiſita in emptore ad hoc, vt dici poſſit particeps fraudis, debet eſſe certa, & indiuidua.*

6 *Alienatio præſumitur facta in fraudem paratæ executionis poſt executionem, & ſubbaſtationem, ſi fieret in perſonam coniunctam; vel ſi æs alienum non immineret; vel ſi omnia bona, vel maior illorum pars alienaretur.*

DECISIO CCCCL.

SENTENTIAM extra Rotam latam in ea parte, in qua declarat, venditionem Palatij in Platea Sanctiſſimæ Trinitatis, factam per Ambroſium D. Thomæ Zaulo, eſſe validam, dixerunt DD. eſſe iuſtam, reſeruatis alijs capitibus; dicta namque venditio fuit
ritè, rectè facta per Ambroſium, ſaluo, & reſeruato
conſenſu RR. Monialium S. Siluestri, ſub cuius Mona-
ſterij directo dominio, & proprietate eſt dictum Pala-
tium, & ſinè quarum conſenſu in inſtrumento inueſtitu-
ræ dicto Ambroſio per eas factæ prohibita erat omnis
alienatio, alienationis vocabulo latiſsimè ſumpto, pro
pretio conuento ſcutorum 18. mill. auri, ad effectum
conuertendi in ſolutionem æris alieni dicti Ambroſij, &
in extinctionem cenſuum, & ſocietatum officiorum;
& ſuperinde celebratum fuit ſolemne inſtrumentum,
cum iuramento, & obligatione Camerali, eique poſtea
conſenſerunt dd. Moniales, quas idem emptor reco-
gnouit in directas dominas, cum promiſſione annui ca-
nonis, & alijs pactis cum dicto Ambroſio alias conuẽ-
1 tis. Solùm opponebatur ex parte R. P. D. Grati de nul-
litate dictæ venditionis, ex eo, quòd cum ad eius fauo-
rem fuiſſet executum mandatum A. C. ſuper dicto Pala-
tio pro ſcut. quatuor mill. ad effectum deponendi pro
renouandis fideiuſſoribus defunctis aliàs per d. Ambro-
ſium præſtitis in cenſu impoſito, & vendito pro dicta
ſumma, & fuiſſet proceſſum ad ſubhaſtationem, dicta
venditio eſſet in fraudem paratæ executionis, & conſe-
quenter nulla, nec indigeret aliqua reuocatoria, *iux.
not. in l. à diuo pio §. ſi ſuper rebus*, vbi præſertim *Caſtr.
num. 7. & 8. ff. de re iudic. Surd. conſ.* 405. *num.* 10. *&
ſeq. & conſ.* 533. *num.* 3. *in fin. & 4. & fuit dictum in
Veneta donationis* 15. *Aprilis, & 7. Nouembris* 1616. *co-*
A *ram me.* A, Sed reſpondebatur, prætermiſſis nullita-
2 tibus oppoſitis contra mandatum, & executionem præ-
dictam, quæ vbi ſubſiſterent, mandatum, & executio ha-
berentur, ac ſi non adeſſent ad hunc effectum, vt in
ſpecie per *Gabr. conſ.* 52. *num* 6. *& 7. lib.* 1. *& conſ.* 31.
B *num.* 14. *&* 15. *lib.* 2. B, onus probandi venditionem
3 factam in fraudem, ſiue crediti, ſiue executionis ſpe-
ctare alleganti, *Caſtr. d. §. ſi ſuper rebus, num.* 8. *verſ.
debet autem, Herculan. num.* 43. *verſ. & dicit, Capic. deciſ.*
C 128. *num.* 9. *& ſeq.* C, Ad fraudis autem probatio-
nem neceſſaria eſt in emptore ſcientia litis pẽdentiæ in-
ter debitorem, & creditorem, *Caſtr. Hercul. & Capic.
ſupra citati*, qui dicunt, tàm venditorem, quàm em-
4 ptorem debere eſſe fraudis participes, *l. qui autem, §.
hoc edictum, ff. de his quæ in fraud. Didac. pract. quæſt. cap.*
15. *num.* 7. *Hieron. Pappon. conſ.* 63. *num.* 19. *et* 20. vbi
in ſpecie, quòd eſt probanda ſcientia litis in tertio poſ-
ſeſſore ex titulo oneroſo. Scientia verò emptoris aliun-
de non deducitur, niſi ex verbis inſtrumenti, dum vendi-
tor promiſit manutenere emptorẽ in poſſeſſione Palatij,
& illum defendere ab omnibus moleſtijs, & litibus infe-
rendis à R. P. D. Grato, & D. Aloyſio Aiala, teneri
voluit de euictione, præterquam quoad cenſum ſcuto-
rum quatuor millium monetæ in ſorte principali debi-
tum D. Grato, & aliorum ſcutorum duorũ mill. debitum
D. Aialæ, necnon quo ad fructus dictorum cenſuum. A.
Ex quibus verbis non reſultat gradus aliquis probatio-
nis, imò nec præſumptio alicuius ſcientiæ litis motæ per
R. P. D. Gratum, prætenſæ executionis pro renoua-
5 tione fideiuſſorum dicti cenſus, cum tamen illa debeat
eſſe certa, & indiuidua ad hoc, vt emptor dici poſſit
particeps prætenſæ fraudis. Præterea verba ſunt futuri
temporis, de moleſtijs inferendis, & ſic potiùs exclu-
dunt, quàm concludant præteritas, vel præſentes mole-
ſtias ſuper dicto Palatio. Sublato igitur hoc vnico fun-
damento, quòd venditio fuerit facta in fraudem, fuit pro
confirmatione ſententiæ vtraque parte informante
reſolutum.

ANNOTATIO.

A De quo dixi ſupra *deciſ.* 166. *ſub litera A.*

B Vide *Crauett conſil.* 134. *num* 23. *conſ* 171. *num.* 3. *Peregrin. conſ.* 3. *num.* 91. *volum* 1. *Giurb deciſ. Sicil.* 62. *num* 4.

C Alienatio rei executæ poſt pignus prætorium, & ſubha-
ſtationem, præſumitur doloſa. *Odoffr. in l. vnic. in prima
quæſt. C. de alien. mut. Iud. cauſ. fact. Guido Pap deciſ.* 81.
num. 1. *& ibi Additio ſub litera* C. *Ripa in l.* 1. *§. ſi hæres,
num.* 21. *ff. ad Trebell. Oſaſc deciſ* 64. *num.* 5. *Giurb dicta*
6 *deciſ.* 62. *num.* 6. Præcipuè ſi alienatio in coniunctam
perſonam facta ſit, *Iaſ. in §. ſi quis in fraudem, num.* 48.
de act. Caſanat. conſ 29. *num* 13. *Pappon. d. conſ* 65. *num.*
11. *&* 25. *Giurb. vbi proximè*, Vel ſi æs alienum non im-
minebat, *Bero. conſil.* 170. *num* 8. *volum* 1. Vel de ære
alieno aliter non conſtabat, quàm ex propria alienantis
confeſſione, *Surd. conſil.* 533. *num.* 5. Vel ſi omnia bona,
vel maiorem illorum partem alienauit, *Couarru. practic.
quæſt. cap.* 15. *num.* 7. *Menoch conſil* 1187. *num.* 4. Vel ſi
tẽpore litis non niſi rẽ alienatam tantùm haberet *Cancer.
lib.* 3 *variar. reſolut. c.* 17. *de ſent. & execut. nu.* 466. *Giurb
vbi ſupra.* Prædicta procedunt nedum quando præceſſit
ſubhaſtatio, ex qua oritur præſumpta ſcientia; ſed etiam
ſi ex alijs coniecturis, & præſumptionibus ſcientia pro-
baretur, *Menoch. conſil.* 38. *num.* 80. *cum concordan. quos
Giurb. dicta deciſ* 62. *num.* 12. vbi latè ad materiam, & ſu-
pra *dicta deciſ.* 166.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tiburtina Calcarearum.

Veneris 7. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Manutentio non datur, niſi poſſeſſori, ſeu quaſi, tempore motæ litis, & an ex ſola iuris aſſiſtentia concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur, niſi poſſeſſori, ſeu quaſi tempore mota litis.*

2 *Manutentio non datur ex ſola iuris aſsiſtentia extra materiam iuriſdictionis.*

3 *Actor in iudicio poſſeſſorio, an & quando iuuetur iuris aſſiſtentia, ex qua quælibet res præſumitur libera.*

4 *Communitatis quaſi poſſeſſio non probatur ex actibus ſingulorum.*

DECISIO CCCCLI.

FVIT reſolutũ Commonitati Montis Cælij nõ eſſe concedendũ petitum mandatũ de manutenendo io poſſeſſione, ſeu quaſi faciendi calcareas, ſeu fornaces in proprijs terris, & locis, & præſertim in, & ſuper petio terrę nũcupato, *la foſſa di Ciotto*, ſeu *le Caprine*; non enim probauit huiuſmodi poſ-
1 ſeſſionem, ſeu quaſi de tempore litis, vel ante, ſine qua
non poteſt io hoc interdicto, ſeu remedio manutentio-
nis obtinere, *Bart. in l.* 1. *ſ. fin. num.* 10. *ff. vti poſſid. & in l. vnic. ſ.* 1 *num.* 3. *C. eod Ioan. Faber in §. retinendæ num.* 21. *Inſtit. de interdictis*. Quod autem
non probauerit dictam poſſeſſionem, ſeu quaſi, patet,
quia illam deducit ex ſola iuris aſſiſtentia, cum præſum-
ptione, quòd quęlibet res præſumatur libera, & quòd
quilibet in re propria poſſit ędificare, fouere, excauare,
& omnia ad ſui libitum facere, vt latè dictum fuit in
reſolutionibus *in hac cauſa factis vt* 14. *Martij* 1614. &
1. *Iulij* 1619. quæ eſt in ſpecie ſuper dicto loco de Ci-
cotto, de quo agitur. Item iuris aſsiſtentia ſola quate-
nus dici poſſet, ex prædictis regulis geoeralibus reſul-
2 tare, non ſufficit ad manutentionem extra materiam
iuriſdictionis, in qua hoc videtor ſpeciale ex diſpo-
ſitione *cap. cum perſona, ſ. fin. de priu. in* 6. & Ro-
ta dubitauit etiam in materia decimarum *Rota deciſ.*
685. *num.* 2. *verſ. quia rata part.* 1. *in reten. & in Reatina decimarum* 4. *Decembris* 1606. *coram Iuſto, & in Mediolanen. decimarum* 9. *Iunij* 1610. *coram R. P. D. Piro-*
A *uano*, A, & in iſtis terminis *d. cap. cum. perſona, ſ. fin.*
procedunt aoctoritates ex aduerſo allegatæ. Quæ tanto
fortiùs procedunt, cum Communitas ſit actrix in hoc
3 articulo poſſeſſorio, quæ fortè iuuaretur hac præſum-
ptione libertatis, ſi ageret negatiua, *Bart. Alex. & alij in l. ſi priùs, ff. de nou. oper. nunciat. Cardinal. Seraph. deciſ.* 1422. *num.* 13. latè fuit dictum io illa *Romana tranſitus coram R. P. D. Vbaldo ſub die* 15. *Martij* 1619. Nec
4 etiam probatur prætenſa poſſeſsio, ſeu quaſi ex eo, quòd
in territorio ſint conſtructæ Calcareæ, quas Excellentiſ-
ſimus Dominus Dux conduxit ad affictum; nam non ſunt
Communitatis, *Corn. conſ.* 299. *num.* 89. *et ſeqq. col.* 1.
Puteus deciſ. 28. *par.* 2. *in nou. latè Hond. conſ.* 79. *num.* 26. *& ſeqq. lib.* 1.

Et ita deciſum.

A Vide quæ dixi ſupra deciſ. 219. ſub lit. A.

Vrbinaten. iuriſdictionis.

Lunæ 10. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum datur, etiam poſt lapſum quadriennij in Curia Romana, ſtante læſione, & iniuſtitia ſententiæ, quamuis ex nouiter deductis apparente.

SVMMARIVM.

1 *Exemptionis priuilegium aliàs conceſſum per Bonifacium IX. monaſterio S. Chriſtophori Caſtri Durantis fuit poſtea per eundem Pontificem reuocatum.*

2 *Priuilegium reuocatum non habetur in conſideratione, licèt poſtea reuocatio ſuſpenſa fuerit.*

3 *Suſpenſio facta ad tempus non inducit interim extinctionem, ſed quamdam modificationem; aliud eſt enim, quòd ſeruitus ſuſpendatur, vel dormiat, aliud verò, quòd deſinat.*

4 *Interdictum licèt ab Epiſcopo ad tempus ſuſpendatur, poteſt tamen ab eo appellari, quia adhuc eſt interdictum.*

5 *Conciliaris diſpoſitio indiget ſpeciali derogatione.*

6 *Iniuſtitia qualibet etiam non notoria ſufficit pro cauſa reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam, etiam ſi ex nouiter deductis appareat iniuſtitia, num.* 9.

7 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam non denegatur in Curia propter lapſum quadriennij.*

8 *Reſtitutio in integrum datur etiã poſt lapſum quadriennij, ſtante læſione.*

DECISIO CCCCLII.

VISVM fuit DD. conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum pro Reuerẽdiſſimo Archiepiſcopo Vrbinaten. aduerſus ſententiam Rotalem aliàs latã ad fauorem D. Abbatis Caſtri Durantis ex capite iniuſtitiæ, quæ ſufficit, vt infra: & conſiſtit in eo, quòd per d.
ſententiam declaratum fuit, priuilegia Bonifacij IX. Ec-
cleſiæ S. Chriſtophori d. Caſtri conceſſa fuiſſe, & eſſe
vàlida, obſeruata, & obſeruanda, per quæ conceſſa fuit
exemptio Monaſterij d. Eccleſiæ ab omni iuriſdictione,
& poteſtate, & lege diœceſana Epiſcopi, illud ſubijcien-
do immediatè Sedi Apoſtolicæ. Et nihilominus dd. pri-
1 uilegia fuerant reuocata primò per eũdem Bonifacium,
& poſtea per Martinum Quintum in Concilio Conſtan-
tien. *ſeſſ.* 43. *tit. de exempt.* (quę reuocatio etiam extat im-
preſſa inter *conſ. Gemin. ante conſ.* 35. & de ea meminit
Card. Seraph. deciſ. 612. *num.* 4. *& latè in vna Ianuen. iuriſdictionis coram Illuſtriſſimo Bononien. impreſſ. in nouiſſ. par.* 2. *deciſ.* 355. *per tot. vt in ſummario D. Archiepiſcopi num.* 2. *&* 3.) tum per alias literas ſub data 7.
Kal. Nouembris Pontif. ſui anno ſeptimo, quarum re-
uocationum nulla fuit habita ratio, licèt in reſolutioni-
bus factis corã Cardinali Seraphino in hac cauſa fuerit
expreſsè reſeruatum, de illis eſſe particulariter viden.
vt in *deciſ.* 1330. *in princ. & in fine, & in alia* 1386. *in fin.* concloſum, vt diſcuteretur petitorium. Non ob-
ſtat ſuſpenſio d. reuocationis, ſeu reuocationum facta
per d. Martinum V. de qua latè habetur in alia *deciſ.* in
hac cauſa *coram eodem Cardinali* 1371. Quia ex dicta
2 ſuſpenſione non fuit ſublata reuocatio, cum aliud ſit ſu-
ſpendere, aliud reuocare, extingui, & non eſſe, vt
probat tex. *in cap.* 1. *ibi, reuocare, & ſuſpendere valeant, & arctare, de verb. ſignific. in* 6. *Bald. Angel. Imol. & alij in l. illa inſtitutio, §. fin. ff. de hæred. inſtituen. Idem Bald in l. qui res, ſ. aream. num.* 1. *in fin. ff. de ſolut. conſ.* 69. *num.* 8. *lib.* 1. *Ancharan. conſ.* 339. *column. fin.* & non obrumpitur, quod in ſuſpenſo retinetur *Bald. in cap. ad hæc quoniam, num.* 4. *in fin de appellat & in cap. cum inter vos, num.* 1. *de conſuetudine*, & ſuſpen-
3 ſio facta ad tempus non inducit interim extinctionem,

ſed

ſed quandam modificationem, idem *Bald. in l. 4. §. fin. vbi allegat Oldrad. in quadam quæſtione incip. quidam ſcholaris, ff. de ſeruit. & ibi Flor. de S. Petr. in princip. qui etiam in l. in tradendis, §. interpoſitis, ff. commun. præd. in fine* notat *ex tex. et gloſ. ibi*, aliud eſſe, quòd ſeruitus ſuſpendatur, vel dormiat, aliud, quòd deſinat; & hinc in ſimili *gloſ. in d. cap. ad hæc quando 37. verbo interdictum*, dicit, quòd licèt interdictum per Epi-
4 ſcopum ad tempus ſuſpendatur; tamen appellari poteſt, quia eſt tamen interdictum, & clariùs ibi *Bald. d. num. 4. referens dicta Innoc. idem Innoc. in d. cap. cum inter vos, num. 2. et Bald. num. 1. de conſuet. Doct. in l. illa inſtitutio §. fin. ff. de hæred. inſtit. Bertachin. in tract. de Epiſc. lib. 4. par. 2. num. 77.* Præterea conſiderabat etiam vnus ex DD. quòd cum in dicta reuocatione facta in Concilio Conſtantien. diſpoſitum eſſet, quòd Papa non intelligebat, ampliùs concedere huiuſmodi exemptiones, niſi cauſa cognita, & vocatis vocandis, hocque ſeruatum non fuerit in hac ſuſpenſione ab eodem Martino facta, illa videtur nulla, cum ſaltem opus fuiſſet ſpeciali dero-
5 gatione Conciliaris diſpoſitionis *Archid. in cap. 1. ſuper verb. noſcatur in fin. ibi, vel dic plenius de conſtit. in 6. Oldrad. conſ. 326. et conſ 428. Rom. in l. ſi verò §. de viro in 23 ſallent ff. ſol matrim. cū pluribus relatis per Felin. cap. nonnulli de reſcrip. num. 2. verſ. & nota quòd omnis conſtitutio, & infr. ſub num. 3 verſ. 4. propter auctoritatem*, vbi quòd non eſt de facili recedendum ab *Archid.* quem videtur ſequi totus mundus, *Iacobat. de Concil. lib. 5. art. 19. num. 11. & ſeqq.* & idem quando in conſtitutione Conciliari non eſt expreſsè reſeruata auctoritas Sedis Apoſtolicæ ſentit *Rot. in Hiſpalen. legitimit. coram R.P.D. meo Manzanedo in recent. deciſ. 687. num. 24.*
6 *par. 2.* Quælibet autem iniuſtitia ſufficit pro cauſa reſtitutionis in integrum, etiam ſi nō ſit notoria, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 10. num. 12. de re iudic. Card. Seraphin. deciſ. 251. num. 2. Rot. deciſ. 351. num. 5. par. 1. diuerſ. & deciſ. 381. num. 1 et deciſ. 635. num. 4. in fin par. 2. recen-*
A *tior.* A & paſſim in alijs. Nec obſtat lapſus quadrien-
7 nij. Primò quia non attenditur in Curia, vt fuit ſæpe deciſum, vt in *Bergomen legati 15. Nouembris 1610. coram Reuerendiſſimo Attrebaten. in Vicen. Parochialis 26. Ianuarij 1618. coram Reuerendiſſimo D. meo Damaſceno, et in Leodien hæreditatis, et in Romana coram Reuerendiſ-*
B *ſimo D. Decano, in quibus alia allegantur.* B, Stante læ-
8 ſione, vt ſupra, propter lapſum quadriennij Eccleſiæ nō eſt deneganda reſtitutio, iuxta *gloſ. communiter approbatam in cap. 1. in verbo ex cauſa, de reſtit. in integr.*
C *lib 6.* C, Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A *Rot. deciſ. 492. num. 1. par 1. recent. Cardinal. Caualer. deciſ 164 num. 1. & fuit dictum in Reatina bonorum 10. Ianuarij 1625. coram bon mem. Vbaldo ſeniori in Romana reſtitutionis in integrum 20. Maij 1624. coram bon mem. Patriarcha Manzanedo*; & ſufficit, quod ſen-
9 tentia etiam ex nouiter deductis iniuſta detegatur, *Caſ. ſad. deciſ. 1. num. 3 de reſtit. in integr. Caputaquen deciſ 94. part 3. & fuit dictum in Peruſina ſocietatis 20. Maij 1624. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.*

B *Rota in Adrien iuriſdictionis 27. Iunij 1622 coram R. P. D Pirouano in dicta Romana reſtitutionis in integrum 20. Maij 1624. & 18. Aprilis 1625. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & infra deciſ. 604. num. 13.*

C Dixi ſupra ad *deciſ. 414. num. 10.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Auximana ſpolij.

Lunæ 10. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Prælati confeſſio, an, & quando præiudicet Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Extremum ſecundum probatur ex litis conteſtatione.*
2 *Declarationi Rectoris facta per publicum inſtrumentum ſtandum eſt in præiudicium Eccleſiæ.*
3 *Prælati confeſſio nocet Eccleſiæ, ſicut confeſſio legitimi adminiſtratoris præiudicat domino, facta tamen in iudicio contentioſo, & abſque colluſione, & fraude, & maximè ſi fuerit iurata; ſecus in confeſſione voluntaria num. 4.*
5 *Coniunctus ſinè ſuſpicione teſtificatur inter æqualiter coniunctos.*
6 *Rector Eccleſiæ, prout etiam tutor, poteſt, imò tenetur facere declarationem veritati conſentaneam.*
7 *Declarationi facta ſuper re ab animo declarantis dependen. ſtandum eſt, vndè ſi Rector duarum Eccleſiarum declarat, ſe poſſidere nomine alterius Eccleſiæ, ſufficiens videtur huiuſmodi declaratio ad tranſlationem poſſeſſionis in eandem Eccleſiam.*
8 *Confeſſio regulariter eſt indiuidua.*
9 *Spolij in iudicio non admittitur exceptio reſpiciens petitorium.*
10 *Prælati confeſſio voluntaria non præiudicat Eccleſiæ, ſecus in iudicio contentioſo.*
11 *Prælati confeſſio adminiculata præiudicat Eccleſiæ, & pro adminiculo ſufficit aſſiſtentia, ſiue præſumptio iuris.*
12 *Prælati confeſſio præiudicat Eccleſiæ, quando continet actū ab ipſomet geſtum.*
13 *Prælati confeſſio Eccleſiæ præiudicat, ſi non ſit vnica, ſed ſæpius repetita.*

DECISIO CCCCLIII.

RESOLVTVM fuit, Eccleſiam, ſeu beneficium ſimplex S. Vitalis eſſe reintegran. ad poſſeſſionem petij terræ nuncupati *del petto di Baldone*, de quo agitur. Nam primum extremū, & ſic antiquior poſſeſſio probatur per teſtes deponētes de poſſeſſione Claudij vltimi Rectoris defuncti *in ſummario num. 2.* quod nec etiam cōtrouertitur ex aduerſo, imò videtur admiſſum, cum ſupponatur, Ageſilaum prouiſum de parochiali S. Petri, quam idem Claudius obtinebat, adeptum fuiſſe poſſeſſionem d. petij tanquam de bonis d. parochialis per d. Claudium poſſeſſis; ex quo etiam reſultat pro-
1 batio ſecundi extremi, quod inſuper comprobatur ex litis ſuſtentatione, *Caputaq. deciſ. 372. num. 1. part. 2.* & fuit ſæpè deciſum. Tota difficultas eſſe videbatur, an probaretur, d. petium terræ fuiſſe poſſeſſum à Claudio vti ſpectans ad d. parochialem S. Petri, vel ad d. Eccleſiam Sancti Vitalis. Quæ tamen difficultas ceſſare viſa fuit ex declaratione per ipſum Claudium facta de anno 1587. ſub die 25. Martij *in ſummario num. 3.* coram Commiſſario per Epiſcopum Auximan. deputato pro conficiendis inuentarijs de bonis Eccleſiaſticis ſuæ diœceſis, in qua, inter cetera bona dictæ Eccleſiæ, reperitur annotatum, & deſcriptum d. petium terræ cum expreſſione loci, & eius denominatione, quantitate modiolorum,

rum,& cõfinibus,& cum declaratione in eius principio, quòd d. Eccleſia Sancti Vitalis poſſidebat omnia bona ibidem annotata. Quæ declaratio viſa fuit attendenda.
2 Primò, quia facta per publicum inſtrumentum, cui ſtandum videtur, prout de inſtrumento emptionis nomine Eccleſiæ *eſt text. in cap. 2. cum ibi not. per Butr. Abb. Imol. & alios de pecul. Cleric.* Secundò, quia eſt adminiſtratoris legitimi, & ſic veriſimiliter informati, nec videtur ſuſpecta de aliqua colluſione, vel fraude, quo caſu confeſſio Prælati nocet Eccleſiæ, ſicut confeſſio ad-
3 miniſtratoris legitimi præiudicat domino, *Rota deciſ. 3. num. 1. de confeſſ. in nou. Card. Seraphin. deciſ. 442. ſub num. 2.* Tanto magis quando non eſt voluntaria, ſed per viam contentioſæ iuriſdictionis, *Bart. poſt gloſ. in l. certum, §. ſed an, & ipſos, num. 2. ff. de confeſſ. Abb. in cap. dudum il 2. num. 32. de elect. Rota d. deciſ 3. de con-*
A *feſſ. in nou. & deciſ. 266. num. 5. part. 2. diuerſ.* A, prout videtur iſta tanquam facta, præcedente iuſſu Epiſcopi, mediante commiſſario ſupradicto; maximè autem attendenda videtur, cum ſit etiam iurata, licèt ſecus fo-
4 ret, ſi eſſet declaratio voluntaria, *Bart. in d. §. ſed an & ipſos, num. 2. Ruin. conſ. 73. num. 4. vol. 5. Rota deciſ. 177. in princ. part. 2. diuerſ.* Fraus autem, & colluſio ceſſare viſæ fuerunt, cum nõ magis intereſſet Claudio poſſidere nomine vnius, quàm alterius Eccleſiæ: ſi-
5 cut ceſſat ſuſpicio in teſte coniuncto deponente inter æquè coniunctos *Bart. & Aret. in l. qui teſtamento, §. quacunque, ff. de teſtam. Soccin. & Felin. in cap. cum oporteat, de accuſat.* cum alijs de communi *per Farinac. de opposit. contr. perſon. teſt. queſt. 54 num. 45.* Ex quibus d. declaratio viſa fuit ſatis veriſimilis, imò tanquã recogni-
6 tio veritatis, & bonæ fidei, quam Claudius non ſolùm potuit, ſed etiam facere tenebatur, prout etiam tutor, *l. quoties, §. item ſi in temporali, ff. de adminiſt. tut. cum alijs in Romana laudi 17. Aprilis 1617. coram me,* cui rector, vel Prælatus in hoc comparantur: *Bart. d. §. ſed an & ipſos, num. 2. Ioannes Franc. Pauin. de viſit. part. 2. queſt. 7. num. 25.* Et cum ſit facta ſuper re ab
7 eius animo dependen. ſtandum videtur eius dicto, quo nomine poſſederit, *Alex. conſ. 52 num. 25. lib. 4. Lap. alleg. 46. num. 9. verſ. de quo ſibi potius, Surd. conſ. 481. num. 13.* ac etiam videtur ſufficiens ad tranſlationem poſſeſsionis in d. Eccleſiam *ad gloſ. in l. 2. in verbo tradita, & ibi Bald. num. 5. verſ. ſecundò exponit, C. de acquir. poſſ et gloſ. in l. ab emptione 58. in verbo conſtituantur, et ibi Angel. num. 4. ff. de pactis Lanfranc. de orian. in cap. quoniam contra, num. 228. verſ. et quod dictum eſt, de probat.* Et ſicut dicta declaratio obſeruata fuit reſpectu bonorum d. parochialis S. Petri in præiudicium Eccleſiæ S. Vitalis, ita æquum videtur, idem fieri reſpectu bonorum d. Eccleſiæ Sancti Vitalis in præiudicium paro-
8 chialis, cum confeſsio ſit regulariter indiuidua, *Bart. et alij in l. aurelius, §. idem quæſiuit, ff. de liber. legat. Abb. in cap. bonę, de reſtit. ſpoliat.* Nec obſtare viſum fuit, quòd prętendatur, dictam Eccleſiam S. Vitalis eſſe vnitam parochiali S. Petri. Nam vltra quod iſta diſcuſsio videtur reſpicere petitorium, & ideo non eſt admitten-
9 da in hoc iudicio, vt in ſpecie dicit *Rota deciſ. 724. num. 6. part. 2. in recent.* Contrarium viſum fuit reſultare ex teſtibus, ac fide datis *in ſummario num. 5. et 7.* & ex ſeparatis prouiſionibus d. Claudij tanquàm de titulis diuerſis, & ex ſeparata nota per eum data Commiſſario ſupradicto, ac demum ex præſenti vltimo ſtatu, qui videtur attenden.

Et ex his præſertim ſimul iunctis fuit reſolutum vt ſupra, &c.

ANNOTATIO.

A Regulariter Prælati confeſſio non præiudicat Eccleſiæ, neque ſucceſſori. *Gloſſ in cap. 2. verb. conuentuum, de teſtib in 6. cum alijs per Gratian. diſcept. 796 num. 5. Cardinal Seraphin. deciſ 1278. num 3. Rot deciſ. 334 num. 2. & 489. num. 4. part. 1. recent. Gregor. XV deciſ. 375. nu. 6.* maximum tamen præbet indicium veritatis, *Rot. deciſ. 293. num. 2. part. 1 diuerſ & in Hiſpalen. primitiarum 17. Iunij 1616. coram Reuerendiſsimo Domino Patriarcha Pamphilio.* Inſuper quando confeſſio Prælati emanauit per viam contentioſæ iuriſdictionis, præiudicat Eccleſiæ, & ſucceſſori, vt in hac deciſione, & præter hic allegatos,
10 *Rot. deciſ 141. num 4 par. 2. diuerſ & in Regien. penſionis coram Orano apud Marcheſan. de commiſſ part. 1. pag. 616.* & in confeſſione ſyndici facta per viam contentioſæ iuriſdictionis, quòd præiudicet Capitulo, Rota in *Treuiren decimarum 17. Maij 1618. coram R. P. D. Dunozetto*
11 *iuniori.* Pręterea cõfeſſio Prælati adminiculata præiudicat Eccleſiæ, & ſucceſſori; *Gloſſ. in cap dudum il ſecondo, verbo de veritate, verſ. qui tale, & ibi Doct. de elect. Cardinal. Seraphin deciſ. 292. num. 3. 456. num. 7. & 442. num. 20. verſ ex hoc. Rot. d. dec. 334. ſub num. 2. & deciſ. 177 num. 5. part. 2. diuerſ in Hiſpalen. primitiarum 17. Iunij 1616. coram Reuerendiſſimo D. Patriarcha Pamphilio et in Oſcen. portionis 25. Iunij 1618. coram R. P. D. Pirouano,* & ſufficit, quòd habeat pro ſe aſſiſtentiam, ſiue præſumptionem iuris communis, *Abb. in cap ſi diligenti, num 4. de praeſcript. cum alijs per Crauett. de antiquit tempor. part 2. §. propoſitum, num. 73. et ſeqq. Rot. d. deciſ. 141. num. 6. part. 2. diuerſ.* Item præiudicat Eccleſiæ, & ſucceſſori
12 confeſſio Prælati, quæ concernit actum ab ipſomet confitente geſtum, *Gloſſ in cap vlt. in fin et ibi etiam Abb nu. 44. de præſcript Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ 14. num. 48. Beltramin in annot. ad d. deciſ. 375. Gregor XV. ſub lit. A.* vbi quòd præiudicet etiam, quando non eſt vni-
13 ca, ſed ſæpius repetita, allegat *Rotam in Conchen. decimarum de Belmonte prima Iunij 1619. coram bon. mem. Dunozetto ſeniori.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana fideicommiſſi de Ioardis.

Veneris 14. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Fœminæ an veniant ſub verbis communibus, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ ſub verbis communibus comprehenduntur, & num. 5. etiam quòd eſſent nuptæ extra familiam, num. 6.*
2 *Fœminæ non comprehenduntur ſub verbis communibus, quando huiuſmodi verba ex coniecturata mente teſtatoris ad ſolos maſculos reſtringuntur.*
3 *Maſculinitatis qualitas expreſſa, & repetita à teſtatore excludit vocationem fœminarum.*
4 *Maſculinitatis qualitas a teſtatore expreſſa cenſetur repetita in ſequenti ſubſtitutione.*

DECISIO CCCCLIV.

IN hac ſecunda diſputatione Domini firmabant, veram eſſe concluſionem, quòd verba communia comprehendunt etiam fœminas, ex relatis *per Peregr. conſ.* 58. *in princ. lib.* 5. *Caball. conſ.* 128. *num.* 85. *lib.* 2. qui loquitur in ſtatuto, *Gabr. conſ.* 132. *in* 5. *quaſt. in princ. lib.* 1. *& ſentit Rota in Rom. fideicommiſsi* 29. *Martij* 1610. *coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Ludouiſio, & in Montis Faliſci fideicommiſsi* 5. *Iunij* 1617. *&* 29. *Ianuar.* 1618. *coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & deciſ.* 255. *par.* 1. *in recent. & fuit ſuppoſitum in illis Carpentoraten. aliàs*
A *allegatis, & in dec. præterita in hac cauſa,* A, licèt de contrario vſu, & conſuetudine Italiæ teſtetur *Gabr. d. conſ.* 132. *quaſt.* 4. *in fin. verſ. tamen attento, Marzar. in epit. de fideicom. par.* 2. *quaſt.* 43. *Molin. de primogen. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 11. Sed item placuit limitatio, quòd illa non procedat, quando verba huiuſmodi,
2 vel ex ratione conſeruandæ agnationis, ſeu conſeruationis bonorum in agnatione, & familia, vel ex maſculinitatis expreſſione, vel ex alijs coniecturis ad ſolos maſculos ex mente teſtatoris reſtringuntur, quo caſu tenuerunt DD. excludi fœminarum vocationem, nedum ſimultaneam cum maſculis, ſed etiam ſucceſſiuam in eorum defectum, quia iſta non habet locum, niſi inter eas perſonas, quæ initio vocantur, ſed earum admiſſio aliqua ratione ſuſpenditur, vt alij præferantur ad *not. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo de leg.* 2. *vbi Alberic. num.* 8. *in fin. & num.* 9. *Bart. num.* 1. *circa med. verſ. alij dicunt, & Caſtr. num.* 4. *& in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de lib. & poſthum.* & in hac ſpecie conſuluit *Gabr. dicto conſ.* 132. *quaſt.* 5. *num.* 55. *& ſupra in quaſt.* 4. *in fin. verſ. ex his liquet,* vbi quòd, attento hodierno vſu, non videtur receden. ab hac opinione, quæ videtur communis, et eam per tres vices tenuit *Rota in illa Carpentoraten. fideicommiſsi, videlicet ſub die* 13. *Iunij* 1607. *coram R. P. D. meo Manzanedo, quæ eſt impreſſ. deciſ.* 209. *par.* 2. *in recent.* 11. *Ianuarij* 1608. *coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Lancellotto,* vbi ſequitur *Gabr. dicto conſ.* 132. *&* 1. *Martij* 1613. *coram Reuerendiſsimo D. meo Sacrato, addo Marzar. dicta par.* 2. *quaſt.* 43. *verſ. ſed in contrarium,* vbi quando teſtator conſiderauit conſeruationē bonorum in agnatione, & familia, & plures allegat; & propterea voluerunt Domini etiam in præſenti hanc ſententiam amplecti, quidquid tenuerint *Soccin. conſ.* 227. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 2. & alij in deciſione, & per informantes cumulati, qui etiam non videntur contrarij, cum loquantur in caſibus, in quibus coniecturæ non erant huiuſmodi, vt fœminas omnino excluderent, prout eos ſic declarat *Gabr. dicto conſ.* 132. *quaſt.* 5. *in fin. imò Soccin. dicto conſ.* 227. *num.* 6. *&* 7. ex pluribus conatur oſtendere, eas non fuiſſe excluſas, ſed potiùs vocatas, & præſertim *verſic. poſtremò ſoluit Rum. conſ.* 168. *num.* 3. *quem Gabr. d. quaſt.* 5. *num.* 57. *idem Rum. conſ.* 120. *nu.* 12. *verſ. cum ergo, lib.* 1. loquitur ſinè vllis coniecturis, & in contractu, *& conſ.* 154. *lib.* 2. ſimiliter ceſſantibus coniecturis, *& conſ.* 140. *num* 4. *eodem lib.* adducit dictum conſilium *Socc.* 227. incidenter pro comprobatione ſuæ concluſionis in diuerſis terminis, & ſupponit, quòd fœminæ ex verbis includantur. *Bero. conſ* 83. *num.* 4. *lib.* 4. loquitur, vbi adſunt coniecturæ in contrarium. *Molin. de primog. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. loquitur, ceſſantibus coniecturis, & circumſcripto vſu, & conſuetudine Italiæ. *Caball. conſ.* 128. *per tot.* loquitur in ſtatuto *et num.* 89. aliter adducit *Soccin. d. conſ.* 227. nec operatur, quando adſunt coniecturæ reſtrictinæ ad agnatos maſculos. *Peregr. art.* 19. *num.* 27. loquitur ſinè coniecturis. In propoſito autem concurrere ex-
3 preſſam fœminarum excluſionem in inſtitutione ratione conſeruationis in agnatione, & familia, expreſſionem, & repetitionem maſculinitatis, vt conſiderat *Odd. conſ.* 46. *num.* 51. *&* 52. hoc enim caſu fœminæ nunquam ſuccedunt, vt vocatæ, *Peregr. de fideicom. art.* 27. *num.* 20. & alias coniecturas, ex quibus clarè comprehendebatur, teſtatorem de ſolis maſculis ſenſiſſe, latè oſtenſū fuit in deciſione ex multis ibi deductis, quæ Dominis placuerunt. Et pro repetitione maſculinitatis addebant
4 DD. *Roland. conſ.* 70. *num.* 60. *vol.* 3. dicentē, qualitatem maſculinitatis cenſeri repetitam in ſequenti ſubſtitutione, quem refert, & ſequitur *Surd. conſ.* 241. *num.* 11.

Ex quibus reſolutum fuit, ſtandum eſſe in deciſis, &c.

ANNOTATIO.

A *Gratian. diſcept.* 930. *num.* 29. *Beltramin. ad deciſ.* 293.
5 *Gregor. XV. num.* 23. *& fuit dictum in Romana fideicommiſsi de Delphinis* 1. *Decembris* 1613 *coram bon. mem. Remboldo, & in Florentina fideicommiſsi de Guidaccijs* 21. *Fe-*
6 *bruarij* 1618. *coram R. P. D. Dunozetto,* quod procedit etiam, quando fœmina eſſet nupta extra familiam, & aſſumpſiſſet nomen familiæ mariti, *Odd conſ.* 46. *num.* 39. *& ſeqq. Surd conſil.* 140. *num.* 67. *Gabr conſil.* 190. *num.* 3. *lib.* 1. *Beltramin. & Gratian. vbi ſupra. Rota coram Card. Seraph. deciſ* 1436. *num.* 2. *in recent. deciſ.* 587. *num.* 8. *par.* 1. *& deciſ.* 281. *part* 2. *coram Greg XV. deciſ.* 464. *num.* 12. *in d Montis Faliſci fideicommiſsi* 5. *Iunij* 1617. *coram Reuerendiſs D. meo Decano. & in d. Florentina fideicommiſsi de Guidaccijs coram R. P. D. meo Dunoz.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Hiſpalen. præeminentiarum.

Lunæ 17. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Eccleſiæ Collegiatæ datur manutentio in quaſi poſſeſſione præcedendi Eccleſiæ parochiali.

SVMMARIVM.

1 *Collegiata dignior eſt parochialibus.*
2 *Turbationes, et contradictiones ex quibus probentur.*
3 *Turbare dicitur quis eo ipſo, ac ſe opponit.*
4 *Manutentio vt a Rota concedatur, non eſt neceſſaria turbationum, et moleſtationum probatio.*
5 *Collegialitas ex quibus probetur.*
6 *Collegiata vt dicatur Eccleſia, ſufficit, quòd ſit talis habitu, licèt non actu.*
7 *Collegialitas non excluditur ex eo, quòd Canonici in Eccleſia non reſideant; et idem de parochialitate.*

DECISIO CCCCLV.

DOMINI dixerunt, Collegiatæ Eccleſiæ S. Saluatoris dandum eſſe mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione deferendi Crucem in proceſſionibus, & alijs actibus publicis in digniori loco (poſt tamen illam Cathedralis) quàm deferantur reliquæ omnes.

nes Cruces Eccleſiarum parochialium, & præſertim illa, in qua eſt Abbas Vniuerſitatis Beneficiatorum, prout fuerat etiam reſolutum *coram bon. mem. Penia* 13. *Decembris* 1609. & conceſſum per Reuerendiſſ. D. Decanũ in eius locum ſubrogatum. Dicta enim quaſi poſſeſſio videbatur in dubium non reuocari ex parte Abbatis, & Beneficiatorum, & optimè probari per teſtes *in ſummario Collegiatæ, num.* 2. *et* 3. de viſu à tempore continuato 40. ann. ad minus, & in ſpecie probatur quaſi poſſeſſio deferendi in digniori loco crucem, etiam in proceſſione receptionis Bullæ Cruciatæ, in qua Crux Cathedralis non defertur, ſed illa Collegiatæ in eius locum ſuccedens ex 3. 4. 7. 8. *et alijs ſummario num.* 6. nec non in funeralibus, vt per tres teſtes in prædicto *ſummario num.* 8. Quæ corroborantur etiam ex iuris
1 aſsiſtentia, quia Collegiata dignior eſt Parochialibus, *vt ex Abb. Caſſan. Præpoſ. et Henric. Boich. firmauit Rota apud Seraphin. deciſ.* 22. *et deciſ.* 1445. *num.* 1. *in Calaguritana præeminentiarum* 6. *Nouembris* 1600. *coram Iuſto, et in d. deciſione bon. mem. Penia.* Eccleſiam verò
A S. Saluatoris eſſe Collegiatam A, conſtat, tum ex confeſsione partis in mandatis procuræ, de quibus infra, & in prima appellatione à ſententia de partibus interpoſita, *vt in ſecundo ſummario Collegiatæ num.* 1. *&* 2. & in alijs actibus, & proteſtationibus, de quibus in proceſſu de partibus, & remiſſoriæ Canonicorum. Tum ex depoſitione teſtium Canonicorum dicti proceſſus antiqui de partibus, nempè 1. 5. 8. 9. & 12. ſuper ſecundo interrogatorio ſecundi articuli. Nec obſtare, quod dicebatur, non conſtare de turbationibus, & con-
2 tradictionibus Abbatis, & Beneficiatorum Priori, & Capitulo Collegiatæ illatis. Tum quia imò de illis conſtare viſum fuit ex tribus mandatis procuræ datis, & ſubſcriptis per Abbatem, & Beneficiatos, nempè primo 11. Nouembris 1589. in cauſa, quam Vniuerſitas tractabat contra Priorem, & Canonicos Collegiatæ ſuper funere, &c. & ſuper petitione, quam de nouo ipſis poſuerunt Prior, & Canonici, rebuſque alijs deductis in dicta cauſa per Beneficiatos. Secundo, quinta Decembris 1591. ſuper iure, & præeminentijs prætenſis per Canonicos in ſepulturis, alijſque rebus, &c. Tertio quarta Martij 1602. in cauſa, quam Canonici contra ipſos conſtituentes tractabant ſuper ſepelitione mortuorum, &c. & præcedentia in proceſsionibus, & alijs actis, &c. Item ex interrogatorijs nomine Abbatis, & Beneficiatorum datis, in quorum vno dato ſuper ſeptimo articulo remiſſoriç Canonicorum continente dictam quaſi poſſeſsionem controuertitur expreſsè dicta quaſi poſſeſsio. Demum ex appellatione ex parte dictorum Abbatis, & Beneficiatorum interpoſita à dicto mandato de manutenendo, in qua expreſsè dicitur, non conſtare de quaſi poſſeſsione Collegiatæ, & ex commiſsione eorundem Abbatis, & Beneficiatorum dictæ appellationis per eos interpoſitæ, & mihi directa. Ex quibus negari
3 non poteſt, quin Abbas, & Beneficiati ſe oppoſuerint, & eo ipſo, ac reus ſe opponit, turbare dicitur, *Specul. quem Faber in §. retinendæ, num.* 24. *Inſtit. de interd. Menoch. remed.* 3. *retin. num.* 498. Tum quia ex Rotæ obſeruantia neceſſaria non eſt huiuſmodi turbationum,
4 & moleſtationum probatio, teſte *Seraphin. deciſ.* 299. *num.* 12. Minùs obſtat, quòd Abbas non deferat Crucem, ideoque dicatur, non poſſe conſiderari digniorem locum reſpectu Abbatis; quia licèt Abbas non deferat propriam Crucem, vt fuit etiam dictum in dicta deciſione coram Penia, quia remanet Beneficiatus eiuſdem Eccleſiæ, ſicut priùs, & cum eiſdem obligationibus, nec aliquam Eccleſiam, vel beneficium acquirit, ſed ſolum regimen, gubernium, & defenſionem vniuerſitatis Beneficiatorum, & eſſe illius caput, vt per teſtes per Abbatem, & Beneficiatos examinatos, *in ſummario Canonicorum num.* 8. non tamen propterea tollitur, quin Collegiata ſit in quaſi poſſeſsione deferendi ſuam Crucem in proceſsionibus, alijſque actibus publicis in digniori loco, quàm aliæ quæcunque parochiales Eccleſiæ, & in ſpecie in digniori, quàm Eccleſia, in qua exiſtit Abbas Beneficiatorum; & ſic conſideratur dignior locus reſpectu Eccleſiæ, in qua quis eſt Abbas, nec Abbas conſideratur, niſi tamquam beneficiatus illius, & tanquam caput, & defenſor Vniuerſitatis Beneficiatorum, & hac ratione habet intereſſe, & conſequenter non poteſt denegari manutentio Collegiatç in hac quaſi poſſeſsione.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Collegialitas primò, & principaliter probatur, ſi conſtet
5 de priuilegio Eccleſiæ conceſſo in illius fundatione à Summo Pontifice *iux. tex. in l.* 3. *ff. de colleg. illicit. & cap. porrò, de priuileg. tradit Decian. conſ.* 6. *ſub num.* 2. *verſ primò quia, lib.* 2. vbi autem non conſtat de fundationis initio, ſufficiunt coniecturæ, & indicia, *Innocent in cap. poſtulaſti, de iurepatr. Ioann Andr. Abb. & alij in cap. nobis eod. tit. Alexand. conſ.* 75. *num.* 4. *lib.* 4. *Decian. loco citato Card. Mantic deciſ.* 215. *num.* 1. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 274. *ſub num.* 3. *Rot. deciſ.* 584. *&* 585. *vtrobique num.* 2. *part.* 4. *diuerſ. et deciſ* 673. *ſub num.* 2. *part.* 1. *recent. in Aſculana Parochialis Sancti Laurentij* 20. *Maij* 1585. *coram Orano, in Cremonen. Præpoſitura* 24. *Maij* 1621. *coram bon. mem. Remboldo, in Placentina Archipresbyteratus* 17. *Martij* 1623. *coram R. P. D. Pirouano, et in Aſculana plebania* 12. *Ianuarij* 1624. *coram R. P. D Merlino.* Præcipua autem, & potiſſima ſigna, & argumenta Collegialitatis ſunt, ſi canonici pro negotijs communibus congregari cõſueuerint, necnon ſigillũ, & arca cõmunis, ex quibus Eccleſiæ Collegialitas plenè, & concludenter probatur *Decian d. conſ.* 6 *num.* 1. *lib.* 2. *Alexand. d. conſil* 75. *num.* 7. *lib.* 4. *Gregor. XV. deciſ.* 482. *num.* 4. *Mantic. deciſ.* 175. *num.* 1. *Verall. deciſ.* 142. *num.* 2. *part* 1. *Rot. d. deciſ.* 584. *et* 585. *num.* 2. *part.* 4. *diuerſ in d. Aſculana parochialis Sancti Laurentij* 20. *Martij* 1585. *coram Orano in d. Cremonen. Præpoſitura* 24. *Maij* 1621. *coram bon. mem. Remboldo, et in d. Aſculana Plebania coram R. P. D. Merlino, et in Placentina Præpoſitura* 4. *Decembris* 1628. *coram R. P. D. Pirouano.* Item potiſſima collegialitatis coniectura eſt, ſi in Eccleſia adſit aliquis vtì caput, & clerici, vel canonici vti membra *Alexand. d conſ* 74 *num* 4. *lib.* 4. *Mantic. d. deciſ.* 215. *ſub num.* 1. *verſ vndè. & conſiderauit Rota in dicta Cremonen præpoſitura coram bon. mem. Remboldo, & tenuit in d. Aſculana Plebania coram R. P. D Merlino*, vbi quòd ſufficiat numerus trium Canonicorum, *& coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano deciſ.* 296. *num.* 4. *inter eius impreſſ* Item manifeſtum, eſt ſignum Collegiatæ, quando Canonici, ſeu clerici in Eccleſia faciunt propria ſtatuta, *Mantic. deciſ.* 175. *ſub num.* 8. *verſ. item quia habent, & d. deciſ.* 215. *ſub num. etiam* 1. Huiuſmodi coniecturæ, non eſt neceſſarium, quòd omnes ſimul concurrant, ſed ſufficit, aliquas adeſſe, ex quibus id argui poſſit, & veriſimile credatur, *Rot. d deciſ.* 584 *ſub num.* 2. *part.* 4. *diuerſ. Card. Mantic. d. deciſ.* 215. *ſub num.* 5. *verſ. neque etiam, & in dicta Aſculana parochialis* 17. *Maij* 1586. *coram Orano.* Non eſt tamen ſufficiens Collegialitatis indicium actus congregandi ſe ad ſonum campanæ, niſi alia ſigna concurrant ad facien. Collegium neceſſaria, *Caputaq. deciſ.* 295. *num.* 1. *Gonzal. ad reg* 8. *gloſſ.* 19. *num.* 14. *&* 15. *Rota in Calaguritana beneficij de*

Auſol 1. Februarij 1608. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, quam refert Beltramin. in annot. ad d. deciſ. 482. Gregor. XV. lit. C. Item neque per neceſſe deducitur, Eccleſiam eſſe Collegiatam, ex quo in ea adſit vnus tanquam caput, & fructus communiter percipiantur, & diuidantur, cum hæc ſimplici etiam Congregationi conueniant, *Rot. d. deciſ. 673. num. 2.* Nec probatur Collegialitas ſufficienter per famam, & communem reputationem, cum iſta materia habeat certas probationes *Achill deciſ. 10. num. 3. de prabend.* In concurſu autem teſtium deponentium ſuper affirmatiua, & negatiua Collegialitatis, magis ſtandum eſt deponentibus ſuper affirmatiua, *Rot. d. Aſculana parochialis S. Laurentij 17. Maij 1598. coram Orano.* Itē licèt Collegialitas non præſumatur, ſed ſit probanda; hoc tamen fallit in Eccleſijs Cathedralibus, & Regularibus, quæ de iure communi præſumuntur Collegiatæ, *Oſtien in cap. nobis num. 2. verſ. quicquid etiā de iurepatr. & ibi etiam Abb. num. 8. verſ. item Eccleſia, Rot. coram Reuerendiſsimo D. Coccino deciſ. 259. num. 4. & coram Cardinal Caualer. deciſ. 649. num. 5.* Notandū tamen, quòd adhoc vt Eccleſia
6 cenſeri debeat Collegiata, & qualitas huiuſmodi non dicatur mutata, ſufficit, illam eſſe talem habitu tantùm, licèt non actu, quando Collegialitatem non amiſit auctoritate Summi Pontificis, *Innocent. in cap. poſtulaſti, num. 1. de iurepatr. Archidiac. in cap. licèt canon, ſub num. 2. de elect. in 6. Felin. in cap. accedentes, num. 2. verſ. ponit etiam, de praſcript. Maſcard. de probat. concluſ. 594. num. 5. cum alijs per Rotam in d. Cremonen. prapoſitura 25. Februarij 1622. coram bon. mem. Remboldo*, quæ loquitur ad effectum, vt Eccleſia conferri debeat abſque concurſu, *et in d. Aſculana plebania coram R. P. D. Merlino*, quæ loqui-
7 tur ad effectum reſeruationis. Item notandum, quòd Eccleſia dicitur actu Collegiata, quando in ea adſunt Canonici, licèt non reſideant: eorum enim culpa, ſeu abuſus non operatur, quòd Eccleſia deſinat eſſe Collegiata, vt fuit dictum in proximè allegata *Cremonen. prapoſitura 25. Februarij 1622. coram Remboldo, et facit deciſ. 368. num. 5. part. 2. recent.* vbi quod Parochialitas non excluditur ex eo, quòd prouiſi de Eccleſia Parochiali non reſederint, cum id potiùs ſonet in abuſum.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Tiburtina hæreditatis.

Lunæ 16. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Scriptura teſtamenti reperta inter rogitus Notarij mortui, an, & quando fidem mereatur.

SVMMARIVM.

1 *Prothocollum quòd fuerit alicuius Notarij, probatur ex eius inſpectione.*
2 *Recognitio inſtrumentorum de partibus, non eſt opus, quòd fiat per teſtes, qui viderint illa ſcribere, ſed ſufficit notitia, & practica manus.*
3 *Scriptura reperta intus prothocollum, & inter rogitus Notarij, præſumitur ab ipſo rogata.*
4 *Clauſula, Actum, importat perfectionem actus, adeò quòd inſtrumentum poſſit in publicam formam redigi.*
5 *Inſtrumentum quòd fuerit a Notario rogatum, probari poteſt per teſtes in eo deſcriptos.*
6 *Conſanguineus legatarij, imò ipſe legatarius eſt idoneus teſtis in teſtamento, quando agitur de illius fide probanda.*
7 *Hæres vſufructuarius relictus dicitur legatarius, quando dati ſunt hæredes proprietarij.*
8 *Verba, vel circa, incertitudinem important.*
9 *Tempus eſt facilis obliuionis in teſte.*
10 *Temporis defectus in inſtrumento ſupplentur, quando vis non ſit in eo.*
11 *Scriptura Notarij mortui reperta inter eius rogitus, licèt ſit defectiua ſolemnitatis, facit ſemiplenam, quæ ſuppleri poteſt ex coniecturis, & alijs adminiculis num. 12. & de his adminiculis vide num. 14. & tribus ſequentibus.*
13 *Error Notarij partibus nocere non debet, quando conſtat de ſubſtantia actus.*
17 *Falſitatis ſuſpicio ceſſat ex legalitate, & bona fama Notarij.*
18 *Bulla Archiuij non eſt vſu recepta, quando conſtat de legalitate Notarij, & ceſſat fraudis ſuſpicio.*
19 *Apoſtilla, ſeu interlineatura in inſtrumento appoſita probat, quando eſt ſcripta eadem manu Notarij de inſtrumento rogati, maximè concurrente ſtylo eiſdem Notarij, ita faciendi; ſecus ſi ſcripta fuerit aliena manu, vel ſit dubium, a quo ſcripta ſit, quia tunc requiritur approbatio Notarij num. 28.*
20 *Teſtes deponentes de cauſa apoſtillæ, ſeu interlineaturæ à Notario in inſtrumento appoſita, probant ad effectum, vt ei fides adhibeatur.*
21 *Clauſula, Actum operatur perfectionem actus, ſi poſita eſt in fine inſtrumenti, ſecus ſi in principio, vel medio.*
22 *Clauſula Actum, non denotat perfectionem, quando ex inſpectione ipſius ſcripturæ apparet de imperfectione.*

DECISIO CCCCLVI.

TENVERVNT Domini, ſcripturā in forma teſtamenti, de qua agitur, mereri fidem, & ideo conſtare de iniuſtitia ſententiarum latarum, quòd eſſet locus ſucceſſioni ab inteſtato, & non ex teſtamento. In primis autem præſuppoſitum fuit, dictam ſcripturam de menſe Februarij 1617. & ſic ante motam litem fuiſſe repertam intus prothocollum rogituum Notarij Benigni, quod probant duo teſtes conteſtes, inter quos filius dicti Notarij, qui dictam ſcripturam benè deſcribunt, eamque detulerunt officiali loci nuncupati, *Rocca giouane*, vt illius tranſumptum faceret, tanquam Notarius Apoſtolicus, & Imperialis, prout fecit ſub die 14. menſis Februarij dicti anni, & ſolemniter ſubſcripſit cum ſigno tabellionatus, quæ facta fuerunt ad inſtantiam Imperatricis hæredis in dicto teſtamento ſcriptæ, & ſic dd. teſtium depoſitiones coadiuuantur ex dicto ſumpto facto, prout ipſi deponunt. Prout etiam coadiuuantur ex viſitatione facta per Gubernatorem Scarpæ ad id ſpecialiter deputatum de mandato Excellentiſſimi Domini Principis Sulmonę Domini dicti Caſtri, qui parte citata de menſe Iunij dicti anni del 1617. inuenit dictam ſcripturam in domo dicti notarij, in loco per eum ſpecificato, & inter ſcripturas, & prothocolla dicti Notarij, & illius tranſumptum fecit conforme ſupradicto ante motam litem facto. Et comprobat etiam tertius teſtis mulierum ſuper 9. deponens de auditu à Dominico aduerſario, quòd dictum teſtamentum fuit repertum inter ſcripturas dicti Notarij. Et filius dicti Notarij recognouit prothocollum, in quo erat dicta ſcriptura, inter tres libros ſibi exhibitos iuxta 11. Quòd autem illud fuerit prothocollum dicti Notarij, vltra
1 dictum eius filij, patet ex eius inſpectione facta per DD. cum fuerit ex eorum ordine delatum ad Rotam per Notarium cauſæ ad id deſtinatum, & viſum diligenter, vt fuit dictum in *Nepeſina hæreditatis 17. Nouembris coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, & in Romana de.*

San-

Sancto Petro 13. *Februarij* 1610. *coram Reuerendiſſimo*
Domino meo Decano, *quæ eſt deciſ.* 276. *par.* 2. *recent.* &
in alijs etiam ſæpè obſeruatum; & in prima pagina ha-
bet ſignum tabellionatus cum his verbis, *ſignum mei*
Notarij antedicti;& ſubſequitur forma ſubſcriptionis in-
ſtrumentorum,& intus dictum Prothocollum reperiun-
tur quædam alia folia, & media folia volantia, quæ vi-
ſa fuerunt DD. rogata per eumdem Notarium, & om-
nia eſſe eadē manu ſubſcripta. Quòd autem folium,ſeu
medium folium, ſuper quo eſt deſcriptum dictum teſta-
mentum, fuerit manu dicti Notarij, probant tres te-
ſtes, inter quos dictus eius filius, qui benè recognoue-
runt eius manum,& literas inter alia ſimilia folia diuer-
ſis manibus conſcripta, & eis ſimul oſtenſa per noti-
tiam, & cognitionem, quam habent; nec eſt neceſſe,
2 quòd viderint illud ſcribere: ſed ſufficit notitia, & pra-
ctica manus,iuxta cōmunē vſſū Curię,de quo per *Veral-*
lum deciſ. 27. *in manuſcript lib.* 1. *Veſtr.lib.* 6. *cap.* 1. *ſub*
num 8. *& Saluſt. Tib. in pract. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 9. *in*
fine. Prædicta autem ſcriptura continet locum, videli-
cet, domum teſtatoris, necnon teſtes numero ſufficiē-
tes, & habet verbum, *Actum*, per iſta præciſa verba,
fatto il preſente inſtrumento nella caſa di detto teſtatore, alla
præſenza di queſti teſtimonij, quorum nomina ſunt deſcri-
pta. Ex quibus duobus, quòd ſcriptura fuerit reper-
ta intus prothocollum, & inter rogitus, & quòd ha-
beat clauſulam, *Actum*,inferebant Domini, dictam ſcri-
3 pturam fuiſſe rogatam, & teſtamentum confectum,
primam enim ſemper magnifecit *Rota*, *vt in deciſ.* 250.
num. 3. *par.* 1. *diuerſ. Mantic. deciſ.* 3. *num.* 2. *& in deciſ.*
437. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* & ſimiliter ſecundam de clau-
4 ſula, *Actum*,tanquam importantem perfectionem actus,
adeò quòd inſtrumentum poſſit in publicam formam
A redigi, *Mantic. d. deciſ.* 3. *Seraph. deciſ.* 902. *num.* 3. A,
& vtramque *ſimul in deciſ.* 628. *num.* 2. *&* 3. *par.* 2. *&*
deciſ. 714. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Sed omnis difficul-
tas circa confectionē dicti teſtamenti viſa fuit Dominis
5 ſublata ex tribus teſtibus teſtamentarijs, in dicta ſcri-
ptura deſcriptis,quorum duo plenè deponunt de toto te-
nore teſtamenti, conformantes ſe dictæ ſcripturæ, & in
ſpecie de inſtitutione hæredum ore proprio teſtatoris
nominatorum: tertius verò de inſtitutione hæredum in
genere, videlicet, vſufructuaria, & proprietarijs: &
dicti duo vocant ſe in conteſtes, & nominant aliquos
alios ex deſcriptis, vt in iſtis terminis dixit *Alex. conſ.*
B 14. *num.* 18. *lib* 6. *& Rota in dicta Nepeſina*. B, Non
obſtat, quòd vnus ex dictis teſtibus ſit frater vxoris te-
ſtatoris hæredis vſufructuariæ,quia nihilominus eſt ido-
neus in teſtamento,quando agitur de illius fide proban-
da, ſicuti legatarius. *§ ſed neque*, *& ibi gloſ. Ang. & alij*
Inſtit. de teſtam. Alex. dicto conſ. 14. *num.* 20. vbi de ma-
gis communi; & licèt ſit relicta hæres vſufructuaria,
7 tamen cum dati ſint hæredes proprietarij,fuit legataria
iuxta *conſ. Aldobrand.* 36. *num.* 9. *& ſeqq. lib.* 1. Non
obſtat etiam, quòd vnus ex dictis teſtibus videatur de-
ponere de diuerſo tempore, cum dicat,teſtamentum
conditum decem vel 12. annis elapſis; tum quia non
8 ſe reſtringit, ſed alternatiuè loquitur, & per verba, *vel*
circa quæ important incertitudinem *Corn. conſ.* 179.
num. 4. *vol.* 3. *Natt. conſ.* 53. *col.* 2. *verſ. præterea*, *lib.*
1. *Rot. deciſ.* 774. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* tum etiam cum
vis nō ſit hodie in tēpore,quia non exhibetur aliud teſta-
mentum,teſtis non dicitur alijs contrarius,cum tempus
9 ſit facilis obliuionis in teſte, vt fuit conſideratū in *dicta*
dec. 774. & patet, quia dicit,in alijs ſe non recordari. Ex
prædictis dicebāt DD. ſuppleri defectus ſolēnitatū Pō-
10 tificatus,indictionis,mēſis,& diei,prout ſuppleuit Rota
Pontificatum,menſem,& indictionem in *dicta deciſ. Card.*
Mantic. 3. *& in dicta Nepiſina*; quòd teſtamentum non
fuerit repertum inter rogitus, & defectum temporis,
quando vis non eſt in eo, apud *Chiſanen. deciſ.* 72. *in*
manuſcr. ſequen. conſ. Bart. 197. pro quo videtur etiam
facere, *Crauett. conſ.* 274. *num.* 5. *Hond. conſil.* 66.
num. 46. *lib.* 1. quicquid contrarium tenuerint *Spe-*
cul. in §. inſtrumentum, *verſ. quid ergo*, *de inſtr. edit.*
Alex. conſ. 66. *nu.* 2. *vol.* 1. *et alij relati a Bertazz. de clauſ.*
clauſ. 1. *gloſ.* 5. *num.* 21. Maximè quòd negari non po-
teſt, quin dicta ſcriptura Notarij mortui ſola reperta
11 inter rogitus faciat ſemiplenam, etiam ſi ſit defectiua
ſolemnitatis, *Bart. in l. admonendi num.* 34. *ff. de iur.*
iuran. & ibi Iaſ. nu 163. *Imol. num.* 72. *Rip. qui de cōmu-*
ni num. 164. *Alex. conſ.* 54. *num.* 6. *vol.* 1. *& conſ.* 185.
num. 1. *vol.* 7. *Crauett. conſ* 243. *num.* 4. *Tob. Non. conſ.*
79. *num.* 10. *Boer. deciſ.* 118. *num.* 23. *qui de communi*,
Neuizz. conſ. 24. *num.* 18. *qui etiam de communi*, *Me-*
noch. conſ. 42. *num.* 6. *lib.* 1. *Rimin. iun conſ.* 6. *num.* 43.
lib. 1. *Honded. conſ.* 66. *num.* 7. *lib.* 1. *Bertaz. d. gloſ.* 5.
num. 22. Quæ probatio ſuppleri poteſt ex prædictis, &
12 alijs adminiculis, de quibus infra, *Alex. d. conſ.* 54.
num. 19. *Neuizz. d. conſ.* 24. *num.* 15. *&* 18. *& conſ.*
ſeq. num. 9. *Menoch. dicto conſ.* 42. *num.* 6. & declarat
num. 36. quando ſcriptura eſt reperta in prothocollo
13 Notarij, & conſtat,fuiſſe ſcriptam eius manu, ne illius
error noceat partibus, ſentit *Rota in dd. Nepeſina*, *&*
Card. Mantic. Adminicula autem vltra ſupra conſide-
14 rata ſunt,primò dd. teſtes teſtamentarij deponentes de
intereſſentia,& de veritate confectionis dicti teſtamen-
ti *Neuizz. locis citatis*. Secundò alius teſtis, qui depo-
15 nit, dictum teſtatorem infirmum requiſitum, an vellet
facere teſtamentum, reſpondiſſe,ſe prius condidiſſe, &
eſt teſtis partis, quæ coniectura ponderatur per *Surd.*
conſ. 173. *num.* 42. Tertiò alij teſtes ſimiliter partis,
16 licèt de auditu, deponentes de confectione dicti teſta-
menti, qui ſunt primus, & tertius iuxta 11. ex quibus
primus iuxta 12. deponit etiam, quòd in eo fuerint
relicti hæredes Sanctes filius teſtatoris, & Imperatrix
eius nurus, & vſufructuaria Antonia eius vxor. Quar-
17 tò legalitas, & bona fama Notarij, de qua deponunt
omnes teſtes, tàm partis iuxta 9. quam mulierum iux-
ta 6. & 12. *Surd. dicto conſ.* 173. *num.* 41. maximè cum
iam ſit mortuus *Bart. & Doct. ſupra citat. in dict. l. ad-*
monendi, & præſertim ante teſtatorem, vt deponunt
teſtes, & eſt in confeſſo,quo caſu videtur ceſſare ſuſpi-
cio falſitatis;vndè etiam tollitur obiectum defectus Ar-
chiuiaturæ, quia bulla, ſeu bannimenta Archiuij non
18 ſunt vſu recepta, quando conſtat de legalitate Notarij,
& ceſſat fraudis ſuſpicio, *Put. deciſ.* 296. *lib.* 1. *in nouiſ.*
Rota deciſ. 662. *num.* 4. *par.* 1. *recent.* Non obſtat apo-
19 ſtilla, ſeu interlineatura, & appoſitio nominis Impe-
ratricis hæredis, quia DD. intuentibus viſa fuit eadem
manu,& fuit etiam recognita per ſupradictos teſtes,qui
recognouerunt folium teſtamenti, & ideo probat *Bald.*
in rubr. C. de fid. inſtr. num. 52. *& l. noſtram*, *C. de te-*
ſtam. num. 2. *Alex. dicto conſ.* 14. *num.* 28. *in fine*, *&*
conſ. 147. *num.* 11. *lib.* 2. *Caſtr. conſ.* 88. *num.* 2. *ſequuta*
eſt Rota in Peruſina fideicommiſſi 4. *Maij* 1609. *& in di-*
cta Romana de Sancto Petro coram Reuerendiſſimo Domi-
no meo Decano, & prius ſenſerat in *deciſ.* 357. *num.* 1.
C *&* 4. *apud Card. Mantic.* C, & adminiculatur ex ſoli-
to dicti Notarij, apponendi in inſtrumentis ſimiles
interlineaturas, de quo deponit ſecundus teſtis iuxta
13. Et de veritate, quòd Imperatrix fuerit per teſtato-
rem hęres nominata,deponunt duo teſtes,& vnus,quòd
completa ſcriptura teſtamenti teſtator interrogatus à
Sancte eius filio per hæc verba, *che volemo fare detta*
Imperatrice ancora, & ſic apparet,ob quam cauſam fue-

rit appoſitum nomen Imperatricis, & teſtes adducun-
20 tur, non ad proban. inſtitutionem, ſed cauſa dictæ inter-
lineaturæ, & probant *Alex. d. conſ. 14. num. 19.*
Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Gratian. diſcept. 796. num 24 & 25. & 895. num. 16. Mareſcott. variar. reſolut lib. 2. cap 68. num. 6. & fuit dictum in Firmana hæreditatis 7. Iunij 1619. coram bon. mem Dunozetto ſeniori, confirmata coram bon. mem Cardinali Caualerio, vt in deciſ. impreſſ 640. num. 7. & in eadem cauſa coram R. P. D. Pirouano 31. Maij 1624.* Hoc
21 tamen procedit, quando clauſula, *Actum*, eſt poſita in
fine inſtrumenti, ſecus ſi in principio, vel medio, *Pariſ.
conſil 27. num. 17. lib. 2. Honded. conſil. 66. num. 35. lib.
1. Mareſcott. d. cap. 68. num. 8. & admiſit Rota in d Fir-
22 mana hæreditatis coram bon. mem Dunozetto.* Item clau-
ſula, *Actum*, non denotat perfectionem, quando ex inſpe-
ctione ipſiuſmet ſcripturæ apparet de imperfectione *Corn.
conſil. 226. num. 5. lib. 3. Menoch. conſil. 42. num. 23. Honded. d. conſil. 66. num. 35. lib. 1. Rot. deciſ. 268. num 5. part. 2. recent. & in Bononien terrarum 12. Februarij 1629. coram R P. D Vbaldo iuniori.*

B *Rota in Romana legati libraria 10. Maij 1624. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.*

C Et fuit dictum in *Interamnen. cenſus 2. Iunij 1621. coram bon mem. Vbaldo ſeniori*, quod procedit, etiam ſi non adſit
approbatio Notarij, *Aym. conſil 88. num. 2. & 4. Rot. d.
deciſ. 276. num. 3. part. 2 recent. & in d Interamnen. cenſus
coram bon. mem. Vbaldo.* Si verò apoſtilla apparet ſcri-
23 pta manu alterius, quàm Notarij, vel eſt dubium, à quo
ſcripta fuerit, tunc debet eſſe ſubſcripta, & approbata à
Notario rogato, alias nullam fidem facit *Bart. in l. ſi vnus
num. 3. C de teſtament. Rum. conſil. 68. num. 5. lib. 4. Aym.
d. conſil. 88. ſub num. 7. cum alijs per Card. Mantic. deciſ.
357. num. 1.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Maceraten. Saluiani.

Veneris 21. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Creditum cum iuramento contractum non præſcribitur minori ſpatio quadraginta annorum. Hypothecaria actio, deficiente titulo, & bona fide, neque à tertio poſſeſſore præſcribitur, niſi ſpatio annorum 30. & quando dicantur deficere titulus, & bona fides.

SVMMARIVM.

1 *Quadragenaria requiritur ad præſcribendum creditum, in cuius contractu appoſitum eſt iuramentum.*
2 *Reſtitutio in integrum datur, ob ignorantiam, aduerſus præſcriptionem quadragenariam.*
3 *Præſcriptio interrumpitur per ſolam inſtantiam.*
4 *Interruptio præſcriptionis contra vnum ex correis, intrat contra omnes, ita vt omnino excludatur tempus ad præſcribendum ſufficiens, tam antè, quam poſt.*
5 *Hypotheca à tertio poſſeſſore præſcribitur per decennium inter præſentes, concurrentibus tamen titulo, & bona fide, quorum altero deficiente, neque à tertio poſſeſſore præſcribitur, niſi ſpatio annorum 30.*
6 *Titulus nullus, ac vitioſus eſt inſufficiens ad præſcribendum.*
7 *Mala fides inducitur ex tituli inualiditate.*
8 *Mala fides ſequitur ex eo, quòd quis emit rem, quam ſciebat eſſe alienam.*
9 *Hypotheca non præſcribitur contra primum creditorem, quādo ſecundus rem hypothecatam diſtraxit primo inſcio, et non citato.*
10 *Aegidiana vt ceſſet, conſtare debet de notoria iniuſtitia.*
11 *Reſpondendum eſt in dubio contra præſcriptionem*

DECISIO CCCCLVII.

ITERVM propoſito dubio, an eſſet
locus Ægidianæ, Domini ſtando in de-
ciſis affirmatiuè responderunt ratio-
nibus in deciſione deductis. Nec ob-
ſtare dixerunt repetitionem præſcri-
ptionis: quo enim ad præſcriptionem
crediti deficiebat quadragenaria re-
1 quiſita, propter iuramentum in inſtrumento cenſus ap-
poſitum, *l. nam & poſtea, §. ſi is, qui temporali, vbi
Bart. & Caſtr. ff. de iur. iur. Crauett. conſ. 71. num. 2. &
dixit Rota in Romana vinea 19. Decembris 1611. coram
Reuerendiſſimo Attrebaten.* Vlteriùs à die impoſitionis
cenſus vſque ad diem mortis Syluij cenſuarij interceſ-
ſerunt ſolùm anni 23. poſt illius verò mortem Claudia-
nis hæredibus ob præſumptam ignorantiam temporis
2 curſus non oberat, ope ſaltem reſtitutionis in integrum,
Alex. conſ. 71. num. 2. et 3. lib 1. cum alijs relatis per
Odd. de in integr. reſtitut. queſt. 90. art. 5. et Rot. in Romana redditionis rationis 15. Martij 1559. coram Oradino impreſſ. poſt tract. Salu. deciſ. 259. in Recine depoſiti 25. Maij 1600. coram bon. mem Penia, & in alijs; præſertim
cum ex fide baptiſmi conſtet, vnum eorum fuiſſe mino-
rem, & nihilominus præſcriptio fuit interrupta per
inſtantiam anni 1594. exhibitionum inſtrumenti cenſus,
3 à dicto Syluio factam pro graduatione in diſcuſſione bo-
norum Cicotti vnius ex impoſitoribus in ſolidum obli-
gati, *l. cum notiſſimi, in princ. vbi gloſ. in verb. ſolum, C.
de præſcript. 30. annorum cum alleg. in Romana pecuniaria 29. Martij 1593. coram bon. mem. Litta, et in Perusina pecuniaria 10. Iunij 1613. coram me*, quæ interruptio
4 contra vnum ex correis intrat contra omnes, *l. fin.
vbi Doct. C. de duob. reis*, ita vt omnino excludatur tem-
pus ad præſcribendum ſufficiens, tàm antè, quàm
poſt. Quo verò ad præſcriptionem hypothecæ non
videbatur applicari regula, quòd à tertio poſſeſſore per
5 decennium inter præſentes præſcribatur; nam ea pro-
cedit, concurrente titulo, & bona fide: horum autem
altero deficiente, hypothecaria neque à tertio poſſeſ-
ſore præſcribitur, niſi ſpatio annorum 30. *d. l. cum notiſſimi, vbi gloſ. in verb. ſpatium, C. de præſcr. 30. annorum Specul. de præſcr. num. 29. verſ. quandoque 30. Alex. conſ. 78. num. 8 lib. 5. Balb. de præſcript. 4. par. 1. par. principalis quaeſt. 3. num. 1. circa med. verſ. ſi verò ille tertius*;
quæ in propoſito deficere videbantur, quia Colletta
emit domum ab Oliuerio, tanquam hæreditariam Pom-
peij, & ab ipſo captam in tenutam prò eius credito:
ideo cum non conſtet de illius ſubhaſtatione, & adiudi-
catione, imò nec de credito, titulus remanet nullus, ac
6 vitioſus, ſicque ad præſcribendum inſufficiens, *Felin.
in cap. de quarta, num. 35. de præſcript. Aym. de antiquit.
temp. part. 4. §. materia iſta, num. 6. verſ. circa primum,
& conſ. 449. num. 28. et fuit dictum in Rauennaten.
Saluiani 3. Martij 1614. coram Reuerendiſſimo Domino
meo Damaſceno*, & ex illius inualiditate inducitur etiam
7 defectus bonæ fidei, *Pariſ. conſ. 101. nu. 103 et 102. et conſ.*

114. *num.* 8. *et* 10. *lib.* 1. *Aym. dicto* §. *materia iſta, num.*
5. *Oſaſc. deciſ.* 121. *num.* 31. *Rota in dicta Rauennaten.*
8 *Saluiani*, qui ſequitur etiam ex dicta ſcientia rei alienæ
gloſ. in l. ſicut, verb. poſsidentur, C. *de præſcr.* 30. *ann.*
Bart. in l. Celſus, num. 18. *ff. de vſu cap. Balb. de præſcr.* 1.
par. 3. *par. quæſt.* 3. *et in repet. d.* 2. *par. l. Celſus, num.* 20.
verſ. et nota, et num. ſeq. Aym. conſ. 146. *num.* 6. Nec di-
ſplicebat etiã alia limitatio tradita *per Bou. in terminis de*
præſcript. ſtatutaria gloſ. 19. *num.* 291. *limit.* 33. vt non
9 procedat contrà primum creditorem, quando ſecundus
rem hypothecatam diſtraxit, illo inſcio, & non citato,
vt in caſu iſto. Ex quibus, & alijs deductis per infor-
mantes Domini contra præſcriptionem ſteterunt, atten-
to præſertim, quòd diſputatur ad effectum Ægidia-
10 na, quæ vt ceſſet, conſtare debet de notoria iniuſtitia,
11 vt ſæpius fuit in Rota deciſum, & quòd in dubio eſt
contra præſcriptionem reſponden. *Decian. reſp.* 108.
num. 27. *lib.* 3.

Romana pecuniaria.

Lunæ 24. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Res iudicata proueniens ex ſententia, quæ non iuſtificatur, non eſt exequenda; & ex quibus ſententia viſa fuerit non iuſtificata.

SVMMARIVM.

1 *Fides extraiudicialis non iurata, nec recognita non probat.*
2 *Reſtitutioni locus non eſt, traditione non probata.*
3 *Teſtes intereſſati tanquam in propria cauſa deponentes repellantur, etiam ſi per alios veritas haberi non poſsit. num.* 4.
5 *Confeſsio extraiudicialis probari debet ſaltem per duos teſtes de loco, tempore, & verbis conteſtes, & num.* 8.
6 *Periti relatio, vt dicatur legitimè facta, fieri debet parte citata.*
7 *Sententia non iuſtificata redditur iniuſta, & non poteſt tranſire in iudicatum.*

DECISIO CCCCLVIII.

SENTENTIA extra Rotam lata
non fuit viſa DD. iuſtificata, & ideò
reſponderunt, non conſtare de re iudi-
cata, nec eſſe procedendum ad vlte-
riorem exequutionem. Non in primo
capite, dum condemnat Reum con-
uentum ad reſtituen. & ſoluen. actrici
in vna manu ſcuta 15. & in alia ſcuta 95. Quo enim
ad ſcuta 15. duo teſtes, videlicet primus, & ſecundus ni-
hil probant de numeratione dictæ ſummæ, ſed de qua-
dam compenſatione facta per actricem cum prætenſo
creditore Rei conuenti, qui dicebatur debitor eiuſdem
actricis, & primus vltrà exceptionem periurij, de quà
infrà, deponit de auditu à dicto ſecundo teſte, qui eſt
idem, cum quo dicitur facta huiuſmodi compenſatio,
& qui ſic deponit in cauſa propria. Quo verò ad ſcu-
ta 95. primus teſtis patitur exceptionem periurij ex de-
ductis: tertius verò deponit de ſola confeſſione extra-
1 iudiciali Rei cõuenti; fides autem data *in ſummario actri-*
cis num. 8. non eſt attendenda tanquam extraiudicialis,
non iurata, nec recognita; & quia nec etiam con-
cordat cum depoſitionibus teſtium. Non etiam iuſtifi-
catur dicta ſententia in ſecundo capite, dum condemnat
eundem Reum conuentum ad reſtituen. mobilia in ea
relata; quia teſtes non probant traditionem factam
2 per actricem eidem Reo, ad effectum illa pignorandi pro
vtilitate eiuſdem Rei, nec illorum pignorationem, &
receptionem pecuniarum ab ipſo Reo, nec etiam illius
promiſſionem de illis reluendis, vel de reſtituen. illo-
rum æſtimationem. Nam primus, vltrà ſupradictam
exceptionem periurij, eſt quoque intereſſatus, prout
ſunt etiam tertius, & quartus, quia deponunt de pigno-
ribus per eos factis, & de pecunijs acceptis ab Hebræ-
is de aſſerto ordine dicti Rei; & ſic propterea fuiſſent
obligati ad redden. rationem, tàm de bonis, quã de dd. pe-
3 cunijs, vel actrici, vel Reo, & ideò tanquam in propria
cauſa deponentes ad eorum liberationem omninò re-
pelluntur, *Bald. in l. dictantibus* 22. *num.* 4. *verſ. qua-*
tuor enim, C. *de teſtam. cum plurib. per Farinac. de oppoſ.*
contra perſon. teſt. quæſt. 60. *num.* 10. *& Gratian. diſcept.*
forenſ. cap. 144. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 235. *num.* 3. *in fin.*
& 303. *num.* 3. *part.* 2. *in recent.* etiam ſi per alios ve-
4 ritas haberi non poteſt, *Farinac. d. quæſt.* 60. *num.* 61.
Nec etiam dicti primus, ſecundus, quartus, & vltimus
5 probant confeſſionem extraiudicialem dicti Rei, cum
omnes ſint ſingulares, & iſta confeſſio ſit proban. ſal-
tem per duos, de loco, tempore, & verbis conteſtes,
Butr. in cap. licèt ex quadam 47. *num.* 8. *ad fin. verſ. &*
per hoc, de teſtib. Afflict. deciſ 364. *num.* 4. *verſ. tamen*
iſta confeſſio, & alij per Gabr. conſ. 40. *num.* 13. 16. 17.
18. *& per tot. lib.* 2. *& Gratian. d. cap.* 144. *à num.* 52.
vſque ad 58. *Rota deciſ.* 700. *num.* 33. *par.* 2. *in recen-*
A *tior.* A, & fuit ſæpe dictum. Tantò magis cum de
contraria confeſſione actricis deponant teſtes dati *in*
ſummario Rei, quia ea nihil ab ipſo prætendebat.
Præterea nulli ex ſupradictis teſtibus ſpecificant tem-
pus, nec quantitatem, nec qualitatem ipſorum pigno-
rum, & pecuniarum. Tandem non iuſtificatur dicta
ſentẽtia quoad æſtimationem dictorum mobilium, cum
6 in ea non interuenerit peritus ipſius Rei, & non conſtet
de electione periti in ſententia nominati, nec de rela-
tione per eum legitimè facta, & parte citata. Ex qui-
bus DD. reſponderunt, quòd licèt non fuerit interpoſita
7 appellatio, nec commiſſa cauſa infra legitimum tem-
pus, quia tamen ſententia vti non iuſtificata redditur in-
iuſta, *vt fuit dictum in Piſtorien. beneficij* 31. *Maij* 1617.
coram me, non potuit tranſire in iudicatum, & ideò non
eſt exequenda, nec procedendum ad vlteriorem illius
exequutionem *DD. in l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iud.*
Gabr. conſ. 28. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. *Cardinal. Seraphin. de-*
ciſ. 381. *num.* 13. *& deciſ.* 1123. *num.* 3.
Et ita reſoluerunt vtraque parte informante in hac cau-
ſa commiſſa Prælato, qui iuxta formam commiſſionis
Rotam conſuluit.

ANNOTATIO.

A *Cardinal. Seraphin. deciſ* 1272. *num.* 5. *Rot. deciſ* 64. *num*
4. *&* 6. *poſt* 2. *vol. conſil. Farinac. & fuit dictum in Ro-*
mana vineæ, ſeu Saluiani 1. *Iulij* 1620. *coram bon. mem*
Patriarcha Manzanedo, & coram eodem in Romana do-
mus 1. *Decembris* 1623. præſumuntur tamen conteſtes,
8 quando non probantur ſingulares, licèt ſe nullo modo
nominent, nec vnus de altero mentionem faciat, vt in
his terminis dixit *Rotam Viterbien. bonorum* 20. *Martij*
1628. *coram R. P. D. Merlino, & in Romana mutui* 5.
Martij 1629. *coram R. P. D. Durano*, in qua fuit dictum
teſtes ad probandam confeſſionem extraiudicialem, ſuf-
ficere, ſi ſint conteſtes de loco, licèt non de tempore,

quia

quia identitas temporis deducitur ex iuris præſumptione, ſecundùm quam teſtis præſumuntur conteſtes, niſi probentur ſingulares, iuxta doctrinam *Bald. in l. 2. num. 5. C de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul. Alexand. conſil. 185. num. 2. & 6. lib. 7. Surd conſil. 12. num. 42. & conſil. 44. num. 9 & conſ. 173. num. 43. cum alijs per Farinac. de teſtib. quæſt. 64. num. 317. Rot. deciſ. 191. num. 4. part. 1. diuerſ. & deciſ. 390. num. 9. coram Gregor. XV.* Item ſufficit, quòd teſtes in ſubſtantia confeſſionis probandæ conueniant, etiam ſi in cortice verborum diſcordare videantur, *Surd. d. conſ. 12. num. 43. & 45. & 47.* cum alijs *per Rot. in d. Viterbien bonorum coram R. P. D. Merlino.* Et concurrentibus adminiculis probatur etiam per teſtes ſingulares *Rot. in d. Romana mutui coram R. P. D. Durano, cum alijs, quos adduxi ſupra ad deciſ. 341. lit. A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Praten. beneficij.

Lunæ 24. Februarij 1620.

ARGVMENTVM.

Patronis laicis quadrimeſtre ad præſentandum non currit, niſi à die ſcientiæ veræ, non autem præſumptæ, ſeu interpretatiuæ vacationis beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Apoſtolica non iuſtificata denegatur executio.*
2 *Teſtes nulliter examinati non poſſunt adduci contra eum, pro quo nec probarent.*
3 *Fama mortis etiam plenè probata ſemiplenam facit probationem.*
4 *Mors non probatur ex fama, niſi quando illa euenerit in partibus remotis, & longinquis.*
5 *Mortis ſcientia, ex qua inducitur vacatio, debet eſſe certa, & vera, non autem interpretatiua.*
6 *Fama non ſufficit, vbi requiritur ſcientia vera, & certa.*
7 *Patronis laicis tempus ad præſentandum non currit, niſi à die ſcientiæ.*
8 *Scientia vacationis beneficij præſumitur in Epiſcopo, qui tenetur ſaltem ſemel in anno per ſe, vel per alium ſuam diœceſim viſitare.*

DECISIO CCCCLIX.

1 GRATIA Apoſtolica Io. Baptiſtæ nõ fuit (vt Domini reſponderunt) iuſtificata, & ideo dixerunt, eſſe confirmandas ſententias de partibus denegan. illius exequutionẽ. Nam d. gratia, quę eſt ſub datum ſeptimo idus Octobris 1617. fuit iuxta narratiuam conceſſa, cum expreſſa conditione, dummodo tempus datum patronis ad præſentan. tunc lapſum exiſteret: quòd autem tunc lapſum eſſet, non viſum fuit ſufficienter probatũ ex prætenſa reputatione, & fama in terra Prati mortis Dominici vltimi Rectoris circa annum 1611. quia huiuſmodi fama non probatur per teſtes, ſuper quibus in hoc fit fundamentum pro dicto Io. Bapt. Nam examinati ad inſtantiam Stephani præſentati coram Ordinario de anno 1618. in *ſummario d. Io. Baptiſtæ num. 6.* ſunt nulliter examinati ex defectu citationis, & ideo ſicuti pro eo non probarent, ita nec contra ipſum *Achill.*
2 *deciſ. 189. alias 1. de teſtib.* Alij verò examinati in Rota de menſe Iunij anni præteriti 1619. ad inſtantiam eiuſdem Io. Baptiſtæ *in eius ſummario num. 7.* ſunt ſolùm duo, quorum tamen primus nihil dicit de fama d. mortis Dominici, ſolùm quòd publicè in terra Prati tenebatur pro viuo ante annum 1611. Secundus verò tantùm dicit, ſe id audiuiſſe ab omnibus compatriotis, qui cognoſcebant dictum Dominicum: & ſic nihil concludunt, vt patet.
3 Quæ fama etiam plenè probata ſolùm facit ſemiplenam, *gloſ. in l. 3. §. eiuſdem, verb. confirmat, ff. de teſtib. Dec. in cap. veniens, il primo, num. 24. de teſtib.* qui de communi, & quòd ſeruatur in practica, *Rum. conſ. 59. num. 1. & 6. lib. 4. Rota deciſ. 358. num. 5. par.*
4 *2. recent.* & in omnem caſum non probat mortem, niſi quando illa ſucceſſit in partibus remotis, & longinquis, vt per *gloſ. Cyn. Odofr. Bart. Angel. Salic. & alios in l. ſi quidem, C ſolut. matr. Put. deciſ. 508. lib. 2. & 171. nu. 3 lib. 3. in nou. cum alijs per Surd. conſ 530. num. 35.* quod hic dici non poteſt, etiam dato, quòd obierit in Ciuitate Aquilæ, vt ſupponitur, & prout deponit quartus teſtis
5 Stephani. Scientia autem mortis, ex qua inducitur vacatio, debet eſſe certa, & vera, non interpretatiua, *Lap. alleg. 78. num 12. Gabr. conſ. 185. num. 9. lib. 2. Rot. in Signina iuriſpatronatus 12. Iunij 1596. coram Orano,* & tenuit in iſtis terminis in *Firmana altaris 5. Decembris 1594. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto impreſſa apud Garz. de beneſ. par. 10. cap 2 num. 37. & in alia Firmana altaris 10. Maij 1606. coram bon. mem. Penia.* Et vbi
6 requiritur ſcientia vera, & certa, non ſufficit ſcientia per famam; *gloſ. in clem. cauſam in verb. plena, de elect.* vt eam ibi intelligunt, *Card. in verb. intimatio, quæſt. 4. num. 5. Imol. num. 79. in princ. Felin. in cap. cum contingat, num. 4. prope fin. verſ. ſed caue, de reſcript.* Et
7 ideo inferebatur, non potuiſſe currere tempus patronis laicis ad præſentandum, niſi à die ſcientiæ, ſecundùm opinionem, quam Rota tenet, vt per *Caputaq. deciſ. 248. num. 1. par. 3.* in dicta *Firmana coram Penia, & in Aretina Cappellania 1. Iulij 1613. coram me,* in qua aliæ recenſentur. Non obſtat, quòd ſufficiat, mortẽ, & vacationem fuiſſe notas in loco beneficij, iuxta *deciſ. 6. de iurepatr. in nou. & primam & 13. eod. tit. in antiquis,* quia iſtæ deciſiones loquuntur in Epiſcopo, qui tenetur ſal-
8 tem ſemel in anno per ſe, vel per alium ſuam diœceſim viſitare, *vt declarat Card. Mantic. deciſ. 271. num. 4. & 5.* & in eiſdem terminis procedit etiam deciſio in cauſa *Burgen. Canonicatus 27. Martij 1583. coram Bubalo impreſſ apud eundem Garc. par. 5. cap. 4. num. 34.* Animaduertebat etiam vnus ex Dominis, quòd non poteſt conſiderari negligentia patronorum, cum ex prædictis non probetur obitus d. Dominici poſt præſentationem ab eis factam de anno 1609. Ex quibus reſolutum fuit, ſententias eſſe confirman. vt ſupra.

Viterbien. pecuniaria.

Veneris 13. Martij 1620.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Subſcriptiones teſtium non afficiunt, niſi fuerint recognitæ, vel per teſtes, qui viderint ſubſcribere, vel habentes notas manus ſubſcribentium.*
2 *Confeſſio debitoris facta paucos dies ante decoctionem non præiudicat creditoribus.*

3 *Scri-*

Digitized by Google

3 *Scripturæ, vel epiſtolæ probant contra ſcribentes, non au-
tem ad illorum fauorem, num. ſeq.*
5 *Enunciatiua non probat, maximè cum de enunciato prin-
cipaliter dubitatur.*
6 *Venditio habita fide de pretio fieri non poteſt, ſinè ſpeciali
mandato.*

DECISIO CCCCLX.

DOMINI dixerunt, non eſſe relaxan-
dū mandatum executiuum ad fauorē
mercatorum de Fonte contra heredes
Almagioni vti debitoris olim Santo-
rij eorum debitoris. Exiſtimarunt
enim, non conſtare de credito dd. de
Fonte cū dicto Santorio reſpectu ſum-
mę ſcutorum 412.58. ex apocha exhibita, in qua legitur,
dictum Santorium vocaſſe ſe debitorem in dicta ſumma
1 ſub die 13. Martij 1596. tum quia ſubſcriptio, quæ can-
tat ſub eius nomine, & aliæ ſubſcriptiones teſtium in ea
adhibitorum non ſunt recognitæ, nec per teſtes, qui vi-
derint ſubſcribere, nec per habentes notas manus ſub-
ſcribentium; tum quia dicta apocha continens ſimpli-
cem, & nudam confeſſionem debiti in dicta ſumma pro
2 pretio mercium emptarum, abſque aliqua earum ſpeci-
ficatione, eſt confecta paucos dies ante decoctionem, ſeu
publicationem decoctionis dicti Santorij, de mēſe Apri-
lis immediatè ſubſecutam, quæ propterea non præiu-
dicat dictis hæredibus prætendentibus ſe pariter credi-
tores, vt in hoc caſu firmatum fuit ad fauorem dd. de
Fonte contra dictos hæredes *ſub die* 10. *Iunij* 1613. *&
ſub die* 16. *Martij* 1615. *coram me*. Quo verò ad aliud
creditum ſcutorum 774. 28. vigore inſtrumenti cele-
brati Florentiæ 26. Iunij 1596. ab incarnatione ſecun-
dùm ſtylum Regionis viſum fuit obſtare, quòd dicti de
Fonte receperunt Florentiæ ballas 24. lanæ eis à d. San-
torio ex ciuitate Viterbij tranſmiſſas, quas vendiderunt
pretio ducat. 1872. 10. 7. & ſuper eorum libris adno-
tarunt partitam 29. Octobris dicti anni 1596. ad cre-
ditum Santorij, in qua etiam fit mentio ſimilis partitæ,
ſuper eorum giornali deſcriptæ, & patet etiam ex epi-
ſtola per eos ſcripta dicto Santorio ſub dicta die, quem
certiorem reddiderunt de huiuſmodi vēditione, & par-
tita, vt *in ſummario hæredum* 20. *Februarij* 1619. *num.*
3 1. *&* 2. quas partitas, & epiſtolam, indubitatum
eſt, plenè probare contra dictos de Fonte ſcribentes,
*l. publia, §. fin. ff. depoſ. l. ſi epiſtola cum l. ſi aliquid, C.
de donat. & not. communiter ſcrib. in l. admonendi ff. de
iur. iur.* Non obſtat, quòd ipſi haberent cum dicto San-
torio aliud creditum ſcutorum 200. illi ſub cambio mu-
tuatorum in nundinis Fulginei, & quòd pretium dd. la-
narum fuerit applicatum in extinctionem dicti cambij
in ſaldo, de quo infra: & propterea dictum pretium la-
narum non potuerit extinguere creditum, de quo in di-
cto inſtrumento. Nam non fuit viſum legitimè iuſtifi-
cari dictum cambium Fulginei ſcutorum 200. ſcriptura
enim hodie data pro dictis de Fonte *n.* 1. eſt merè priua-
ta, caretque die, menſe, & anno, nec fuit compulſata
Florentiæ, nec apparet, vndè fuerit extracta, nec eſt re-
cognita, imò ex aduerſo opponitur, quòd non fuit pro-
ducta, nec etiam ex eius lectura colligitur, quòd ſit fa-
cta ad fauorem dd. de Fonte Florentiæ, nec de identitate
lanarum, imò numerus videtur diuerſus, quia ſcriptu-
ra dicit de ballis 50. epiſtola verò, & partitæ de ballis
41. Nec etiam iuſtificatur dictum cambium ex epiſtolis
dd. de Fonte directis (vt ſupponitur) Sanctorio, tùm quia
nihil probant ad fauorem ſcribentium, tùm quia in illis
non fit aliqua ſpecifica mētio dicti cambij Fulginei, nec
5 ſummæ, ſed enunciatiuè de quibuſam cambijs, ſeu
recambijs, & ideo non probant, cum de enunciato prin-
cipaliter dubitetur, ex *not. per Butr. & alios in cap.
aliud, de præſumpt. Alex. conſil.* 21. *num.* 4. *lib.* 1. *Pa-
riſ. conſ.* 94. *num.* 19. *lib.* 1. *Card. Seraph. deciſ.* 1278.
num. 2. Nec etiam obſtat, quòd prætenſa ſolidatio facta,
in qua Sanctorius confitetur, pretium dictarum lanarum
debere cedere in extinctionem dicti cambij Fulginei;
nam partita huiuſmodi ſolidationis eſt adnotata ſub die
11. Martij 1596. more Florentino, & ſic more Roma-
no 1597. & conſequenter paulò ante decoctionem,
ideoque non præiudicat, ex prædictis, & firmatis in alijs
deciſionibus coram me in hac cauſa. Non obſtat, quòd
fuerit datum creditū Sanctorio per dd. de Fonte, de pre-
tio dictarum lanarum, *per quando reſcoſſi ſaranno*, vt in
partita, & epiſtolis. Nam reſpondebatur, quòd aut di-
ctum pretium fuit per dictos de Fonte exactum, vel ſta-
tim ceſſit in extinctionem dicti crediti cum iuramento,
& obligatione Camerali, & hypotheca, & antiquioris:
imò in aliam cauſam cedere non potuit, & præſertim
dicti cambij, cum illud non iuſtificetur, vel ex prædictis
non poſſit dici liquidum, & clarum, ſed potiùs turbidum;
aut verò pretium non fuit exactum, & videtur impu-
tan. dictis de Fonte, qui non habebant mandatum à San-
6 ctorio, vt poſſent dictas lanas vendere habita fide de
pretio iuxta notata per *Bart. & alios in l. à Diuo Pio,
§. ſed ſi emptor. ff. de re iud.* ideoque non potuerunt
hoc facere, niſi ipſorum periculo, vel ſaltem deberent
offerre nomina debitorum pretij *Rota Ianuen. deciſ.* 202.
num. 3.

Et ita fuit reſolutum, vtraque parte informante, poſt dila-
tam per duas vices reſolutionem.

Romana donationis de Melchioris.

Lunæ 16. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Inſinuatio non requiritur in donatione facta ex
cauſa ingreſſus Religionis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis non requirit inſinuationem, nec de
iure communi, nec ſtatutario.*
2 *Donatio cauſa mortis non comprehenditur ſub ſtatuto di-
ſponen. de donationibus, & num.* 9.
3 *Statutum recipit interpretationem à iure communi.*
4 *Minor habens curatorem poteſt de iure ſinè eius authori-
tate donare cauſa mortis.*
5 *Donatio ex cauſa Religionis ingreſſus dicitur cauſa mortis,
& illi æquiparatur, declara vt num.* 7.
6 *Religionis ingreſſus dicitur mors ciuilis, quæ naturali æ-
quiparatur, & num.* 14.
8 *Donatio ob Religionis ingreſſum dicitur donatio ob cauſam,
& ideo inſinuationem non requirit.*
10 *Religionem ingredienti an, & quomodo liceat ſuis ad libi-
tum vti, & num. ſeq. Intellectus ad §.* illud Auth. de
Monach.
12 *Verbum (liberum ſit) remouet omnem ſolemnitatem, præ-
ſertim quando diſpoſitio nullum alium ſortiretur effectū.*
13 *Donatio ex cauſa ingreſſus Religionis non requirit inſinua-
tionem, vel ceteras ſolemnitates in donatione inter viuos
neceſſarias.*
15 *Grauatus ſub conditione, ſi deceſſerit ſinè filijs, emittens pro-
feſſionem in Religione bonorum incapaci ſtatim poſt emiſ-
ſam*

ſam profeſſionem, nō expectato obitu naturali, aperit viā
ad fideicommiſſum ſubſtitutis, & vocatis poſt illius
mortem.
16 Legitima debetur filijs ſtatim poſt emiſſam à patre profeſſio-
nem, non expectata illius morte naturali.
17 Legitima competit matri ſtatim poſt emiſſam per filiū pro-
feſſionem in Religione etiam capaci bonorum in communi;
& an hoc procedat, etiam quòd mater ad ſecunda vota
tranſierit.
18 Societas officij non vacat per profeſſionem illius, in cuius ca-
put inita fuit.

DECISIO CCCCLXI.

IN hoc articulo, ad quem fuit reſtricta
diſputatio ſub die 14. Iunij præteriti,
amplexi fuerunt DD. ſententiam, quòd
in donatione facta ex cauſa Religionis
ingreſſus non ſit neceſſaria inſinuatio,
reſeruata inſpectione, an illa ſit reuuca-
bilis. Moti autem fuerunt ratione, lege, & auctoritate.
1 Primò ratione, quia donatio cauſa mortis non requirit
inſinuationem, nec de iure communi, l. fin. & ibi gloſ. in
princ. C. de donat. cauſ. mort. & ibi Odofr. Bart. Bald. &
Ang. in princ. quos Gabriel de donat. concluſ. 1. num. 7. di-
cens, Doct. communiter affirmare, per d. l. fin. eſſe corre-
ctum tex. in l. donatio, C. de donat. Bald. conſ. 169. verſ. item
quòd donatio, lib. 4. Guid. pap. quæſt. 610. Nec ſtatutario,
2 quia ſtatutum diſponens de donationibus non compre-
hendit donationem cauſa mortis Bart. in l. filius fam.
num. 1. ff. de donat. Pic. ad ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 151.
gloſ. 7. num. 46. Iaſ. in l. ſi tibi pecuniam, num. 6. ff. ſi
cert. petat. Tiraq. de ll. connub gloſ. 5. num. 66. & in ſpe-
cie inſinuationis Bald. in d. conſ. 169. & fuit nuper deciſū
coram R. P. D. meo Pamphilio in illa Spoletana donatio-
nis 10. Febr. præteriti; ſtatutum enim recipit interpre-
3 tationem à iure communi, ſcilicet, vt procedat in dona-
tionibus, quæ de iure requirunt inſinuationem, Cuman.
conſ. 28. circa med. verſ. nec videtur obſtare; & facit, quia
etiam de iure minor habens curatorem, poteſt nihilo-
minus ſinè eius auctoritate mortis cauſa donare, ſecun-
dùm veriſſimam, & etiam communem ſententiam, de
qua per Gabr. conſ. 41. num. 12. & ſeqq. lib. 1. Tiraq.
de ll. connub. leg. 7. gloſ. 5. num. 71. Quòd autem dona-
5 tio ex cauſa Religionis ingreſſus ſit cauſa mortis, & illi
æquiparetur, tradd. Ioan. Andr. in c. ſtatuimus poſt princ.
de regular. & ibi Oſt. col. 2. poſt med. verſ. quod de his
quæ legauerat, Anchar. num. 7. verſic. conclude ergo,
Butr. ſub num. 2. verſ. quod ſi quis animo, Abb. num. 4.
Card. prope fin. verſ. 4. quæro, Dec. conſ. 86. num. 5. verſ.
nam dum inquit Benedictus, Bero. in cap. in præſentia, num.
154. & ſeq. de probat. M. Ant. de Amat. deciſ. Marchi. 46.
num. 14. & nouiſſimè latè oſtendit Caſalis Manen. conſ.
6 57. num. 1. Clarum enim eſt, Religionis ingreſſum dici
A mortem ciuilem, quæ naturali æquiparatur A in
Auth. §. ſin autem, & ibi Bart. & Ang. & alij de Mo-
nach. & not. in d. cap. in præſentia, de probat. & in auth.
ſi qua mulier, C. de ſacroſ. Eccleſ. Quod ſinè vlla difficul-
tate procedit, ſtante illa expreſſa conditione (quatenus
7 profeſſionem prædictam in ſupradicto venerabili Mona-
ſterio emittat, & non aliàs, &c.) quæ efficit, vt cenſea-
tur donatio cauſa mortis, Io. Andr. Oſt. & Card. in d.
cap. ſtatuimus Pappon. conſ. 120. num. 7. & ſeqq. pro-
ut etiam in dubio præſumeretur Iaſ. in d. auth. ſi qua
mulier, in fin. Hipp. Rimin. Inſtit. de donat. in princ. num.
375. Menoch. præſumpt. 36. num. 11. lib. 3. præſertim ad
effectum illam ſubſtinendi, quia ſi non valet, vt donatio
inter viuos, fit interpretatio, vt ſit cauſa mortis, Caſtr.
conſ. 75. col. 2. verſ. poteſt dici meliùs, lib. 2. Soccin. conſ.
137. num. 1. lib. 1. Rol. conſ. 8. num. 23. lib. 1. Craſſ. in
§. donatio cauſa mortis, num. 5. vbi dicit, hanc eſſe æquio-
rem, & menti contrahentium magis conſonantem,
Rimin. iun. dicto tit. de donat. in princ. num. 364. cum
alijs pluribus relatis per Amat. d. deciſ. Marchi. 46. num.
43. verſ. ſed vbi donatio. Et comprobatur, quia huiuſ-
8 modi donatio ob Religionis ingreſſum eſt donatio ob
cauſam Calder. conſ. 17. de regular. & ideo non requirit
inſinuationem Bart. in l. Aquilius Regulus num. 3. ff. de
donat. communiter approbatus, vt teſtatur Soc. iun. conſ.
75. num. 152. lib. 1. Clar. in §. donatio quæſt. 16. verſ. ſed
quid dicen. Gabr. de donat. concluſ. 1. num. 62. Carpan. ad
ſtatut. Mediol. cap. 324. num. 64. & 65. Capell. Tholoſ.
9 quæſt. 381. Et quòd huiuſmodi donatio non compre-
hendatur ſub ſtatuto prohibeo. donationes Gabr. conſ.
6. num. 1. & 10. lib. 2. Secundò moti ſunt lege, videlicet
ex tex. in §. illud quoque, Auth. de monach. vbi diſponitur,
10 ingredientem Religionem habere licentiam ſuis vti,
quo voluerit modo: quæ verba debent intelligi abſque
ſolemnitatibus, nam aliàs nihil operarentur, Bart. in l.
1. num. 40. verſ. ſed per Auth. C. de ſacroſ. Eccleſ. Abb. in
d. cap. in præſentia, num. 54. Dec. conſ. 31. num. 3. verſ.
& per illum text. vbi de communi, & per illum text. in
ſpecie Bero. in d. cap. in præſentia, num. 150. verſ. 3. hac
concluſio, & num. 155. & Sim. de Prat. d. conſ. 72. num.
B 8. Caſal. Manens d. conſ. 58. num. 4. B, Et procedit, ne
dum per viam teſtamenti, ſed in omni alia diſpoſitione
etiam inter viuos, Salyc. in d. auth. ſi qua mulier, ſub nu.
6. verſ. & licèt eorum auctoritas, Dec. d. conſ. 31. num. 3.
verſ. & quia in caſu noſtro, qui imò ſentiunt magis in-
dubitanter d. tex. procedere in diſpoſitione inter viuos
Sim. de Prat. vbi ſupra, & Manens d. conſ. 58. num. 7.
11 Accedit tex. in cap. de his, de ſepult. dum ibi in fine di-
ſponitur, ad Religioſa loca ſe transferētibus liberū eſſe,
bona vorū quibuſuis perſonis priuatis cōferre, pōderato
12 verbo, liberum, quod remouet omnem iuris ſolemnitatē,
præſertim vbi diſpoſitio nullum alium ſortiretur effe-
ctum Iaſ. in d. l. 1. num. 20. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. ſi
quando, C. de inoffic. teſtam. cum rel. per Tiraq. in l. ſi vnquā
in præfat. num. 34. & in ſpecie Bero. in d. cap. in præſentia
num. 155. verſ. 5. loco, Sim. de Prat. d. conſ. 72. num. 9. et
Manent. d. conſ. 58. num. 9. Tertiò auctoritate Bero.
Sim. de Prat. Rota Marchi. Manent. in locis præallegatis,
13 qui in huiuſmodi donationibus ex cauſa ingreſſus Reli-
gionis non requiri inſinuationem, vel ceteras ſolemni-
tates in donatione inter viuos neceſſarias, ex prædi-
ctis, & alijs fundamentis concluſerunt.
Et ideo reſolutum fuit, in donatione, de qua agitur, non
fuiſſe neceſſariam inſinuationem, reſeruato, vt de re-
uocatione videatur.

ANNOTATIO.

A Mors ciuilis æquiparatur morti naturali, quando idem
operatur, quod mors naturalis, & de ea tunc idem iudi-
14 catur, quod de naturali, de quo latè Honded. conſil. 62.
num. 20. & ſeqq. & num. 35. lib. 1. Menoch conſil. 227.
num. 45. & conſ. 388. num. 23. Molin de primogen. Hi-
ſpan lib. 1. cap. 13. num. 94. Petr. de Fideic quæſt. 12. num.
620. Hinc infertur, quòd grauatus ſub conditione, ſi de-
15 ceſſerit ſinè filijs, emittens profeſſionem in Religione bo-
norum incapaci, habetur, perinde ac ſi naturaliter obijſſet,
adeo vt, non expectato illius obitu, apertum dicatur fi-
deicommiſſum ſubſtitutis, & vocatis poſt illius mortem
Bart. in l. cum pater, §. hæreditatem, el primo, vbi etiam
Bald. num. 3. ff. de legat. 2. Abb. in cap. in præſentia, num.
58. & ſeqq. de probat. Decian. conſil. 259. & 419. num. 1.

Clar.

Digitized by Google

Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 28. num. 4. Craſſ. de ſucceſſ. ex teſtam. §. teſtamentum quæſt. 37. num 7 Gutier. quæſt. Canonic lib 2 cap. 1 num. 18. 45 & 51. Molin. d. cap. 13. num 60. Surd. conſ 90. num 7. & conſ 557 num. 10. Peregrin. de fideicom art 28. num 63. & de iur. fiſc. tit de deport num 21. Ruſtic in l cum auus. lib. 5. cap. 7. num 1. 2. & 19. Caſtill. quotid. controuerſ lib. 3. cap 12. num. 83. 93. & ſequen Mantic de coniectur. lib. 11. tit. 7. num. 8. latè Honded d conſ 62. num. 16. & ſequen. per tot. lib 2 cum alijs per Sanchez in Decalog lib 7 cap. 3 num. 65. & per Fuſar. de ſubſtit quæſt. 430. num 11. licèt ipſe contrarium teneat, alijs pluribus citatis *ibidem num. 16.* hanc tamen opinionem amplector, quam ſequuta eſt *Rota in Bononien fideicommiſſi de Deſiderijs 20. Martij 1626. coram R. P. D Merlino.*

Inferetur ſecundò, quòd parte Religionem ingreſſo, fi-
16 lijs debetur legitima ſtatim poſt emiſſam profeſſionem, non expectata morte naturali; quia in hoc mors ciuilis æquiparatur naturali, *per tex in cap. cum ſimus de regular.* per quem textum ita tenuerunt *Gloſſ ibi in verb. bona paterna, & Abb in fin. Bald in auth. ſi qua mulier, num. 38. C. de ſacroſ. Eccleſ qui d. text. ad hoc dicit ſingularem idem Abb in cap in præſentia num. 58. & 59. de probat. Couar. in cap 2. num. 7 de teſtament.* qui hanc ſententiam vt æquiorem in vtroque foro dicit ſeruandam eſſe, *Craſſ in §. legitima. quæſt. 12. num. 6. verſ. contrariam verò, Carpan ad ſtatut Mediolan cap 485. num 85. & 506. cum alijs per Honded conſil 60. & 61. per tot. lib. 2. Merlin de legit lib 5 tit 3. quæſt. 3. num. 8. 11. & 22. Facchin. controuerſ iur lib. 6. cap. 13 Argel de acquiren poſſeſſ quæſt 8 art. 21. num. 660. & ſecuta eſt Rota in Tridentina legitima 31. Ianuarij 1607 coram Ortembergo. & in Nouarien legitima 15. Decembris 1628. & 4. Aprilis, & 11. Maij 1629. coram R P. D. Ghiſilerio* ſequendo deciſiones in eadem cauſa factas 3 *Decembris 1627. 5. Iunij & 3. Iulij 1628. coram R P. D. Pirouano.* in quibus articulo maturè diſcuſſo, per ſupradictas auctoritates
17 fuit reſolutum, legitimam, quæ competit matri, ob mortem naturalem filiorum, competere etiam ob mortem eorundem ciuilem, nempè ſtatim emiſſa per eos profeſſione in aliqua Religione etiam bonorum in communi capaci. Et hoc procedit, non obſtante tranſitu matris ad ſecunda vota, quia nihilominus quando filij emiſerunt profeſſionem in Religione capaci bonorum in communi, parenti ſecundò nubenti ex bonis eorundem filiorum debetur legitima, vt fuit reſolutum *in d. Nouarien. legitima 15. Decembris 1628. coram R P D. Ghiſilerio*, & alijs ſupradictis *coram R. P D. Pirouano.*

Principalis concluſio non habet locum in ſocietate offi-
18 ciorum, quæ non dicitur extincta ob profeſſionem in Religione illius, in cuius vitam tertius ſocietatem inierat, *Caſtracan de ſociet. offic quæſt. 14. num. 13. & reſoluit Rot. deciſ 143. part 2. recent & admiſit in d. Bononien fideicommiſſi de Deſiderijs coram R. P. D. Merlino*, quia mors deducta ab homine in conditione non intelligitur de ficta, ciuili, ſed tantùm de vera naturali, *Cephal. poſt alios conſ 395. num 31. & ſeqq* & mors ciuilis non æquiparatur naturali, niſi in caſibus a iure expreſſis. *Gloſſ in cap. placuit el ſecondo in verb mortuus, 16. quæſt. 5. & in cap. ſuſceptum in verb. non morte. de reſcript in 6. cum alijs per Fuſar d. quæſt. 430. num 15 Rot d deciſ 543. ſub num. 2. part. 2. recent & coram Card. Caualer deciſ. 104. num. 9.* vel ſaltem quando militat eadem ratio *Menoch. conſ 388. num. 23. Honded. d. conſ 43. num. 40. lib 1* hic autem non militat eadem ratio; quia ille, in cuius caput ſocietas inita fuit, nihil præſtat, & nihil ei acquiritur, ſed ſolùm ab illius vita, & obitu naturali regulatur ſocietas, vt durent, ſiuè extinguatur; & ex illius profeſſione nihil penitus immutatur; ideo nec extinguitur ius ſociorum.

B Et ſecuta eſt *Rota in Bononien. bonorum 10. Iunij 1624. coram R. P. D. Pirouano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien. dotis.

Lunæ 16. Martij 1620.

Argumentum præbet Summarium.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Cameræ vigore ſuarum facultatum eſt ſolus Iudex in Curia in cauſis executiuis, priuatiuè quoad alios, non tamen extra Curiam.*

2 *Iudex ſubrogatus habet eandem facultatem Iudicis, cuius loco ſubrogatur.*

3 *Auditoris Cameræ facultates procedēdi executiuè in cauſis, in quibus in alijs Tribunalibus executiuè proceditur, intelliguntur de alijs Tribunalibus Vrbis, non autem extra Vrbem.*

DECISIO CCCCLXII.

POST reſolutiones factas, quòd Aloyſio debitum eſſet lucrum dotale conuentum, & quòd eſſet relaxandum ad eius fauorem mandatum executiuum contra bona hæreditaria q. Claudiæ eius coniugis: cum illius expeditio peteretur, dubitatum fuit, an obſtarent facultates A. C. qui ſolus eſt deputatus in cauſis obligationis Cameralis, & executiuis in eis expreſſis; & DD. reſoluerunt, illas minimè obſtare. Nam vigore
1 dd. facultatum A. C. non eſt Iudex ſolus, & priuatiuè extra Romanam Curiam in huiuſmodi cauſis executiuis quoad Iudices de partibus, quin poſſint coram illis intentari, & introduci: nec poteſt illas de partibus auocare, & reaſſumere, & dd Iudicibus inhibere, ne in illis procedant; ſed eſt iudex in Curia ſolus, & priuatiuè obligationum Cameralium, & aliarum executiuarum ibi expreſſarum (inter quas non videtur compreħenſa iſta, de qua agitur) & illas ab alijs tribunalibus reaſſumit, eiſdemque inhibet, ne in eis procedant iuxta dd. facultates, prout clarè oſtēdetur; cum quia in eis excipiuntur cauſæ Ciuium Romanorum ſecundùm conſtitutionem fel. rec. Pij IV. tum expreſsè ex illis verbis (ita, vt quaſcumque cauſas, quæ de cetero perpetuis futuris temporibus in eadem Curia ſuper ipſis obligationibus, &c.) & videtur quoque de mente Sāctiſſimi *in reformatione in tit. de A. C. in verſ. vt tollantur*, dum ad tollen. diſcordias inter Tribunalia Vrbis diſponit, executionem obligationis Cameralis ad ipſum A. C. priuatiuè ad alia Tribunalia pertinere, exceptis caſibus, de quibus ibi, & ſic ſenſit, non poſſe oriri huiuſmodi diſcordias inter A.
A C. & Tribunalia extra Vrbem. A, Et omnem difficultatem videtur ſuſtuliſſe obſeruantia, ſecundùm quam huiuſmodi cauſæ à Iudicibus de partibus nunquam auocantur, & eſt notoria, de qua etiam egomet teſtari poſsū, qui per tot annos, quibus fui Locumtenēs eiuſdē A. C. nunquam huiuſmodi cauſas à Iudicibus de partibus reaſſumpſi, nec pro reaſſumptione inſtantiam fieri audiui, ita, vt ſi contrarium nunc ſtatueretur, eſſet ſobuertere totum ſtatum Eccleſiaſticum. Et ideo cum cauſa iſta fuerit cœpta ad inſtantiam Co. Aloyſij coram Gubernatore Centi, vbi fuerat celebratus contractus,

ad

ad inſtantiam Dominorum de Carandinis ab eo vigore Eugenianæ auocata,& in Rota cōmiſſa,à qua ipſi man-
2 datum de immittendo obtinuerunt, & ſic Rota fuerit ſubrogata loco d. Gubernatoris Centi, poteſt executiuè procedere, quemadmodum dictus Gubernator. *Felin. in cap. cum dilecta num. 7. in 7. ampliat. de reſcrip. Gabr. de reg. iur. concluſ. 2. num. 31. in 12. ampl.* Quòd autem non fuerit actum executiuè, ſed ordinariè, viſum fuit extra præſens dubium.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Et quòd facultates Auditoris Cam. procedendi executiuè
3 habeant ſuum locum quoad alia Tribunalia Vrbis, fuit in ſimili dictum *in Lucana dotis 19. Ianuarij 1629. coram R. P. D. Virili,* in qua Rota dixit, Auditorem Cameræ non potuiſſe executiuè procedere vigore inſtrumenti, in quo non aderat obligatio Cameralis, vel guarentigia, licèt in cauſa dotis, de qua agebatur, vigore ſtatuti Lucani executiuè procedi potuiſſet, & idem A. C. habeat in facultatibus procedendi executiuè in cauſis, in quibus in alijs Tribunalibus executiuè proceditur. ex quo eius facultates loquuntur de alijs Tribunalibus Vrbis, non autem extra Vrbem.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Carpentoraten. Prioratus.

Veneris 20. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Beneficia Regularia adminiſtrationem habentia conferri poſſunt clericis ſæcularibus, qui tamen habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere parati ſint.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia regularia requirentia expreſsè qualitatem actualis profeſſionis de tempore collationis quænam ſint.*

2 *Prioratus Regularis adminiſtrationem non habens conferri poteſt clerico ſeculari, cum onere tamen habitum aſſumendi, & profeſſionem emittendi.*

3 *Beneficia presbyteratum, vel alium certum Ordinem annexum habentia impetrans, non requiritur, quòd illum habeat tempore prouiſionis, ſed ſufficit, quòd poſtea promoueatur.*

4 *Conſtitutio Conciliaris expreſſam derogationem requirit.*
Hoc tamen fallit quoad Concilium Tridentinum, cuius expreſſa derogatio non requiritur; ſed ſufficit generalis derogatoria. Non obſtan. &c. *num.* 5.

DECISIO CCCCLXIII.

DOMINI ſteterunt in decretis ſub die 19. Aprilis præteriti, gratiam videlicet Stephani eſſe validam, cum præſuppo-
ſito tamen, quòd iſte Prioratus non
1 habeat adminiſtrationem, & ſic non veniat ſub diſpoſitione *Clem. 1. §. ceterum verſ. ſane de ſtat. monach. & Sac. Conc. Trid. cap. 21. ſeſſ. 25. de regular.* requirentium expreſsè qualitatem actualis profeſſionis de tempore collationis, quæ loquitur tantùm de Abbatijs, & de beneficijs adminiſtrationem habentibus, vt patet in verbis, & cenſuit Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Interpretum, prout in declaratione relata *per Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 8. num. 78.* vbi & ipſe multis illam rationibus comprobat, *& per Garz. de beneſ. part. 7. cap. 10. num. 10.* ideoque potuerit per Reuerendiſſimum Dominum
2 Prolegatum conferri dicto Stephano, licèt non actu profeſſo, cum onere tamen aſſumendi habitum, & profeſſionem emittendi, iuxta *illud decretum eiuſd. Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 10. de reformat.* quo ſtatuitur, huiuſmodi beneficia regularia conferri Religioſis tantùm illius Ordinis, vel his, qui habitum omninò ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur, quod ad hoc propoſitum refert idem *Gonzal. d. gloſ. 8. num. 77. & num. 86.* & ſecundùm iſtud decretum, cenſuerunt Domini, intelligendam eſſe conſtitutionem Iulij III. ſtatuentem, quinque Prioratus vnitos menſæ Conuentuali de Grexo Ordinis sācti Auguſtini, inter quos eſt hic, de quo agitur, non poſſe conferri, niſi religioſis expreſſè profeſſis pro tempore exiſten. ſcilicet actu, vel habitu profeſſis, quique habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere parati ſint, quemadmodum declaratur *clem. 1. de ſupplen. neg. præl. vt dictum fuit.* Et comprobatur, quia etiam
3 de iure communi in beneficijs habentibus persbyteratum, vel alium certum ordinem annexum non requiritur, quòd impetrans illum habeat tempore prouiſionis, ſed ſufficit, quòd poſtea promoueatur, quia illa annexio intelligitur habitu, & non actu iuxta *doctr. Abb. in cap. cum in cunctis, §. inferiora, num. 10. vbi etiam Dec. num. 21. de elect.* & in his terminis *Gonzal. d. gloſ. 8. num. 77. & 78.* Quæ interpretatio clarior in præſenti reddebatur ex obſeruantia in deciſione deducta, cui hodie nihil noui releuans opponebatur. Subſiſtere denique viſum fuit Dominis aliud quoque fundamentum derogationis
4 dictæ conſtitutionis, reſultantis ex clauſulis derogatorijs ampliſſimis in literis prouiſionis Stephani appoſitis: nam quod nunc opponebatur, neceſſariam fuiſſe expreſſam derogationem Conſtitutionis Conciliaris, iux. *doctr. Archid. in cap. 1. de conſtit. in 6. cum alijs per informantes allegat. & nouiſſimè coram me in illa Vrbinaten. iuriſdictio-*
A *nis 10. Februarij præteriti* A, tollitur ex prædictis, cum huiuſmodi prouiſio non ſit contra diſpoſitionem *Sac. Conc.* ſed ei potiùs conformis.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum, cum dicto tamen præſuppoſito, vt ſupra.

ANNOTATIO.

A *Cardinal. Caualer. deciſ. 101. num. 2. & deciſ. 229. num. 4. et deciſ. 601. n. 2.* hoc tamen non procedit quoad Concilium
5 Tridentinum, cuius expreſſa derogatio neceſſaria non eſt, ſed ſufficit generalis derogatoria, *Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, &c.* propter decretum eiuſdem *Concilij ſeſſ. 25. cap. 21. de reformat.* quod in omnibus in Concilio contentis voluit, ſaluam ſemper eſſe auctoritatem Sedis Apoſtolicæ, *ita Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 6. num. 120. Gratian. diſcept. 940. num. 15. & 16. & 990. num. 13. & tenuit Rota in Sancti Angeli penſionis 16. Decembris 1594. coram Cardinali Pamphilio ſeniori, quam ſecuta eſt deciſ. 179. num. 6. & 687. num. 25. part. 2. recent. in qua alia ſunt relata, & coram Cardinal. Caualer. deciſ. 182. num. 3. deciſ. 601. num. 3.* in qua fuit etiam dictum, id procedere, quando conſtat, Papam derogare voluiſſe, & ideo in eo caſu Rota cenſuit, non fuiſſe derogatum Concilio, ex quo Papa derogauit Concilijs ſynodalibus, & Prouincialibus tantùm, non autem generalibus, vndè videtur noluiſſe illis derogaſſe.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ro-

Romana reſeruationis fructuum.

Veneris 27. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Penſionarius agens contra ſucceſſorem in beneficio, qui reſeruationi non conſenſit, tenetur iuſtificare literas reſeruationis, niſi fuerit in quaſi poſſeſſione exigendi per 30. annos; & an, & quando dicatur probata huiuſmodi quaſi poſſeſſio; & alia, de quibus in sũmario.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatarius fructuum agens contra ſucceſſorem in beneficio, qui non conſenſit dictæ reſeruationi, tenetur iuſtificare literas reſeruationis.*

2 *Quaſi poſſeſſio longi temporis exigẽdi fructus reſeruatos, an, & quando eximat ab onere iuſtifican. literas reſeruationis.*

3 *Quaſi poſſeſſio an, et quando probetur per quietantias de recepto.*

4 *Actus facti poſt litem motam non ſuffragantur.*

5 *Solutio cenſetur facta in executionem contractus antecedentis, maximè ſi id eſt vtilius ſoluenti.*

6 *Obſeruantia æquiuoca non releuat.*

7 *Tranſactione inita, eius vigore ſolùm agi debet.*

8 *Tranſactio, quæ tendit ad diminutionem penſionis, fieri poteſt abſque beneplacito Apoſtolico.*

9 *Penſio extinguitur per promotionem reſeruatarij ad Epiſcopatum de ſtylo Curiæ, ſecus de iure communi, num.* 11.

10 *Literæ Apoſtolicæ ſemel executæ non poſſunt denuo executioni demandari ad inſtar remedij*, l. fin. C. de edict. *quod ſemel immiſſo non conceditur.*

12 *Penſionis retẽtione cõceſſa nõ venit facultas illã trãsferẽdi.*

13 *Beneficia non vacant per promotionem ad Epiſcopatum in terris infidelium.*

DECISIO CCCCLXIV.

EX fundamentis reſolutionis factæ *ſub die* 19. *Ianuarij* 1618. ſuper denegata exequutione ſententiæ A. C. cenſuerunt DD. literas Apoſtolicas reſeruationis medietatis fructuum loco penſionis ad fauorem Reuerendiſſimi D. Marcelli tunc Epiſcopi Aſſiſien. ſuper Parochiali Sancti Stephani in Piſcinula non eſſe exequendas. Primò quia cum
1 d. D. Epiſcopus agat contra modernum Rectorem d. Parochialis tertium ſucceſſorem, qui non conſenſit d. reſeruationi, tenetur iuſtificare dd. literas, ex pluribus relatis in dicta deciſione, & quamuis ipſe nũc ad eximen-
2 dum ſe ab huiuſmodi onere deduceret quaſi poſſeſſionẽ 30. annorum, iux. alias deciſiones ibidem relatas, tamen ea non viſa fuit DD. ſufficienter probata, prout omnino tanquam quid facti ab allegante probari debebat *l. deniq; ff. ex quib. cauſ. maior. l. libello, §. facta, ff. de capt. & poſtl. reuer. cum vulg. Soccin. conſ.* 12. *num.* 2. *lib.* 1. *Card. Mantic. deciſ.* 105. *num.* 1. Nam primò ab anno 1562. reſeruationis dd. fructuum vſque ad annum 1580. nulla exactio, nec aliud quidquam oſtenditur. Quie-
3 tantiæ verò factæ per D. Epiſcopum de anno 1580. de quibus *in eius ſummario num.* 2. ſunt pro canonibus cuiuſdam domus magnæ, & aliarum duarum domuncularum & ſunt tres in totũ, & videntur confeſſiones de recepto, nec percutiunt niſi d. annũ del 1580. ab hoc verò anno nulla exactio datur vſque ad annum 1600. 24. Octobris de quo exhibetur quidam ordo Io. Iulij Roſæ de ſoluen. ſcuta 11. ℔. 22. cũ dimidio D. Camillo, vti patri, & procuratori D. Epiſcopi reſeruatarij, pro domo ab ipſo Roſa poſſeſſa ſub proprietate huius Eccleſiæ, directo inquilino eiuſdem domus cum ſolutione facta Io. Baptiſtæ Tolcinæ de mandato d. Camilli *vt in d. ſummario num.* 6. ſed iſta videtur ſimiliter confeſſio, & non conſtat de procura dicti Camilli, & non continet niſi ſolutionẽ dd. ſc. 11. ℔. 22. cũ dimid. ab anno autem 1616. dantur aliæ quietantiæ ſolutionis canonum d. domus magnæ, & duarum paruarum videlicet 26. *Octobris dicti anni* 26. *Nouembris* 1618. *&* 11. *Iunij* 1619. *vt d. ſummario num.* 2. ſed vltra quod non conſtat de mandato Alphonſi, cui tanquam procuratori D. Epiſcopi dd. ſolutiones factæ fuerint, ſufficit vnica reſponſio, quòd
4 ſunt poſt litem motam de anno 1615. & ſic nihil ſuffragantur, *Card. Mantic deciſ.* 207. *num.* 10. & ideo cum iſtæ quietantiæ non ſint continuatæ per ſpatium 30. annorum, nec probent exactionem totius medietatis fructuum, non concludunt ſufficienter obſeruantiam dd.
5 literarum, præſertim quia poſſunt referri ad tranſactiones antecedentes, de quibus infra *ad l. qui in aliqua, §. ſi is qui, cum ibi not. ff. de acquir. hæred. Decian. reſp.* 51. *num.* 41. *lib.* 3. maximè cum hoc eſſet vtilius ſoluenti, *Crauett. conſ.* 106. *num.* 9. *Decian. reſp.* 60. *num* 27. *lib.* 2. *Surd. deciſ.* 326. *num.* 8. *&* 9. adeò vt obſeruantia reddatur æquiuoca, & conſequenter non releuet *Rot. deciſ.*
6 294. *num.* 6. *par.* 2. *diuerſ.* Inſtantia autem ceſſionis litis del 1581. per Attauantes factæ ad fauorem Eccleſiæ, cum promiſſione Rectoris, & dicti Camilli vti patris D. Epiſcopi certæ penſionis in compenſam eiſdem Attauantibus ſoluen. & ſolutiones iuxta illius formam ſubſecutæ, de quibus *in dicto ſummario num.* 3. (præterquam quod ſimiliter non conſtat de mandato dicti Camilli) nihil faciunt ad probandam obſeruantiam literarum circa exactionem medietatis fructuum reſeruatæ. Secundum fundamentum fuit tranſactionum del 1578. & 1580. initarum inter D. Epiſcopum, & Rectorem prædeceſſorem, quæ, & præſertim ſecunda, proſunt quoque moderno Rectori illis vtenti, vt dictum fuit in alia deciſione; earum namque perpetua obſeruantia fuit hinc inde promiſſa, & ex illarum vigore
7 ſolùm agendum nunc eſt *cap.* 1. *de tranſact. Bald. in rubr. eod. tit. num.* 8. *verſ. præterea, Iaſ. in l. ſub prætextu la prima num.* 2. *C. de tranſact. Cardinal. Mantic. de tacit.*
8 *lib.* 26. *tit.* 7. *ſub num.* 4. Quæ etiam, cum ad diminutionem potiùs penſionis tenderent, fieri potuerunt abſque auctoritate Apoſtolica *Præpoſ. in cap. Agatho* 21. 63. *diſt. Gig. de penſion. quæſt.* 45. *num* 5. *verſic. iſtis tamen, & num. ſeqq. & quæſt.* 99. *num.* 8. *Gomeſ. in reg. de infirm. quæſt.* 16. *num* 4. *verſ. hinc eſt*, qui dicit, ſæpe Rotam tẽpore ſuo *Præpoſ.* doctrinam approbaſſe, *Rota deciſ.* 454. *num.* 7. *&* 471. *num.* 10. *par.* 1. *diuerſ.* Tertiò dicebant DD. quòd cum Rector poſſit allegare extinctionem d. reſeruationis fructuum per promotionem D. Marcelli ad dictum Epiſcopatum, ipſe D. Marcellus adducens gratiam retentionis illius, tenetur eam
9 iuſtificare, cum alioquin d. reſeruatio extincta reman-
A ſiſſet, A *Gig. de penſ. quæſt.* 56. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 233. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 143. *in princip. par.* 2. *in recentior.* Addebant denique aliqui, quòd eo ipſo, quòd D. Epiſcopus allegat, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione
10 trigenaria exigendi huiuſmodi medietatem fructuum, neceſſariò admittat, literas fuiſſe iã exequutas; ac propterea illæ non poſſint denuò executioni demandari ad inſtar remedij *l. fin. C. de edict. &c.* quod ſemel immiſſo non conceditur, *§. ſequẽns Inſtit. de inter. Specul. in tit.*

de teſtam. §. ſequitur num. 32. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 506. Peregr. de fideicom. art. 46. num. 7. Card. Seraph. deciſ. 1260, *num.* 4. vbi quòd ita fuit ſępius in Rota reſolutum.

Et ita vtraque parte informante concluſum.

ANNOTATIO.

A Beneficia, & penſiones vacant per ſolam promotionem
11 ad Epiſcopatum, non expectata poſſeſſionis apprehenſione, niſi detur retentio, vt dixit etiam *Rota in Terdonen. penſionis* 2. *Decembris* 1585. *coram Cardinali Blanchetto, et in Carthaginen. penſionis* 13. *Februarij* 1604 *coram Cardinali Pamphilio ſeniori*, ſicut etiam extinguitur facultas transferendi penſiones, *Verall. deciſ.* 385. *num.* 15. *et* 404. *num.* 2. *part.* 2. Hoc autem procedit de ſtylo Curiæ Romanæ, vt loquuntur deciſiones allegatæ, & Doctores in eis adducti, ex quo Papa in promotione conſiſtorialiter decernit, illa vacare eo ipſo à die promotionis: ſecus enim eſt de iure communi, iuxta quod ad effectus prædictos non ſufficit ſola promotio ad Epiſcopatum, ſed requiritur etiam aſſecutio, *Can. ſi qui Epiſcopi, et ibi Gloſſ verb. vbi prius* 92. *diſt et in Can ſi quis iam translatus verb translatus* 21. *quæſt.* 2. *Innocent. in cap. cum in cunctis §. cum verò, de elect. et fuit dictum in Capuaquen. Abbatiæ* 25. *Maij* 1620. *coram bon. mem. Dunozetto ſeniori*, & ideo Rota *apud Cardinal Seraphin. deciſ.* 110. *num.* 2. articulo maturè diſcuſſo declarauit, prædictum ſtylum procedere, quando Papa in actu promotionis, vel tranſlationis decernit, vacare beneficia: aliàs vbi non adeſt expreſſum decretum vacationis, ſtandum eſſe diſpoſitioni iuris, & ideo ad inducendam vacationem requiri adeptionem poſſeſſio-
12 nis. Notandum autem, quòd ſi in promotione datur ſimpliciter retentio penſionis, non venit facultas transferendi in reſeruatione conceſſa, quia tanquam odioſa non venit ſub verbis generalibus etiam ampliſſimis, ſed eget ſpeciali, & indiuidua mentione *Caputaq. deciſ* 205. *num.* 4. *et deciſ.* 321. *ead part.* 2. *Rot. deciſ.* 143. *ſub num.* 1. *part.* 2, *recentior. et in d. Carthaginen. tranſlationis penſionis* 13. *Februarij* 1604. *coram Cardinali Pamphilio*. Item
13 notandum, quod per promotionem ad Epiſcopatum in terris infidelium exiſtentem non vacant beneficia, *Anaſtaſ Germon de indult. Cardinal §. ſi verò, num.* 26, *Nauar. conſil.* 14 *num.* 3 *de elect. Ioan à Coch ad reg.* 24. *Cancell num* 26. *Pariſ de reſignat lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 9. *&* 89 *Azor. inſtit moral part* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *quæſt.* 12 *Garz. de benefic part.* 1. *cap.* 6. *num.* 44. *Barboſ de offic. Epiſc part.* 3. *alleg.* 57. *num.* 74.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana laudi.

Lunæ 30. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Agitur de liquidatione effectuum rationis banchariæ, & expenſarum in eis factarum.

SVMMARIVM.

1 *Effectus rationis banchariæ incepti, & pręparati ante illius finem pro rata ſpectant ad ſocios, etiam ratione iam diſſoluta.*
2 *Calculo per informatum facto ſtatur.*
3 *Libro adminiſtratoris ſtatur circa expenſas per eum factas, quando ſunt veriſimiles, etiam quòd ſint magnę, num.* 6.
4 *Liquidatio expenſarum an, & quando leuiores probationes, & ſolas coniecturas admittat.*
5 *Pretium iuſtum, & verum dicitur, quanti res vendi poteſt ſecundum communem ęſtimationem.*

DECISIO CCCCLXV.

INTER alios effectus rationis Banchariæ, qui poſt eã finitam penes Dominos de Donis remanſerant, & quorum rata ſpectabat ad D. Albericum, etiam quòd ratio eſſet iam diſſoluta,
1 ex quo ante illius finem erant incepti, & præparati, *ad tex. in l. actione, §. ſi in rem, & in l. verum, §. in heredem, ff. pro ſoc. Ruin. conſ.* 90. *num.* 11, *verſic. non obſtat inſuper, & conſ* 91. *num.* 11. *verſ. item non obſtat, lib.* 1. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 6. *tit.* 24. *num.* 33. *Rota in Romana participationis* 9. *Maij* 1583. *coram bon. mem. Bubalo, in Romana Accomanditę* 13. *Ianuarij* 1614. *coram R. P. D meo Pirouano, & in alia Romana participationis* 26. *Iunij eiuſdem anni* 1614 *coram R. P. D. meo Vbaldo*. Aderat in diuerſis locis maxima quantitas Salis, Salnitri, ac Pulueris tormentariæ, de quibus omnibus iuxta diuerſas eorum ſpecies facta fuit per arbitrum diſtincta, & diuerſa æſtimatio in eius Lando, *vt in ſummario num.* 1. 4. *et* 7. Verùm quia D. Albericus prætendebat, ſe maximè læſum in iſta æſtimatione: propterea dubitaui, quo pretio prædicta eſſent valutanda, ita quòd in hac parte dictum laudum eſſet reuocandum, vel confirmandum. Et Domini, eo ſolùm informante, cenſuerunt, de læſione conſtare. Quo enim ad Salem, dicta æſtimatio (vt patet ex eius lectura) eſt facta pro ſatis minori pretio, quo non ſolùm prætenditur vendi ſolere per ipſos Appaltatores, iuxta fidem extraiudicialem modernorum Appaltatorum, cuius copia data fuit, ſed etiam eo, quod ſoluere debuiſſent noui Appaltatores prædictæ Rationi pro omni quantitate dicti Salis, quæ ſibi remaneret in fine Appaltus, tam Romæ, quàm Oſtiæ, vbi ſabricatur, quàm etiam Corneti, & Terracinæ, iuxta conuentionem factam cum Reu. Camera Apoſtolica in inſtrumento dicti Appaltus, quod erat iuliorum quatuor pro rubro; & inſuper omnium expenſarum factarum, *intorno alle condutture, ſcaricature, et pigione di magazini*, vt legitur in capitulo dato *in dicto ſummario num.* 1. Et quo ad Salnitrum læſio apparet ex longè maiori pretio, videlicet ſcutorum 114. pro milliario, de quo in libro albo rationis ſignato, A, nuncupato, *dell'Appalto della Poluere*, fuit datum debitum eidem Cameræ pro quantitate per ipſam habita, iuxta capitula, ſeu conuentiones cum ea factas, vt ex partitis formiter ex dicto libro extractis *in dicto ſummario num.* 6. Quo verò ad Puluerẽ tormentariam læſio deducebatur ex eo, quòd dicta æſtimatio Arbitri eſſet longè minor pretio, quo communiter vendi ſolet à dictis Appaltatoribus, iuxta fidem ſuperiùs adductam. Ex prædictis autem viſum fuit, Salem reſpectu illius fabricaturæ, quæ fit in terra Oſtiæ, vbi aderant Rubra 50770. cum dimidia, *vt in ſumm. dicto num.* 1. eſſe ſinè dubio valutandum in dictis iulijs quatuor pro Rubro. & Salnitrum in dictis ſcutis 114. pro milliario, ſtantibus dictis claris conuentionibus cum Reu. Camera Apoſtolica. Sed quoad expenſas, quæ fiunt circa Salem pro ſupradictis *condutture, ſcaricature, & pigione di Magazzini*; quamuis Domini non dubitauerint, illas deberi, quia ſic legitur in ſupradicto capitulo: & quamuis etiam viſa fuerit admodum veriſimilis quantitas dictarum ex-

pen-

penſarum, de qua in calculo facto pro inſtructione So-
ciorum vſque de tempore appaltus per illius Guberna-
2 torem ab eiſdem Socijs deputatum, *in dicto ſummario
num.* 3. cui ſtandum videtur tanquam facto per infor-
matum, iuxta deducta in ſimili *in Auximana ſpolij* 10.
Februarij præteriti coram me; ſit ut ſtatur libro Admini-
3 ſtratoris circa expenſas per eom factas, qoando illæ
A ſunt veriſimiles A, prout hic *Aym. de antiq. temp verſ.*
4. *limitat. num.* 23. *cum ſeq.* tantò magis cum agatur de
ſola liquidatione, pro qua, vbi conſtat de ſubſtaotia,
leuiores probationes, & ſolæ etiam coniecturæ ſuffi-
4 ciunt, *Iaſ. in repet. l. admonendi, num.* 202. *ff. de iur. iur.
Cephal. conſ.* 297. *num.* 12. *Surd. conſ.* 94. *num.* 14. *Rot.
in Romana reſponſionis* 8. *Iunij* 1607. *coram Illuſtriſſi-
mo D. Cardinali Ludouiſio*. Nihil tamen quoad dictam
earum liquidationem voloerunt firmare, ſed placuit ex-
pectare relatioοem tertij Periti vltimo loco electi,
qoam pariter placuit expectare quoad ſummam, qua
communiter fieri ſolet venditio per dictos Appaltato-
res, de qua circa Salem; & Pulnerem tormentariam
noo fuit datum, oiſi adminiculum ſupradictæ fidei ex-
traiudicialis modernorum Appaltatorum, & iuxta quā
Albericus prætendebat, & vnus etiam ex Dominis in-
elinabat, eſſe facien. æſtimationem; com illud dicatur
5 verum, & iuſtum pretium, quanti res vendi poteſt ſe-
cundùm æſtimationem communem, *l. pretia rerum*,
& ibi *DD. ff. ad l. ſalcid. & notatur etiam in l.* 2. *C. de
reſcind. vend. cum alijs per Card. Seraph. deciſ.* 665. *nu.* 1.
Et ita concluſum, &c.

ANNOTATIO.

A Libris rationum datur fides quoad expenſas, etiam in
favorem ſcribentium, ſtante illarum veriſimilitudine, vt
fuit etiam dictum *in Romana vineæ* 13. *Nouembris* 1623.
coram R. P. D. Pirouano, præcipuè ſi expenſæ ſint mo-
dicæ, de quo latè *Maſcard. poſt alios concluſ.* 976. *num.*
61. *cum alijs per Gen. de ſcript. priuat. lib.* 4. *tit. de lib. tu-
tor pag* 207. *num.* 7. *& ſeqq.* Imò quando expenſæ ſunt
6 veriſimiles, ſtatur circa eas libris rationum, etiam quod
ſint magnæ, *Aym. hic alleg. num.* 24. *Rota coram Gregor.
XV. deciſ* 475. *num.* 5. *& in Romana tutelæ* 27. *Ianuarij*
1612. *coram Reuerendiſſimo D. Patriarcha Pamphilio*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Peruſina bonorum.

Veneris 3. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Primum, & ſecundum extremum in ſpolio ex quibus probentur. Confeſſio procuratoris in poſitionibus an, & quando noceat domino, & an poſſit per eum reuocari. Spolio agenti an obſtet proprius conſenſus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio fundi probatur ex perceptionibus fructuum etiam per manus coloni.*
2 *Poſſeſſionem probat mandatum de manutenendo obtentum ſuper poſſeſſione fundi, & executum.*
3 *Poſitionibus datis per procuratorem non habentem indiuiduum, & ſpeciale mandatum ad ponen. reus reſpondere cogi non poteſt.*
4 *Confeſſio voluntaria procuratoris principali nō præiudica*
5 *Confeſſio procuratoris poteſt quandocunque reuocari, etiam non docto de errore.*
6 *Confeſſio etiam principalis reuocari poteſt, ſi detegatur erronea.*
7 *Poſſeſſio ſolo animo amittitur, & ideo ſtandū videtur declarationi eius, qui negat ſe poſſidere, & habet ſe pro ſpoliato.*
8 *A ſpolij actione excluditur quis per exceptionem conſenſus proprij, & quòd culpa, & facto proprio à poſſeſſione ceciderit.*
9 *Teſtes de ſimplici auditu non probant, & multo minus ſi atteſtentur de auditu ab ipſo principali inducente.*

DECISIO CCCCLXVI.

PROPOSVI dobium, an Lupatelli,
filij, & hæredes quondam Fauſti-
næ eſſent reintegran. ex perſona dictę
eorum matris ad poſſeſſionem prædij
S. Martini, quod fuit reſolutum affir-
matiuè, ſalua tamen manutentione ad
fauorem illorum de Venturinis in q.
poſſeſſione perceptionis ratæ fructuum, vt infra. Et
quoad reintegrationem, primum extremum, videlicet,
aotiquior poſſeſſio Fauſtinæ d. prædij non controuerte-
batur, ſed erat in confeſſo, & de eo conſtabat ex teſtibus
dd. de Venturinis deponen. illud priùs fuiſſe poſſeſſum
per Rainaldū, & poſtea per d. Fauſtinam ſororem vti il-
lius hæredem *in ſummario de Lupatellis num.* 5. & ea eo-
ruodem confeſſione in locatione facta de iſto prædio *di-
cto ſummario num.* 4. io qua expreſsè dicunt, hoc podere
fuiſſe ablatū dictæ Fauſtinæ; imò dd. de Venturinis reuo-
can. in dobium ſecundum extremum, vt infra, conantur
probare, illud quoque hodie poſſideri per dd. hæredes
Fauſtioæ. Secundum verò extremum, quod valde impu-
gnabatur, probatum viſum fuit primò ea poſitionibus
datis pro parte dd. de Venturinis, in quibus ponunt de
ipſorum poſſeſſione quieta, & patiſica ab anno 1582.
cum locationibus, & perceptionibus fructuum, *vt in
nouo ſummario de Lupatellis num.* 4. item ex duabus lo-
cationibus ab eiſdem Venturinis factis de dicto podere,
in quarum vltima enunciatur quoque alia præcedens
locatio facta die 24. Iulij 1582. & ſic poſt tenutam per
eos captam 5. Februarij eiuſdem anni, *vt in dicto ſum-
mario num.* 6. *&* 7. cum effectuatione etiam ſubſecuta
mediante perceptione fructuum ab vno ea dd. colonis,
vt in quietantia in dicto ſummario num. 8. item ea dd.
reſtibus eorundem de Venturinis deponen. de dd. loca-
tionibus, & fructuum perceptionibus ab eis factis tan-
quam à DD. & poſſeſſoribus continuatis ab annis 10.
vel 12. & à dicto anno 1582. *vt in dicto ſummario num.*
1 9. & ſic poſſeſſio remanet probata ex huiuſmodi perce-
ptionibus fructuum, tàm per manus coloni *Bart. Aret.
& alij in l. qui vniuerſas* §. *quod per colonum, ff. de
acq. poſſ. Soc. conſ.* 106. *col.* 1. *lib.* 3 *cum alijs per Gabr.
de locat. concl.* 4. *num.* 2. *&* 3. *Rot. deciſ.* 555. *num.* 1.
par. 1. *in recent. & alias ſæpe*: quàm, & multo magis per
ſe ipſos factis *Bart. in l.* 2. *num.* 2. *C. de acq. poſſ Bald. in
l.* 3. *num.* 4. *C. fin. regun. Dec. conſ.* 400. *num.* 3. *Ioſeph.
Lud. deciſ. Peruſ.* 29. *num.* 14. *Hond. conſ.* 17. *num.* 16.
2 *lib.* 1. Item ex mandato de manutenen. per ipſos in Ro-
ta obtento in poſſeſſione dicti predij 9. Martij 1609. *di-
cto ſummario num.* 10. executo ſub die 18. dicti men.
vt io inſtrumento, cum clauſulis præſeruatinis antiquio-
ris eorū poſſeſſionis, prout *in d. ſumm. nu.* 13. quæ admi-
niculatur ex tenuta capta per Baliū 5. Febr. 1582. vigo-
re ſententię in partibus latæ ad fanorem dd. de Venturi-
nis *d. ſumm. nu.* 3. de qoa etiā deponunt ſupradicti teſtes,

Digitized by Google

& præſertim ſecundus ſuper 13. Et hæc viſa fuerunt DD. concludere poſſeſſionem ipſius poderis, non autem (vt prætendebant Venturini) quaſi poſſeſſionem percipiendi ratam fructuum in recompenſam alterius aſſertæ portionis, quæ ex prędio montis Cornu dd. de Venturinis venditi ſoluebatur per eos Boncambiæ ex Saluiano immiſſæ; nam dd. actus expreſsè omnes cantant de ipſo prędio, ideoque non poſſunt recipere dictam interpretationem, cui in claris non eſt locus, vulg. iur. Non obſtant poſitiones datæ pro Lupatellis coram A. C. in quibus ponunt, quòd à tempore obitus dictæ Fauſtinæ eorum matris ſemper tenuerunt, ac poſſederunt d. prędium, exprimen. in ſpecie locationes, perceptiones fructuum, & alios actus poſſeſſorios, *vt in nouo ſummario de Venturinis num.* 6. quia fuerunt datæ per aſſertum procuratorem, de cuius mandato non conſtat, quod re-
3 quirebatur ſpeciale, & indiuiduum ad ponen. materias in actis ſpecificatas, & iuran. de eorum veritate, prout neceſſarium eſt, vt exinde reus ad reſponden. cogi poſſit, *vt ex not. in cap. præſentium, de teſt. lib. 6. & per Iaſ. in l. Iudices num. 7. C. de iudic. Rot. deciſ. 74.*
A *num. 5. & deciſ. 779. num. 1. & 3. part. 2. in recent.* A, Vel non præiudicauit principalibus tanquam voluntaria *Felin. in cap. 1. num. 15. vt lit. non conteſt. cum pluribus per Hond conſ. 66. num. 72. lib. 1. Rot. d. deciſ. 779. num.* 2. Vel potuit quandocunque reuocari, etiam non docto de errore, *Caputaq. deciſ. 198 par. 1. Rot. deciſ. 170. num. 6. dicta par. 2. in recent. & fuit dictum in Beneuentana 16. Decembris 1594. coram bon. mem. Card.*
4 *Pamph.* & aliàs ſępe: multo verò magis eum ex prædictis deregatur erronea, quo caſu reuocari poteſt etiam confeſſio ipſius principalis, *l. de ætate, §. qui iuſſo, & §. fin. ff. de interrog act. l. error. C. de iur. & fact. ignor. cap. fin. de confeſſ Veſtr. in praxi l. 5. cap. 16. num. 4. & ſeqq.*
5 Et maximè quia agitur de poſſeſſione, quæ cum ſolo animo amittatur *l. 3. §. in amittenda ff. de acq. poſſ.* eo magis ſtandū videtur declarationi dd. de Lupatellis, qui negant ſe poſſidere, & habent ſe pro ſpoliatis. Neque etiam obſtare viſum fuit, quòd ipſimet Lupatelli aſſignauerint d. predium eſſe de Vēturinis, vt illi ex eo ſe reualere poſſent de fructibus prędij emptis ſibi per Boncābiam ab-
6 latis: & ſic ab actione ſpolij excludantur per exceptionem conſenſus proprij, & quòd culpa, & facto proprio à poſſeſſione ceciderint, iuxta latè *deducta in illa Romana ſpolij domus 29. Ianuarij 1618. confirmata 15. Ianuarij 1620. coram me.* Nam ex tribus teſtibus pro
7 Venturinis in quodam ſummario datis talis conſenſus, & aſſignatio non probatur, eum deponāt de ſimplici auditu, *cap. tam literis, vbi gloſ. & Doct. de teſt. Caputaq. deciſ. 279. nu. 2. par. 1.* & in terminis conuentionis *Rota dec. 289. num. 3. par. 2. in recent.* & multo minus, cum pleti-
8 que atteſtentur de auditu ab ipſis de Venturinis aduerſarijs, ne plus credatur copiæ, quàm originali, *Aym. conſ. 6. num. 67. Rol. conſ. 0. num. 32. lib. 3. Caputaq. deciſ. 364. num. 8. par. 3.* Et propterea concluſum fuit pro reintegratione ipſorum ad prædium S. Martini, ſalua tamen Venturinis manutentione in perceptione ex illo portionis fructuum correſpondentis quantitati, quæ, (vt prætenditur) per ipſos ex prædio Montis Cornu ſibi vendito ſoluitur Boncambiæ ex Saluiano immiſſæ, *iuxta aliam deciſionem in hac cauſa factam 27. Iunij 1616. in ſummario de Venturis.*

ANNOTATIO.

A *Fuit dictum in Concben decimarum de Belmonte 31. Ianuarij 1628. coram R. P. D. Pirouano, & in alijs quas adduxi ſupra ad deciſ. 127. lit. C.*

Romana librariæ.

Veneris 3. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Socius ſingularis tenetur reſtituere, quod plus expendit in alenda ſua maiori familia: maximè quando impenſa fuit magna; & an ſit habenda ratio operarum per eius filios præſtitarum. Societas vitæ, & victus contrahi non poteſt per mulierem, vel minorem, abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, & quando cenſeatur contracta,

SVMMARIVM.

1 *Socius ſingularis, ſeu eius hęredes tenentur reſtituere, quod ipſe ſocius plus expendit in alenda ſua maiori familia.*
2 *Mulier minor ſinè ſolemnitatibus ſtatutarijs non poteſt particularem ſocietatem vitæ, et victus, nedum expreſſam, ſed nec tacitam contrahere.*
3 *Minor habens curatorem ſicuti non poteſt ſinè illius authoritate ſe obligare, ita nec tacitè ſocietatem contrahere.*
4 *Communicatio ſuppellectilium à teſtatore iniuncta non inducit neceſſario cohabitationem, & communem victum.*
5 *Societas victus duobus modis iniri poteſt, vel expreſsè, vel tacitè.*
6 *Societas in dubio non præſumitur, niſi probetur, & ideò eam allegantı incumbit onus probandi.*
7 *Societas non probatur ex cohabitatione, & victu ad eandem menſam, quando alio nomine, & ex alia cauſa fieri potuerunt.*
8 *Ignorantia præſumitur in muliere minore.*
9 Bald. in l. 1. §. ſi duo fratres, & in l. vltima C. de collat. *explicatur.*
10 *Expenſa quando non præſumantur donatæ.*
11 *Teſtis vnicus, & ſingularis non probat.*
12 *Operæ præſtitæ ad effectum compenſationis victus debent eſſe notabiles, & alimentis coæquales.*

DECISIO CCCCLXVII.

TENVERVNT Domini, Plautillam iure repetere à filijs, & hæredibus Io. Antonij eius patrui expenſas victus de communibus pecunijs artis librariæ per Io. Antonium pro ſe, & familia factis de tempore ſimultaneæ cohabitationis: in quantum tamen excedunt expenſas Plautillę, & eius viri, & ſic receden. eſſe à deciſis ſub die 28. Iunij prædicti. Nam cum inter d. Io. Antonium tunc viuentem, & d. Plautillam, eiuſque virum
1 ſocietas vniuerſalis non extiterit, vt reſolutum fuit in prima deciſione: ſuccedit clara concluſio, quòd D. Io. Antonius, ſeù eius hæredes teneantur reſtituere illud, quod ipſe plus expendit in alenda ſua maiori familia, *Iaſ. in l. fin. num. 4. verſ. ego autem diſtinguo, C. de collat. Bal. in l. ſi patruus C. com. vtriuſque Iud. cum alijs alleg. in d. ſecunda deciſione 28. Iunij in princ.* Et cum hac concluſione perſiſtere nunc DD. voluerunt, exiſtimantes, non applicari in propoſito duas limitationes, ex quibus receſſum ab ea fuerat in dicta vltima deciſione. Prima namq; ratione particularis ſocietatis vitæ, & victus *ex doctr. Bald. per illum text. in cap. 1. §. ſi duo*

fra-

fratres, de duobus fratr. de nou. benef. inueſt. & in l. vltima num. 2. *C. de collat. & ibi Rom. & Alex. Gard. Mant. de tacit. lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 5. *& tit.* 3. *num.* 12. *& tit.* 11. *num.* 14. *verſ. quod quidem genus, cum alijs ibi cumul.* non placuit in præſenti. Primò quia Plautilla vti minor, & mulier ſinè ſolemnitatibus ſtatutarijs non potuit hu-
2 iuſmodi ſocietatem contrahere, ne dum expreſſam, ſed nec tacitam, *Alex. conſ.* 154. *vol.* 2. *num.* 7. *verſic. accedat lib.* 2. *in deciſ. alleg. Menoch. conſil.* 12. *num.* 11. Et comprobatur; quia etiam de iure pupillus, & minor habentes curatorem, ſicut ſinè tutoris, vel curatoris au-
3 ctoritate non poſſunt obligari, ita nec tacitam valent coire ſocietatem, *Bart. in l. Titium Maui um, §. altero num.* 5. *verſ. prædicta verò, & verſ. aut alter eorum, ff. de admin. tut. in l. cum duobus, §. idem Papinian. ff. pro ſoc. Bald. in l. ſi patruus num.* 15. *& ibi Salic. num.* 13. *verſ item inquit ipſe, C. com. vtriuſque iud. Alex. conſ.* 49. *num.* 4. *& conſil.* 154. *num.* 7. *lib.* 2. *Menoch. lib.* 3. *præſum.* 56. *num.* 6. *& ſeqq. & num.* 9. *&* 10. *& conſil.* 121. *num.* 100. *verſ. octauò, & vltimò*. Iſte enim fuiſſet vnus ex contractibus prohibitis per ſtatutum, vel expreſsè, cum ſaperet donationem reſpectu exceſſus, vel ex interpretatione, quam Rota ſequitur, cum eſſet euidenter læſiuus. Neque obſtare viſa fuit reſponſio in deciſione adducta, quòd ſolemnitates non requirerentur in hac ſocietate tanquam inita ex iuſſu teſtatoris, & ſic in actu neceſſario; quia imò cohabitatio iſta, & communis victus fuerunt omninò voluntaria; præceptum autem teſtatoris ipſis iniunctum, communicationis ſup-
4 pellectilium non inducebat neceſſariò, vt illi ad vnum panem, & vinum communiter viuere deberent: quia ſuppellectilia poterant eſſe communia, & illi tamen ſeorſum viuere; ideoque ceſſat regula *l. illud ff. de acq. hæred. & l. ad rem mobilium, ff. de procur. cum ſim.* Secundò quia talis ſocietas non probatur contracta, nec
5 expreſsè, nec tacitè, quibus duobus modis iniri poteſt *ad l.* 4. *ff. pro ſoc. Bart. in d. §. altero num.* 5. *verſ. prædicta verò, & verſ. aut alter eorum, Petr. de Vbald. de duob. fratr. quæſt.* 2. *num.* 1. *in fin.* Et certum eſt, onus
6 probandi ſpectare hæredibus Io. Antonij ſuper huiuſmodi ſocietate ſe fundantibus, cum in dubio non præſumatur, niſi probetur, *Alex. conſil.* 134. *num.* 4. *lib.* 5. *Ruin. conſil.* 92. *num.* 5. *verſic. ſed præmiſſis non obſtant lib.* 1. *Surd. conſ.* 139. *num.* 9. *in primo, & conſ.* 441. *num.* 9. *in* 3. *Felic. de ſociet. cap.* 31. *num.* 57. Adducebatur autem ſola cohabitatio, & victus ad eandem menſam,
7 quæ hic viſa fuit leuiſſima coniectura, ac planè nihil concludens, cum iſto caſu referri magis poſſit ad finem honeſtioris educationis Plautillæ tunc minoris penès patruum, quàm ad effectum contrahen. aliquam ſocietatem: ideoque cum alio nomine, & ex alia cauſa fieri potuerit, non probat ſocietatem *Corn. conſ.* 251. *num.* 1. *lib.* 4. *Decian. conſil.* 95. *num.* 34. *lib.* 2. *Surd. conſil.* 441. *num.* 10. *in* 4. *& deciſ.* 267. *num.* 1. *verſ. bene dicimus*. Imò nec probatur, Plautillam ſciuiſſe, quòd dictus Io. Antonius patruus expenderet de communibus pe-
8 cunijs apothecæ librariæ in alenda propria familia, quin potiùs ignoraſſe præſumendū eſt, cum illa eſſet minor, & mulier, nec ſe ingereret in adminiſtratione d. apothecæ, & conſequenter nec aliquis conſenſus induci potuit; & propterea non applicatur *doctr. Bald. in dicto §. ſi duo fratres, & in d. l. fin.* & aliorum ſequa-
9 cium, quia loquuntur omnes in terminis, quando is, qui repetit plus expenſum, fuit ipſemet, qui plus expendit, quo caſu ignorantiam prætendere non poteſt; & prædictæ auctoritates ex alio etiam capite non applicantur,
10 quia procedunt ratione præſumptæ donationis, quæ, vltra quod eſt prohibita, vt ſupra dictum eſt, non intrat, quando expenſæ ſunt magnæ, & non paruæ, & is, qui plus contulit, non eſt multùm diues, vt declarat *Bart. in l. ſi paterno num.* 33. *verſ. item & quantitas, C. de neg. geſt. Angel. in d. l. fin. num.* 2. *C. de collat. & ibi Caſtren. num.* 3. *Dec. num.* 4. *verſ. ſed in fratribus, Curt. Iun. num.* 19. *&* 20. *Corn. conſ.* 301. *num* 21. *verſ. qui tamen limitant lib.* 1. *& conſ.* 122. *num.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 58. *num.* 17. *lib.* 4. *Soccin. conſ.* 40. *num.* 1. *verſ. ſed ad hoc fundamentum, lib.* 4. *Pariſ. conſ. vlt. num.* 32. *lib.* 2. *Petr. de Vbald. d. tract. part.* 6. *quæſt.* 23. *num.* 24. *col.* 9. *verſ. contrariam partem, cum plur. ſeqq. Rol. conſ.* 91. *num.* 18. *lib.* 1. *Felic. vbi ſupra cap.* 27. *num.* 67. Secunda verò limitatio ratione operarum præſtitarum per dictos filios Io. Antonij, cum quibus fit compenſatio, *Bal. in d. l. ſi paterno in fin. & ibi Caſtr. C. de neg. geſt cum alijs in deciſione alleg.* viſa fuit non applicari. Duo enim teſtes pro parte Io. Dominici fil. d. Io. Antonij examinati (vltra exceptiones oppoſitas, quòd ſunt inter ſe cōtrarij, & in nōnullis cōuincuntur de mendacio, & ſecūdus vti domeſticus, & ſalariatus ab ipſo, parum fidei meretur) non concludunt in dicto, & præſertim an ad vtilitatem ſocietatis dd. operæ præſtitæ fuerint, vt ſupponunt *Doct. in deciſ. alleg.* imò primus iuxta decimū dicit, quòd in alijs vicibus non recordatur, quid agerent, *vt in ſummario Plautillæ num.* 4 *& iux.* 14. quòd neſciebat, quam artem filij Io. Antonij peragerent, tam domi, quàm extra, vndè poterant ad proprium commodum laborare: & ſimiliter quoad filium maſculum iuxta 16. dicit, ſe neſcire, quid laboraret, & non recordari, ſi omni hebdomada, & omni menſe laborabat, *vt d. ſummario num.* 6. iuxta quam depoſitionem intelligenda ſunt dicta eiuſdem teſtis ſuper primo articulo in deciſione relata, cum ſe ad depoſita in interrogatorijs retulerit, *vt in ſummario num.* 10. *l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit. cum vulg.* & in-
11 ſuper quoad Io. Dominicum hic teſtis remanet vnicus, & ſingularis, & ſic non probat *cap. tàm literis, & ibi gloſ. in verbo ſoli, de teſt. & plures alij cumul. per Gabr. eodem tit. concl.* 2. *in princ.* Secundus verò teſtis iuxta 14. dicit, quòd continuè dictus Io. Dominicus incubuit ludis literarijs, *vt dicto ſummario num.* 8. & ex libris ſocialibus à Ioan. Antonio confectis apparet, illum ſocietatis tempore fuiſſe penes nutricem *dicto ſummario num.* 3. & ex fidibus baptiſmatis *dicto ſummario num.* 13. *&* 16. conſtat, ipſum natum fuiſſe de anno 1594. & Fauſtinam alteram ſororem natam de anno 1595. adeò vt cum de tempore ſocietatis dicti filij eſſent in infantili ætate, & puerili, vel iſtæ operæ reddantur omninò inuerisimiles, vel certè valdè exiguæ, & modicæ fue-
12 rint, cum tamen ad effectum huiuſmodi compenſationis debeant eſſe notabiles, & coæquales alimentis *Bald. in d. l. ſi paterno, in fin. C. de neg. geſt. Curt. Iun. in d. l. fin. num.* 13. *Iaſ. conſ.* 5. *col.* 2. *in princ. verſic. iſtud in terminis lib.* 1.

Ex quibus DD. ab vltima deciſione receſſerunt.

Romana penſionum.

Lunæ 6. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Agitur de detractione onerum neceſſariorum ex redditibus Eccleſiæ parochialis, ad effectum videndi, an remaneant centum libera pro rectore: & præcipuè de ſalario clerici.

SVMMARIVM.

1 *Onera extraordinaria, & voluntaria, & quæ expleri poſſunt per Rectorem non ſunt deducenda in præiudicium penſionariorum.*

2 *Expenſæ neceſſariæ in parochiali minori non ſunt regulandæ iuxta expenſas parochialium inſignium.*

3 *Atteſtatio extraiudicialis non probat. & num. 5.*

4 *Teſtium depoſitio relatiua ad actum nullum, & inualidum non eſt attendenda.*

6 *Operæ, ſeù ſeruitia Eccleſiæ non recipiunt eandem, ſeù vniformem æſtimationem in omnibus Eccleſijs.*

7 *Teſtes deponentes de valore terrenorum vicinorum non probant, niſi deponant, quòd prædia vicina eiuſdem ſint conditionis, & qualitatis.*

8 *Clerici continua aſſiſtentia in parochiali, tàm de die, quàm de nocte non præcipitur à Rituali Romano, nec etiam obſeruatur.*

9 *Fructus beneficij ſunt obligati penſionarijs.*

10 *Clericus non debet neceſſariò eſſe intitulatus in parochiali, cuius redditus ſunt penſionarijs obligati.*

11 *Solitum attenditur in diſtributione ſtipendiorum Eccleſiaſticorum, quod non inducitur ex breui tempore.*

12 *Mercedis quantitas citra ſolitum data Clerico, pendente lite inter Rectorem, & penſionarium, non attenditur pro firmando valore fructuum, in præiudicium penſionarij.*

13 *Media via eſt eligenda in varia teſtium depoſitione ſuper valore, & in varijs, & diuerſis æſtimationibus, in quibus minor quoque ſumma ſolet attendi num. 14. & nu. 16.*

15 *Penſionarij debent ex æquitate pro rata concurrere ad neceſſarias reparationes domorum Eccleſiæ penſionibus grauatæ, in quarum redditibus potiſſimè conſiſtunt introitus Eccleſiæ.*

DECISIO CCCCLXVIII.

DVBITAVI, an eſſet recedendum à reſolutione facta 6. Nouembris præteriti, etiam quoad Clericum, & DD. in ea perſtiterunt cum modificatione, de qua infra. Primò enim quoad onera Eccleſiæ dixerunt, non eſſe dedu-
1 cenda extraordinaria, incerta, voluntaria, & explebilia per Rectorem, vt in dicta reſolutione. Secundò placuit taxatio onerum, quæ veniunt deducenda, vt annuatim non excedant ſcuta 30. monetæ in totum, comprehenſa etiam impenſa Clerici taxata in annuis ſcutis 15. ſimilibus, *vt in reſolutione 12. Nouembris* 1618. Nec obſtare viſa fuit taxatio facta per Arbitros, quia ſtante eorum diſcordia, partes non tenebantur illis ſtare, vt ex conuentionibus inter eas initis, & quia compromiſſum in eos factum ſublatum fuit per commiſſionem cauſæ mihi directam. Minùs obſtare viſa fuit atteſtatio ſex Parochorum, quorum duo fuerunt etiam poſtea examinati tanquam teſtes ſuper longè maiori ſumma *in ſummario Rectoris num.* 4. & 5. Nã dicta atteſtatio, ſeù declaratio eſt facta per eos tanquam vocatos (vt aſſerunt) ad taxan. dicta onera, & tamen non conſtat de aliquo conſenſu penſionariorum; præterea ſupponit, eſſe neceſſarias plures expenſas,
2 quæ re vera non ſunt tales, & eſt etiam valdè exceſſiua in ſummis: cum impenſæ neceſſariæ non ſint regulandæ iuxta illas parochialium maiorum, cum hæc, de qua agitur, ſit de minoribus: & ſufficeret, quòd eſt atteſta-
3 tio extraiudicialis per modum fidei, quæ fidem non facit ex vulgar. & vt infra de alia dicetur. Et ideò cum ſit nulla, & inualida, non eſt etiam attendenda depoſi-
4 tio duorum ex eis ad eam relatiua. *Saliect. in l. fin. num. 3. verſ. ſed dubitari, C. de teſtibus, Soccin. ſen. conſil. 40. num. 2. verſ. quoniam lib. 3. Aym. conſ. 115. num. 8.*
5 *verſ. & in terminis*. Et eadem ratione viſum fuit, non eſſe attendendas fides aliorum ſex Curatorum *in dicto ſummario num.* 2. ſuper maiori mercede Clerici, vtà extraiudiciales ſinè citatione, & iuramento *Card. Seraph. deciſ. 1423. num.* 3. imò duo ex dictis Curatis, videlicet Sancti Ioannis, & alius Sancti Blaſij della pagnotta, videntur corroborare dictam taxationem annuorum ſcutorum 12. dum deponunt de mercede, quæ in eorum Eccleſijs datur Clericis inſeruientibus tantummodo miſſis, quæ videtur minor, quàm ſit taxata in hac Eccleſia, conſiderata diuerſitate Eccleſiarum, & maiori numero miſſarum, quæ in dictis duabus ſolitæ ſunt celebrari. Nec pariter obſtare viſi fuerunt teſtes dati pro Rectore *in ſummario num.* 1. 2. & 3. nam DD. animaduertebant, quòd nullus ex teſtibus vtriuſq. partis deponit de conſuetudine, vel aliqua communi obſeruantia, ſeù ſtylo vniformi mercedis Clerici, prout nec deponere poſſunt propter diuerſitatem Eccleſiarum, & maioritatem, vel minoritatem ſeruitij; cum propterea neceſſe quoque ſit, diuerſam eſſe mercedem, ex quo
6 operæ non in omnibus recipiunt eandem, ſeù vniformem æſtimationẽ *Rot. in Nolana mercedis 23. Ian. 1591 coram bon. mem. Penia, & in Rom. executionis, ſeù ſocietatis 13. Martij 1617. coram me, & latè Gratian. diſcept. cap. 185. num 9. & 10.* Et propterea nec poteſt fieri vis ſuper teſtibus de maiori mercede deponẽtibus, quia nõ loquun-
7 tur de parochialibus huic ſimilibus, prout dicitur de teſtibus deponentibus de valore terrenorum vicinorum, qui non probant, niſi deponant, quòd prædia vicina ſint eiuſd. conditionis, & qualitatis, *vt in l. 2. C. de reſcind. vend. notant. Odofr. num. 8. verſ. vel probabit quòd alia, Bart. num. 19. Angel. num. 7. verſ. & ideò clara doctrina eſt, & Cagnol. num. 233. in fin. verſ. præterea*. Et quia etiam aliqui loquuntur de Clericis præſtantibus operas ſuas in negotijs familiaribus Rectorum vltra ſeruitium
8 Eccleſiæ; & ferè omnes ſupponunt, neceſſariam eſſe continuam aſſiſtentiam Clerici, tàm de die, quam de nocte, quæ tamen nec præcipitur à Rituali Sanctiſſimi per vnum ex teſtibus allegato, nec etiam obſeruatur, vt per *Abb. in cap. vt quiſque num. 1. verſ. vt dicit Paul. & ibi etiam Anchar. num. 2. de vit. & honeſt. Cleric.* &, vt
9 dicunt teſtes penſionariorum, qui optimas reddunt rationes; & quæ tanto minus eſt neceſſaria in propoſito, quia cum redditus ſint etiam penſionarijs obligati, *Gig. de penſion. quæſt. 51. num. 1. 2. 3. & 17. cum ſeqq. Rot. deciſ. 99. num. 2. par. 1. recentior.* Clericus non debet de
10 neceſſitate eſſe intitulatus, *vt declarat Rota deciſ. 56. num. 4. par. 1. diuerſ.* Prout nec pariter viſum fuit, poſſe fieri vim ſuper alijs duobus teſtibus nouiter per Rectorem examinatis, qui ei inſeruierunt pro Clericis, cum maiori mercede: tùm quia non percutiunt tempus reſeruationis penſionum, de quibus agitur, & loquuntur de breuiſſimo tempore eorum ſeruitij, ex quo non
11 poteſt dici inductum ſolitum, quod aliàs ſpectatur, vt in diſtributione ſtipendiorum Eccleſiaſticorum *dicit gloſ. in cap. ſtatuimus, in verb. potiorem, verſ. ſed circa hæc, & verſ. ſed ſi nulla, & ibi Oſt. num. 9. Abb. num. 1. Imol. col. 3. verſ. & hoc modo, de maior. & obed.* tum quia
12 vnus deponit de eius ſeruitio paulò ante hanc litẽ, alius verò, ea pendente, in cuius litis præiudicium non potuit per Rectorem, dando maiorem mercedem, fieri deterior conditio penſionariorum: & demum quia ijdem teſtes, & preſertim tertius inſeruierunt in aliquibus ſeruitijs extra pertinentia ad Eccleſiam, & quia ipſi etiam ſupponunt eandẽ neceſſitatem continuæ reſidentiæ Clerici, quæ non eſt neceſſaria ex ſupradictis. Vndè cum

in

in Eccleſia, de qua agitur, non videatur neceſſarius Cle-
ricus, niſi pro inſeruiendo vnicæ Miſſæ diebus tantùm
Dominicis, & feſtiuis: & in talibus Clericis aliqui ex
teſtibus deponant de paulò maiori, aliqui verò etiam
de minori ſumma dictorum annuorum ſcutorum duo-
decim, propterea conſiderata præſertim qualitate Ec-
cleſiæ, & exiguitate ſeruitij, merces dictorum ſcuto-
13 rum 12. viſa fuit ſatis æqua, & rationabilis, tanquam
mediam viam eligendo in hac teſtium varietate, prout
fieri ſolet in teſtibus ſuper valore diuerſimodè deponẽ-
tibus, *Caputaq. deciſ.* 299. *num.* 1. *&* 2. *par.* 3. *cum alijs
per Rotam deciſ.* 199. *num.* 4. *verſ. nam ex varijs part.* 2.
recentior. & in varijs, ac diuerſis æſtimationibus *Rot. de-
ciſ.* 479. *ſub num.* 4. *eadem par.* 2. *in recentior.* cum etiam
14 in ſimilibus varijs teſtium depoſitionibus minor quo-
que ſumma ſoleat quandoque attendi, *Card. Seraph. deciſ.*
111. *num.* 2. *cum alijs per Rot. deciſ.* 320. *num.* 7. *dicta
par.* 2. *in recentior. & per Gratian. diſcept forenſ cap.* 187.
A *num.* 9. A, Nec applicari viſa fuit deciſio *in Cremo-
nen. penſionis* 11. *Martij* 1619. *coram R. P. D. meo Ca-
ualerio*, in qua fuit taxata merces Clerici in annuis ſcut.
24. cum in ea agatur de parochiali valdè inſigni, & la-
barioſa, & in qua, aliàs glor. mem. Sanctus Carolus in
viſitatione ordinauit, retineri Clericum continuò ince-
dentem in habitu pro ſeruitio Eccleſiæ. Tertiò demum
expenſæ pro amplianda ſacriſtia Eccleſiæ, & domo Re-
ctoris, & aliæ nouiter adductæ non fuerunt viſæ Domi-
nis neceſſariæ, ſed viſum fuit æquum, quòd penſionarij
concurrant pro rata ad imminentes neceſſarias domo-
15 rum reparationes, de quibus per teſtes nouiter exa-
minatos *in dicto ſummario Rectoris num.* 7. Quia ſinè il-
lis conſeruari non poſſent dictæ domus, in quarum red-
ditibus potiſſimùm conſiſtunt introitus Eccleſiæ, ex qui-
bus debentur ſcuta centum Rectori, & penſionarijs pen-
ſiones, de quibus agitur.

Et propterea DD. ſteterunt in deciſis, ita tamen, quòd pen-
ſionarij concurrant pro rata ad dictas imminentes ne-
ceſſarias reparationes domorum, &c.

ANNOTATIO.

A Teſtes deponentes de diuerſis ſummis cenſentur conteſtes
16 in minori quantitate, & illam probant, adeo quòd Iudex
poteſt ex illorum depoſitionibus condemnare in minori
quantitate, *Alexand. in l.* 1. *§ ſi ſtipulanti num.* 12. *ff de verb.
obligat. & conſil.* 54. *num.* 7. *lib.* 5. *Gabr. conſil.* 168. *num.*
103. *lib.* 1. *Aſflict. deciſ.* 240. *num.* 3. *in* 2. *dub. & infra
Rota in Caietana olei* 12. *Nouembris* 1627. *coram R. P.
D. Durano & in Marſicen. beneficiorum* 20. *Martij* 1628.
coram R. P. D. Perouano. & infra deciſ. 869. *num.* 2. in
qua aliæ allegantur.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Taurinen. reductionis penſionis.

Lunæ 6. Aprilis 1620.

ARGVMENTVM.

Penſionis reductio, & diminutio facta cum pa-
cto annullatiuo in caſu non ſolutionis reſidui
non extincti intra certum tempus, abſque be-
neplacito Apoſtolico, eſt nulla: ſicut etiam
ceſſat, ceſſante cauſa eius finali; & quando ſit
iudicanda perſonalis, vel realis.

SVMMARIVM.

1 *Penſio caſſari, & remitti poteſt abſque beneplacito Apo-
ſtolico.*
2 *Penſio ſemel extincta vt reuiuiſcat in caſu non ſolutionis
reſidui, fieri non poteſt abſque nouo Papæ conſenſu.*
3 *Obligatio naturalis per primum pactum de nõ petendo ſub-
lata, ac ſemel extincta per ſecundum de petendo non reui-
uiſcit, & num. ſeq.*
5 *Penſio tranſlata dicitur noua penſio, non eadem ac prior
reſeruata, & ideo agitur ex ſecundis literis tranſactionis,
non ex primis reſeruationis.*
6 *Correſpectiuorum vno ſublato, corruit & alterum.*
7 *Indiuiduum reſultat ex voluntate contrahentium.*
8 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.*
9 *Dictio, Et, poſita inter orationes per ſe principaliter copu-
latas, eſt continuatiua, nec conſtituit capitulum ſepa-
ratum, ſed coniungit.*
10 *Cauſa proœmialis dicitur finalis.*
11 Propter, *dictio denotat cauſam finalem.*
12 *Penſionis reductio, & diminutio ceſſat, ceſſante cauſa
eius finali.*
13 *Cauſa finalis facit diſpoſitionem perſonalem.*
14 *Cauſa limitata limitatum producit effectum.*
15 *Diſpoſitio facta pro conſeruatione Cippi domus, reſoluitur,
mortuis maſculis.*
16 *Compoſitio de ſoluenda minori penſione, facta intuitu pau-
pertatis Rectoris beneficij non tranſit ad ſucceſſorem,
quia perſonalis eſt, & cum perſona extinguitur.*
17 *Penſio non poteſt redimi pretio, abſque auctoritate Sedis
Apoſtolicæ.*

DECISIO CCCCLXIX.

TENVERVNT Domini, reductionem
penſionis ad ſcuta centum non ſuffra-
gari D. Priori: nam licèt illa per Reue-
rendiſs. D. Archiepiſcopum Viennæ
facta fuerit cum clauſulis extinctiuis,
imò tollentibus fidẽ inſtrumento obli-
gationis ſoluendi dictam penſionem
vt ibi: *Quale in detta parte reſti conſermata, & per il ſo-
pra più annullato come ſopra, talmente che non faccia più
fede alcuna in giuditio, ne fuori, &c.* ad hocque neceſ-
ſarium non fuerit beneplacitum Apoſtolicum, ſinè quo
1 penſio caſſari, & remitti poteſt, *Praepoſ in cap. Agatho.*
21. 63. *diſtinct. Sarnen. in regula de infirmis quaeſt.* 16.
num. 4. *verſ. hinc eſt, Gig. de penſion. quaeſt.* 45. *num.* 9.
verſ. iſtis tamen non obſtan. Rota part. 1. *diuerſ. deciſ.*
454. *num.* 7. *& deciſ.* 471. *num.* 10. *Pariſ. de reſign. lib.*
A 6. *quaeſt.* 2. *num.* 123. A, cum alijs per informantes
allegatis. Tamen cum vlteriùs proceſſerit conueniẽdo,
quòd retardata per biennium ſolutione reſidui dictæ pẽ-
2 ſionis non extincti, diminutio prædicta eſſet nulla, &
nullius valoris, & ſic voluerit, in caſu prædicto reinte-
grari, & reuiuiſcere penſionem extinctam, id facere
non potuit abſque nouo Papæ conſenſu, *Caſſad. deciſ. fin.
num.* 6. *verſ. nec obſtat, de penſion.* & faciunt tradita *per
Ferret. conſ.* 53. *num.* 12. *& ſeq.* maximè quia per dictum
pactum non reſtituebatur, nec reſurgebat prima pen-
ſio, ſed noua conſtituebatur; prout in ſimili per primum
3 pactum de non petendo ſublata, ac ſemel extincta prior
obligatio naturalis per ſecundum de petendo non reſu-
ſcitat *gloſ. in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, in verb. ipſo
iure, verſic. nos verò, ff. de pact. & ibi Alberic. num.* 18.
verſ. & quia iſta materia, vbi quòd in practica commu-
niter ſtatur opinioni *dicta gloſa, Iacobin. de Sancto Georg.
num.* 25. *Alex. num.* 10. *verſ. vel vis dicere, Curt. Iun.*

num.

num. 88. *in fin.* & contractus ipſo iure ſublatus per pa-
4 ctum de non petendo non renaſcitur idem numero per
pactum de petendo, ſed oritur de nouo alius contractus
numero, ſiuè nouus contractus *Bald. in d. l. ſi vnus, §.*
5 *idem dicemus*. Vndè etiam idem contingere videmus in
tranſlatione penſionis, in qua prior extinguitur penſio,
& noua creatur, *Ferret. d. conſ.* 53. *num.* 10. vbi quòd
ideo agitur ex ſecundis literis tranſlationis, non ex pri-
mis reſeruationis, *Gig. d. tract. quæſt.* 88. *num.* 8. Rota
in Brixien. penſionis 13. *Maij* 1594. *coram Illuſtriſſimo.*
6 *Cardinali Millino*. Et propterea nullo exiſtente pacto
iſto annullatiuo dictæ diminutionis in caſu non ſolutio-
nis per biennium, corruit quoque ipſa reductio, & dimi-
nutio, tùm ex natura correſpectiuorum *l. Alumnæ* 30. *§.*
Seia, ff. de adim. leg. Crauet. conſ. 230. *num.* 1. *&* 245.
ſub num. 3. *Caputaq. deciſ.* 206. *num.* 2. 3. *&* 4. *par.* 1.
Rot. deciſ. 677. *num.* 2. *&* 8. *part.* 1. *diuerſ. &* 428. *num.*
7. *par.* 1. *in recentior.* tùm ratione indiuiduitatis, quæ
7 reſultat ex voluntate contrahentium *Bart. in l. Græci §.*
illud num. 4. *ff. de fideiuſſ. Caputaq. d. deciſ.* 206. *num.*
8 6. *Card Seraph. deciſ.* 115. *num.* 2. efficitque, vt vtile per
inutile vitietur *Aym. conſ.* 170. *num.* 6. *Natt. conſ.* 479.
num. 29. *&* 30. *Rot. deciſ.* 328. *num.* 3. *par.* 2. *diuerſ.*
& deciſ. 631. *num.* 7. *par.* 2. *in recentior. Card. Mantic.*
de tacit. lib. 5. *tit.* 5. *num.* 21. Quod procedit non ſolùm
conſiderata voluntate vtriuſque contrahentis, ſed etiam
vnius tantùm, *Alciat. in l.* 1. *§. ſed ſi mihi, num* 19. *ff. de*
verb. oblig. Placuit vlteriùs aliquib. ex Dominis aliud fun-
damentum, quòd huiuſmodi reductio vti facta ad ſolum
fauorem D. Veſpaſiani reſignatarij, & aliorum de Bal-
bianis, ſuffragari non poſſit D. Priori moderno; expreſſa
enim addita fuit cauſa: *Per l'affettione, quale ſempre ha*
portato alli detti Signori Balbiani, & per la parentela, che
ſeco tiene, & a fine poſſino meglio mantenerſi, & aggrandi-
re la loro, &c. Quæ verba reſpiciunt reductionem ne-
dum cenſus, ſed etiam dictæ penſionis, ſunt enim ap-
poſita poſt narratiuam vtriuſque dicti crediti, quod ip-
ſe D. Archiepiſcopus habebat cum eiſdem de Balbianis;
& licèt immediatè poſt illa facta fuerit reductio cenſus,
tamen continuatiuè ſequitur quoque reductio penſionis
per verba: *& in oltre ha parimente diminutta, &c.* quæ
9 dictio (Et) poſita inter orationes per ſe principaliter
copulatas eſt continuatiua, *Bart. in l. Seia §. Caio, num.*
3. *ff. de fund. inſtr.* nec conſtituit capitulum ſeparatum,
ſed coniungit, *Bart & alij in l.* 1. *in princ. ff. de uſuf. &*
iur. Rot. deciſ. 709. *ſub num.* 7. *par.* 1. *in recent.* & poſt
vtranque reductiònem in eodem capitulo ſubiungitur,
Con conditioni, e patti, che doue detti Signori ritardaſſero di
pagare le ſudette diminutioni, &c. quæ verba demonſtrant,
adhuc durare idem capitulum reductionum ex eadem
cauſa, & cum eiſdem conditionibus, & pactis factarum.
Huiuſmodi autem cauſa videbatur finalis; tum quia ap-
10 poſita in proœmio diſpoſitionis circa reductiones *l. fin.*
vbi Bart. num. 3. *& Bald. num.* 2. *ff. de hæred. inſtit.*
Soccin. conſ. 91. *num.* 4. *&* 93. *num.* 1. *in fin. lib.* 1. *Ti-*
raquell. in tract. ceſſ. cauſ. limit. 1. *num.* 64. *& ſeqq. cum*
alleg. in Signina Caſtrorum 3. *Aprilis* 1615. *coram me, im-*
11 *preſſ. in recent. deciſ.* 676. *num.* 1. *par.* 2. tùm virtute il-
lius dictionis (per) *l. pen. §. fin. ff. de alim. & cib. leg.*
Aym. conſ. 191. *num.* 2. *verſ. & quia cauſa, Surd. conſ.*
441. *num.* 29. *Rot. deciſ.* 37. *num.* 4. *&* 16. *par.* 2. *diuerſ.*
& d. deciſ. 676. *num.* 2. *par.* 1. *in recentior.* & propter
illa verba: *A fine poſſino, &c.* ideoque cum cauſa iſta
ceſſauerit, dum Prioratus exijt de manibus illorum de
12 Balbianis, extincta quoque remanſit ipſa reductio pen-
ſionis ex cumul. per *Tiraq. dicto tract ceſſ. cauſ. in princ.*
num. 11. *et ſeqq.* & in terminis diminutionis *Decian. reſp.*
61. *num.* 36. *lib.* 2. Quia nimirum ceſſauit fauor dicto-
rum de Balbianis, qui fuit (vt dictum eſt) cauſa finalis,
13 quæ facit diſpoſitionem perſonalem, *Bald conſ.* 115.
num. 1. *lib.* 1. ſubdens, realitatem, & perſonalitatem
pactorum conſiſtere in mente, & mentem probari ra-
tione *l. iuris gentium, §. pactorum, ff. de pact.* Nam limita-
14 ta cauſa limitatum producit effectum *l. in agris, ff. de*
acquir. rer. domin. Tiraq. vbi ſupra num. 147. *Surd.*
conſ. 127. *num.* 68. & inter plura alia exempla per in-
formantes adducta, proximum his terminis viſum fuit
15 illud de renunciatione facta pro conſeruatione cippi
domus, quæ reſoluitur mortuis maſculis *Tiraq. dicto*
tract. par. 1. *num.* 232. *Pariſ. conſ.* 12. *num.* 90. *& ſeqq.*
lib. 1. *Becc. conſ.* 74. *num.* 22. *et ſeqq. plenè Honded. conſ.*
16 29. *num.* 78. *lib.* 1. & in ſpecie compoſitionis de ſol-
uenda minori penſione facta intuitu paupertatis Re-
ctoris Beneficij, quòd non tranſeat ad ſucceſſorem, con-
ſulit *Gig. conſ.* 125. *num.* 6. *verſ. modò videm. et ſeqq.* quia
perſonalis eſt, & cum perſona extinguitur ad *text. in*
l. priuilegia, et l. in omnibus, ff. de reg. iur. cum alijs ibi
per eum adductis.

Et ita vtraque parte informante reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A *Nauar. in Manual. cap.* 23. *num.* 111. *paulò poſt init. &*
conſ. 61. *in fin. & conſil.* 63. *num.* 1. *verſ. ſecundò quod pen-*
ſio de ſimon. & conſil. 2. *num* 2. *de pact. Burſatt conſil.* 126.
num. 91. *Franciſc. Leo in theſaur. for. eccleſ part.* 2 *cap* 22.
num. 74. *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 39. *Bellon.*
Iun. conſil. 27. *num* 1. quod conſilium videtur eſſe in caſu
huius deciſionis. Non poteſt tamen penſio redimi pretio
17 abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ, nam aliàs eſſet ſimo-
niaca, *vt per eundē Nauar. locis cit.* reprobato *Caiet.* contra-
rium tenente, hoc tamen caſu per talem ſimoniam non in-
curritur excommunicatio, niſi quando penſio emitur, vel
venditur tanquam gradus, ſeu medium ad acquirendum
aliquod beneficium ſpirituale, vel aliquem ordinem *Na-*
uarr. conſil. 59. *num.* 3. *conſil.* 60. *num.* 1. *verſ. tertiò quòd*
fallit hoc, & conſ. 52. *num* 2. *de ſimon.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Peruſina, ſeu Romana pecuniaria.

Lunæ 4. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Ceſſio an dicatur ad commodum cedentis, vel ceſſionarij; & an, & quando obſtet exceptio cedendarum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio cedendarum impedit mandati executionem.*
2 *Iura ſemel ceſſa amplius cedi non poſſunt, cum vtiles actiones in ceſſionarios tranſierint, directæ verò tanquam oſſibus cedentium affixa, & character perſonæ impreſſus trāſferri non poſſunt. & num.* 4.
3 *Ceſſionis validitatis requiſita quæ ſint, remiſſiuè.*
4 *Ceſſio, quæ non eſt per viam dationis in ſolutum, ſed per modum pignorationis, & aſſecurationis, eſt ad commodum, & periculum cedentium.*
5 *Ceſſio iurium limitata ad certam, & finalem cauſam, hac ceſſante expirat.*
6 *Creditum an ſufficienter iuſtificetur per confeſſionem debitoris in præiudicium creditorum.*

7 Fi-

Digitized by Google

7 *Fideiuſſor pro ſui releuatione habet actionem mandati contra debitorem.*
8 *Exceptio cedendarum quando obſtet, vel non.*
9 *Confeſsio cedentis quando præiudicet ceſsionario.*
10 *Cedens non liberat debitorem ceſſum, quando poſuit ceſsionarium in omnimodum locum, ſtatum, vel gradum ſuum, vel ceſsio facta eſt per verba ampliſsima, & prægnantia, vel quando ipſe cedens non habebat directas, ſed vtiles tantum actiones ex ceſsione acquiſitas.*

DECISIO CCCCLXX.

HIERONYMVS fideiuſſor, & in ſolidum obligatus pro Benedicto, opponebat, quòd non poterat contra eum exequi mandatum exequutiuum pro ſumma pecuniarum in eo contenta, quia illi de Faſchis creditores non poterant ſibi cedere iura contra d. Benedictum principalem debitorem, ſtante anteriori ceſſione vſque de anno 1582. per eoſdem facta ad fauorem illorum de Cuſanis, & aliorum vti creditorum ipſorum de Faſchis, de omnibus effectibus, & nominibus debitorum, præſentibus, & futuris, in qua vti vniuerſali
1 comprehendebatur nomen dicti Benedicti: & ſic obſta-
A re dicebatur exceptio cedendarum A, *l. ſtichum*, 95. *§. pen. ff. de ſol. l. cum alter*, *C. de fideiuſſ. cum alijs concord.* iura namque ſemel ceſſa ampliùs cedi non poſſunt, cum vtiles actiones in dd. ceſſionarios tranſierint, directæ verò tanquam oſſibus cedentium affixæ, & character perſonæ impreſſus transferri non poſſint, *Bald. in l. 3. num. 2. prope fin. verſ. niſi remanſerint*, *C. de nouat. Iaſon in §. omnium ſub num. 2. Inſt. de act. cum alleg.* Sed DD. eam non obſtare cenſuerunt, moti, quia idem Benedictus principalis debitor à dd. de Faſchis creditoribus conuentus, non poſſet de hac ceſſione opponere,
2 cum non appareat interueniſſe aliquod requiſitum, *l. 3. C. de nouat.* ſiue ſequamur opin. *Bart. in l. ſi cum emptore, num. 2. ff. de pact. & in l. facta, §. ſi hæres, num. 3. ff. ad Trebell. Papien. Guid. Aym. & aliorum relat. per Bertazz. clauſ. 29. gloſ. 4. num.* 12. diſtinguentium, quòd ſi ceſſio ſit facta ad commodum cedentis, tunc ſi non interuenerit aliquod ex dd. requiſitis *l. 3.* ceſſionarius non poſſit opponere exceptionem, *tu alteri, &c.* ſi verò ſit facta ad commodum ceſſionarij, tunc poſ-
B ſit B, In præſenti enim caſu cum iſta non fuerit ceſſio
3 per viam dationis in ſolutum, ſed potiùs per modum pignorationis, & aſſecurationis, vt infra etiam dicetur; negari non poteſt, quin ſit ad commodum, & periculum cedentium, quia quanto plus creditores ceſſionarij exegerint, tanto plus ceſſurum erat in vtilitatem cedentium, & è conuerſo, vt benè in puncto declarat *Bald. in d. l. 3. num. 2. C. de nouat.* & ita hic applicetur primum membrum, & dictum *Bart.* Siue ſequamur contrariam ſententiam huiuſmodi diſtinctionem reprobantem, quam tenet *Caſtr. in d. l. ſi cum emptore, in princ. prope fin. verſ. Bart. autẽ, Alex. num. 5. & Iaſ. num.* 13. *& Apoſtill. ad Bart. ibi in litera* C. *vbi de communi cum alijs relat per Bertazz. d. clauſ. 29. gloſ. 4. num. 12. verſ. contrarium tamen,* qui ſimiliter teſtatur de communiori, & veriori. Et tunc indiſtinctè dd. de Faſchis poſſint agere, & experiri contra dictum Benedictum actioni-
4 bus directis. Et propterea cum vtroque caſu iſtæ directæ penes cedentes efficaces remanſerint, & ceſſio non ſit facta cum clauſula, *vt in rem ſuam*, poſſunt nunc earum ſaltem exercitium Hieronymo fideiuſſori cedere *Rot. Pedem. deciſ.* 62. Mouebantur etiam DD. quia dicta ceſſio fuit limitata ad certam, & finalem cauſam, ſcilicet ad effectum aſſecurandi dd. Cuſanos, & alios ceſſionarios de eorum credito, vt clarè patet ibi. *Volendo eſsi Signori Faſchi render più cauti & ſicuri detti magnifici Sig. Cuſani, &c.* & ibi, *e tutte e ſingole coſe dichiarano far a maggior cautela di dd. Cuſani, &c. & ſenz'alcuna innouatione.* Adiecta etiam expreſſa conditione, *e che tutto quello, che auanzera (ſodisfatti che loro ſiano) ſi debba conſignare, & reſtituire a detti Signori Faſchi, come all'incontro eſsi vogliono reſtar obligati a tutto quello, che mancaſſe fino all'intiera ſodisfattione, &c* vnde non impedit, quòd poſſint alteri iura cedi, *Bald. conſ. 248. num. 1. lib 5.* Præſertim quia dicta cauſa ceſſauit cum dd. Cuſani fuerint ſatisfacti, & per decretum A. C. quod in iudicatum tranſitum fecit, condemnati ad reſtitutionem, & conſignationem omnium bonorum, ſcripturarum, & librorum dictis de Faſchis, cum inhibitione, ne ampliùs in futurum quicquam ex nominibus ſibi ceſſis exigere auderent, *vt in ſummario eorundem de Faſchis num.* 2. 3. *&* 4. ideoque ceſſauit etiam ipſa ceſſio ad eam cauſam limitata, *cap. cum ceſſante, de appellat. l. ſi pecuniam, ff. de cond. ob cauſ cum vulg. & faciunt cumul. per Rot. in illa Taurinen. reductionis penſionis* 6. *Aprilis præteriti coram me.* Dubitatum præterea fuit de iuribus d. ceſsionis, quia eſt facta pro prætenſo credito dd. de Cuſanis cum illis de Faſchis, nec exprimitur ſumma,
5 nec de eo aliter conſtat, quàm per confeſsionem, quæ non ſufficit, *Ang. in l. per diuerſas, num. 2. verſ. in gloſ. C. mand Iacob. de Sancto Georgio in l. vnic. col. 5. num. 3. C. ne lic. potent. Put. deciſ. 22. num. 4. & 5. lib. 2. in nou. Rot Ianuen. deciſ. 13. num. 27. & num. 37. verſ. nam & ſi vnico reſpectu*; quæ propterea non poſſet obſtare, quin fieret ſecunda, quæ eſſet attendenda, & non prima, ex dictis *in illa Viterbien. pecuniaria coram me 17. Maij, & 11. Decembris* 1619. Ad quam ceſsionem faciendam dd. de Faſchis paratos ſe offerebant, licèt fortè illa opus non eſſet, cum Hieronymus tanquam fide-
6 iuſſor habeat actionem mandati pro releuatione contra debitorem, *l. qui fide, & l. ex mandato, ff. mand & l. mandati 14. C. eod. §. ſi quis autem, Inſtit. de fideiuſſ.* &
7 ſic ſua non intereſſet, quo caſu ceſſat exceptio cedendarum, *gloſ. & Ang. in l. niſi, ff. de pact. & ibi Iaſon, & Iacob. num. 1. quæ legitur per Angel. & Iaſ. ſub §. in his, l. præcedentis.* Præſertim quia nec etiam intereſſet reſpectu viæ executiuæ, cum ſupponatur per informantes pro Hieronymo, ipſi promiſſam fuiſſe releuationem indemnitatis in eodem inſtrumento, cum iuramento, & obligatione Camerali.

Et ita DD. vtraque parte informante reſolueront.

ANNOTATIO.

A Cedendarum actionum exceptio obſtat agenti ex cumula-
8 tis per *Bertazz. in deciſ. alleg clauſ. 40. gloſ. 4. num 8. ad med. Rot poſt Zacch. de ſociet. offic. deciſ. 77. num 2. Gratian diſcept forenſ. cap. 409. num 39. & 40. Faber lib. 11. coniectur. cap. 9. & fuit dictum in Interamnen. pecuniaria 27. Aprilis 1622 coram R. P. D. Nauarro, & ſupra deciſ 97 num. 2.* & poteſt opponi in quacunque parte iudicij, etiam poſt ſententiam, & aduerſus ipſius executionem, *Franch deciſ 476. num. 2. & 662 num 2. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib 15. tit. 19 num 12. Giurba qui alios cumulat deciſ Sicil. 57. num 1. Gratian diſcept. 701. num. 1. & 2. plures Rotæ Romanæ deciſiones referens* Siue nondum fuerit facta ſolutio, *Dec conſ. 446. Alexand. conſil 119. vol. 1. Giurb vbi proximè num 2* ſiue poſt debiti ſolutionem factam alia intentione, quàm vt extinguatur exceptio prædicta, nempè ſi tempore ſolutionis ita proteſtatus fuerit *Surd. conſ. 183. Menoch lib. 3.*

præ-

præſumpt. 143. *num.* 4. *cum relatis per Giurb. d. deciſ.* 57. *num.* 2. Imò etiam ſi adeſſet ſtatutum reijciens omnes exceptiones, nihilominus exceptio cedendarum nunquam cenſeretur reiecta, *Mantic. & Franch. vbi ſupra*, & pluribus comprobat *Giurb. vbi proximè num.* 3. Et quatenus renunciatum fuiſſet omni legum auxilio, non comprehenderetur in huiuſmodi renunciatione dicta exceptio cedendarum, vt reiecta *Aſſl. deciſ.* 182. *num.* 13. *poſt Roman. conſ.* 472. *num.* 5. *Decian conſ.* 99. *in cauſa Ioannis num.* 3. *Alex. conſ.* 196. *num.* 9. *vbi add verb. cede lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 100. *num.* 98. *lib.* 1. *Tiraq. de reuoc. donat num.* 121. vbi teſtatur de æquiori opinione, *Carol. de Graſſ. except* 10. *num.* 40. & tanquam magis communem, & veriorem ſententiam tenendam aduertit *Bertazz. d. clauſ.* 40 *num* 2. *in fin. & æquiorem dicit Bald conſil.* 4 *num.* 2. *&* 3. *lib* 1. *ſequitur Gratian vbi ſupra diſcept.* 701. *num* 9. *&* 10.

B Hanc diſtinctionem, quòd ſimplex ceſſio non ſit habenda pro ſolutione, nec liberet debitorem ceſſum, niſi concurrentibus requiſitis, *d. l.* 3. *C. de nouat.* (quæ habet locum, quoties ceſſio facta eſt ad commodum cedentis, vel ceſſionarius habiturus eſt regreſſum contra cedentem, ſecus tamen quando facta reperitur ad commodum ceſſionarij, puta per dationem in ſolutũ, quo caſu periculum tranſit in ceſſionarium) amplexa eſt *Rota in Auenionen. pecuniaria* 29. *Iunij* 1627. *coram R. P. D. Durano*, *ſequendo Pariſ conſ.* 19. *num.* 60. *lib.* 3. *Rot. Ianuen. deciſ.* 2. *num.* 76. quibus addo *Surd. conſ.* 22. *num* 33. *&* 43. vbi plures cumulat, & infert, quod confeſſio cedentis poſt factam ceſſionem non

9 nocet ceſſionario *num.* 31. *& infra deciſ* 476. *num* 2. niſi in caſu prædicto, quando ceſſio facta eſt ad commodum cedentis, vel ceſſionarius habiturus eſt regreſſum contra cedentem, quia tunc cedentis confeſſio etiam poſt factam ceſſionem nocet ceſſionario, vt ibi *num.* 9. *&* 10. *& dicta deciſ.* 476. *Domini mei num.* 2.

Item cedens non liberat debitorem ceſſum, quando poſuit

10 ceſſionarium in omnimodum locum, ſtatum, & gradum ſuum, vel ceſſio facta eſt per verba ampliſſima, & prægnantia, vt per eundem *Surd. d. conſ.* 22. *num* 35. *&* 36. Vel quando ipſe cedens non habet directas, ſed vtiles tantum actiones ſibi pariter ceſſas, ibidem *num.* 38. *& infra dicta deciſ.* 476. quæ latè materiam explicat.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana petrariæ.

Lunæ 21. Martij 1620.

ARGVMENTVM.

Vendito prædio, cum pacto, quòd lapidicina in eo exiſtens excauari poſſit per venditorem ad eius libitum: an tale pactum cenſeatur adiectum priuatiuè ad emptorem, vel etiam ei competat excauatio.

SVMMARIVM.

1 *In contractu emptionis, & venditionis attenden. eſt potiùs id, quod fuit actum, quàm dictum.*

2 *Contrahentium ſola mens, et voluntas inſpicitur in exceptionibus, et reſeruationibus ad fauorem venditoris, poſtpoſita verborum proprietate.*

3 *Pactum de francando ſolet in Rota minuere valorem in ſexta parte.*

4 *Pretij quantitas facit dignoſcere, quid, et quantum veniat in venditione, et quomodo, & qualiter intelligatur facta venditio.*

5 *Valor communis non probatur ex inſtrumento venditionis, præſertim ſi inſtrumentum non eſt de proximo.*

6 *Teſtis de facto proprio deponens pluſquam ſemiplenè probat, et plenè concurrentibus adminiculis num.* 7.

8 *Petra non eſt in fructu, quia non renaſcitur.*

9 *Emens cum pacto de retrouendendo tenetur de tempore retrouenditionis rem emptam in eodem ſtatu reſtituere.*

10 *Rem qui dicit, totam dicit, non partem.*

11 *Contractus interpretatio ſemper facienda eſt, vt alter contrahentium non ſit in damno.*

12 *Verba*, liberè, & ad beneplacitum, *quid importent.*

13 *Mens contrahentium colligitur ex cauſa in contractu adiecta.*

DECISIO CCCCLXXI.

VENDITA vinea per Equitē Theodorum q. Sebaſtiano pretio à communi æſtimatore declarato, cum pacto illam pro eodem infra decennium redimendi, & cum ſpeciali conuentione huius tenoris, *Che al detto Theodoro venditore ſia lecito, et poſſa à ſuo piacere cauare, & far cauare la pietra, ouero tufo in quella parte della vigna eſpoſta a mezo giorno, contigua alla vigna di Miſſere Antonio Tabacco; & in euento, che detta vigna per detta caua ſi deterioraſſe, il detto Theodoro ſia tenuto riſare al detto Sebaſtiano compratore il danno, che ne ſeguiſſe, da ſtimarſi da doi huomini, communemente da eleggerſi.* Eademque vinea per Sebaſtianum deinde vendita Euangeliſtæ cum repetitione dictorum pactorum, & excauandi, & francandi, & per lapſum temporis ad redimendum effecta libera ipſius Euangeliſtæ: Dubitatum fuit, An dicta conuentio de excauan. intelligatur priuatiuè quoad Euangeliſtam, & comprehendat totam Petrariam, ſeu quartam partem, & DD. reſoluerunt, conuentionem eſſe intelligen. priuatiuè, pro qua autem parte, videndum reſeruarunt. Moti autem fuerunt, quia

1 cùm in contractu emptionis, & venditionis attendendum, & ſequendum ſit potiùs id, quod fuit actum, quàm dictum, *l. ſed Celſus, §.* 1. *ff. de contr. empt. vbi poſt Gloſſ. Odofr. & Salic. l. fin. §. ſylua, eod titulo, Surd. de-*

2 *ciſ.* 257. *num.* 7. multoque magis in exceptionibus, & reſeruationibus ad fauorem venditoris, in quibus poſtpoſita verborum proprietate inſpicitur ſola mens, & voluntas contrahentium, *gloſ. vltim. in l. ſi in venditione. ff. comm. præd. & ibi Bald. & Caſtr. num.* 6. ſufficitque, quòd verborum natura patiatur, capi poſſe interpretationem iuxta mentem contrahentium, *Bald. conſ.* 390. *vol.* 4. *verſ. quandoque enim, quem ſequitur Becc. conſ.* 34. *num.* 37. & faciunt latè ſcripta in omnibus contractibus per *Mantic. de tacit. lib.* 2. *tit.* 7. *& præſertim num.* 3. 4. 5. 6. *& num.* 10. Videbatur in propoſito de mente contrahentium, reſeruandi ius excauandi priuatiuè, conſtare ex infraſcriptis. Primò ex tenuitate pretij ſcutorum 200. cùm vinea eſſet petiarum ſex, & ordinum 20. & in ſuburbijs, & ſola ſuperficies eſſet valoris ſcutorum 60. & vltra pro qualibet petia, vt per teſtes à Theodoro *in ſumm.* datos, quorum vnus dicit de ſcutis 60. & vltra, alius de 70. alius de 80. & ſic eſſet communis valoris ſcutorum vltra 360. Vndè habita

3 ratione pacti de francan. quod in Rota ſolet minuere

A valorem in ſexta parte, A, *Card. Seraph. deciſ.* 1063. *nu.* 5. & fuit dictum *in Auximana bonorum prima Iulij* 1613. *coram Reuerendiſſimo D. Damaſceno*, in qua aliæ deciſiones allegantur; adhoc ſola ſuperficies excederet va-

lo-

4 lorem ſcutor.300. Et certum eſt,ex quantitate pretij di-
gnoſci, quid,& quantum veniat in vẽditione,& quomo-
do, & qualiter intelligatur facta venditio *Bald. in l.* 1.
num. 5. *C. qui tit. fac. poſſ. vbi Caſtr. eodem num.* 5. *Iaſ.*
num. 21. *Bart. Dec. & Cagnol. in l. in ſtipulationibus de*
reg. iur. Put. deciſ. 325. *lib.* 3. *in nou. Surd. deciſ.* 257.
num. 7. *Seraph. deciſ.* 932. *num.* 13. *cum latè cumulatis*
per Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. *tit.* 9. *num.* 11. *&*
tit. 17. *num.* 27. *Curt. iun. conſ.* 80. *num.* 2. & ſic dictã
conuentionem tamquam partem pretij *vulg. l. fundi par-*
tem, ff. de contr. empt. eſſe priuatiuè intelligendam. Au-
gebatur fundamentum ex eo, quòd petraria erat nota-
bilis valoris, vt ex relatione patris Maxilimiani etiam
de tempore venditionis, & per triennium ante, & poſt,
(quicquid ſit, an pro nunc ſit attendenda) & ex loca-
tione d. Perrariæ, ac venditionibus lapidum illius pro
tempore factis fabricæ S. Petri, ex quibus negari non
poteſt, quin ex ea arguatur notabilis valor petrariæ; &
de tempore venditionis faciendo etiam quaſcunque de-
tractiones, vt in ſimili fuit conſideratum in *Terracinen.*
Caſtri Mantiæ 19. *Ianuarij* 1605. *coram Reuerendiſſ. D.*
meo Sacrato. Quibus non obſtat, quòd d. vinea fuerit
5 vendita patri d. Theodori pro ſcut. 300. ſinè aliqua re-
ſeruatione petrariæ; quia ex dicto inſtrumento non
probatur communis valor ex *not. in l. pretia rer. ff. ad l.*
falcid. & in l. 2. *C. de reſcind. vend. præcipuè per Cagnol.*
num. 233. *Rota deciſ.* 170. *num.* 2. *part.* 1. *recentior.*
Honded. conſ. 31. *num.* 59. *lib.* 1. præſertim cùm ſit per
15. annos ante venditionem, *Nat. conſ.* 353. *num.* 2.
Card. Seraph. deciſ 1073. *num.* 9. & cum duobus oneri-
bus, à quibus per Theodorum fuit vendita libera, &
potuerit etiam ſubeſſe cauſa extrinſeca augmenti dicti
valoris ex allegata cõſumptione cauarum cõtiguarum.
Secundò ex depoſitione Valperghæ periti à contrahen-
tib. communiter electi ad vineam æſtimandam, & iuxta
cuius æſtimationem expreſsè fuit facta venditio, atte-
ſtantis æſtimaſſe ſolam ſuperficiem, quia fuerat ſibi ita
iniunctum à partibus aſſerentibus, illam ſolam vendi,
6 qui tamquam de facto proprio pluſquam ſemiplenè
probat *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 2. *in fin. de empt. & vend.*
cum alijs per Surd. conſ. 7. *num.* 46. *& Farinac. de teſtib.*
quæſt. 63. *num.* 224. *Card. Seraph. deciſ.* 889. *num.* 3.
7 & plenè in hoc caſu concurrentibus adminiculis ex de-
poſitione alterius teſtis de auditu ab emptore, & pretij
modicitate, & alijs, de quibus ſupra *Socc. iun. conſ.* 62.
num. 6. *lib.* 1. *Verall. deciſ.* 271. *par.* 3. *Farinac. dicta q.*
63. *num.* 221. *Rota in Sutrina bonorum* 5. *Decembris*
1586. *coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in Hiſpalen.*
matrimonij 28. *Ianuarij* 1608. *coram Illuſtriſſimo Card.*
Ludouiſio. Quamuis enim DD. pro nunc firmare no-
luerint, totam petram fuiſſe reſeruatam, propter verba
pacti, *In quella parte eſpoſta à mezo giorno*, quæ, viden-
dum erit, an limitent excauationem, vel deſignent lo-
cum illius; tamen viſum fuit, dicta depoſitione benè coa-
dinuari interpretationem pacti, & mentem contrahen-
tium, quòd illud ſit priuatiuè. Tertiò quia durante d.
pacto de redimen. dictus emptor non poterat excauare,
8 quia cùm petra non renaſcatur, nec propterea ſit in fru-
ctu, *l. diuortio, §. ſi vir, & ibi gloſ. & Doct. ff. ſol. matr. l.*
ſi lapidicina, ff. de fund. dot. Boer. deciſ. 19. *num.* 5.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. *tit.* 30. *num.* 32. te-
9 nebatur emptor de tempore retrouenditionis vineam
in eodem ſtatu cum petra reſtituere ex allegat. *& per*
Cagnol. in l. 2. *num.* 255. *& ſeq. C. de pact. int. empt. &*
vend. Tiraq. de retr. conu. §. 3. *gloſ. vnic. num.* 23. cum
tamen Eques poſſet vigore pacti excauare totam pe-
tram durante d. decennio, nec poſſet ab emptore im-
pediri. Pactum ergo excauationis ad fauorem vendi-
toris adiectum perneceſſe ſtat priuatiuè, aliàs enim
fuiſſet diſpoſitum, quòd non facta redemptione liceret
quoque emptori excauare, quod cùm factum non fue-
rit, firmum ſemper remanet ad fauorem venditoris
idem pactum excauan. à partibus priuatiuè intellectum,
tamquam tempore non limitatum, nec aliquo modo al-
teratum, & cuius propterea interpretatio ex temporis
lapſu mutari non debet ad *l. minimè, vbi not. ff. de legib.*
Quartò ex pacto, quòd ſi per excauationem petræ fie-
ret damnum vineæ, venditor teneretur damnum refice-
re, ſi enim emptor quoque excauare potuiſſet, dam-
num, quod propter excauationem ſequebatur, non
potuiſſet ſemper attribui venditori, nec debuiſſet co-
gnoſci, nec diſtingui, quod eſſet illatum per excauatio-
nem venditoris: cùm ergo partes egerint de abſoluta
refectione facien per venditorem, apertè ſenſerunt, eum
10 ſolum excauare poſſe reiecta contraria interpretatio-
ne, per quam venditor ex facto, ſeu excauatione em-
ptoris damnum ſentire poſſet *Aym. conſ.* 245. *num.* 9.
Menoch conſ. 55. *num.* 33. Quintò conſiderabant DD.
quòd pactum cantat, *cauare, & far cauare la pietra*, non
autem *cauar pietra, ò della pietra*, Et ſic continere exca-
11 uationem totius petræ: quia qui rem dicit, totam
dicit, non partem, *gloſ. in l. ſi rem, in verb. totam, ff. de*
rei vendic. Sim. de Prat. conſ. 153. *num.* 21. quod videtur
planiùs procedere, ſi capiatur intellectus emptoris (de
quo erit, vt infra, agendum) quòd illa verba, *in quella*
parte eſpoſta à mezo giorno, reſtringant pactum ad petram
ibi exiſtentem; non enim ſeruaretur pactum, quòd ven-
ditor poſſet excauare petram partis meridionalis, ſi
emptor quoque illam pro ſe excauare poſſet. Sextò põ-
12 derabant etiam alia verba pacti, *ſia lecito, & poſſa à ſuo*
piacere, &c. quæ oſtendunt, excauationem potuiſſe fieri
pleno iure ſinè aliquo impedimento, & contradictione,
vt de verbo, *liberè*, *Corn. conſ* 106. *num.* 16. *&* 17. *lib.*
2. *latè Surd. conſ.* 265. *num.* 8. & quòd denotet, totali-
ter *Aym. conſil.* 122. *num.* 5. & quocunque tempore,
vt de verbo, *ad beneplacitum*, tradit *Surd. conſ.* 524. *num.*
4. *&* 5. *lib.* 4. Quæ tamen abſoluta facultas excauandi
quocunque tempore, ſtare non poſſet, ſi non intellige-
retur priuatiuè, ex quo volente venditore excauatio-
nem differre, poſſet interim emptor totam petram
excauare, & ſic venditor fruſtraretur dicta facultate.
Septimò conſiderabant etiam DD. cauſam, propter
quam Theodorus motus fuit ad venden. &c. videlicet,
13 quia vinea erat inculta, & deſerta, & indigebat melio-
ramẽtis, quæ cauſa ceſſabat in ipſa lapidicina, ſeu petra-
ria, & ex ea mens vẽditoris benè colligitur *Alex. conſ* 46.
num. 7. *lib.* 1. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 1. *tit.* 17. *nu.*
42. Ex quibus ſimul iunctis viſum fuit DD. dictum pactũ
eſſe priuatiuè intelligen. & potiùs reſoluen. eſſe in vim
reſeruationis factæ dictæ petrariæ in limine ipſius con-
tractus ad fauorem Theodori, ita vt non videatur cõ-
prehenſa in venditione, quàm in vim licentiæ, ſeu facul-
tatis, cùm verba poſſint hunc intellectum recipere: præ-
ſertim ſi petraria eſſet à vinea diſtincta, & ſeparatim cõ-
ſiderata, vt in terminis valdè proximis ex coniecturis,
& præſumptionibus conſuluerunt *Bald. d. conſ.* 390. *&*
Dec. conſ. 41.

Et ita vtraque parte informante reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

Hæc deciſio confirmata fuit coram R. P. D. Veroſpio die
13. *Iunij* 1629.

A *Rota coram Domino meo ſupra deciſ.* 62. *num.* 7. *& dixi*
ibid. lit. B.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tau-

Burgi Sancti Donini Præpoſituræ.

Lunæ 11. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Exemplum vt ſit in forma probanti, quænam requirantur, & ex quibus fuerit iudicatum informe.

SVMMARIVM.

1 *Exemplum regulariter parte opponente non probat, etiam ſi ſumptum ſit manu Notarij publici atteſtantis, ſe vidiſſe originale in authenticam formam.*

2 *Exemplum, vt probet, debet conſtare de notariatu illius qui exemplum extraxit.*

3 *Recognitio manus Notarij neceſſaria eſt pro fide ſcripturæ, non obſtante legalitate.*

4 *Exemplum vt dicatur ſolemniter extractum, quænam requirantur.*

5 *Inſtrumentum carens anno, menſe, die, rogitu, & ſubſcriptione Notarij, non eſt authenticum.*

6 *Scriptura defectiua reperta inter imbreuiaturas Notarij, inter quas non conſueuerũt poni, niſi ſcripturæ authenticæ, & tales, vt de earum publicatione, aut ſtipulatione dubitari non poſſet, habetur pro ſtipulata, & authentica.*

7 *Scripturæ, quæ aſſeritur rogata per vnum Notarium, non datur fides, ſi non adſit inſcriptio, aut ſubſciptio eiuſdem Notarij, ſed alterius.*

8 *Obſeruantia interpretatiua elici non poteſt ex actibus contrarijs, & difformibus.*

9 *Obſeruantia dat robur ſcripturæ etiam informi.*

DECISIO CCCCLXXII.

IN cauſa Præpoſituræ Eccleſiæ Burgi
S. Donini coram me in Rota pendente
inter præſentantes, & præſentatos, pro
parte D. Alphonſi Caſalis, & ab eo
præſentati fuit in partibus ad probandum
eis incumbentia producta ſcriptura,
continens tenorem quarumdam
diuiſionum factarum per q. Rolandum de Pallauicinis
hæreditatis bon. memoriæ Caroli Pallauicini Epiſcopi
Lauden. *vt in proceſſu fol.* 30. de cuius fide fuit ex aduerſo
pro parte D. Marchionis Alexandri, & ab eo præſentati
oppoſitum, & dato dubio, an d. ſcriptura ſit in
forma probanti, fuit negatiuè reſponſum. Fundamen-
1 tum fuit, nedum quia illa, cum ſit exemplum, vt in ſubſcriptione
ibi, hæc eſt copia, &c. ex regula generali
parte opponente non probat, *auth. ſi quis in aliquo*,
vbi *Bart. num.* 1. *Decian. num.* 6. *& ceteri omnes C. de
eden. cum vulg.* etiam ſi ſumptum ſit manu Notarij publici
atteſtantis, ſe vidiſſe originale in authenticam formam,
Bart. in d. auth. ſi quis in aliquo num. 7. *et ibi Socin.
in* 2. *not. Purpur. conſ.* 455. *num.* 9. *in fin.* cum plenè
adductis *in illa Maceraten. fideicom.* 29. *Nouembris
præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo.* Sed etiam quia
plures concurrunt defectus. Et primò, quòd non con-
2 ſtat de Notariatu Galdi de Laude, qui dictum exemplum
extraxit, prout requiritur, *Doct. in cap.* 1. *de fid. inſtr.*
& in ſpecie *Alex. conſ.* 112. *num.* 1. *verſ. item non probat
lib.* 4. Secundò, non eſt recognita manus dicti Gal-
3 di, prout fieri debebat, *Put. deciſ.* 327. *in fin. lib.* 2. *in
nou. Rot. deciſ.* 145. *num.* 1. 2. *et* 3. *et* 703. *num.* 3. *part.*
2. *in recent.* Tertiò, iſtud exemplum non fuit ſolemniter
extractum, *iux. requiſita, cap. fin. de fid. inſtr.* nam
in primis, vltra quod non apparet de aliqua iuſta cau-
4 ſa, quæ ad huiuſmodi exemplationem *iuxta d. cap. fin.*
requiritur, vt ibi *per Abb. et alios Doct. Alex. conſ.* 112.
num. 1. *lib.* 4. *et fuit dictum in Romana Cenſus* 13. *Ianuarij
præteriti coram me*, non conſtat, quòd ſcriptura, à
qua fiebat tranſumptum, eſſet originalis, quemadmodum
nec ipſe exemplans affirmare auſus fuit. Deinde
non fuit exhibita coram Iudice, & ab eo examinata,
& approbata, *d. cap. fin.* & ibi *Doct. Cagnol. in d. auth.
ſi quis in aliquo, num.* 36. *Purpur. d. conſ.* 455. *num.* 13.
et ſeqq. Et demum non præceſſit citatio intereſſe habentium,
vel habere exiſtimantium ſaltem per publi-
A cum proclama A, *Purpur. d. auth. ſi quis in aliquo num.*
19. *Alex. conſ.* 150. *num.* 4. *lib.* 6. *Rot. deciſ.* 193. *num.*
11. *part.* 2. *diuerſ. & latè in d. Maceraten.* Quartò, ex
ipſa copia apparet, quòd dicta ſcriptura, ex qua illa
ſumpta fuit, caret anno, menſe, die, ac rogitu, & ſub-
5 ſcriptione notarij, ceteriſque omnibus ad authenticum
inſtrumentum requiſitis. Nec facit, quòd dictus Galdus
atteſtetur, illam reperijſſe inter imbreuiaturas Ga-
6 brielis Sauiti. Nam (omiſſo, an ei credatur) deberet
conſtare, inter dictas imbreuiaturas non conſueuiſſe
poni, niſi ſcripturas rogatas, & authenticas, & tales,
vt de earum publicatione, aut ſtipulatione dubitari non
poſſet, *Rot. deciſ.* 250. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ. & in recent.
deciſ.* 714. *in princ. part.* 1. *&* 628. *num.* 3. *part.* 2. Neque
vllam obſeruantiam pro adminiculo dictæ ſcripturæ
deſumi poſſe cenſuerunt DD. ex inſtrumento anni
1498. 13. Iunij *d. proc. fol.* 431. imò potiùs contrariam,
quatenus tamen ipſa quoque aliquam mereatur
7 fidem, cum in fine illius aſſeratur, illam rogatam per
me Notarium infraſcriptum, & tamen in fine non adeſt
aliqua inſcriptio, aut ſubſcriptio Notarij, ſed tantùm
legitur ſubſcriptio Galdi de Laude dicentis, ſe habere
auctoritatem explendi inſtrumenta rogata per olim
Gabrielem Sauitum notarium publicum, & Mediolani
ſubſcripſiſſe, ſequuta litera legalitatis; in illa autem cõtinetur,
Galeatium, & fratres, narrato quodam inſtrumento
conuentionum inter eos, & alios Pallauicinos
præcedenter initarum, de quo nullibi conſtat, eligere,
& optare vnam tertiam partem diuiſionis factæ per
Rolandum Pallauicinum; in ſcriptura autem dictæ diuiſionis
habetur, quòd partes ſorte extraherentur, &
ſic non per optionem; ideoque ex inſtrumento dictæ
optionis tanquam actus contrarij, & difformis, nulla
B poteſt elici obſeruantia B, *Bart. in l.* 2. *num.* 22. *ff.
ſol. matr. Crauett. conſ.* 313. *num.* 4. *Rot. in nouiſſ. part.*
8 1. *deciſ.* 45. *num.* 4. Quin etiam pro eadem contraria
obſeruantia dabatur magnus fumus ex originalibus literis
Apoſtolicis Cardinalis Sanctæ Praxedis Legati à
Latere ad Regem Francorum obtentis ab eodem Rolando,
ſub dat. Ianuæ 1507. 10. *Kal. Auguſti in ſummario
num.* 2. in quibus enunciatur, quòd in diuiſionibus
concordatis inter cohæredes Epiſcopi Caroli inter
alia conuentum fuit per inſtrumentum publicum,
quòd in portione ipſius Rolandi ſit, & remanere debeat
ius præſentandi Præpoſitum, & tres Canonicos
d. Eccleſiæ S. Laurentij; & tamen in ſcriptura dictæ diuiſionis
habetur, in vna parte nuncupata Sancti Georgij
debere eſſe ius præſentandi tres ex Canonicis dicti
Eccleſiæ Sancti Laurentij, in alia nuncupata Sancti Iuliani
ius præſentandi Præpoſitum, & Sacriſtam dictæ
Eccleſiæ Sancti Laurentij, & in alia nuncupata Caſtri
Veteris ius præſentandi tres Canonicos.
Et ita reſolutum vna tantùm parte informante.

AN-

ANNOTATIO.

A De quo dixi ſupra *ad deciſ. 444. lit. A.*

B Quòd obſeruantia det robur ſcripturæ etiam informi, latè
9 firmauit *Rota in Meleuitana hereditatis 6. Nouembris* 1623. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, & dixi ſupra deciſ. 10. *lit. F.* vbi habes declarationes ad hanc concluſionem.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Taurinen. Theſaurariæ.

Veneris 15. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Theſauraria, quæ eſt dignitas in Eccleſia Metropolitana, vacat per promotionem ad Epiſcopatum, necnon per aſſecutionem ſecundi beneficij perſonalem reſidentiam, ſiuè præciſam ſiuè cauſatiuam requirentis, non obſtante conſuetudine etiam immemorabili; & ex quibus probetur, Theſaurariam eſſe dignitatem.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij, ſeu dignitatis Eccleſiaſticæ inducitur per promotionem beneficiati ad Epiſcopatum.*
2 *Vacatio beneficij perſonalem reſidentiam requirentis inducitur ex aſſecutione alterius beneficij perſonalis.*
3 *Reſidentia an ſit præciſa, vel cauſatiua, non attenditur ad effectum vacationis beneficij perſonalis propter aſſecutionem alterius ſimilis beneficij.*
4 *Dignitas in Metropolitana perſonalem reſidentium requirit ex Conc. Trid.*
5 *Theſauraria an ſit dignitas, & ex quibus probetur num.* 6. 9. 10. 11.
6 *Dignitas probatur eſſe talis ex eius expreſſione facta in collationibus Apoſtolica, aut Ordinaria authoritate factis, & ex declaratione facta per Capitulum num.* 10.
7 *Confeſſio facta in precibus contra ſupplicantem probat.*
8 *Status vltimus in beneficialibus attenditur, præſertim cum de anteriori contrario non conſtat.*
9 *Dignitas probatur ex pluribus collationibus effectum ſortitis, ex quibus oritur probatio famæ, & communis reputationis.*
11 *Theſaurariatus quòd ſit dignitas, probatur ex pluribus actibus, & functionibus Capitularibus factis de ordine Theſaurarij.*
12 *Dignitas probatur ex communi reputatione in Eccleſia pro tali.*
13 *Dignitas cenſeri debet ſecundùm reputationem loci, licèt aliàs de iure communi pro tali non habeatur.*

DECISIO CCCCLXXIII.

1 GRATIA, Si neutri, quam obtinuit Io. Baptiſta, Theſaurariæ in Eccleſia Metropolitana Taurinen. viſa fuit Dominis iuſtificata quoad caput vacationis; ex qua vacatione reſultat non ius Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Vercellen. ſeu illius reſignatarij; fundamentum fuit in promotione dicti Reuerendiſſimi D. Epiſcopi tempore, quo dictam Theſaurariam obtinebat, ad Eccleſiã prædictam Vercellen. per quam inducta fuit eiuſ-
A dem Theſaurariæ vacatio A, *cap. cum in cunctis, §. 1. de elect. & ibi not. gloſ. & omnes, cum pluribus per Hoied. de beneſ. incompatib. par. 1. cap. 4.* & habetur *in extrauag. ad regimen de præben. Caputaq. deciſ.* 400. *par.* 2. *Gabr. conſ.* 200. *nu.* 3. *lib.* 2. Quæ etiam ex eo ſolo inducitur,
2 quando quis obtinet ſecũdum beneficiũ perſonalem reſidẽtiam requirens, vt primum, tàm ex diſpoſitione iuris *cap. 3. de offic. Ordin. in 6. Hoied dicto tract. cap. 16 in princ. dicta par. 1.* quàm *Sacri Concil. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. & ſeſſ. 7. de reform. cap.* 4. & extant declarationes Sacræ Congregationis Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium Concilij interpretum, & deciſiones Rotæ relatæ *in Giennen. portionis* 13. *Nouembris* 1613. *coram me impreſſ. in recent.* 524. *in princ. par. 1. per Garz. de beneſ. par. 11. cap. 5. num.* 79. 80. *& ſeqq.* cumulan. plures dictæ Sacræ Congregationis, & Rotæ reſolutiones. Nec
3 attenditur, an reſidentia ſit præciſa, vel cauſatiua, hæc enim difficultas ſublata eſt ex dd. reſolutionibus Sacræ Congregationis, & Rotæ; neque contraria conſuetudo etiam immemorabilis ſuffragaretur, tanquam ſublata à Sacro Concilio *dicta ſeſſ. 24 cap.* 12. cum pluribus reſolutionibus Sacræ Congregationis allegatis *per Garz. de beneſ. part. 3. cap. 2. num.* 197. Theſaurariam verò, de qua agitur, perſonalem reſidentiam requirere, de-
4 ducebatur, quia dignitas in Metropolitana perſonalem reſidentiam requirit, iuxta expreſſam diſpoſitionem *Sacri Conc. Tridentini ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. *verſ. præterea obtinentibus*, & ex ea reſultat incompatibilitas, & ſic vacatio, *vt in dicta deciſ.* 524. *num.* 1. latè deducitur.
5 Quicquid autem ſit, an Theſauraria ſit dignitas, prout inter dignitates eſt relata *per Abb. in cap. de multa, num. 23. verſ. ſecus, de præben.* & ibidem *Quintin. in repet. nu.* 89. *circa med. Azor. inſt. moral. par. 2. lib. 3. cap. 13. quæſt. 1. 4. & 5. ante fin. verſ. tandem, & Rotam in Pampilonen. Theſauraria* 23. *Ianuarij* 1617. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*. Ex facto viſa fuit in hoc ceſſare dif-
6 ficultas, & probari, illam eſſe dignitatem. Primò ex collationibus tàm Apoſtolica, quàm Ordinaria auctoritate factis de illa tanquam tertia dignitate ex quinque, quæ ſunt in dicta Eccleſia, & præſertim per ſanctæ mem. Gregorium XIII. anno 1575. per Sixtum V. 1585. per Capitulum Sede vacante anno 1604. & tandem exprimitur dignitas in prouiſione Apoſtolica facta per reſignationem dicti Epiſcopi ad fauorem Petrini aduerſarij
7 anno 1615. quæ probat contra ipſum *vulg. l. cum precum, C. de liber. cauſ. Verall. deciſ.* 190. *num.* 3. *par.* 1. & de quibus omnibus *in ſummario Io. Baptiſtæ num.* 4.
8 & ſic probatur ſtatus continuatus vſque ad præſens; & certum eſt, in iſtis beneficijs vltimum ſtatum attendi ex *not. in cap. cum de beneficio, de præben. in 6. latè Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 5. §. 2. num. 14. Rota deciſ. 233. num. 1. par. 1. in recent.* præſertim cum de anteriori contrario non conſtet *Rota deciſ. 233. in princ. par. 1. recent. & deciſ.*
9 315. *in princ. par.* 2. Ex quibus etiam collationibus effectum ſortitis orietur probatio famę, & communis reputationis *Rota deciſ.* 518. *verſ. 6. probatur, par. 1. diuerſ.*
10 Secundò ex declaratione Capituli 9. *Iulij* 1586. *dicto ſummario num.* 3. inter Archipresbyterum, & Theſaurarium, præuia viſione Bullæ erectionis Theſaurarię, actibus poſſeſſionum, & alijs iuribus in prothocollis Capituli exiſten. ex quibus conſtat, Theſaurariam eſſe tertiam dignitatem poſt Pontificalem, cum declaratoria, Theſaurariũ dicti Epiſcopatus eſſe manutenen. in poſſeſſione, quæ quidem declaratio fieri non potuiſſet, niſi Theſauraria eſſet dignitas, cum controuerſia eſſet cum Archipresbytero, & Archipresbyteratum eſſe dignitatem in dicta Eccleſia, dicitur in dicta viſitatione anni

1584. & ſimilem declarationem ponderauit *Rota d. deciſ.* 518. *verſ* 5. *& verſ.* 11. *par.* 1. *diuerſ.* Tertiò ex pluri-
11 bus actibus, & functionibus Capitularibus ſactis, videlicet conuocatione Capituli de mandato Theſaurarij dictæ Eccleſiæ, & præſidis Capituli in abſentia obtinentium maiores dignitates, *vt d. ſummario num.* 6. & in ſimili maioritatem ponderauit *Rota d. deciſ.* 518. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ.* Quartò reſultat probatio communis reputationis nedum Capituli, quod ſe congregauit de
12 mandato Theſaurarij, vti illius præſidis, in defectum obtinentium maiores dignitates, ſed etiam aliorum, penes quos communiter habita fuit pro dignitate, vt deponunt teſtes *in ſummario num.* 6. quam reputationem ponderauit *Rota in dicta deciſ.* 518. *num.* 2. *par.* 1. & magis in ſpecie *Rota deciſ.* 29. *num.* 3. *par.* 2. *diuerſ. ex not. per Innoc. & Hoſt. & alios in d. cap. de multa*, quòd digni-
13 tas cenſeri debet ſecundùm reputationem loci, licèt
A aliàs de iure communi pro tali non habeatur, A, vbi etiam quòd ita fuit reſolutum in quadam cauſa Cortonen. præpoſituræ coram Corta.

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A Conſuetudo plurimum operatur ad dignoſcendũ, quænam ſit prima dignitas in aliqua Eccleſia, & ideo attẽditur potiùs ſolitum ipſius Eccleſiæ, quàm ius commune, *Gramm. deciſ.* 64. *num.* 17. *&* 18. *Mantic deciſ.* 175. *num.* 3. ſicut etiam communis reputatio, & publica fama loci. *Boer deciſ.* 286. *num.* 8. *Rot. deciſ.* 585. *num.* 2. *part.* 4 *diuerſ Mantic. d. deciſ* 175. *num* 3. *Gregor XV deciſ.* 482. *num.* 3. *& ſuit dictum in Cephaluden. Archidiaconatus* 18. *Martij* 1624. *coram bon. mem. Dunozetto ſeniori.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Collen. hæreditatis.

Lunæ 18. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Immobilium appellatione veniunt loca montium, & cenſus, & ideo ſuper ijs datur interdictum, Quorum bonorum, in quo veniunt fructus, prout in petitione hæreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Immobilium appellatione veniunt loca montium non vacabilium, & propterea datur in eis immiſſio.*
2 *Immobilium appellatione veniunt cenſus.*
3 *Cenſus emptus ex pecunijs hæreditarijs, an factus ſit hæreditarius.*
4 *Iura, actiones, & nomina debitorum licèt non circumſcribantur loco, tamen dicuntur eſſe in loco, vbi de iure, & de facto exigi poſſunt.*
5 *Debitor quo loco debeat conueniri.*
6 *Fructus locorum montium, & cenſus an veniant in petitione hæreditatis, & illam augeant.*
7 *Fructus veniunt in interdicto* Quorum bonorum, *vt in petitione hæreditatis.*
Interdictum, Quorum bonorum, *quod pro incorporalibus competit, datur pro locis montium, & cenſu.*

DECISIO CCCCLXXIV.

DOMINI reſponderunt, Mariettæ ex fratre nepti q. Marij extra Vrbem defuncti, pro ſexta parte, pro qua fuit reſolutum, ipſam ſuccedere in bonis Vrbis, dandam eſſe immiſſionem in locis montium, & cenſuum, eidemque alia deberi, de quibus infra. Primò namque pars nullam faciebat controuerſiam reſpectu loco-
1 rum montium non vacabilium, quæ reputantur tanquam immobilia, & ideo ſub illorum legato veniunt, *Oradin. deciſ.* 116. quam refert *Gabr. conſ.* 141. *num.* 23. *lib.* 2. & præſupponit *Cardin. Seraphin. deciſ.* 679. *num.* 1. & in ſimilibus locis montium Ciuitatis Bonon. *Alexan. conſ.* 179. *num.* 3. *vol.* 6. *& conſ.* 15. *num.* 3. *& ſeqq. vol.* 7 & in terminis noſtris nouiſſimè *Gaſp. The-*
A *ſaur. lib.* 2. *quaſt. for. q.* 5. *in fin.* A, Secundò, nulla pariter viſa fuit difficultas in cenſu ſcut. mille in ſorte annui redditus ſcutorum 70. empto per procuratorem Portiæ, & P. Franciſci duorum ex nepotibus, & hæredibus dicti Marij, & per dictum procuratorem à dd. de
2 Marſupinis debitoribus exactis. Quia cenſus veniunt immobilium appellatione, latiſſimè *Gabr. d. conſ.* 141. *per tot. lib.* 2. *latè Surd. deciſ* 304. *Magon. deciſ. Flor.* 107.
B *num.* 1. *& Gaſpar. Theſaur. d. quæſt.* 5. *in fin.* B. Et licèt dictus cenſus non eſſet in bonis de tempore mortis Marij, tamen cum fuerit emptus ex pecunijs hæreditarijs, & per procuratorem dd. duorum hæredum exactis in Vrbe à dd. de Marſupinis, vt ex inſtrumento 23. Iulij 1604. Et idem procurator declarauerit, ſe procuratorio nomine hæredum dicti Marij, videlicet Portiæ, & P. Franciſci emiſſe dictum cenſum, ideo eſt factus hæ-
3 reditarius, cum ſimus in iudicio vniuerſali, vt infra dicetur, *gloſ in l. Imperator. §. cum autem, verb. non videtur.* & ibi *Bar. num.* 1. *&* 2. *Bald. num.* 1. *Caſtr. num.*
C 2. *ff. de leg.* 2. *cum alijs per Surd. deciſ.* 15. *num.* 18. C, Corroboratur, quia in quietatione ſcutorum mille facta per dictum procuratorem 29. Iulij 1602. nominibus dd. P. Franciſci, & Portiæ hæredum Marij ad fauorem Alexandri Marſupini dicitur, *Quali eſſo* (videlicet) *Aleſſandro douea d'ordine di detto meſſer Mario inueſtire in mõti non vacabili* Et ſic iam fuerant per defunctum deſtinata emptioni locorum montium, quæ pro ſtabilibus habentur, vt ſupra dictum eſt, & de hac deſtinatione *Soccin. conſil.* 249. *num.* 27. *vol.* 2. *Perigr. de fideicomm. art.* 44. *num.* 28. *propè fin.* vbi quod indubitanter procedit quando teſtator mandauit inueſtiri in ſtabilibus, vt hic, & fructus dicti cenſus fuerunt per P. Franciſcum exacti, ex eius confeſſione data *in ſummario, num.* 3. Tertiò quoad reſiduum crediti cum. dd. Marſupinis, quòd erat in totũ ſcutis 324. b. 42. dixerunt DD. illud ad dictã Mariettam pro ſua rata pertinere, & illi per debitores, vel cohæredes, in quantum de rata ſua exege-
4 rint, deberi. Licèt enim iura, actiones, & nomina debitorum non circumſcribantur loco: tamen dicuntur eſſe in loco, vbi de iure, & de facto exigi poſſunt, *l. quæro* & ibi *Scriben. ff. de ſolut.* & in terminis noſtris de nominibus debitorum Vrbis, *Alex. conſil.* 16. *num.* 2. *verſic. nam ſi velimus, vol.* 1. quem ſequitur *Brun. de ſtat. excluſ &c. art.* 8 *quæſt.* 26. *num.* 133. *&* 134. *Soccin. conſ.* 101. *col. fin. vol.* 1. & hanc eſſe magis veram, & communẽ, teſtatur *Aym. conſ.* 934. *num.* 11. *lib.* 5. *Hippol. Rimin. conſ.* 352. *num.* 86. *& ſeqq. lib.* 4. *Aldobr. conſ.* 24. *num.* 25. *& ſeqq. lib.* 2. *Peregr. conſil.* 90. *num.* 29. *lib.* 1. *& in tract. de iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 142. *Gaſp. Theſaur. d. q.* 5. *num.* 11. *vſq; in fin. Rot. deciſ.* 546. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ. quæ eſt Seraph. deciſ.* 352. *nu.* 1. *&*

Digitized by Google

1. *& in Piſana de Roſerminis 17. Martij 1582. coram Reuerendiſſ. D. Peruſino. & in Balneoregien. bonorum 7. Iunij 1591. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*, & ſecundùm eam indicatũ *in conſilio Neapolitano dixit Franc. decis. 93. num. 7. ad fin.* Quòd autem exactio iſtius crediti fieri deberet in Vrbe, ex eo patet, quòd Marſupini aliàs mercatores iu Vrbe erant debitores Marij de-
5 functi ratione adminiſtrationis in Vrbe geſtæ, vt eſt in confeſſo inter partes, nec alibi conueniri poterant *ad l. 1. et 2. & tot. tit. C. de ratiocin. ag. opor. & in iſtis terminis*
D *Hond. conſ. 13. nu. 19. 20. & ſeqq. in primo.* D, Nec obſtat, quòd Camillus vnus ex debitoribus tempore obitus Marij eſſet abſens ab Vrbe, & haberet domicilium in Ciuitate Aretina, & ideo ibi cõueniendus erat. Nã præter-miſſo, an epiſtolæ ad hoc probandũ datæ per Flaminium ſint recognitæ, & probent ſufficienter cõtra Mariettam: ex earundem lectura conſtat Alexandrum, cum quo fuit impoſitus dictus cenſus, remanſiſſe in Vrbe pro gubernio negotiorum; & ideo Camillus in epiſtola, ſub dat. 5. Decembris 1602. ſignificauit Flaminio, *Che quanto gl'occorerà de' conti, & altro, n'auuiſarà in Roma, & ſarà raguagliato di là compitamente, eſſendo tutte in Roma le coſe loro*, & per inſtrumentum publicum datum in *ſummario Mariettæ num.* 1. procurator dd. P. Franciſci, & Portiæ fatetur, ſe recepiſſe ab Alexandro Marſupino Romano; & clariùs ex con feſſione P. Franciſci ad poſitiones, quòd Alexander, & Camillus fuerunt mercatores in Vrbe, & euentus docuit, quia Portia, quæ erat ſoror Mariettæ, fuit admiſſa ad hoc idem creditum cum maſculis. Quartò, deberi etiam Mariettæ fructus dd. locorum Montium, & Cenſus à die aditæ prædictæ hæ-
6 reditatis, ſicuti enim veniunt in petitione hæreditatis, & illam augent *l. item veniunt §. fructus. ff. de petit. hæred.* & in eo, qui ſcit, ſe habere cohæredem, *gloſ. in verbo augeri, Bellaper. Cyn. & Bald. in l. non eſt ambiguum, C. famil. herciſc.* & ibidem *Salicet.* Maximè quia Portia, & P. Franciſcus ſciuerunt, hanc portionem ſpectare Mariettæ nepti Marij, & cohæredi, *Afflict. deciſ. 240. num. 2. & 3.* facit text. *in l. 4. §. poſt litem, ff. fin. regun. & in l. item veniunt §. petitam. ff. de pet. hæred.* idem dicendum
7 eſt in interdicto, *Quorum bonorum*, in quo veniunt fructus, vt in petitione hæreditatis, *Alexan. conſ. 70. num. 11. vol. 6. Peregr. de fideicom. art. 46. num 8. & 9.* Et pro dictis locis montium, & cenſu datur interdictum, *Quorum bonorum*, quod competit pro incorporalibus, *Rip. in l. 2. num. 2. ff. quor. bonor. Menoch. de adipiſc. rem. 1. quaeſt. 21. num. 83. Peregr. d. art. 46. num. 16.*

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Hæc deciſio fuit confirmata infra *deciſ. 536. & deciſ. 921. num. 10.* & eam impreſſam habes *poſt add. Cenc. ad tract. de cenſ. deciſ. 118. & ſequitur par. 1. cap. 3. quaeſt. 20. art. e. ex num. 3 & art. 2. in princ.*

B Sequuta eſt *Rota infra deciſ. 579 num. 8.*

C Vide infra *deciſ. 787. & deciſ. 486. num. 2. & 3.* in qua hæc deciſio in hac eadem cauſa confirmatur.

D *Gratian. deciſ. Mareb. 180. in addit. nu. 3. & 4. Eſcobar de ratiocin. cap. 7. num. 4. & fuit dictum in Tullen coadiutoria alijs relatis 10. Martij 1623. coram R. P. D. meo Nauarro.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Præneſtina hæreditatis.

Lunæ 18. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum inter liberos, & ad piam cauſam manu teſtatoris ſubſcriptum valet etiam ſinè teſtibus, & abſque die, & menſe, & ſufficit, ſi recognoſcatur per teſtes habẽtes notam manum, iunctis adminiculis; & quando annulletur, tanquam imperfectum ratione voluntatis teſtatoris;

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum inter liberos manu teſtatoris conſcriptum valet, etiam ſinè teſtibus; & multo magis ad piam cauſam.*
2 *Pia cauſa eſt fauorabilior cauſa liberorum, excepta legitima.*
3 *Teſtamentum nuncupatiuum inter liberos, & ad piam cauſam ſuſtinetur etiam ſinè die, & menſe, & quando procedat num. 17.*
4 *Teſtamentum præcedens derogatur per poſterius habens clauſulas derogatorias ampliſſimas.*
5 *Recognitio ſcripturæ priuatæ fieri debet per teſtes deponentes, ſe interfuiſſe, & vidiſſe eam ſcribi, & ſubſcribi.*
6 *Recognitio teſtamenti ad piam cauſa ſufficit per teſtes habentes notam manum ſcribentis, iunctis adminiculis.*
7 *Recognitio ſcripturæ, in qua teſtes adhiberi non ſolent, de ſtylo Rotæ ſufficit per teſtes habentes notam manum, iunctis adminiculis, de quibus num. 8.*
9 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non ſuſtinetur, etiam fauore piæ cauſæ.*
10 *Teſtamentum coram teſtibus celebratum non dicitur perfectum, & abſolutum, antequam teſtes fuerint licentiati.*
11 *Teſtatoris voluntas quando ex diſpoſitis in teſtamento colligitur perfecta, non cenſetur mutata per dimiſſionem ſpatiorum alborum pro appoſitione diei, & menſis.*
12 *Subſcriptio in calce appoſita refertur ad totam ſcripturam.*
13 *Teſtamenti inter liberos ſchedula à teſtatore ſcripta, & ſubſcripta continet perfectam voluntatem.*
14 *Subſcriptio eſt finis, & complementum teſtamenti, & oſtendit perfectionem voluntatis.*
15 *Voluntas regulariter præſumitur perfecta.*
16 *Verba*, Laſcio, dichiaro, e dico, queſto eſſer il mio teſtamento, *æquipollent clauſulæ*, Actum, *& oſtendunt, diſpoſitionem fuiſſe habitam pro perfecta.*
17 *Teſtamentum dicitur ad pias cauſas, quando pia cauſa eſt primo loco inſtituta: ſecus ſi in remotum, & in certum futurum euentum ſubſtituta.*
18 *Teſtamentum dicitur ad pias cauſas, quando legata ad pias cauſas maiorem partem facultatum teſtatoris abſorbent.*
19 *Recognitio manus teſtatoris eſt neceſſaria in ſchedulis teſtamentorum.*
20 *Teſtamentum nuncupatiuum implicitum vt valeat, indubitatè conſtare debet de identitate ſchedulæ, ad quam teſtator ſe retulit.*
21 *Recognitio per comparationem manus, an, & quando ſit neceſſaria in teſtamentis nuncupatiuis implicitis.*
22 *Teſtandi modus per relationem ad aliam ſchedulam eſt validus, tàm quoad legata, quàm quoad hæredis inſtitutionem, etiam ſi ſchedula huiuſmodi non ſit ſcripta, vel ſubſcripta manu teſtatoris, num. 23. & 24.*

DECISIO CCCCLXXV.

NON fuit dnbitatum de validitate te-
ſtamenti Anibalis per ſchedulam ma-
nu propria ſcriptam, & ſubſcriptam,
1 ad piam cauſam ſinè teſtibus confe-
ctam: nam ſicuti illas inter liberos ſub-
A ſtinetur, A, *§. nos igitur, Auth. de te-
ſtam. imperf. auth. quod ſinè, vbi omnes,*
C. *de teſtam. Alex. conſ.* 4. *num.* 10. *lib.* 7. *Rot. deciſ.* 74.
num. 13. *et* 14. *par.* 2. *diu. Menoch. conſ.* 567. *num.* 14.
Caball. conſ. dec. 106. *par.* 2. *num.* 10. multo magis ſu-
2 ſtineri debet, cum ſit ad piam cauſam, quæ fauorabilior
B eſt, quàm cauſa liberorum, excepta legitima B, ex
magis communi, de qua per *Rot. dicta deciſ.* 74. *num.*
17. quæ recedendo *à deciſ. Put.* 97. *lib.* 3. hanc opinionem
ad fauorē piæ cauſæ ſemper ſequuta eſt, *vt in illa Roma-
na hæreditatis de Mazzocchis* ad fauorem ſocietatis S.
Rocchi *coram Verallo tunc Archiepiſcopo Roſſanen. de
anno* 1548. relata per eundem *Put. in dicta deciſ.* 97.
lib. 3. *& deciſ.* 10. *de fide inſtr. & per Achill. deciſ.* 1. *de
teſtam. & per Rot. dicta deciſ.* 74. *num.* 12. quæ etiam te-
nuit huiuſmodi opinionem deinde in eadem *deciſ.* 74. *&
deciſ.* 124. *par.* 2. *& deciſ.* 553. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. &
in Mediolanen. de Cuſanis coram Iuſto* 4. *Febr. &* 13. *Mar-
tij* 1600. *in Romana hæreditatis* 29. *Octobris* 1616. *coram
Reuerendiſſimo D. Damaſceno, & in hac eadem cauſa co-
ram R. P. D. meo Pamphilio* 14. *Martij* 1618. *& eſt etiā*
C *deciſ. Luſitana Valaſc.* 67. C, Nec in propoſito requi-
3 ritur dies, vel menſis, cum ſit appoſitus annus, *Ale-
xand dicto conſ.* 4. *num* 15. *volum.* 7. & in teſtamento
nuncupatiuo inter liberos plures allegat *Caball. dicto
conſ. deciſ.* 106. *num.* 23. Et ceſſat difficultas, quia ius
non eſt in tempore, cum clariſſimè conſtet, iſtud eſſe po-
ſterius teſtamentum, nec poteſt dubitari, quin quodeun-
4 que aliud præcedens, & præſertim illud, quo nititur,
vel niti poteſt Ioannes, fuerit reuocatum, cū iſtud habeat
clauſulas derogatorias ampliſſimas, vt benè fuit firmatū
in dicta deciſione huius cauſæ; & faciunt dicta coram
me circa tempus teſtamenti ad non piam cauſam condi-
ti, *in ill.* 1 *Tiburt. hæreditatis ſub die* 17. *Febr. præteriti.* Nec
iſti defectus modò deducebantur ad docendū de prætēn-
ſis cauſis reſtitutionis in integrū aduersùs omiſſam ap-
pellationem à ſententia Rotali, vel aduersùs dictam
ſententiam., ſed alia opponebatur, quibus tamen non
obſtan. Domini dixerunt, non conſtare de dictis cauſis
reſtitutionis in integrum. Ad illud enim, quòd dicta ce-
D dula non ſit legitimè recognita D per teſtes, qui vi-
5 derint illam ſcribi, & ſubſcriöi, vt tenuerunt plures
relati *d. deciſione* 124. *in princ. par.* 2. *diuerſ.* fuit reſpon-
ſum, quòd quicquid ſit de iure, Kota de ſtylo tenet con-
trariam opinionem in ſcripturis, in quibus teſtes non
ſolent adhiberi, quòd ſufficiat recognitio per teſtes ha-
6 bentes notam manum, & ſcripturam, vt in ſpecie
in teſtamento ad pias cauſas tenuit *in dicta deciſ.* 124.
num. 2. vbi quòd in eadem cauſa ita tenuit etiam co-
ram *Verall. & in dicta Mediolanen de Cuſanis* 4. *Februa-
rij* 1600. *coram Iuſto, & dictam deciſ.* 124. refert, &
ſequitur *Menoch. de arbitr. in addit. caſ.* 114. *relatus
per Gratian. in terminis noſtris diſcept. forenſ. cap.* 235.
E *num* 27. E, & concurrente adminiculo compara-
tionis literarum in teſtamento, *Alex. conſ.* 114. *vol.* 7.
Ruin. conſ. 71. *num.* 19 *&* 20. *vol.* 3. *deciſ. Luſitana* 67.
num. 14. vbi quòd nec ſeruatur forma rigoroſa compa-
rationis *Decian. reſp.* 33. *num.* 119. *lib.* 1. *Aldobr. conſ.* 32.
num. 47. *&* 48. *lib.* 1. *Craſſ. §. teſtamentū, q.* 16. *num.* 10.
verſ. ſin autem dubitetur. Et generaliter quòd ſcriptura
7 priuata, quæ ſolet fieri ſinè teſtibus, plenè probet re-
cognita per teſtes habentes notam manum, iunctis ad-
miniculis, *Seraph. deciſ.* 700. *in fin. Rot. deciſ.* 343. *num.*
4. *&* 570. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. & dicta deciſ.* 124. *num.*
4. *vbi alia, & deciſ.* 303. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* vbi ſimi-
liter aliæ ſunt relatæ *Mantic. deciſ.* 25. *num.* 2. *& di-
ctum fuit in Bononien. de Guidalottis* 26. *Ianuarij* 1618.
coram R. P. D. meo Caualerio. Et de obſeruantia Rotæ
Seraph. dec. 150. *n.* 1. vbi etiam, quòd tollitur difficultas
ex ſtatuto Vrbis ibi relato, quod eſt in *nouiſſ.* 84. *lib.* 1.
Adminicula autem hic cōcurrunt ſatis vrgentia. Primò
8 quia ex anteriori teſtamento, in quo inſtitutus fuit hę-
res Ioānes aduerſarius, fuit adiecta conditio, quatenus
egrederetur Religionem, fieret doctor, & aſſumeret co-
gnomen teſtatoris: & deficientibus conditionibus, ſub-
ſtituit eandē piam cauſam inſtitutā in ſecūdo videlicet,
La Compagnia de' Fate ben fratelli, cum eiſdē ferè verbis,
cum quibus fuit inſtitura in hoc ſecundo, & cum ſub-
ſtitutione RR. PP. docentiū doctrinam Chriſtianam, in
euentum repudiationis facien. per dictam ſocietatem
de Fate ben fratelli, poſt mortem tamen Portiæ, & Mer-
curij, vt in vtroque teſtamento. Secundò, quia in
vtroque teſtamento legitur inuētarium eius bonorum,
quod concordat ferè in omnibus tàm ſtabilium, quàm
mobilium, necnon & librorum legalium. Tertiò, quia
verificatur, bona deſcripta in hoc teſtamento eſſe illa,
de quibus fuit capta poſſeſſio per Io. in vim dicti teſta-
menti, & illa concordare cum deſcriptis in inuentarijs
in vtriſque teſtamentis deſcriptis. Quartò, quia inter
exceptiones partis non reperitur iſta, quòd teſtamen-
tum non fuit manu teſtatoris ſcriptum, quod etiam
ponderatur *in deciſione* 124. *ſub num.* 4. *verſ. quartū eſt*,
par. 2. *diuerſ.* Alterum verò obiectum, quòd dimiſſio
9 ſpatiorum alborum pro apponen. anno, die, menſe, &
indictione arguat teſtamentum imperfectum ratione
voluntatis, quod non ſuſtinetur etiam fauore piæ cau-
ſæ, ex communi, & magis communi, de qua per relat. à
Surd. deciſ. 292. *num.* 15. *& per Rot. deciſ.* 576. *num.* 3.
par. 2. *in recent.* tollitur ex ſupradictis, cum illa non eſ-
ſent neceſſaria, & teſtator id ſciret, cum eſſet iuris pe-
ritus. Nec applicatur doctr. *Caſtr. in l. ſi is qui, num.* 6.
verſ. nam teſtamentum, ff. de teſtam. quia loquitur in
10 teſtamento, quod celebratur coram teſtibus, non enim
dicitur perfectum, & abſolutum, antequam teſtes fue-
rint licentiati, & idem tradit *Caſtr. ex mente Bartoli*,
& quando conſtat, teſtatorem, antequam obmutuiſſet,
voluiſſe ſcribere, & nuncupare. Nec ſimiliter applica-
tur *Decian. reſp.* 91. *num.* 122. *lib.* 3. ſatis enim eſt, quòd
ex diſpoſitis colligatur voluntas perfecta, quia tunc nō
videtur per dictam alborum dimiſſionem mutata ad *tex.
in leg. ſi teſtamentum*, C. *de inſt. & ſubſt. & in l. cum pa-
ter, §. vlt. ff. de leg.* 2. *adductis per eundem Decian. reſp.* 46.
num. 156. *volum.* 2. Alia verò imperfectio ex verbis,
quando bene lo faceſſe, &c. quæ videntur reſolui ad futu-
rum tempus, & denotare, teſtatorem non habuiſſe teſta-
mentum pro abſoluto, fuit ſublata in deciſione; patet
enim, quòd fuerunt ſolùm appoſita ad oſtenden. quòd
nolebat modo aliquo teſtari in ſcriptis, ſed quòd ſi di-
mitteret illud clauſum, vel in ſcriptis, declarat, id fecif-
ſe, & facere ſolùm, *acciò non ſi ſappia la mia volonta, &
non per fare teſtamento in ſcriptis, & voglio, che queſto
vaglia come nuncupatiuo:* Imò ex antecedentibus, &
ſubſequentibus, & toto contextu teſtamenti conſtat, eū
ſemper expreſſis verbis omnia diſpoſuiſſe per verba
prę́ſenti, & perfecti temporis, vt ponderatur in deciſio-
ne; & tollit difficultatem inuentarium bonorum ſuæ hæ-
reditatis, eius manu annotatum, & ſcriptum, cum dictū
12 inuentarium ſit pars teſtamenti, & de eo expreſſa fuit
facta mentio per hæc verba, *et ad effetto, che alcuno de'*

miei

miei parenti, ò nepoti non poſsino pigliare coſa alcuna di miei beni, ne laſcio particolar inuentario di mia propria mano per la verita, come di ſotto ſi notarà il tutto, acciò l'herede mio non ne venga defraudato, quæ ſubſcriptio non eſt ſolita apponi in minutis. Et quòd ſchedula ſcripta,
13 & ſubſcripta contineat voluntatem perfectam inter liberos, *Bart. in l. ſi quis cum teſtam 25. num. 4. verſ quæro, quid ſi teſtator, ff. de teſtam. et ibi Caſtr. num. 4. verſic. quantum autem ad liberos, Alexand. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, num 3. verſ. ſi teſtator, et Iaſ. in auth. quod ſinè, in princ. C. de teſtam. Vaſq. de ſucceſſ creat. §. 22. limit. 12. ante num. 7. verſ. tertius caſus, Menoch. d. conſ 563. num. 14. Caball. d. conſ. 106. num. 31.* ſub-
14 ſcriptio enim eſt finis, & complementum teſtamenti, *Caſtr. in dicta l. hac conſultiſſima, num. 4. Ruin conſ. 11. in princip. volum. 3. cum pluribus per Zunt in reſp. pro vxore, num. 285. et ſeq et num. 516. et ſequen.* & oſtendit perfectionem voluntatis *Bald. tract. de ſibiſinat in §. ſed in contrarium, num. 12.* & in teſtamento inter liberos, *Aldobrand. d. conſ. 22. num. 36.* & regulare eſt, quòd
15 voluntas præſumitur perfecta, *Imol. dicta l. ſi is qui, nu. 9. ff. de teſtam. Card. Seraph. deciſ 581. in princip. Rot. in Rom. teſtamenti 17. Iunij 1611. coram Reuerendiſſ D. Ar-*
16 *chiep. Damaſceno.* Et illa verba, *laſcio, dichiaro, et dico, queſto eſſere il mio teſtamento*, æquipollent clauſulę, Actum, & oſtendunt, diſpoſitionem fuiſſe habitam pro perfecta, *Caball. d. conſ. 106. num. 32.*

Et ita fuit vtraque parte informante reſolutum.

ANNOTATIO.

A De quo videndus eſt *Merlin. in tract. de legit. lib. 5 tit. 2. quæſt. 3. per tot.*

B *Idem Merlin. d lib. 5. tit. 1. quæſt. 2.*

C Sequitur *Gratian. diſcept. 895. num. 24. Rota coram Cardinal. Caualer. deciſ. 553 num. 1. & per tot* Hæc tamen
17 procedunt, quando pia cauſa fuit primo loco inſtituta, ſecus ſi in remotum, & incertum futurum euentum ſubſtituta; quia teſtamentaria diſpoſitio tunc dicitur ad pias cauſas, quando fuit primo loco inſtituta pia cauſa, *ad trad. per Butr in cap quod clericis, col. 2. verſ idem puto, de for. compet. Soccin. conſ 115. num. 7. vol. 4 Salicet. in auth caſſa, num. 7. C de ſacroſanct. Eccleſ.* vbi quòd ex inſtitutione hæredis metitur ius teſtamenti, an ſit ad pias cauſas, vel non, & ſecuta eſt Rota *in Zamoren teſtamenti 9. Martij 1592. coram Cardinali Arigonio.* Niſi tamen legata
18 ad pias cauſas maiorem partem facultatum teſtatoris abſorberent, tunc enim teſtamentum dicitur ad pias cauſas, & ſuſtinetur, etiam ſinè ſolemnitatibus, vt notabiliter tenuit *Rota coram Caſ. de Graſſ. deciſ. 5. per tot. & præcipuè num. 16. de teſtament.*

D Recognitio manus teſtatoris eſt neceſſaria in ſchedulis te-
19 ſtamentorum, aliàs fidem non faciunt, vt in teſtamentis ad piam cauſam ſupponitur in hac *deciſ. cum allegat per eam, & per Gratian. diſcept 895. num. 30 & ſeqq & cap 969. num. 18. & per Rot coram Cardinal Caualer. d deciſ 553. num. 2.* & in teſtamento nuncupatiuo implicito, nempè
20 per relationem ad ſchedulam penes alium exiſtentem, quod licèt ſit validum, tamen indubitatè conſtare debet, illam ſchedulam, quæ producitur, eſſe eandem, ad quam teſtator ſe retulit, & hoc per comparationem manus, vt poſt alios, quos referunt, tradunt *Craſſ. in §. inſtitutio quæſt 16. n. 4 & 5. & in §. teſtamentum quæſt. etiam 16. num 10. verſ ſin autem Pariſ conſ 19. num. 23. & ſeqq lib. 3 Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib 5. tit. 7 num. 7 ad med.*

Verùm in hac materia, an ſcilicet fieri debeat talis reco-
21 gnitio per comparationem manus in huiuſmodi teſtamentis nuncupatiuis implicitis, diſtinguendi ſunt tres caſus, vt diſtinxit *Rota coram R. P. D. Virili in Romana hæreditatis de Arigonijs 28. Iunij 1658.* Primus eſt, quando teſtator coram Notario, & ſeptem teſtibus declarauit, ſe facere teſtamentum, prout continetur in ſchedula manu ſua ſcripta, vel ſubſcripta, quam dimiſit penes tertium perſonam ab eo nominatam; & hoc caſu, quia ſchedula eſt incerta, & abſens ab oculis Notarij, & teſtator aſſeruit, quòd erat ſcripta, vel ſubſcripta eius manu; vt reddatur certa, & ille tertius aliam non ſupponat, fit recognitio per comparationem, *Bart in l. ſi ita ſcripſero. num. 1. verſ ego dico, ff de condit. & demonſtrat. Caſtren. in l hæredes palam, num. 2 verſ ſed Bartolus, ff de teſtament. Soccin ſen conſ. 142. num. 6. & 7. lib. 1. Lan. conſil. 1. poſt tract. de form. teſtam. nuncupat num 62. & 66. Rub. Alexand conſil. 14. num. 7 & 9. Vaſq. de ſucceſſ. creat lib 2. §. 27. num 53. præcipuè verſ hinc infero*, poteſt tamen Iudex in hoc caſu recurrere ad coniecturas, etiam abſque comparatione, quia DD. allegati alternatiuè loquuntur, vt aduertit Rota *in d. Romana hæreditatis de Arigonijs coram R. P. D. Virili.* Secundus caſus eſt, quando teſtator refert ſe ad ſchedulam dimiſſam penes tertium, abſque eo, quòd dicat, eius manu ſcriptam, vel ſubſcriptam eſſe; & tunc quia non agitur de manu teſtatoris, ſtatur iuramento tertij, de cuius integritate confidit teſtator ipſe, *Caſtren. d. l hæredes palam num. 3. Soccin. ſen. d. conſil. 142. num. 7. lib. 1. Vaſq. d num. 53 circa med.* vbi præter iuramentum, requirit etiam coniecturas. Tertius caſus eſt, quando ipſemet teſtator ſchedulam, vel plura folia inſimul conſuta, & ſigillata tradidit Notario coram teſtibus, dicendo, eſſe ipſius manu ſubſcripta, ac illud eſſe ſuum teſtamentum nuncupatiuum, & hoc caſu non requiritur aliqua recognitio, nec comparatio literarum, cum folia ſint certa, tàm ex præſentia, & viſione illorum per notarium, & teſtes, quàm ex aſſertione ipſius teſtatoris dicentis, propria manu ſubſcripſiſſe, ſed ſufficit ſolus rogitus Notarij *Bart in l. 2. nu. 2. verſic. ſed ſi notarius eſt rogatus, ff. quemadmod. teſtam. aper. Caſtren. conſil. 93. num 3. & 4 lib. 1. Fulgoſ conſ. 56. num. 1 verſ ſed teſtator, & num. ſeq cum alijs per Ludouic. Lan in tract. de form teſtament. nuncupat. num. 22. 32. & 33. & d conſil 1. poſt d tract. num 39. 48. & ſeq. & num 66. & 70. quos ſecuta eſt Rota in d. Romana hæreditatis de Arigonijs 23. Ianuarij 1627. & 28. Iunij eiuſdem anni coram R P D. Virili, & in Romana ſucceſſionis 10. Ianuarij 1620. coram R. P. D Durano. & coram eodem in Narnien hæreditatis 24. eiuſdem menſis, & anni*; præſertim quando adhibita eſt per notarium cautela tradita per *Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 4. verſ. ſed pone, ad fin* nempè ſi notarius à tergo eiuſdem ſchedulæ ſibi traditæ ſcripſerit rogitum traditionis, cum ſubſcriptione teſtium, ac ipſiuſmet teſtatoris, quæ cautela probat identitatem, & excuſat à recognitione, *Mantic d tit 7. num. 7. circa med. Marant conſ 60. num. 10. Fulgoſ. conſ. 56 in fin. Federic. Scott conſil. 1. num 34. lib 2. tom. 1. Marant conſil 90. num 4. & 7 Rota in Romana teſtamenti 9. Decembris 1624. coram bon mem Vbaldo ſeniori, & in d Romana teſtamenti de Arigonijs coram R. P. D. Virili, & in d Narnien. hæreditatis 24. Ianuarij 1629. coram R. P. D Durano.* & ſufficit, quòd rogitus Notarij ſit ſcriptus à tergo primi folij, etiam quòd adſint alia folia intermedia, circa quorum identitatem ſtatur fidei Notarij rogati, nec ex prætenſa poſſibilitate ſuppoſitionis alterius folij eſt neceſſaria recognitio, quia præſumuntur folia ſemper eo modo ſtetiſſe, quo teſtator illa Notario conſignauit, *Ludouic. Lan. d. tract. num 47. & d conſil 1. num. 86. & num 104. Rota in d. Romana hæreditatis de Arigonijs coram R. P. D. Virili.*

Quòd autem prædictus modus teſtandi per relationem
22 ad aliam ſchedulam, vel ſcripturam habeat vim teſtamen-

ti nuncupatiui impliciti, & ſit validus, perinde ac ſi teſtator ore proprio hæredem nominaſſet, abſque eo, quòd teſtes legerint, viderint, aut aliàs certiores redditi fuerint de diſpoſitis in d. ſchedula, ſed ſufficiat, quòd dixerit, ſe velle diſponere iuxta contenta in ea, tradunt, *Bart. in l. ſi ita ſcripſero, num. 1. ff de condit et demonſtr. et in l. quem hæreds. ff. de reb. dub. Iaſ. in l vbi autem, §. illud num. 2. ff de verb. oblig. Soccin. ſen. conſil. 142. num. 6. et ſeq verſ. ſecundò principaliter lib 1. Caſtren.* qui licèt dubitauerit *in d. l. ſi ita ſcripſero*, tamen firmat *in l hæredes palam in princ. ff. de teſtament. et in l hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, num. 3. C. eod. tit. et conſ. 93. num. 4. lib. 1. Couar. in cap ſi tibi, num. 5. de teſtament. Alciat. conſ 126. num 1. et 2. lib. 9. Natt. in auth. quod ſinè num 26 C. de teſtam. Aretin in princ Inſtit. tit. de teſtam. ordin. num. 6. et ibi Riminald. iun. num. 471. Gomeſ var. tom. 1. cap. 2. num. 7. Vaſq d. §. 17. num. 53. Pariſ conſ. 19. num. 12. et 13. vol. 3.* vbi teſtatur de magis communi, latè *Clar. in d. §. teſtamentum, quæſt 36 num. 2. Mantic. d. tit. 7. num. 7. Magdalen de num teſt. part. 1. cap. 27. num. 9. Guttier. practicar. quæſt. lib. 2. quæſt. 41. num. 4. et ſeq. et fuit reſolutum per Rot in Romana teſtamenti 9. Decembris 1620. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, et in d. Romana hæreditatis de Arigonijs 13. Nouembris 1624. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, in Romana legati librariæ 10. Maij 1624. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori. & coram eodem in d. Romana teſtamenti 9. Decembris eiuſdem anni, & in alijs deciſ ſupra alleg.* Quæ doctrina habet locum nedum in legatis, ſed etiam in inſtitutione hæredis, vt tradunt *Bald. et Angel. in l aſſe toto, ff. de hæred. inſtituen Alexand in l vbi autem, §. illud ff. de verb. oblig et conſil 176. num. 6. et 7. lib 5. Pariſ. qui de communi d. conſil. 19 num. 13. et 14. lib. 3. Mantic. d. tit. 7. num. 7. Alciat d. conſ 126. num. 1. et 2. lib. 9. Guttier. vbi ſupra num 4. cum alijs pluribus per Riminald. iun. in d princ. Inſtit. de teſtament. num. 478. et ſeqq.* vbi latè hanc opinionem tuetur, atteſtans, eſſe communem, & reſpondet contrarijs, & tenuit *Rota in Romana nullitatis teſtamenti 28. Maij 1582. coram Clem. VIII. in d. Romana hæreditatis de Arigonijs coram Patriarcha Manzanedo, et coram R. P. D. Virili. et in d. Romana teſtamenti coram Reuerendiſſimo D. Decano, et coram Vbaldo ſeniori, et in d. Narnien. hæreditatis coram R. P. D. Durano*, licèt contrarium pluribus aſſtruere conetur *Gratian. diſcept. 973. num. 1. et per tot.*

Et hoc procedit, etiam ſi ſchedula huiuſmodi non ſit ſcri-
23 pta manu ipſius teſtatoris prout videntur requirere *Bart. in d. l. ſi ita ſcripſero, verſ ego dico, hoc eſſe verũ, Corn. in l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem num. 3. C. de teſtament* ſufficit enim, quòd ſit ſubſcripta ab ipſo teſtatore, licèt ſit ſcripta manu aliena, ex quo ſubſcribens confirmat omnia contenta in ſcriptura, quam ſubſcribit, vt firmauit *Rota in d. Romana teſtamenti coram Reuerendiſſimo D. Decano* in qua fuit etiam dictum, ſufficere ſubſcriptionem generalẽ, ſcilicet *Ego N. manu propria*, nec requiri ſpecialẽ, & quòd teſtator præſumatur benè priùs vidiſſe inſtitutionem hæredis, ac omnia alia contenta in d. ſchedula manu aliena conſcripta, *poſt Iaſ. in d. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus num. 14. ff de verb. obligat. Alexand. conſil. 147. num. 3. lib. 2. Pariſ. conſ. 77. num. 26. et conſ. 88. num. 34. lib.* 3. maximè quando teſtator erat perſona diligens, & de tempore teſtamenti non erat adeo infirmitate grauatus, vt contenta in eo videre non valeret: præcipuè ſi teſtamentum erat nimis breue, itaut ictu oculi potuiſſet illius ſubſtantiam inſpicere, vt fuit conſideratum *in eadem Romana teſtamenti coram Reuerendiſſimo D Decano, et coram Vbaldo et in d Romana hæreditatis de Arigonijs coram Patriarcha Manzanedo.*

Imò ſufficit, quòd ſchedula, ad quam facta eſt relatio,
24 ſit certa, & indubitata, licèt non ſit ſcripta, vel ſubſcripta manu teſtatoris. *Caſtren. in d. l hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, num. 3. C de teſtament. Clar. d. §. teſtamentum quæſt. 36. num. 3. Pariſ. d. conſil. 19. num 26. Vaſq. d. §. 17. num. 53. Riminald. iun. d. princ. Inſtit. de teſtament. num 490. Padill in l. cum quidam, num. 13. ff. de legat 2. Guttier. d quæſt. 41. num. 4. poſt med. & tenuit Rota in d. Romana teſtamenti coram Reuerendiſſimo Decano, & Vbaldo, & in d. Narnien. hæreditatis 28. Maij 1629 coram R. P. D. Durano.*

E Et quòd in teſtamento ad pias cauſas, quod fieri poteſt etiã ſinè teſtibus, ſufficiat recognitio per teſtes dicentes, ſe habere notam manum teſtatoris, iunctis adminiculis, ſequendo hanc deciſionem, tenet etiam *Gratian. d. diſcept. 895. n. 31. et 32. et Rota corã Card Caualer. d. deciſ 553 num. 2*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta ſequeſtri.

Lunæ 25. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Confeſſio cedentis poſt ceſſionem non præiudicat ceſſionario: & quid quando ceſſionarius habet regreſſum contra cedentem.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio cedentis poſt ceſſionem non nocet ceſſionario, maximè quando eſt facta ad commodum ceſſionarij, & poſt ſcientiam debitoris ceſſi.*

2 *Confeſſio cedentis nocet ceſſionario, quando ille habet regreſſum contra cedentem. et quando ceſſionarius habeat regreſſum contra cedentem. num. 16.*

3 *Ceſſionarius habet regreſſum contra cedentem, quando ille promiſit, debitorem ceſſum verum, & legitimum.*

4 *Cedens de iure tenetur manutenere verum, & legitimum debitorem ceſſum.*

5 *Ceſſionarius ſi a debitore ceſſo aliqua exceptione ex perſona cedentis excludatur, habet regreſſum contra cedentem.*

6 *Cedentis confeſſio non nocet ceſſionario, quando ceſſio eſt facta periculo ipſius ceſſionarij.*

7 *Datio in ſolutum ſtatim liberat cedentem, ita vt riſicum, & periculum deinceps ſpectet ad ceſſionarium.*

8 *Nomen debitoris datum in ſolutum ſi non eſt verum, & legitimum, creditor non poteſt primæua actione per dationẽ in ſolutum extincta experiri, ſed ſolum agit de euictione.*

9 *Confeſſio cedentis non nocet ceſſionario, quando penes cedentem non remanent actiones directæ, nec illarum reliquiæ, ex quo ipſe ſit ceſſionarius alterius.*

10 *Cedentis confeſſio non nocet ceſſionario, quando debitori ceſſo facta fuit intimatio, ne ſoluat.*

11 *Confeſſio cedentis quando dicatur gratuita, & nõ poſſit nocere ceſſionario habenti cauſam oneroſam.*

12 *Intentio partium qualis fuerit in præcedentibus, arguitur ex ſubſecutis.*

13 *Stipulatio facta per tertium an valeat.*

14 *Pactum nudum de iure canonico parit actionem.*

15 *Cedens non poteſt in præiudicium ceſſionarij renunciare actis, & iuribus ceſſis.*

17 *Ceſſionarius non habet regreſſum contra cedentem, niſi excuſſione debitoris ceſſi, et qualis excuſſio requiratur.*

18 *Ceſſionarius quando habeat regreſſum contra cedentem non facta excuſſione debitoris ceſſi.*

DE-

DECISIO CCCCLXXVI.

POST dationem in ſolutum factam anno 1606. per Orpheũ Ioſepho præſenti, & acceptanti, ad omne eius beneficium, riſicum, commodum, & incommodum, de ſumma ducatorum Regni 1500. ſub his verbis, *del credito, che eſſo hà in maggior ſomma contra li detti Locatelli, & Stampa*. dictus Orpheus anno 1618. declarauit, ſe non remanere creditorem, niſi in ſumma ducatorum 500. vt in eius libris, occaſione prædicti negocij, & propterea non potuiſſe ab eius procuratore inquietari Ioannem Stephanum Stampam pro ducatis 5000. vt factum ab eo fuerat, obtentis contra ipſum Mediolani ſententijs, literis executorialibus, & ſubſidiarijs Auditori Cameræ directis, quarum vigore fuerunt quædam loca montium ſub nomine dicti Ioannis Stephani cantantia in Vrbe ſequeſtrata. Vndè fuit dubitatum, An prædicta declaratio Ioanni Stephano contra Ioſephum ſuffragaretur, & negatiuè reſolutum, ex communi concluſione, quòd confeſſio cedentis poſt
1 ceſſionem non nocet ceſſionario, *Cyn. poſt. Iacob. de Aren. in l. fin. C. de procur*. quæ eſt indubitata, quando ceſſio eſt facta ad commodum ceſſionarij, & poſt ſcientiam debitoris ceſſi, *Bart. in l. facta, §. ſi hæres. num. 5. ff. ad Trebell.* & ibi *Imol. pariter num. 5. verſ. poteſt dici, deciſ. Pedemont. 45. num. 5. & in fin. cum alijs cumulat. per Surd. conſ. 22. num. 28. & ſeqq.* & præſertim *num. 30. & deciſ. 256. num. 8. & 9. & conſ. 452. num. 31. & conſ. 547. nu. 10.* & in ſpecie quando cedens confitetur, debitorem non debere, *Caſtr. in dicto §. ſi hæres, in fin. verſ. ſi verò non remaneret*, *Crot. conſ. 83. num. 15. verſ. 4. & num. 16.* Neque obſtat, quòd imò talis confeſſio præiudicet ceſſionario, quando ille habet
2 regreſſum contra ipſum cedentem, *Imol. in d. §. ſi hæres col. 3. propè fin. verſ. & ſic ſiue, & alij allegati per Surd. d. conſ. 22. num. 10.* prout videtur in caſu noſtro,
3 cum Orpheus promiſerit, debitores eſſe veros, & legitimos, *Dec. conſ. 102. num. 1. Surd. conſ. 441. num. 7.*
4 quemadmodũ etiam de iure tenebatur eos tales manutenere, *Bald. in l. ſi nomen in princ. ff. de hæred. vel act. vend. Bec. conſ. 105. num. 13. Eugen. conſ. 73. in princ. Surd. d. conſ. 441. num. 6. verſ. quibus tamen, & num. 7. Mantic. de tacit. &c. lib. 4. tit. 13. num. 10.* ita vt ſi
5 ceſſionarius à debitore ceſſo aliqua exceptione ex perſona cedentis excludatur, habeat regreſſum contra ce-
A dentem, A, *Magon. deciſ. Florent. 39. num. 1. 2. & 3. Mantic. de tacit. &c. d. tit. 13. num. 6.* Nam primò, dicta concluſio non eſt indiſtinctè vera, imò communis eſt in contrarium, quando ceſſio eſt facta periculo ceſſionarij, prout iſta, teſte *Surd. d. conſ. 22. num. 34.* &
7 patet ex ſupra allegatis. Secundò, quando non eſt per viam ceſſionis, ſed dationis in ſolutum, vt ſupra, & talis etiam nuncupatur à partibus, & in ceſſione anni 1616. quæ datio in ſolutum ſtatim liberauit cedentem, ita vt riſicum, & periculum (vt etiam expreſsè in dicto inſtrumento continetur) deinceps ſpectaret ad Ioſephum, *Alex. in l. ſi cum emptore, col. 3. ante med. verſ. vndè teneas primam reſponſionem, ff. de pact.* & ibi *Iacobin. num. 6. verſ. & ex iſta ſolutione, Imol. in d. l. facta §. ſi hæres col. 2. in fin. ſub num. 4. verſ. & ſecundum hoc poteſt dici, Surd. d. conſ. 22. num. 32. in fin. verſ. quia reſpondeo, & num. 33.* Nec ex promiſſione Orphei, quòd
8 ipſe eſſet verus, & legitimus creditor, reſultat, quòd Ioſephus poſſet primæua actione per dationem in ſolutum extincta experiri, ſed ſolùm de euictione *ad not. in l. ſi quis aliam*, vbi *Bart. et alij ff. de ſolut. Bec. conſ. 105. num. 25. et ſeq.* latè *Surd. d. conſ. 22. num. 33. et*
B *34.* B, Tertiò dicta concluſio, quòd confeſſio cedentis noceat ceſſionario habenti regreſſum contra confi-
9 tentem, non procedit, quando penes cedentem non remanent directæ, nec illarum reliquiæ, quia ipſe ſit ceſſionarius alterius, prout erat Orpheus. *ad not. in l. actor. ff. de prob. Caſtr. in d. §. ſi hæres, in fin. Crot. d. conſ. 83. num. 15. verſ. 4.* latiſſimè *Surd. d. conſ. 22. nu.*
10 *36. verſ. 4. reſpondeo, et num. ſeq.* Quartò, nec ſimiliter procedit, quando denunciatio facta fuit debitori, ne ſoluat, *iuxta l. 3. C. de nouat. Surd.* ibi *num. 38. verſ. quintò reſpondeo*, prout hic facta fuit. Accedat, quòd hæc eſt
11 confeſſio extraiudicialis contraria primæ eiuſdem Orphei in inſtrumento dationis in ſolutum, in quo ipſe (vt dictum eſt) aſſeruit ſe verum, & legitimum creditorem in ſumma ceſſa, & hæc poſterior eſt relatiua ad libros non exhibitos, nec iuſtificatos, itaut videatur gratuita, & conſequenter non poſſit nocere ceſſionario habenti cauſam oneroſam, *Surd. conſ. 22. num. 30. et 32.* Minùs obſtare videbatur, quòd Ioannes Stephanus non eſſet comprehenſus in dicta datione in ſolutum, quia eius obligatio anno 1605. fuit facta abſente Orpheo, ſinè ſtipulatione Notarij, & per eum non acceptata, niſi anno 1608. Nam reſpondebatur, non fuiſſe neceſſariam in obligatione Ioannis Stephani præſentiam, nec acceptationem Orphei, nec Notarij ſtipulationem pro eo, quia præceſſerat inter Ioannem Stephanum, necnon Ioannem Petrum (pro quo, & Lucatellis ſe obligauit idem Ioannes Stephanus pro ſumma ducatorum 5000.) conuentio, ſeu liberatio ad fauorem dictorum Ioannis Petri, & illorum de Lucatellis facta, dummodo Ioannes Stephanus accederet, & ſe obligaret pro dicta ſumma, prout deinde ſe obligauit, vt ex verbis obligationis dicti Ioannis Stephani, ibi *per effettuare quanto di ſopra*, & ex confeſsione Orphei in inſtrumento acceptationis fatentis, ad illam deuenire pro effectuatione conuentorum, imò verba inſtrumenti dicunt, *anzi hauendo quella fatta, come eſſo Signore Giouanni Stephano Stampa hà affermato, eſſere la verità*, & ſic iſta fuit effectuatio, & executio dictæ præcedentis conuentionis, quæ eſt probata ex confeſsione dictorum Ioannis Petri, & Orphei; vndè acceptatio cum liberatione Lucatellorum fuit ad
12 probationem rei geſtæ; ex ſubſecutis enim datur intelligi, qualis in præcedentibus fuerit partium intentio, *l. ſed Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon. Surd. d. conſ. 441. num. 29. in fin. et num. 30.* & nihilominus ſtipulatio fuit
13 adhibita per quemdam nomine Ioſephi, quæ licèt facta per tertium, valet, cum ſit concepta in eius perſonam ex communi, de qua per *Iaſ. in l. ſtipulatio iſta, §. ſi alteri, num. 11. de verb. oblig. Couar. in cap. quamuis, par. 2. §. 4. num. 9. de pact. in 6. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 28. num. 20.* quod ſinè difficultate procedit de iure Canonico, de quo etiam ex pacto nudo agi poteſt, *cap. 1.* & ibi *Doct. de pact. de communi An-*
14 *gel. in §. alteri verſ. ſed an de iure Canonico, Inſtit. de inutil. ſtipul.* latè *idem Couar. d. §. 4. num. 9. verſ. 10. Card. Mantic. d. tit. 28. nu. 51. Guttier. de iuram. confirm par. 1. cap. 36. nu. 3.* Secundò dicebatur tolli ex inſtrumento ſecundæ ceſſionis ducatorum 5000. factæ eidem Ioſepho poſt expreſſam acceptationem dictæ obligationis Ioannis Stephani, in qua confirmatur primò ceſſio in ſolutum dictorum ducatorum 1500. & expreſsè dicitur, Ioannem Stephanum vti fideiuſſorem Ioannis Petri eſſe obligatum pro ſumma ducatorum 5000. & de parte dictæ ſummæ eſſe factam ceſſionem dictorum ducatorum 1500. ex quo infertur, vel declaratio, quòd præcedens ceſſio, ſeu datio in ſolutum erat etiam contra Ioannem Stephanum, vel ſaltem acceptatio Ioſephi de perſona

dicti

Digitized by Google

dicti Ioannis Stephani pro debitore dictæ ſummæ priùs
datę in ſolutum, & conſequenter ſubſiſtit fundamentum,
non potuiſſe ſaltem poſt inſtrumentum huius ſecundæ
ceſſionis, fieri aliquam declarationem in præiudicium
dicti Ioſephi, ex ſupra allegatis. Ex prædictis etiam
15 ſequitur, Orpheum non potuiſſe renunciare actis, &
ſententijs in præiudicium Ioſephi, cũ in dicto inſtrumen-
to ſecundæ ceſſionis fuerit facta ſpecifica ceſſio de om-
nibus iuribus, & ſententijs, & præceptis, ac quibuſcun-
que alijs actis, & ſcripturis, & nihilominus dicta renun-
ciatio eſt reſtricta ad intereſſe ipſius Orphei.

Alia viſa fuerunt extra punctum, & vti leuiora ſublata
per informantes.

ANNOTATIO.

A Regulariter cedens per ſimplicem ceſſionem nominis de-
16 bitoris non liberatur, ſed ceſſionarius habet regreſſum
contra ipſum cedentem, ſi nihil, vel minus à debitore ceſ-
ſo exigere potuerit, quia cum cedere non ſit ſoluere,
*Gloſſ in l. legaui, in gloſſ magna circa fin. ff de libert. le-
gat.* ideo datur regreſſus ceſſionario aduerſus cedentem,
ſi exigere non potuit, & periculum debitoris ceſſi perti-
net ad cedentem, non autem ad ceſſionarium; *ita Decian.
conſil 99. num. 5 Oſaſcb. deciſ Pedemont. 62. ſub num. 9.
Becc conſil.* 105 *ſub num.* 35 & periculum debitoris ceſſi
remanet cedenti, non autem ceſſionario *Surd conſil.* 145.
17 *ſub num* 6. *et ſub num.* 28. Hoc autem non habet locum,
niſi prius ceſſionarius adhibita diligentia excutiat debito-
rem ceſſum, qui ſi fuerit repertus non ſoluendo, compe-
tit ceſſionario regreſſus contra cedentem, *Becc. d. conſil.*
105. *num.* 25. & eſt neceſſarium, vt diligentiam perdu-
cat ad finem, conſequendo ſolutionem, aut declarato-
riam Iudicis, quòd debitor fuerit excuſſus, & repertus
non ſoluendo, *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 76. ſub num* 12.
et in tract. de commerc. §. 2. gloſſ. 5. num. 255. *et ſeqq.
et num.* 260. quòd non ſolùm fieri debet excuſſio in bonis,
ſed etiam in perſona, nempè vt ceſſionarius carcerari fa-
ciat debitorem ſibi ceſſum, vel ſaltem conſtet, ipſum
fugam arripuiſſe, vel aliter capi, aut inueniri non poſſe.
18 Verùm licet ceſſionarius non habeat regreſſum contra
cedentem, niſi priùs facta excuſſione bonorum debitoris
ceſſi; tamen hoc non procedit, quando bona debitoris
ceſſi ſunt talia, quæ commodè vendi non poſſint, vel ſunt
intricata, itaut de facili extricari nequeant; tunc enim
talia bona habentur, ac ſi non adeſſent, & propterea ceſ-
ſionarius illa excutere non tenetur, *Rot. Ianuen. deciſ.*
156. *num.* 7. *et* 8. *Scacc. d. gloſſ* 5. *num.* 268. *quos ſecu-
ta eſt Rota in Foroliuien. ceſſionis cenſus* 19. *Maij* 1626.
*coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, et coram R. D.
D. Vbaldo iuniore* 2. *Iunij* 1627. Nec ceſſionarius tene-
tur capere illa bona in ſolutum, cum aliud pro alio inuito
creditore ſolui non poſſit, *Scacc. ſub d. num.* 268. *circa
med. Rota Ianuen. d. deciſ.* 156. *num.* 4. *vbi num.* 5. quòd
licet reperiantur bona debitoris ceſſi, ex quibus ceſſiona-
rius poſſit conſequi partem crediti ceſſi: tamen dum de-
bitor habebat alia bona, quæ à creditoribus anterioribus
fuerunt occupata, non tenetur ceſſionarius excutere, nec
in ſolutum accipere, ea ratione, quia propter iura dd.
creditorum ſunt effecta intricata, & non commoda ad ven-
dendum, vndè intrat doctrina ſuperiùs adducta.

B Idem *Surd. d. conſil.* 145. *num.* 13. *verſ. bis verò, et num.*
20. *et* 21. *latè Scacc. d. §. 2. gloſſ. 5. num.* 288. *et duob.
ſeqq. per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Imolen. bonorum.

Lunæ 25. Maij 1620.

ARGVMENTVM.

Clauſula (ad habendum, &c.) in inſtrumento emphyteuſis appoſita, an, & quando importet facultatem tranſmittendi ad hæredes extraneos.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Ad habendum, *extenſa in hæc verba.* (& quicquid dicto acquirenti, & eius filijs, ac heredibus, & deſcenden. deinceps placuerit facere) *appoſita in inſtrumento emphyteotico æquipollet clauſulæ*, Quibus dederit: *& reddit emphyteuſim Eccleſiaſticam ad hæredes extraneos tranſitoriam.*

2 *Clauſulæ non debent in ampliori forma extendi in ſecunda inueſtitura renouatoria, quam fuerunt extenſæ in priori renouata.*

3 *Emphyteuſis conceſſa cum prohibitione, illam relinquendi alicui venerabili loco, etiam pro anima, cenſetur à contrario ſenſu permiſſa relinqui loco non venerabili; prout de feudo dicitur ex lege conceſſo, vt extra agnatos non poſſit alienari, quod inter agnatos ſit alienabile, licèt ſit contra naturam feudi. & num. ſeq. Et quomodo ſit dicta prohibitio intelligen. num.* 7.

4 *Argumentum à contrario ſenſu ſtrictè eſt accipien. & ad limites verborum.*

5 *Verba eadem prolata in ſenſu directo quando repeti debeant in ſenſu contrario.*

6 *Argumentum à contrario ſenſu, cum veniat ex mente, locum non habet, vbi ex eo inducerctur contrarietas cum alia parte diſpoſitionis, nec admittitur contra veriſimilem mentem diſponentium; & multò minus vbi inducta ad vnum finem, & effectum operarentur contrarium.*

8 *Inueſtitura emphyteuſis Eccleſiaſtica non ſuſtinetur ſinè beneplacito Apoſtolico, & abſque eo, quòd conſtet de ſufficienti mandato domini.*

9 *Prohibitio alienandi bona in Eccleſiam appoſita in inſtrumento emphyteuſis perpetuæ an ſuſtineatur, & quomodo.*

DECISIO CCCCLXXVII.

ECCLESIA Imolen. obtinuit ſententiam Rotalem ſuper deuolutione terrarum Conſilicis, dequibus agitur, ob lineam q. Ioannis Maluetij finitam. Cauſa appellationis hęredum Ioannis coram me introducta, & ſublatis per alias deciſiones nonnullis nullitatibus oppoſitis, hodie fuit reſolutum pro confirmatione dictæ ſententiæ etiam quoad iuſtitiam. Fundamentum fuit, quia Eccleſia habet intentionem fundatam ſuper tribus inueſtituris per eam factis d. q. Io. de diuerſis qualitatibus terrarum de anno 1555. 1576. & 1584. quarum nulla comprehendit hæredes extraneos, quales ſunt DD. de Lambertinis: cum duæ priores ſint pro ſe, filijs, hæredibus, & deſcẽdentibus: poſterior verò pro ſe, filijs, nepotibus, & deſcendentibus maſculis, itaut per eas non ſit receſſum a natura emphyteuſis Eccleſiaſticæ per ſtipulationẽ, vt ſupra, conceptam receptæ, ad extraneos hæredes non tranſitoriæ, vt optimè fuit comprobatum in deciſionibus in hac cauſa factis 15. *Iunij*, & 16. *De-*

cem-

cembris 1616. *coram Reuerendiſſimo D. meo Archiepiſcopo*
1 *Damaſceno*. Et quatenus opponebatur de clauſula, Ad haben. &c. in dicto inſtrumento anni 1576. extenſa in iſtis verbis, *Et quicquid dicto Ioanni, & eius filijs, ac hæredibus, et deſcendentibus deinceps placuerit, facien.* quę equipollet clauſulæ *quibus dederit*, & reddit emphyteuſim etiam Eccleſiaſticam ad hæredes extraneos tranſitoriã, vt firmatum fuit in hac cauſa 1. *Nouembris* 1592. *&* 8. *Martij* 1596. *coram bon. memor. Cardinali Pamphilio, &*
A 2. *Decembris* 1605. *coram Reuerendiſſimo Damaſceno.* A.
Placuerunt DD. reſponſiones aliàs datæ in deciſionibus
2 6. Nouembris 1617. & 12. Ianuarij 1618. coram eodem, quòd ſcilicet cum hæc inueſtitura anni 1576. ſit renouatoria alterius factæ Paſettis anctoribus dicti Ioannis de anno 1555. cum clauſula, *Ad haben.* limitata per hæc verba, *vtendũ fruendũ, et in omnibus melioran.* non potuerit in ipſa extèndi dicta clauſula, *Ad haben.* in ampliori forma, quàm in renouata contineretur: atque ideo, aut id per errotem eueniſſe, aut nulliter fuiſſe factum, tum ex defectu beneplaciti Apoſtolici, tum ob inſufficientiam mandati procuratoris Epiſcopi, ex allegatis in dd. deciſionibus, quæ viſa ſunt carere omni difficultate, ad quæ faciunt ſcripta *per Aldobr. conſ.* 42. *num.* 9. *vſque ad fin. lib.* 1. Proinde informantes pro DD. de Lambertinis conabantur demonſtrare, tàm dictam conceſſionem del 1555. quàm alias de anno 1577. & 1584 fuiſſe tranſitorias ad hæredes extraneos, ex prohibitione, de qua in eis,
3 relinquendi alicui venetabili loco etiam pro anima, ex qua dicebatur, ſumpto argumento à contrario ſenſu, reſultare permiſſionem relinquendi non venerabili loco; vt de feudo ex lege conceſſo, vt extra agnatos non poſſit alienari, quòd inter agnatos ſit alienabile, licèt ſit contra naturam feudi, per argumentum à contrario ſenſu *trad. Bald. in l. voluntas, num.* 7. *verſic. pone, C. de fideicomm.* quem ſequuntur alij relati per *Mantic. de tacit. &c. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 11. *& lib.* 23. *tit.* 19. *num.* 45. *& ſeqq.* Sed viſa eſt benè ſubſiſtere reſponſio data dicta
4 die 12. Ianuarij 1618. quòd argumentum à contrario ſenſu debet accipi ſtrictè, & ad limites verborum, *Dec. in l.* 1. *num.* 59. *ff. de offic. eius, et poſt alios Hipp. Rimin. num.* 399. *not. in cap cum Apoſtolica de his quæ fiunt a Pral. et fuit dictum in Tudertina, ſeu Romana nullitatis obligationum* 1. *Iunij* 1615. *corã me quæ eſt* 709. *propè fin. par.* 2. *recen.* Tollit enim omnino vires obiecti, attento contextu verborum conceſſionum, quæ continent ſolam promiſſionem inueſtiti, non relinquendi loco venerabili, ita vt ex ipſis à contrario ſenſu aliud inferri non poſſit, quàm inueſtitum promiſiſſe non relinquere alijs, præter loca pia, non autem ipſi permiſſam eſſe aliena-
5 tionem extra loca venerabilia, cum eadem met verba prolata in ſenſu directo debeant repeti in ſenſu contrario, *Rum. conſ.* 132. *num.* 5. *lib.* 2. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 11. *verſ. neque officit, Rota Bonon. in nouiſſ. deciſ.* 57. *num.* 21. Addebatur, quòd cum argumentum à contrario ſenſu veniat ex mente, *Butr. in cap. cum Apoſtolica nu.* 10. *et ibi Imol. dicto num.* 10. *de his quæ fiunt a Pral.* locum non habet, vbi ex eo induceretur contrarietas cum alia parte diſpoſitionis, *Salic. in l. conuenticula, nu.* 3. *verſ. ideo diſtingue, vbi et Caſtr. n.* 2. *verſ. & etiã clarius, C. de Epiſc. et Cleric. Rom. conſ.* 399. *n.* 7. *et ſeq. Alciat. conſ.* 78. *num.* 3. *lib.* 3. *Laur. de Pala de ſtat quòd ſtant. maſcul. num.* 120. *Decian. conſ.* 32. *num.* 35. *lib.* 2. *Hippol. Rimin. d. l.* 1. *num.* 412. *ff. de offic. eius Mantic. de tacit. lib.* 2. *tit.* 14. *in fin.* Nec admittitur cõtra veriſimilem mentem diſponentium, *Alberic. in d. l. conuenticula num.* 2. *verſ. item ſi voluntas, et in dicta l.* 1. *num.* 14. *verſ. niſi eſſet contra mentem, vbi Hippol. Rimin. num.* 412. *Alciat. d. conſ.* 78. *num.* 5. *Mantic. de tacit. etc. d. tit.* 14. *num.* 27. multòque minùs, vbi inducta ad vnum finem effectum contrarium operarentur, *Bald. in l.* 1. *num.* 1. *verſ. ratio quia, C. de mut. ſtip. Rom. d. conſ.* 399. *num.* 66. *verſ. quod autem Dec conſ.* 110. *nu.* 3. *et ſeqq. et conſ.* 386. *num.* 4. *Crauett. conſ* 38. *num.* 8. *Surd. deciſ.* 185. *num.* 24. *verſ. non etiam*. Quæ omnia abſurda hic ſequerentur, etenim deſtrueretur ipſa ſubſtantia, & natura conceſſionum factarum (vt dictum eſt) pro filijs, & deſcenden. quod licèt per contrahentes (vt ex aduerſo deducitur) fieri poſſit, non tamen eſt admittendum per ſubauditos intellectus, vt fuit dictum in dd. deciſionibus 15. *Iunij* 1616. *&* 16. *Decembris euſdem anni*. Eſſet etiam nedum contra veriſimilem, ſed claram, & expreſſam mentem conttahentium reſultantem ex prædicta qualitate inueſtiturarum, & clauſula, *Ad haben.* vt ſupra dictum eſt, limitatè, & reſtrictè (vt ſupra) appoſita. Ideoque verba illa adiecta in promiſſione, *non*
7 *alienare, nec vlli venerabili loco relinquere, nec pro anima*, dicendum eſt, fuiſſe appoſita ampliatiuè ad magis arctandam prohibitionem alienationis, tollendaſque difficultates, an ex prohibita etiam verbis vniuerſalibus alienatione, intelligeretur prohibita per viam vltimę vo
B luntatis, & an ad fauorem Eccleſiæ B, vel pro anima, de quibus habetur *per gloſ. Bart. & ceteros ſcribentes in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. & in l. filius fam. §. dum, de leg.* 1. Nec ex eis duci poſſe argumentum à contrario ſenſu, tanquam expreſſis ad tollendas dubitationes prædictas, *Rimin. iun. d. l.* 1. *num.* 435. *de offic. eius, arg. l. quæ dubitationis cum ibi not de reg. iur.* & quia reſultaret effectus omninò contrarius expreſsioni, cõtra ſupra allegata. Quæ deducebantur ad oſtẽden. has inueſtituras recipere interpretationem ab alia de anno 1394. viſa ſunt ſublata in deciſionibus 12. Maij 1615. 27. Ianuarij 1616. & 12. Ianuar. 1618. coram Reuerend. D. meo Damaſceno. Ad clauſulam, *Ad haben.* inſtrumenti del 1577. extenſam (ſecundùm lecturam DD. de Lambertinis) cum illis verbis, *prout placuerit. facien.* præter reſponſiones, de quibus *deciſ.* 11. *Decembris* 1606. *et* 17. *Iun.* 1616. dictum fuit, non conſtare de huiuſmodi extenſione, quæ etiam ſubſtineretur, cum non conſtet, (quicquid in inueſtitura dicatur) has terras fuiſſe ſolitas cõcedi, & inueſtitura ſit facta à procuratore Epi-
8 ſcopi, atque ideò inueſtitura non ſuſtineatur ſinè beneplacito Apoſtolico, & abſque eo, quòd conſtet de ſufficienti mandato, iuxta tradita in terminis noſtris per *Aldobr. dicto conſ.* 42. *num.* 9. *vſque in fin.*

Ex quibus, & alijs in prioribus deciſionibus Reuerendiſſimi D. Damaſceni deductis DD. ſteterunt in vltimo loco deciſis ſub die 16. Decembris præteriti, & dixerunt, ſententiam Rotalem eſſe confirman.

ANNOTATIO.

A Vide quæ dixi ſupra *deciſ* 87. *litera A & B.*

B An Dominus directus in emphyteuſi perpetua ad quoſcunque tranſitoria poſſit prohibere, ne bona perueniant
9 ad Eccleſiam, perſonas priuilegiatas potentes, & Collegia tradunt *Butr. conſ* 23. *num.* 3 *&* 5. *Silueſt. Aldobr conſil.* 40. *num.* 2. *Sim. de Præt. conſ.* 54. *num.* 4. *Federic. Scot. reſp.* 2. *num.* 21. *tom.* 1. *lib.* 4. *Greg XV. deciſ* 529 *num.* 9. & quòd conſuetudo concedens Eccleſiæ facultatem retinendi per annum, & ſubrogandi alium emphyteutam non potentem, non intret propter reſiſtentiam d. pacti, *Aldobr. vbi ſupra num.* 9. *verſ non obſtat, Burſatt. conſil.* 199 *num.* 48. *verſ. tertiò Doctores & Greg. vbi ſupra num.* 10. *& deciſ.* 520. *vbi Beltramin latè*.

Contrarium tamen ſuadetur, quia in iure non reperitur expreſſum, quòd in Eccleſiam non poſſit tranſire ius emphi-

phyteoticum laicale, *Butr in cap. potuit, de locato, Iaſ. in l cum dubitabatur, num.* 94. *C. de iur. emph. Imol. in l ſi facta. ſſ. vectigal num.* 54. *verſ ſed poſſem, ſſ de damn inſect. Alex. conſ.* 120. *num.* 3. *verſ. ſecundò reſpondeo, lib.* 1. *Maſtrill. deciſ.* 128. *num.* 10. precipuè quando eſt tranſitorium ad quoſcunque heredes, & ſucceſſores, de quo latè *ſupra deciſ.* 394 *nu.* 5. *Rota deciſ* 261 *nu.* 7. *&* 28. *num.* 3. *part.* 1. *recent. Gratian. diſcept. forenſ cap.* 481. *num.* 61. Nec Eccleſia continetur inter perſonas potentiores, niſi quando haberet poteſtatem in dominum directum, vt declarat *Rom conſ.* 518. *num.* 5. *& poſt Innoc. Oſt. & Speculat. ac Ioan. Iacob. de Leonard. inter conſ. Brun.* 114. *num.* 349. *Grat. conſ* 80. *num.* 9. *lib.* 1. *Gomeſ. ad reg. Cancell. de ſubrog. collitig. quæſt.* 1. *Maſtrill. d. deciſ.* 128. *num.* 13. *&* 14. Et non dicitur perſona prohibita, niſi quia eſt manus mortua, & ſic quando excluditur ſpes deuolutionis, & laudemij, propter quã Eccleſia ex æquitate cogitur vendere, vt latè *in Ferrarien bonorum* 9. *Decembris* 1611. *coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano*, & ratione dictorum præiudiciorum dicitur potens, & prohibita, vt in illa *Ferrarien de Sabianthis* 18. *Aprilis* 1617. *coram Reuerendiſsimo Patriarcha Pamphilio. & in alia Ferrarien. bonorum* 3. *Iunij* 1619. *coram bon. mem Remboldo*. Atquando illa dimittit penes alium, in quo præiudicia prædicta ceſsãt, ceſſare debet prohibitio hominis; quemadmodum ceſſat conſuetudo, vel ſtatutum, quatenus conſiderentur, quòd cogant Eccleſiam ad dimittendum. Nam non cogitur Eccleſia ex vi arctatiua, ſed ex vi directiua rationis cum approbatione Romanorũ Pontificum, vt optimè conſideratur in dict. *Ferrarien. bonorum* 9. *Decembris* 1611. *coram Reuerendiſsimo D. Coccino Decano*. Hinc ceſſante ratione prædicta diſpoſitio etiã ceſſat, & prohibitio, ſiue pactum prædictum recipere debent interpretationem, ne in Eccleſiam perueniant ad effectum retinendi; quę opinio eſt etiam æquior, & ſecundum eam fuiſſe iudicatum in Magna Curia Siciliæ teſtatur *Maſtrill. dicta deciſ* 128. *num.* 18 *in fin. & in princip.* aſſirmat, quòd ita iudicaſſet, niſi cauſa fuiſſet per partes concordata. & infra *verſ & hoc idem* ſubdit, quòd illam ſequi deberet quilibet bonus Iudex; ſic enim agendo conſulitur omnibus, proprietario, ſcilicet qui nihil perderet de iuribus ſuis: Eccleſiæ, quæ reciperet æſtimationem: & demum leganti, quia eius pia diſpoſitio ſuum ſortiretur effectum. *Burſatt. autem conſ* 199. *& Anguiſſ. conſ* 66. *Aldobr conſ* 40. & aliorũ dicta procedunt in emphyteuſi finita, & in Eccleſia potentiſſima, vt aduertit *Maſtrill. in ſæpius alleg. dec* 128. *& deciſ. Gregor.* 259 in emphyteuſi Eccleſiaſtica, in qua non præiudicatur à laico Eccleſiæ, ſed damnum, vel commodum prohibitionis remanent penes eandem Eccleſiam in genere. Et ſimili cauſa in Signatura Sãctiſsimi propoſita per R. P. D. Torniellũ & me informante pro Archiconfraternitate Sanctiſsimæ Trinitatis Peregrinorum, & Conualeſcentiũ Vrbis, cui ab emphyteuta fuerat legata quædam domus, cum pacto ſuperiùs relato in emphyteuſim habita, quæ fuerat ab eadem Archiconfraternitate alienata in perſonam laicam non potentem fuit ſuſpenſum mandatum de aſſociando Domino directo conceſſum, & Sanctiſſimus deputauit quatuor Prælatos vt viderent an huiuſmodi pactum ſit contra libertatem Eccleſiæ coram quibus adhuc pendet indeciſa.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Carpentoraten. iuris lignandi.

Lunæ 1. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Baro quando ſit manutenendus in poſſeſſione faciendi bannimenta, & ſtatuta pœnalia in territorio ipſius Caſtri.

SVMMARIVM.

1 *Baro, & Dominus Caſtri poteſt de iure proclamata, & ſtatuta facere in ſuo dominio.*

2 *Sententia, a qua fuit appellatum, pendente appellatione habetur pro extincta, inſpecto præſenti ſtatu.*

3 *Bannimenta prohibitoria inciſionis arborum tanquam impeditiua facultatis, & liberi vſus rei propriæ, an ſint contra ius commune, & fieri nequeant per Barones ſuperiorem recognoſcentes.*

4 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſsio per anteceſſores acquiſita an tranſeat ad ſucceſſorem, & ex quibus actibus acquiratur.*

5 *Iuriſdictionis q. poſſeſsio vacans per mortem acquirentis, tota, & vniuerſaliter acquiritur ſucceſſori, exercendo vnũ actum iuriſdictionalem ex iure aliquo vniuerſali, & animo vniuerſalem iuriſdictionem acquirendi.*

6 *Iuriſdictionem exercere poteſt ſucceſſor continuando q. poſſeſsionem anteceſſorum, etiam lite pendente, abſque vitio attentati.*

7 *Bannimenta de mandato Domini loci, vigore etiam ordinationum ſuperioris emanata, an excludant authoritatem ipſius Domini.*

8 *Iuriſdictionis vniuerſalis q. poſſeſsio contra omnes, probatur ex proceſsibus, condemnationibus, exactionibus pœnarum, & alijs actibus iuriſdictionalibus.*

9 *Copia ex originali extracta probat, maximè parte non apponente.*

10 *Scripturis etiam informibus tribuitur fides ex longa obſeruantia ſubſecuta.*

DECISIO CCCCLXXVIII.

DOMINIS placuerunt fundamenta deciſionis ſub die 27. Nouembris præteriti. Nam primum ſubſiſtere viſum fuit, videlicet quòd D. Antonius Theſauus filius q. Pauli, & alij anteceſſores fuerint vti feudatarij Reuer. Cam. Apoſt. ab antiquiſſimo tẽpore Domini, & Barones Caſtri de Nometameis, & in vniuerſali quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, tam com Vniuerſitate, quàm cum particularibus dicti loci, & vti tales ſemper habiti, & reputati vſque in hæc tempora, vt plenè comprobatum fuit in *d. deciſ.* & præſertim ex ſententia arbitramentali del 1273. & ex tranſactione del 1531. in quibus expreſsè enunciatur, ad eos pertinere omnimodam iuriſdictionem, & merum, ac mixtum imperium. Et ex inſtrumento conceſſionis FEDERICI Imperatoris de anno 1225. ex qua apparet, Dominos iſtios Caſtri fuiſſe con inceſſos vaſallos Comiti Tholoſano, cui deinde dicti Domini dicti Caſtri præſtiterunt homagium, & fidelitatis iuramentum de anno 1253. pro dicto Caſtro, ac eius tenimento; quæ iura fuerunt producta per Cõmunitatem in partibus in cauſa Furni ſub diebus 20. Auguſti 1612. & 16. Iannarij 1615. & data in ſumm. Antonij poſitionis 22. Aprilis 1619. Et propterea de
1 iure eis liceat, proclamata, & ſtatuta facere, *iux. doctr.*

Bart.

Bart. in l. omnes populi, num. 8. *verſ. aut quæris, ff. de*
iuſt. et iur. cum allegatis. Neque obſtare cenſuerunt in
contrarium adducta pro Communitate. Non primum,
quòd per ſententiam Cameralem fuerit declaratum, di-
ctum Antonium etiam ex prætenſis auctorum perſonis
iuriſdictionem aliquam non habuiſſe, nec habere, nec
exercere poſſe, vt in ſumm. Communitatis num. 2. Nam,
(vt ſupponitur in eadẽ Camera) pendet adhuc appella-
tio pro parte Antonij interpoſita ab huiuſmodi ſenten-
a tia, quæ ideo habetur pro extincta inſpecto præſenti
ſtatu ad *tex. in §. 1. in fin.* & ibi *gloſ. ff. ad Turpill. Bald.*
in rubr. num. 2. *C. de appell. et in l. ita demum, num.* 2.
C. de procur. et latè per Rot. in illa Barchinonen. parochia-
lis 29. *Nouembris* 1613. *coram me*. Non ſecundum,
quòd dd. DD. non habeant niſi iuriſdictionem proue-
nientem ex Conſulatu Caſtri, vti conceſſam per Com-
munitatem, quæ ſibi retinuit dictum Conſulatum, vt in
ſententia arbitramentali del 1273. *in ſumm. ipſius num.*
3. Nam imò ex verbis expreſsis compromiſsi facti del
1272. *eodem ſumm. num.* 3. colligitur, quòd illi erant
tunc Domini, & vti tales exercuerunt actum iuriſdictio-
nalem, quia vnus ex eis nominatus vti Dominus pro
parte, & Baiulus dicti Caſtri nomine ſuo, & aliorum
DD. eiuſdem Caſtri mandauit, & præcepit d. Commu-
nitati, quæ præceptis paruit, & ſic probatur formalis
iuriſdictio. Neque facit, quòd in eadem ſententia del
1273. declaretur, Conſulatum banni eſſe, & eſſe debere
pleno iure, & inſolidum Vniuerſitatis, abſque parte, &
pareria DD. de Nometameis, cum illius etiam coërtio-
ne, & facultate præconizandi, & pœnas imponendi, &
exigendi d. num. 3. Siquidem dictus Conſulatus non
comprehendebat, niſi iuriſdictionem damni dati, vt di-
ctum fuit in deciſione ex ſignificatione verbi, banni.
Nec placuit replicatio, quòd dictus Cõſulatus compre-
henderet omnem iuriſdictionem, ac merum, & mixtum
imperium, quæ veluti ab eo diſmembrata reſeruata fue-
re in dicta ſententia dictis Dominis de Nometameis;
quia contrarium potiùs ex ea colligitur, ex qua
apparet, quòd quæſtiones, & rancunæ, vt ibi dici-
tur, præcedentes inter partes pendebant ſuper prædi-
ctis tanquam ſuper rebus diſtinctis, & ſeparatis, vt ibi
occaſione Conſulatus banni, & meri ac mixti imperij,
& iuriſdictionis dicti Caſtri, & eius territorij. Quin
etiam in eadem ſententia declaratur, quòd præconi-
zationes pro dicto banno fieri debeant ſub nomine
dd. DD. de Nometameis, & ſub nomine Conſulum di-
cti banni, & quòd Conſulatus dicti banni remaneat, &
remanere debeat ſub dominio, & iuriſdictione dd. DD.
& ſuorum ſucceſſorum. Quæ omnia magis compro-
bant ipſorum iuriſdictionem. Non denique tertium,
quòd huiuſmodi bannimenta ſint contra ius commune
3 tanquam prohibitoria inciſionis arborum, & ſic impe-
ditiua facultatis, & vſus liberi rei propriæ, contra *tex.*
in l. in re mandata, C. mand. cum ſimil. & in ſpecie *Socc.*
conſ. 272. *num.* 6. *verſ. confirmatur, lib.* 2. Ideoque fieri
non poſsint per huiuſmodi Barones ſuperiorem reco-
gnoſcentes, *Natt. conſ.* 402. *num.* 8. *Soccin. d. conſ.* 272.
num. 5. *verſ.* 4. *principaliter, et num. ſeqq. cum alijs al-*
leg. Nam quicquid ſit de veritate iſtius concluſionis, in
qua multi etiam contrarium tenuerunt, præſertim in
iſto caſu, cum dd. proclamata ſupponantur concerne-
re publicam vtilitatem; ceſſat omnino hæc difficultas,
ex quo (vt dictum eſt in deciſione) non conſtat, ſyluam,
& montaneam pertinere iure domini), vel poſſeſsionis
ad Communitatem, vt ipſa prætendit. Quin potiùs
quòd Theſanus ſit dominus directus, & recipiat an-
nuam reſponſionem bladorum, & leguminum, loco taſ-
chæ, & (vt dicitur) Signoriæ, & de locationibus, & ven-
ditionibus annuis herbarum, glandium, aſsignationis
confinium, pro paſcuis, comprobatum ibi fuit *verſ. nec*
prædicta, etiam ex teſtibus ipſius Communitatis; quæ
eò abundantiùs ſufficiunt, cum non agatur contra Ca-
meram, cuius procurator licèt acceſſerit ad cauſam, vt
in ſummario Communitatis num. 1. tamen non venit cõ-
tra Dominos, ſed potiùs adhærendo parti ipſorum con-
tra denaſtatores ſyluarum, vt patet ex actibus datis in
d. ſumm. num. 1. Nec etiam ille appellauit, ſed acquie-
uit ſententiæ ad fauorem patris D. Antonij latæ, *vt in*
proceſſ. fol. 214. Secundum pariter fundamentum quaſi
poſſeſsionis iuriſdictionis ſpecialis indicendi dd. banni-
menta, plenè in deciſione comprobatæ, inconcuſſum
adhuc remanere viſum fuit aduersùs plures reſponſio-
nes nunc adductas pro Communitate. Prima namque,
quòd d. quaſi poſſeſsio vti per anteceſſores acquiſita nõ
tranſierit ad Antonium ſucceſſorem, nec per illum ap-
prehenſa dici poſſit, mediantibus deputationibus Offi-
cialium, & alijs actibus diuerſæ ſpeciei: cum ex aliqui-
4 bus actibus iuriſdictionalibus non acquiratur generali-
ter iuriſdictio, niſi quoad alios actus ſub eadem ſpecie
contentos, tollebatur, quia (omiſſo, an dicti actus ſint di-
uerſæ, vel eiuſdem ſpeciei cum publicatione procla-
matum) concluſio ſupra firmata non procedit, quando
5 nullus eſt in quaſi poſſeſsione vniuerſali iuriſdictionis, &
ſic illa eſt vacans, prout erat in præſenti per mortem
Pauli patris Antonij, tunc enim exercendo vnum actum
iuriſdictionalem ex iure aliquo vniuerſali, & animo vni-
uerſalem iuriſdictionem acquirendi, illa tota, & vniuer-
ſaliter acquiritur, *vt poſt Innoc. in cap. dilecti in fin. de*
Offic. Archid. et in cap. 1. *de relig. dom. declarat Abb. in cap.*
cum olim, num. 6. *de præſcr. et in cap. cum inter, num.* 17.
de re iudic. et in conſ. 71. *num.* 3. *par.* 2. *Iaſ. in d. l.* 3. *in*
princ. num 37. *ff. de acq. poſſeſſ.* dicens, quòd hæc vide-
tur tenenda in practica, & quòd neminem inuenit con-
tradicentem, *et num.* 38. *verſ. ſecundò limita, et trad.*
Oldr. conſ 172. *num.* 24. *verſ. deinde opponitur, Felin. in*
cap. auditis num. 19. *de præſcr. Gabr. eod. tit. concl.* 2. *nu.*
A 25. *Aym. de antiq. temp. par.* 4. *num.* 58. A, Vltra
quod ipſemet Antonius exercuit in ſpecie iuriſdictionẽ
per publicationes huiuſmodi bannimentorũ, continuan-
do dictam quaſi poſſeſsionem ſuorum anteceſſorum:
6 prout tanquam ſucceſſor potuit etiam lite pendẽte abſ-
que vitio attentati, vt tenuit *Rota in vna Meſſanen.*
Baroniarum de Caranu, 5. *Nouembris* 1565. *coram Ora-*
dino, & per eam *Lancell. de attent. lit. pend par.* 2. *cap.*
4 *limit.* 1. *num.* 15. *et* 16. *et* 17. Secũda, quòd dictæ pro-
clamationes factæ fuerint non iure proprio, ſed vigore
ordinationum, & concluſionum gẽtium trium ſtatuum,
ceſſat ex facto, quia apparet, quòd factæ fuerunt de mã-
dato ſolius Domini dicti loci, ſeu illius Iudicis, nulla
facta mentione de dictis ordinationibus: in ſolo verò
proclamate del 1565. leguntur tantùm illa verba,
adhærente procuratore Patriæ Comitatus Venayſini, &c.
7 quæ non excludunt auctoritatem dicti Domini ſaltem
cumulatiuam, *ad trad. per Menoch. præſ.* 18. *num.* 1. *et*
ſeqq. lib. 2. imò magis principalem, vt per ſe patet,
8 declarant. Tertia de contradictionibus, ſeu proteſta-
tionibus pro parte Communitatis dictis bannimentis
factis, iam ſublata fuit in deciſione, & præcipuè ex eo,
quòd illæ non habuerunt effectum, cum, eis non obſtan-
tibus, proceſſum fuerit ad condemnationes, & exactio-
nes pœnarum, & alios actus iuriſdictionales, ex quibus
ſimiliter probatur quaſi poſſeſsio iuriſdictionis vniuer-
ſaliter contra omnes, vt vltra allegatos in deciſione,
latè *Surd. conſ.* 429. *num.* 41. *et ſeqq. et num.* 55. *et ſeqq.*
vbi etiam ſi proceſſus non ſint rectè formati, ſed nulliter.
Quarta demum, quòd ſcripturæ dictarum proclamatio-
num

Digitized by Google

num non ſint in forma probanti, tollitur, quia fuerunt
extractæ in vim monitorij D. Rectoris Comitatus Ve-
nayſini ad inſtantiam Communitatis per Guillinum
Notarium, ex libro Curiæ, & fides extractionis dicti
Guillini fuit pro parte dictæ Communitatis producta
coram eodem Rectore vnà cum alia fide Cartoſij Se-
cretarij Communitatis vti compulſi per aliud monito-
rium ad inſtantiam eiuſdem, in qua ille atteſtatur de
publicatione proclamatum ab anno 1587. vſque del
1608. & de regiſtratione per Magiſtrum de Salſis tunc
Graſarium Curiæ ſuper libro Communitatis, & eſt con-
formis circa publicationes extractioni per d. Guillinum
ex libro Curiæ, *vt dicto proceſſ. fol.* 33. *&* 38. Et circa
proclama del 1565. apparet, quòd illud fuit extractum
9 per d. Guillinũ ſucceſſorem in officio, ex quadam copia
per Ioannem de Salſis ſimiliter ſucceſſorem extracta ex
originali rogato per q. Magiſtrum Thomam Maſſu-
tum, & ideo probat *iuxta deciſ. Verall.* 244. *num.* 2.
par. 2. Maximè quia cum dicta ſcriptura producta fuit
in prima inſtantia pro parte Antonij, *vt in proceſſu folio*
11. nihil fuit ex aduerſo oppoſitum contra illius fidem;
exemplum enim, parte non opponente, probat *Dec. in
auth. ſi quis in aliquo, num.* 17. *verſ. decimò, & vltimò
fallit, C. de eden.* & ibi *Soccin. in fin. Purpur. & Bolog.
vterq; num.* 32. *& ſeqq.* vt dicitur etiam de ſcriptura
non recognita, *Caputaq. deciſ.* 99. *num.* 3. *par.* 2. *& te-
nuit Rota in illa Romana cenſus* 4. *Iulij* 1618. *coram me.*
Accedit, quòd dictum bannimentum reperitur in dicto
proceſſu primæ inſtantiæ, qui fuit habitus pro reco-
gnito, vt *fol.* 10. Præterea ſcripturæ dictorum banni-
mentorum adminiculantur ex dictis proceſſibus vigore
illorum fabricatis, exactionibus, & alijs, ex quibus cõ-
10 ſtat de longa obſeruantia ſubſecuta, quæ ſolet tribuere
fidem ſcripturis, etiam informibus, *Crauett. conſ.* 101.
num. 4. *Rot. deciſ.* 375. *num.* 4. *par.* 1. *diuerſ. & in d.
Romana cenſus coram.* Necnon etiam ex confeſſionibus
vltimo loco inquiſitorum de incisionibus arborum, &
deuaſtatione ſyluæ, qui examinati ſuper dictis procla-
matibus, & eorum publicatione, reſponderunt, ſe illa
audiuiſſe, licèt ſubiungant de contradictionibus Com-
munitatis, vt dicto proceſſu *fol.* 24. *&* 29. Ex quibus
& alijs DD. ſteterunt in deciſis ſub die 27. Nouembris
præteriti ad fauorem dicti Antonij.

Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A Hanc deciſionem ſequuta eſt Rota *infra deciſ.* 912. *numero* 11.

Panormitana Archipresbyteratus.

Veneris 5. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Concurſus factus coram examinatoribus extra ſynodum electis eſt nullus; niſi infra annum à celebratione ſynodi electio facta fuiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Concurſus factus coram examinatoribus extra ſynodum confirmatis, ex declaratione Congregationis Conc. eſt inualidus, et collatio facta in vim d. concurſus eſt nulla: quod procedit, etiam ſi vnus tantum non eſſet examinator ſynodalis num.* 19.

2 *Examinatores extra ſynodum ex Conſtitutione Clementis VIII. poſſunt Epiſcopi deputare tantummodo intra annum à ſynodo celebrata, quo elapſo, eorum authoritas expirat.*

3 *Declarationes S. Congr. Illuſtriſſimorum Card. Concil. Trid. interpretum nota ſemper obſeruat, et ligant in vtroque foro etiam quòd non ſint publicata num.* 21.

4 *Decretum irritans non ſolum inducit formam, ſed afficit etiam ignorantes quo ad actus nullitatem.*

5 *Synodus ſingulis annis ab Epiſcopo celebrari debet.*

6 *Impedimentum facto proprio procedens ſuffragari non debet.*

7 *Examinatores deputari non poſſunt ab Epiſcopo, elapſo anno a celebratione ſynodi.*

8 *In deuolutione ad ſedem Apoſtolicam mora tantùm conſideratur, nulla ratione habita impedimentorum, quæ ab Ordinario prouenìebant, vel ab ipſo remoueri poterant.*

9 *Agens vigore mandati nulli licèt habeat ſufficiens nulliter agit.*

10 *Clauſula* omni meliori modo *non operatur, niſi data poteſtate faciendi actum alio modo.*

11 *Gratia ſpecialis continetur intra caſum expreſſum.*

12 *Fides fidem non facit, eoque minus facta lite pendente.*

13 *Parochiales ex Conſt. Pij V. poſſunt ab Ordinarijs infra ſex menſes prouideri.*

14 *Impedimenta, quæ remoueri poſſunt, non attenduntur, et ſi remoueri non poſſunt recurrendum eſt ad ſuperiorem.*

15 *Ignorantia non eſt veriſimilis in Archiepiſcopo circa collationem beneficiorum in ſua Prouincia.*

16 *Scire, et ſcire debere paria ſunt.*

17 L. Barbarius ff. de off. Præſid. *non procedit in prouiſo Apoſtolico.*

18 *Veritas ante completum negocium declarata præfertur opinioni.*

20 *Examinatorem non eſſe ſynodalem, non probatur ex eo tantùm, quòd non reperiatur deſcriptus inter alios examinatores, ſed exhibenda eſt integra ſynodus.*

21 *Congregationum decreta non ſunt in actis producenda, ſed ſufficit, illa allegare ad inſtar iuris communis.*

DECISIO CCCCLXXIX.

OBTENTA per Nicolaum gratia, ſi neutri, Archipresbyteratus, de quo agitur, cui cura imminet animarum, captaque die 3. Decembris 1618. reſolutione pro illius iuſtificatione quoad non ius Iulij, ab Ordinario de eodem Archipresbyteratu prouiſi, ex capite nullitatis concurſus, tanquam facti coram examinatoribus ab eodem Ordinario extra Synodum contra formam Sacri Concilij Tridentini, & Conſtitutionis ſanctæ memoriæ Pij Quinti deputatis. Cauſa die 26. Iunij præteriti repropoſita fuit ad Calendas dilata, & dictum, vt interim conſuleretur Sacra eiuſdem Concilij Congregatio. Cumque ea declaraſſet, concurſum prædictum nullum ex d. capite, Iulius recurſum habuit ad Signaturam Sanctiſsimi pro illo ſanando: Sanctiſsimus autem nihil reſcribendo oretenus mandauit, cum præſuppoſito dictæ declarationis, videri, an Ordinarius eſſet excuſandus, ad effectum ſuſtinendi dictum concurſum, & in conſequens dicti Iulij prouiſionem. Quo dubio pluries ſinè reſolutione propoſito, hodie reſponde-
A runt DD. non eſſe locum excuſationi. A Moti ſunt; quia ex forma Sacri Concilij *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 18. *§. examinatores*, concurſus eſt faciendus coram examinatoribus ſingulis annis in diœceſana Synodo depu-

tan-

tandis. Ideoque Sacra Congregatio ſemper declarauit
1 inualidos concurſus ab alijs examinatoribus, quàm
Synodalibus factos, & ſequuta eſt etiam Rota, vt in
dicta deciſ. 3. Decembris. Quibus addi poteſt decla-
ratio ad inſtantiam Epiſcopi Patauini emanata, & pro
Iulio data in ſummario, & concordat Conſtitutio præ-
dicta Pij Quinti. Et fel. recordat. Clemens Octauus ſpe-
ciali conſtitutione conceſsit Epiſcopis facultatem de-
putandi examinatores extra Synodum, deficientibus,
2 vel impeditis ſynodalibus, dummodo infra annum à ſy-
nodo celebrata; & decreuit, quòd ſtatim lapſo anno
talis facultas, & eorum auctoritas expiraret. Atque
ita etiam eadem Sacra Illuſtriſſimorum Interpretum
Congregatio in hac cauſa declarauit, Illuſtriſſimum Or-
dinarium in d. concurſu non potuiſſe adhibere examina-
tores extra diœceſanam Synodũ deputatos, ac proinde
concurſum fuiſſe ipſo iure nullum, cuius declarationes
B Rota ſemper reuerenter ſuſcipit, & obſeruat. B, Vnde
3 cum Sacrum Concilium Tridentinum, & dicta Pij V.
Conſtitutio habeant decretum irritans, non poterat
collatio aliqua excuſatione etiam ignorantiæ ſuſtineri,
ex quo dictum decretum non ſolùm inducit formam
4 *Bald. in l. 1. num. 1. verſ. in contrarium, ff de liber. & po-
ſthum. Pelin in cap. cum dilecta, in quinto ſigno forma, de
reſcript. Cardin Mantic deciſ 276. in princip.* ſed afficit
etiam ignorantes. *cap. ſi eo tempore, & ibi gloſ. in verbo
ignoranter & omnes, de elect. in ſexto.* Idque ſinè dubio
quoad nullitatem actus, *Put. deciſ. 63. num. 4. et deciſ.
141. et 274. lib. 1. in nou. Capitaquen. deciſ. 1. num. 2.
par. 2. cum alleg. per Gabr. de clauſ. concluſ. 3. num. 1. et
2. et per Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 67. num. 17. et ſequent.*
quam opinionem ſemper Rota ſequuta fuit, *vt in deciſ.
578. num. 3. et 5. par. prima diuerſ.* Vltra quod in Bulla
fel. recordat. Pij Quarti expreſsè cauetur, decreta d.
Concil. à Kalendis Maij 1564. omnes obligare cœpiſſe,
neque poſt excuſationem cuiuſquam, quod ea ignora-
uerit, admittendam eſſe, cum eodem decreto irritanti.
Nec ſuffragabatur, quòd Rota pluries tenuerit, Ordi-
narium poſſe, impeditis, ſeu deficien. ſynodalibus, exa-
minatores extra Synodum ſubrogare, vt in dicta deci-
ſione 3. Decembris relatum fuit. Nam motiuum Ro-
tæ fuit ex eo, quòd poſſet Epiſcopus in caſu neceſſitatis
adimplere formam à Concilio præſcriptam per æqui-
pollens, alios ſubrogando: quæ ratio poteſt procedere,
quando deficiunt examinatores infra annum a Synodo
celebrata; tunc enim cũ non teneatur Synodum conuo-
care, nihil ſibi poteſt imputari, neque per ipſum ſtat, quin
illos adhibeat. Diuerſum eſt autem, lapſo anno à Syno-
5 do celebrata: tunc enim cum teneatur omnino Synodũ
celebrare, *cap. ſicut, in princip. et circa fin. de accuſat. ibi-
que Abb. et Card num. 1. et Sac. Conc. ſeſſ. 24. de reform.
cap. 2.* de quo meminie etiam Clemens Octauus in d. ſuo
decreto, Examinatores facto Ordinarij, illam (vt tene-
tur) non celebrantis, deficiunt, & per eum ſtat, quin illos
6 adhibeat; & ſic impedimentum iſtud facto proprio
procedens, illi ſuffragari non debet *l. 2. §. penult. ff ſi
quis caut. et ibi not fuit dictum in Calaguritana Capellania
28. Ianuarij 1585. coram Cardinali Pamphilio, et in Pla-
centina parochialis de Malpartida 29. Nouembris 1593. co-
ram Litta.* Neque Rota loquuta fuit, quandò examina-
7 tores poſt annũ ſubrogantur. Et licèt *in illa Literen. co-
ram bon. mem. Bubalo* referatur deciſum in S. Congre-
gatione, deficientibus examinatoribus Synodalibus, poſ-
ſe Epiſcopum alios ſubrogare cum conſenſu Capituli;
tamen dicta declaratio nunquam oſtenſa fuit, & declara-
tiones tàm antea, quàm poſtea factæ ſolùm id permit-
tunt Epiſcopo infra annum, ſecus autem eo elapſo: ſe-
cundùm quas d. deciſio, & aliæ in ea ſe fundantes eſſent
in omnem caſum intelligendæ. Hinc etiam in materia
8 deuolutionis ad S. Apoſtolicã conſiderata ſæpè fuit mo-
ra Ordinarij, nulla habita ratione impedimentorum ab
ipſo prouenientium, vel quæ ille poterat remouere, *vt in
Placentina Parochialis de Malpartida apud Seraph. deciſ.
702. num. 2. 24. Mart. 1586. coram Bubalo. 29. Nouembris
1593. coram bon. mem. Litta 19. Martij 1610. coram Illu-
ſtriſſimo Cardinali Lancellotto. et 4. Maij 1611. coram Illu-
ſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio.* Ex alio quoque tolli vi-
debâtur prætenſæ excuſationes, nempe, quòd Ordinarius
deputauit examinatores prædictos expreſsè vigore de-
creti Clementis Octaui, quod (vt ſupra, & in alia deci-
ſione dictum fuit, & ex eo clarè patet) non tribuit facul-
tatem, niſi infra annum à Synodò celebrata, eo verò elap-
ſò diſponit, quòd huiuſmodi facultas expiret. Vndè
nedùm intrant regulæ, quod potui nolui, &c. *cap. cum
ſuper, de offic. deleg.* & de reſtringente ſe ad mandatum
9 inſufficiens, qui nulliter agit, nec poteſt niti alio ſuffi-
cienti, *Rom conſ. 446. num. 6. verſ. quamobrem, & ſe-
quentib. & conſ. 496 num. 4. Achill. deciſ 7. de procurat.
Put. deciſ. 373. lib. 2. in nou.* Quibus opus non vide-
batur, cum nec alio modo iuridicè poſſet examinatores
intra annum extra Synodum deputare, vt in fortioribus
terminis, nec clauſula, *omni meliori modo* (quæ tamen in
dicta deputatione nõ adeſt) operatur, niſi data poteſtate
10 faciendi actum alio modo, *Aretin. conſ 17. num. 6. verſ.
non obſtat clauſula illa, Dec. in cap cum ſuper, de offic. deleg.
nu. 51. in fin. & num. 52.* Sed inde etiam colligitur, Or-
dinarium ſciuiſſe defectum ſuæ poteſtatis, dũ deputauit
dd. examinatores extra tempus in eodem decreto præ-
fixum. Nec ſubſiſtebat, dictam deputationem fuiſſe fa-
ctam in vim alterius decreti pariter eiuſdem Clemen-
tis Octaui ad fauorem Domini Epiſcopi Patauini; nam
hoc non apparet; vltra quod adhuc vigeret præcedens
fundamentum, & decretum prædictum retorqueretur;
cum non obſtante iuſto impedimento peſtis, propter
quod non potuit congregari Synodus, prouiſiones fue-
rint ex eo declaratæ nullæ, & Sanctiſſimus per viam
gratiæ conceſſerit, vt Ordinarius de parochialibus no-
uas faceret collationes. Et quatenus dicatur, in eo de-
cerni, quòd in futurum examinatores per dictum Epi-
ſcopum Patauinum deputati erunt legitimi, patet re-
ſponſio, illam fuiſſe gratiam ſpecialem limitatam per
11 clauſulam, donec Synodus diœceſana fieri poterit, ceſ-
ſante impedimento peſtis; & ſic non poſſe allegari, *ſ. ſed
& quod Princip., verſ. planè, Inſtit. de iur. nat. gent. &
ciuil.* Impedimentis, ex quibus prætenditur non potuiſ-
ſe congregari Synodum, reſponſum fuit, non iuſtificari
12 ex fide in ſummario Iulij data, cum fides non faciat fi-
dem, eoque minus lite pendente facta, & illa fuiſſent
aliunde probanda *l. qui commeatus, ff. de re milit.* Et vlte-
riùs de facili remoueri potuiſſe, vel petendo licentiam
à Sanctiſſimo, vel à Sacra Congregatione, deputandi e-
xaminatores extra Synodum, prout faciunt occurren-
13 tibus caſibus alij Ordinarij, præſertim cum non vrge-
ret temporis anguſtia, ſed haberet ſex menſes ad pro-
uiden. iuxta dictam Conſtitutionem Pij Quinti, & im-
14 pedimenta, quæ remoueri poſſunt, non attenduntur,
*l. ſed & ſi per Prætorem, §. 1. ff. ex quibus cauſ. maior. Se-
raph. deciſ. 1206. num. 1. Surd. deciſ. 189. num. 29. &
31.* vbi quando poterant remoueri recurren. ad ſupe-
riorem, *Rota in Placentina parochialis de Malpartida 29.
Nouembris 1593. coram bon. mem. Litta.* Ex quibus nec
videbantur applicari, quæ dicebantur de probabili, &
communi errore, & de bona fide, *ex l. Barbarius, ff. de
off. præſid. & deductis in Paduana Prioratus 5. Decembris
1614. coram R. P. D. Pirouano.* Quia communis er-
ror, ſeu obſeruantia contraria negatur, nec probatur,

& bona fides, ſeu probabilis ignorantia non ſuffragatur, ſtante dicto decreto irritan. quod (vt ſupra dictum eſt) ligat etiam ignorantes, præſertim quando diſpoſitio non eſt dubia, ſed certa, qualis eſt iſta Sacræ Congregationis, & Conſtit. Pij Quinti, vt in *eadem Paduana Prioratus in fin.* Quinimò dabatur declaratio eiuſdem Sacræ Congregationis facta in alia cauſa ſuper parochiali Sancti Nicolai Ciuitatis Drepani in ſimili concurſu, in qua fuit lata ſententia per Vicarium Generalem Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi, ex qua patet, fuiſſe in eius Tribunali benè cognitas huiuſmodi decla-
15 rationes Sacræ Congregationis, nec in Archiepiſcopo cadit innerisimilis ignorantia factorum in collatione beneficiorum ſuæ prouinciæ, *Io. And. in dicto cap. ſicut, ibique Abb. num. 2. et Anan. num. 4. de accuſat.* Multoque minus iudicialiter in eius Tribunali; & ſcire, vel
16 ſcire debere paria ſunt *ex vulgat. et per Doct. proximè citatos.* Addebat etiam vnus ex DD. *l. Barbarius*, cum
17 materia hic applicari non poſſe, ſtante concurſu prouiſi Apoſtolici, qui eſt verus prouiſus, quia alius vigore *d. l.* eſſet putatiuus: & veritas ante completum ne-
18 gotium declarata præfertur opinioni, quæ non attenditur in præiudicium veri concurrentis, *Lap. alleg. 89. num. 14. in fin. verſ. item decretalis, & ibi Mand. Felin. in cap. in noſtra, num. 37. limit. 2. verſ. quod autem dictum eſt, de reſcr. Ferrett. conſ. 9. num. 1. & 2. lib. 1. Rota deciſ. 17. num. 6. par. 2. in recentior.*

Et ita fuit vtraque parte ſæpius informante deciſum.

ANNOTATIO.

A Hanc deciſionẽ in eadẽ cauſa cõfirmauit Rota in omnibus concluſionibus *6. Martij 1623. coram bon. mem. Vbaldo.* Notandũ autẽ, quòd cõcurſus dicitur nullus nedum quãdo fuit habitus corã examinatoribus, qui nõ fuerãt in Synodo
19 electi, ſed etiam ſi inter deputatos in ſynodo interueniſſet alter, qui non ſit examioator ſynodalis, vt ſæpius declarauit ſacra Coogreg. in *Toletana, Sarſinaten & Meſſanen parochialis, quas refert Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. num 83. & 84. & num 324. & 341. & 342.* vbi referuntur deciſiones Rotales, & fuit dictum in *Nicien. parochialis 25. Iunij 1629. coram R. P. D. Virili.* In qua tamen firmatur, concludenter eſſe probandũ, examinatorem non fuiſſe ſynodalem, & idem priùs firmatum fuerat 18. Februarij 1628. *in Boſſanen. parochialis coram eodem.*

Negatiua autem non probatur ex eo, quòd non reperiatur
20 deſcriptus inter examinatores ſynodales, niſi exhibeatur integra ſynodus, vt firmatur in *d. Nicien. parochialis.*

B Declarationibus ſacræ Congregationis Rota ſemper plurimum detulit, neque eas vllo modo in dubium reuocare ſolet, vt in hac deciſione, & in *Auerſana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram bon mem. Cardinali Sacrato, in Nicien. parochialis 20. Maij 1624. coram bon mem. Vbaldo ſeniori. & in Tiburtina parochialis 27. Iunij 1629. coram R. P. D. Pirouano*; & tales declarationes ligant in vtroque
21 foro, etiam quòd non ſint publicatæ, vt probat *Roderic quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 12. artic. 2, circa med.* Nec eſt neceſſaria productio ſimilium decretorum in actis, ſed ſufficit illa allegare ad inſtar iuris communis, cum ſint declarationes definitiuæ, & deciſiuæ vim legis habentes, vt tradit *Garz. de benefic. in præfat. ante med. Rota in dicta Auerſana beneficiorum coram bon. mem. Cardinali Sacrato*, quæ loquitur in declarationibus Congregationis ſacri Concilij Tridentini, & quòd idem procedat in declarationibus aliarum Congregationum, dixit eadem Rota *in Meten. Abbatiæ 19. Iunij 1628. coram R. P. D. Dunozetto.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana pecuniaria de Buſalinis.

Veneris 5. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Primogenitura an conſtituta cenſeatur inter filios teſtatoris in caſu, de quo hic agitur.

SVMMARIVM.

1 *Filij tàm nati, quàm naſcituri æqualiter inſtituti ſuccedere debent in capita, ac ſi proprijs nominibus fuiſſent nominati, maximè ſi ſint inſtituti cum clauſula,* pro æquali portione.

2 Tota *verbum eſt aptum prohibere Trebellianicam, et numero 18. ſiue verbum,* tota, *ſit adiunctum verbo executiuo, ſiuè diſpoſitiuo, num. 19.*

3 *Succeſſio in hæreditate, de tota hæreditate in dubio intelligitur.*

4 *Verba,* modo, quo ſupra, *an poſſint referri ad orationem immediatè, et proximè preceden.*

5 *Dictio,* Item, *quando non ſit repetitiua thematis proximè antecedentis orationis.*

6 *Argumentum à veriſimili mente teſtatoris non eſt tutum.*

7 *Coniecturæ per alias coniecturas confunduntur, et conquaſſantur.*

8 *Aequalitatem ſeruari à parentibus in inſtitutione filiorum, ad tollendam inter eos inuidiam, et ſeruandam concordiam, lex non ſolum admonet, ſed etiam præſumit.*

Et quid ſi in aliquibus a teſtatore non ſeruata fuerit æqualitas, an præſumatur in ceteris voluiſſe inæqualitatem ſeruare num. ſeq.

10 *Contractus minorum abſque inſinuatione annullatur ex conſtitutione Marchiæ; etiam quando agitur inter duos minores, quorum alter ſit læſus, & agat de damno vitando num. 11. & num. 24.*

12 *Confeſſio in compromiſſo relatiuo ad teſtamentum, non probat, niſi quatenus in eodem teſtamento continetur.*

13 *Manutentio nihil commune habet cum proprietate.*

14 *Teſtatoris voluntas non poteſt naſcituro eſſe cognita.*

15 *Confeſſio, vt afficiat, debet eſſe clara, & euidens: & erronea non attẽditur, præſertim quando agitur de nouo fideicommiſſo inducendo, quo caſu etiam obſeruantia debet eſſe clara, & indubitata.*

16 *Pretium in particularibus non ſuccedit loco rei.*

17 *Interpretatio ſtricta facienda eſt in ſtipulationibus, & contractibus, & non veniunt niſi expreſſa.*

20 *Trebellianica cenſetur prohibita, ſtantibus verbis,* ſine diminutione.

21 *Trebellianicæ probibitio deducitur nedum ex verbis expreſſis, ſed etiam ex tacitis, & ex coniecturis & an hoc procedat, quando agitur de probibitione facienda filijs primi gradus, num. 22.*

Debent tamen coniecturæ eſſe tales, quæ per neceſſe id concludant, nec aliud importare poſſint num. 23.

25 *Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur in contractibus minorum contrahentium cum alijs æquè priuilegiatis.*

26 *Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur, quando minor, vel mulier contrahunt cum Eccleſia.*

DE-

DECISIO CCCCLXXX.

IN eadem ſententia perſtiterunt DD.
quòd ſuper Palatio in Regione Pario-
nis non ſit conſtituta primogenitura
inter filios Iulij Senioris, ex qua ſit vo-
catus Iulius Iunior primogenitus, &
illam non reſultare (prout ipſe pretcu-
dit) neque ex verbis, nec ex coniectu-
ris, nec etiam ex prætenſis confeſſionibus Octauij, &
obſeruantia. Primò non reſultat ex verbis, quia ſufficit,
quòd in toto teſtamenti contextu non legatur inter filios
teſtatoris facta, & ſic probatur negatiua. Imò exclu-
1 ditur, tum quia ipſe Iulius de tempore teſtamenti natus,
& alij filij maſculi naſcituri ſunt æqualiter inſtituti: &
ſic omnes ſuccedere debebant in capita, & pro virili, ac
ſi proprijs nominibus fuiſſent nominati, *l. interdum, & ibi*
gloſ. Bart. Bald. & Imola, ff. de hæred. inſtit. & ſinè difficulta-
te, ſtante clauſula, *pro æquali portione*, de qua in hoc te-
ſtamento, vt per *Sim. de Pret. de interpret. vlt. vol. lib. 3. in-*
terpret. 1. dub. 3. ſolut. 5. nu. 7. fol. mihi 201. *a tergo.* inſuper
inſtitutio hæredum eſt facta per verba vniuerſalia, vt
2 in tota, & vniuerſa hæreditate, & verbum, *tota*, eſt
A aptum prohibere trebellianicam A, *gloſ. in l. decem, ff.*
3 *de fideicom. liber. Gabr. lib. 4. ad trebell. concl. 6. et de communi*
Mantic. de coniect. etc. lib. 7. tit. 12. num. 13. verſ. ſed commu-
nis Menoch. lib. 4. præſ. 198. *num.* 15. vbi de recepta opi-
nione, & de magis communi *Peregr. de fideicom. artic. 3.*
num. 88. in princip. & num. 90. circa finem; & eſt etiam fa-
cta inſtitutio, & ſpecificè in ſtabilibus vbique exiſten-
tibus, cum reciproca inter omnes ſubſtitutione, & vo-
catione eorum filiorum, & deſcendentium; tum etiam
quia teſtator voluit, in defectum Doctoris, Prælati, vel
Presbyteri Romanam Curiam ſequentis, quibus videtur
dictum Palatium reliquiſſe, illud deuolui ad primoge-
nitum, in dicta hæreditate modo, quo ſupra ſuccedentē;
quæ verba nullo modo conuenire poſſunt proprijs filijs,
quia nunquam fuit vocatus primogenitus eorum, qui in
3 hæreditate ſuccederet, & ſic in tota, prout in dubio in-
telligitur. *l. ſi ſponſus, §. fin. ff. de donat. inter virum, &*
uxor. l. qui totam in princ. ff. ad trebell. Mantic. d. tit. 12. nu.
13. verſ. nam teſtator; & tollit difficultatem quòd teſtator
non ſimpliciter dixit in hæreditate, ſed in dicta, & ſic
per dictionem repetitiuam hæreditatis, & ſupra de
tota, & vniuerſa hæreditate expreſſis verbis locutus
fuerat; nec etiam conuenire poſſent dicta verba *modo,*
quo ſupra ſuccedentem, quia modus aliquis, ſecundum
quem filij teſtatoris ſuccedere deberent, non fuit ſupra
deſignatus. Nec dicta verba, *modo, quo ſupra* referenda
ſunt ad orationem immediatè, & proximè præcedentem,
4 in qua (vt ſupponitur) palatium Sancti Iuſtini fuit ſuppo-
ſitum primogenituræ, & relictum primogenito ex filijs,
qui ſecuta morte teſtatoris ſuccederet; quæ verba non
poſſunt verificari, niſi in proprijs filijs, nam illi nunquam
ſunt vocati per viam primogenituræ ad hæreditatem,
nec per aliquem modum præſcriptum, vt ſupponunt di-
cta verba. Inde ceſſat virtus dictionis, *item*, quæ non
poteſt repetere in filijs teſtatoris eandem primogeniturā
ſuper palatio Vrbis, quæ fuit contemplata in oratione,
immediatè præcedenti ſuper palatio Sancti Iuſtini;
quia quicquid ſit de primogenitura palatij Sancti Iuſti-
ni, de qua aliqui ex Dominis dubitabant, repugnant ex-
preſſè verba, quòd aliquis primogenitus filiorum non
eſt vocatus ad hæreditatem, nec per aliquem modum,
quæ nihilominus poſſunt in filijs filiarum teſtatoris ve-
rificari, vti vocatis ad hæreditatem in defectum lineæ
filiorum, & deſcendentium teſtatoris, & Ioannis Baptiſtæ
de eadem familia poſt eas vocatorum, vt conſideratum

5 fuit in alia deciſione. Et dictio, *Item* in propoſito non
poteſt repetere thema proximè antecedentis orationis,
cum apponatur in principio alterius diuerſæ, & ſepara-
tæ orationis, quæ eſt perfecta, nec regitur à verbo dictæ
præceden. orationis, *Bart. in l. 1. num. 1. & ibi Caſtren.*
num. 3. de Public. & in l. in repetendis verſ. quod puto verum,
de leg. 3. cū alijs relatis per Sim. de Pret. de interpret. etc. lib. 1.
interpret. 1. dub. 2. ſolut. 4. num. 1 fol. mihi 157. imò tunc
arguit diuerſitatem totalem diſpoſitionis ſequentis, *Ge-*
min. conſ. 62. *num.* 1. Vndè à verbis, quæ clara ſunt, &
excluſiua primogenituræ, non eſt recedendum ex
vulg. et lat. Mantic. de coniect. etc. lib. 3. tit. 19. n. 4. Secundò
non ex coniecturis, quia aliquæ non adducuntur conclu-
dentes, neque vrgent: & illa, quæ conſideratur, viſa
fuit leuis, videlicet, quòd ſicut prædilexit in palatio
ſecundò, vel tertiò, & vltra genitum deſcendentem
ex filiabus, qui eſſet Doctor, Presbyter, vel Prælatus, vt
commodiùs ſe ſubſtinere poſſet, & obſequijs Sanctæ
Sedis Apoſtolicæ incumbere: quæ ratio magis videtur
militare inter filios teſtatoris, cum appareat, ipſum ma-
ximè præ oculis habuiſſe honorem familiæ; nam vltra
6 quod argumentum à veriſimili mente teſtatoris non
eſſe tutum, latè oſtendit *Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 19.*
num. 5. & teſtator non videtur reſpexiſſe in hoc hono-
rem familiæ, ſed gradum Doctoratus, Presbyteratus, vel
Prælaturæ, vt ſic graduatus ſe meliùs in Curia ſubſtinere
poſſet, & vt ad huiuſmodi gradum ſuſcipiendum inci-
taret ſecundò, vel tertiò, aut vltra genitum illius, qui in
hæreditate vti primogenitus ſuccederet, non autem pro-
prios filios, de quibus veriſimiliter non diffidit, quòd
etiam non grauati concederent totius Palatij habitatio-
nem ſic graduato Romanam Curiam ſequenti. Et nihilo-
7 minus prædicta, & aliæ, ſi quæ conſiderari poſſunt, conie-
cturæ confunduntur, & conquaſſantur per alias contra-
rias, & vehementiores; & præſertim quòd teſtator in
eodem teſtamento noluerit ſe incontinenti corrigere,
& adimere, imò totaliter deſtruere primam diſpo-
ſitionem, in qua æqualiter vocauit cum Iulio nato filios
naſcituros, & quòd non habuerit maiorem, ſed pa-
rem, & æqualem affectionem ad Iulium tunc natum, &
primogenitum, & ad illius filios naſcituros, & quòd eos,
& eorum filios, & deſcendentes ſemper æqualiter tra-
ctauerit, nulla penitus inter eos conſtituta differentia.
8 Sed præcipua, & potentior viſa fuit DD. præſumptio
æqualitatis inter filios ſeruandæ ad tollendum inter
eos inuidiam, & ſeruandam concordiam, & ideo lex non
ſolùm parentes ad æqualitatem admonet *§. illud quo-*
que, Auth. de nupt. Bald. in l. 1. num. 1. C. de pactis, ſed etiam
ſeruare præſumit, *l. quæſitum, § ſed etiam ipſe Papin. ff. de*
fund. inſtr. l. 1. §. cunctis, vbi gloſ. in verbo cunctis, et ibi
Odofr. Alber. num. 14. in fine Bart. & Bald. de leg. 2. idem
Bald. in d. l. 1. in 1. notab. verſ. & Iuriſconſultus, & ibi Iaſ.
num. 2. C. de pact. cum pluribus per Dec. conſ. 19. num. 3.
& Decian. reſp. 87 n. 51. & ſeqq. vol. 5. etiam ſi teſtator in
9 aliquibus non ſeruauerit æqualitatem, quia non ſequitur,
quòd in alijs voluerit inæqualitatem inducere, ne illius
voluntas reddatur irrationabilis, *vt ex Aret. & Ruin.*
hanc præſumptionem ampliat *Mantic. d. l. 7. tit. 12. nu. 5.*
circa fin. & hāc præſumptionē eſſe fauorabilem, & omnes
alias ſuperare *Alciat. conſ. 33. n. 19 lib. 9. Mantic. d. tit. 12.*
8 *n. 5. circa fin.* Tertiò nō ſubſiſtunt, nec releuant prætenſæ
confeſſiones Octauij, nec obſeruantia inter partes, ſu-
per quibus licèt in alia deciſione reſeruatis in relationi-
bus cauſarum, ordinatum fuit, dictū Iulium in hac ſecun-
da propoſitione audiri. Nam nec obſeruantia probatur,
nec prætenſæ confeſſiones reſultant ex deductis, quibus
ſigillatim reſpondetur. Primò enim cōpromiſſum 1601.
in *Summario Iulij num.* 1. in quò declaratur, quòd in diui-

ſione dicta palatia liberè illi remaneant vti primogeni-
10 10 (vltra nullitatem ex defectu inſinuationis requiſitæ
per conſtitutionem Marchiæ in contractibus minorum,
qualis erat tunc Octauius, quæ conſtitutio annullat
omnes contractus aliter factos, vt fuit decisum *in Sanctis*
Seuerini beneficiorum, 18. *Maij*, & 1. *Iulij* 1611. & *in*
Perusina ſiantcom. 29 *Nouembris* 1611. *coram R.P.D. Pam-*
11 *philio*, & inter duos minores, quorum alter ſit læſus,
B & agat de damno vitando B, ex traditis per *Lambert.*
de contract. mulier. in fine num. 125. & *ſeqq. Rot. in Bono-*
nien. cenſus, 17. *Martij* 1608. *coram Illuſtriſſimo Domino*
12 *Lug Iunno.*) eſt ſuppoſitum primogenituræ, & relatiuum
ad teſtamentum patris, & ideo nihil probat, niſi qua-
tenus in eo continetur, *Decian. conſ.* 10. *num.* 92. & 93.
13 *vol* 3. Mandatum verò de manutenendo del 1603. *dicto*
Summario num. 3. nihil habet commune cum proprie-
tate, & fuit ab eo appellatum pro parte Octauij, *di-*
cto ſummario num. 2. Iura verò, de quibus in *dicto ſumma-*
rio num. 4. & *nu.* 7. non videntur percutere hoc pala-
tium Vrbis, & poſſunt in alio Sancti Iuſtini verificari, &
potiùs loquuntur de nominibus debitorum. Demum ad
compromiſſum, & laudum del 1608. placuerunt re-
ſponſiones datæ, & præſertim quòd ſunt ſuper penſio-
nibus à Domino Octauio prætenſis vigore concordiæ
del 1607 à qua fuit receſſum per hanc, de qua agitur, in
dicto anno 1608 cum clauſula, *videlicet, ac ſi dicta concor-*
dia facta non eſſet, vt in *dicto ſummario, num* 9. et 10. in-
de infertur, non probari aliquam confeſſionem Octauij
voluntatis teſtatoris, faciendi dictam primogenituram,
14 quę voluntas non potuit illi tunc non nato eſſe cogni-
ta, *Iaſ. in l. ſi quis à filio*, §. *ſi quis plures num.* 8. *de leg.* 1.
Mantic. de coniect. lib. 3. *tit.* 1. *n.* 25. *circa fin.* & cõfeſſio, quæ
15 reſultaret nõ eſſet clara, & euidẽs, prout eſſe debet, imò
erronea, nec attẽdẽda, *Decian. d. conſ.* 10. *n.* 80. *et ſeqq. vol.* 3.
tãtò minùs, quia agitur de nouo fideicõmiſſo inducendo
Mantic. d. tit. 1. *num.* 24. & 25. prout etiam prætenſa
obſeruantia deberet eſſe clara, & indubitata, quam ad
iſtum effectum conſiderant *Socc. conſ.* 12. *col. fin. num.* 20.
vol. 3. *Pariſ. conſ.* 11. *num.* 39. & 40. *eod. vol. Decian.*
conſ. 87. *num.* 21. *et* 22. *vol.* 2. Ex quibus ſequitur, di-
ctum palatium non pertinuiſſe ad Iulium ſolùm iure pri-
mogenituræ: conſequenter nec pretium ex ſubhaſta-
16 tione retractum, quatenus tamen loco Palatij ſucce-
deret, quod eſt contra regulam iuris in particulari-
bus *l. ſi rem*, & *pretium vbi Bart. ff. de pet. hered. l. Im-*
perator in fine de leg. 2. *cum ſimilibus*, & conſequenter
non eſſe factũ locum obligationi Octauij, quæ cantat in
euentum, in quem Iulius oſtendat, ſe ex eius proprijs
pecunijs extinxiſſe aliquid ex debitis Octauij in portione
obuen. & quæ Iulius in ſe virtute primæ concordiæ ac-
collauerat; nec etiã eſſet locus alteri promiſſioni Octa-
uij ad fauorem Iulij releuationis indemnitatis, ſuper
qua fiebat vis: quia illa eſt relata ad damna, & moleſtias
de futuro, ibi, *ita, quòd nullum damnum, nullamque*
moleſtiam ipſe D. Iulius nullo modo ab hodie in poſterum
&c. inde ſuccedunt vulgares regulæ, & concluſiones,
17 quòd in ſtipulationibus, & contractibus ſtricta facien.
eſt interpretatio, & non veniunt niſi expreſſa *Rota in*
Maceraten. bonorum 1. *Februarij* 1602. *et in Peruſina*
Pecuniaria 3. *Decembris* 1599. *coram bon. mem. Iuſto*,
& in alijs pluribus.

Ex quibus, & alijs in deciſione deductis, à quibus receſſum
non fuit, DD. vtraque parte informante ſteterunt in
deciſis, &c.

ANNOTATIO.

A Trebellianica cenſetur prohibita, ſi teſtator mandauit,
18 totam, vel integram hæreditatem reſtitui, *Surd. conſil.*
412 *num.* 42. & *duob ſeqq* & *conſil.* 458. *num.* 23. *Hon-*
ded conſil. 45. *num.* 53. & *ſeq. lib* 1. *Gratian diſcept.* 869.
num. 21. *ubi allegat Rot. in Romana fideicommiſſi* 5 *Iuly*
1610. *coram Reuerendiſſimo D Coccino Decano* & *diſcept.*
883. *num.* 9. *Fuſar de ſubſtit. quæſt.* 241. *num* 76. *Put.*
deciſ 438. *num vlt lib* 2. *Rota in Romana Trebellianica*
9. *Nouembris* 1612. *coram bon mem. Vbaldo ſeniori.*

Quod procedit indiſtinctè, ſiue verbum, *Tota*, ſit ad-
19 iunctum verbo exequtiuo, ſiue diſpoſitiuo *Craſſ in* §.
Trebellianica quæſt 8. *num.* 4 *in fin verſ quod procedit in-*
diſtinctè Mantic de coniectur lib. 7 *tit* 12. *num.* 14. *Rot. in*
d. Romana Trebellianica coram Vbaldo Et hoc faciliùs pro-
20 cedit, ſi adſint verba *abſque diminutione*, quæ ſola ſuf-
ficerent pro inducenda prohibitione Trebellianicæ, *Aym.*
poſt alios quos refert conſil 174 *num* 1. & 2. *Molin. de pri-*
mogen. hiſpan. lib 1 *cap.* 17 *num.* 15. & 16 *Mantic de coniect.*
vltim. volunt. lib 7 *tit* 12. *num.* 16. *Menoch. conſil.* 374. *nu.* 15.
ante med & *conſil* 1005 *num.* 7. & *præſumpt.* 198 *num.* 16.
lib 4. *Gratian d. diſcept.* 350. *num* 12 & *ſeq* & *diſcept* 888.
num 11. *Rot deciſ* 433 *ſub num.* 1 *verſ* & *attentis part* 4 *di-*
uerſ & *coram Gregor. XV. deciſ.* 421 *num vlt qua in re-*
cent. eſt deciſ 230 *part.* 2. & *in Spoletana hæreditat* 25 *Iu-*
nij 1627 *coram R.P.D. Dunozetto iuniori.* Alia verba,
& coniecturas, ex quibus deſumitur mens teſtatoris prohi-
bendi Trebellianicam, latè adducunt *Gabr. ad Trebellian.*
concluſ 3. & *ſequen Menoch. d. præſumpt.* 198. *num.* 7.
& *ſeqq Cardinal. Mantic. d tit* 12. *a num.* 13 *infra* Tre-
21 bellianica etenim prohibita cenſetur, nedum quando id ex-
preſſum legitur in teſtamento, ſed etiam quoties ex con-
iecturis colligitur, talem fuiſſe mentem teſtatoris *vt poſt*
Bart. Bald. & alios, quos refert, reprobatis contrariũ ſentiẽ-
tibus, latè tradit *Mantic d tit.* 12. *nu.* 6. & *ſeqq.* & tenent
etiam *Menoch. d conſil* 374. *num.* 4. & *d præſumpt.* 198.
num. 10. *Bellon iun. conſil.* 17 *num.* 91. *Gratian d. diſcept.*
888 *num* 1. & *de magis communi Rota in d. Romana*
Trebellianicæ coram Vbaldo in fine Verum quando agitur
22 de prohibitione facienda filijs primi gradus, quòd non
ſufficiat tacita, & interpretatiua, ſed requiratur expreſ-
ſa, docent *Curt. iun conſil.* 54. *num.* 14. *in fin.* & *num.*
15. *Bero conſil.* 79 *num.* 44. *poſt med. verſ* & *poſito.* &
conſil. 93. *num.* 12 *in fin* & *num.* 13 *lib* 1. *Gabr. ad Tre-*
bell. concluſ 1 *num* 18 *Intrigliol. de ſubſtit centur.* 3. *quæſt.*
71. *num* 9. *Petr. de fideicommiſſ quæſt* 15 *num.* 191. *verſ.*
nihilominus Decian conſ 64. *num.* 19. *lib* 4. *Caball conſ.*
116. *num.* 5. *lib.* 2. *Oll. de fideicommiſſ. quæſt* 35. *num.*
49. & 51. Contrarium tamen, quòd etiam filijs primi gra-
dus Trebellianica tacitè prohiberi poſſit, tenuit plurìes
Rota, *vt apud Cardinal. Mantic. deciſ.* 348. *num* 2. *in*
Romana hæreditatis 24. *Ianuarij* 1601. *coram Litta, im-*
preſſ. poſt tract. Merlin. de legit. deciſ. 21. *num* 6. & 7. *co-*
ram Cardinal. Caualer. deciſ 441. *num.* 1. & *in Peruſina*
hæreditatis de Alphanis 27. *Martij* 1626. *coram Reueren-*
diſſimo D. Coccino Decano Debent tamen coniecturæ eſſe
23 tales, quæ per neceſſe concludant prohibitionem Tre-
bellianicæ, neque poſſint aliud importare *Mantic. d. tit.*
12 *num.* 12. *Honded. d. conſil.* 45. *num* 28. *Rot deciſ.* 67
num 2. *part.* 1. *recent. coram Cardinal. Caualer. dicta deciſ.*
441. *nu.* 4. in qua aliæ deciſiones referuntur, *in Viterbien.*
fideicommiſſi 11. *Ianuarij* 1606. *coram Reuerendiſſimo D.*
Patriarcha Pamphilio, & *in d. Peruſina hæreditatis de*
Alphanis coram Reuerendiſſimo D. Decano.

B Minor contrahens cum alio minore, poteſt dare de nul-
24 litate contractus ex defectu ſolemnitatum ſtatuti, quando
ipſe remanet in damno, & alter in lucro, vt præter hic

alle-

allegatos *Couarruu. practicar. quaſt. cap. 7. num. 4. verſic. ſecundò quia, Azeued. in l. 10. tit. 3. num. 21. lib. 5. recopil. Rot. deciſ. 557. num. 1. part. 1. & deciſ. 282. part. 4. diuerſ. & coram Gregor. XV. deciſ. 164. num. 4. cum alijs per Beltramin. ibi lit. B. & fuit dictum in Ariminen legatorum 16. Iunij 1625. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*;
25 licèt regulariter quando agitur inter æquè priuilegiatos, ſtatutariæ ſolemnitates non requirantur, *Rot d. deciſ. 557. num. 1. par 1. diuerſ.* et quando minor contrahit cum muliere, *d. deciſ. 557. num. 1. part. 1. diuerſ. & deciſ. 57. num. 4. apud Pic. ad ſtatut Vrb.* ſicut etiam quando minor, vel
26 mulier contrahunt cum Eccleſia, locum non habent ſtatuta requirentia certas ſolemnitates, *Bald. in l. generali, num. 6. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & conſ. 373. num. 2. lib. 2. Cephal. conſ. 109. num. 18. Rot. deciſ. 461. num. 11. par. 2. recent. Caputaq deciſ. 172. num. 9. & deciſ. 194. part. 3. & fuit dictum in Maceraten. pradij 19. Ianuarij 1624. coram bon. mem. Remboldo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Spoletana Cappellaniæ.

Lunę 15. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Vocati per nomina propria à fundatore in iurepatronatus admittuntur pro virili, & in capita: etiam ſi fundator in diuerſa ſcriptura per modum adiectionis aliũ nominaſſet. Gratia præſeruat ius quæſitum ex præſentatione; & an in Curia præſentatio fieri debeat de præſente, vel ſufficiat conſenſus patronorum prouiſionibus Apoſtolicis.

SVMMARIVM.

1 *Vocati per nomina propria æqualiter admittuntur pro virili, & in capita. Limita in eorum hæredibus, qui ſuccedunt in ſtirpes, non autem in capita num.* 11.

2 *Nominato à fundatore ſeparatim à cæteris in poſteriori ſcriptura fundationis an competat medietas integra vocum in iure præſentationis, & ſic tanta, quanta alijs omnibus ſimul.*

3 *Additio dicitur pars diſpoſitionis, cui additur, præſertim quando adiungitur, vt ſit vna, & eadem pars diſpoſitionis.*

4 *Patronus poteſt accedere præſentationi iam a cæteris facta ad ſui fauorem.*

5 *Præſentatus acquirit ius conſiderabile ex præſentatione.*

6 *Præſentationes quando fiunt in Curia, de ſtylo coram Papa non fiunt, ſed ſufficit conſenſus patronorum loco præſentationis.*

7 *Præſentatio fieri debet de præſenti, ad effectum, vt Ordinarius habens inſtituere cognoſcat præſentatum, illumque examinet de ſcientia, vita, & moribus pro idoneitate ad illius beneficij regimen.*

8 *Conſenſus patronorum præſtitus prouiſionibus Apoſtolicis habet vim præſentationis.*

9 *Valor probatur ex confeſſione aduerſarij in ſua gratia.*

10 *Gratia,* ſi neutri, *pendet à futuro litis euentu.*

12 *Iuſpatronatus relictum iure legati primò inſtitutis competit in capita, & non in ſtirpes; ſecus eorum hæredibus.*

13 *Præſentatio fieri poteſt etiam de abſente, quando ita notus eſt habenti inſtituere, vt nullo opus ſit examine: dummodo præſentatus abſens infra terminum datum ad præſentandum per ſe, vel per procuratorem ſpecialem præſentationem acceptet, num. 14. intellige in alijs beneficijs quam in ijs, in quibus examen eſt abſolutè neceſſarium num. 19.*

15 *Præſentatus præſumitur notus Ordinario eo ipſo, quòd eſt illius diœceſanus, vel ab eo ſuſcepit ordines; ſecus ſi non eſt diœceſanus num. 16.*

17 *Præſentatus præſumitur notus Ordinario eo ipſo, quòd præſentationem admiſit, vel non reiecit num. 18.*

20 *Præſentatio de abſente facta valet ſi in termino iuris ad præſentandum coram Ordinario habente inſtituere ſe præſentet, vel ſi præſentatio fiat coram Papa num. 21.*

22 Præſẽtare, *verbum importat quod ſenſibus corporis exhibetur, & ideo præſentatus præſumitur præſens, prout etiam inueſtitus num. 23.*

DECISIO CCCCLXXXI.

VACANTE per obitum Triphonij Cappellania Natiuitatis Sanctæ Mariæ Tertiæ, quæ eſt de iurepatronatus laicorum, & orta lite inter Fauſtum, & Io. Baptiſtam vti prouiſos Apoſtolicos quorum quilibet prætendebat, ſe à maiori parte patronorum præſentatum eaque in Rota pendente, Io. Baptiſta impetrauit gratiam ſi neutri, quam non eſſe iuſtificatam Domini dixerunt, ſtrictè quoad non ius Fauſti, ſuper quo partes præcipuè inſiſtunt. Viſũ enim fuit, nõ poſſe dici conſtare de illius non iure ex eo, quòd eius prima gratia ſit, (vt prætendit Io. Baptiſta) iniuſtificabilis, prætextu quòd non ſit præſentatus à tribus ex quatuor patronis, prout in dicta gratia narrauit; nam imò ſatis eſt iuſtificata. Siquidem Cappellania iſta fuit fundata per Veſpaſianum, qui nominauit patronos dictum Triphonium tunc viuentem, Valentinum, dictum Fauſtum, & Remulum, & die ſequenti relato inſtrumento fundationis, & iurepatronatus ſupradictis quatuor in eo nominatis addidit (hoc præciſo verbo vten.) Io. Baptiſtam. Et ſic om-
1 nes, tanquam vocati per nomina propria, admittuntur æqualiter pro virili, & in capita, *l. non vnquam, ff. ad Trebell. gloſ. fin. in l. fin. C. de impub. &c. & ibi Ang. verſ. ſed quando duo, & Salyc. num. 7. ante med. Dec. num. 4. & Curt. iun. num. 20. Afflict. deciſ. 309 per tot. Capyc. deciſ. 208. num. 2. in fin. & num. 3. & ſeqq. Surd. conſ. 150. num. 34. 35. & ſeqq.* & in iurepatronatus, *Peregr.*
A *conſ. 31. num. 13.* A, Neque ex eo, quòd Io. Baptiſta
2 ſeparatim a cæteris in poſteriori ſcriptura nominatus fuerit, ſequitur, ipſum ſolum habere medietatem integram, & ſic tantam partem, quantam alij omnes ſimul, iuxta *not. in l. liber homo, §. Titius, ff. de hæred. inſt. & in d. l. fin. C. de impub. etc. Surd. deciſ. 346. in princ.* & in ſpecie *Dec. conſ. 122. num. 2. in fin. verſ. vlterius, Rota in Montis alti iuriſpatronatus coram Reuerendiſſimo D. meo Decano impreſſ. in recent. deciſ. 308. part. 2.* Nam ille non fuit à fundatore nominatus in ſeparata, & diuerſa oratione, ſed per additionem, ad nominationem priorum factam in dicto inſtrumento fundationis ad quod ſe retulit per illa verba, *vt plenius in inſtrumento per eum*
3 *facto, &c.* quæ additio dicitur pars diſpoſitionis, cui additur *Lap. in Clem. ſtatutum, et ibi Card. in 4. col. de elect. Boer. deciſ. 284. num. 2. Gozad. conſ. 70. num. 11. Crot. conſ. 10. num. 6. vol. 1. Rum. conſ. 23. num. 28. lib. 5. Cephal. conſ. 598. num. 2. 3 & 4. vol. 4. Odd. conſ. 88. num. 18. & 22.* præſertim quando (prout h.c) ita aliquid adiungitur, vt ſit vna, & eadem diſpoſitio cum prima, *Ang. Imol. Alex. & Iaſ. in l. ſcire debemus, in vlt. notab. ff. de verb. oblig. Bertach. de gabell. 5. part. princ. in fin. Cephal. d. conſ. 598. num. 2.* Et propterea dictus

Ioannes Baptiſta tantam obtinet vocis partem, quantam
alius quilibet. Vndè cum Fauſtus præſentatus fuerit à dd.
4 Valentino, & Remulo, ipſeque etiam tanquam tertius
patronus huic præſentationi acceſſerit, prout potuit,
vt declarant communiter *Doct. in cap. cum in iure, de iu-
repatr. Roceb. eodem tract. in verb. honorificum, num.* 20.
verſ. limita nunc, latè Lambert. 8. *artic.* 8. *quæſt princ par.*
1. *lib.* 2. *cum relatis in illa Bergomen.* Capella 23. *Martij*
1618. *coram me*, conſequenter habet tres voces ex qua-
tuor patronis nunc ſuperuiuentibus; ideoque gratia re-
manet iuſtificata, ex hacque præſentatione eidem Fau-
5 ſto ius conſiderabile acquiſitum fuit, vt in ſpecie *Rot.
deciſ.* 726. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.* Nec viſum fuit ob-
B ſtare, quòd præſentatio facta fuerit de ipſo abſente, B,
6 & non coram Ordinario, vel alio habente inſtituere.
Quia iſtud requiri non videtur, quando præſentatio fit
in Curia pro obtineo. gratia Apoſtolica, vbi de ſtylo non
fiunt præſentationes coram Papa, ſed ſufficit conſenſus
patronorum loco præſentationis: nam cum prouiſus de-
beat examinari, vel per examinatores Vrbis quando
collatio eſt in forma gratioſa, vel coram executoribus
Apoſtolicis, cum eſt in forma dignum: ceſſat ratio, ob
7 quam præſentatio fieri debeat de præſenti, ſcilicet, ad
effectum, vt ſuperior habens inſtituere cognoſcat præ-
ſentatum, illumque examinet de ſcientia, vita, & mo-
ribus pro idoneitate ad regimen illius beneficij, vt con-
ſiderat *Rota deciſ.* 3. *verſ. at hic in quæſtione, de iurepa-
tronatus in nou. Abb. conſ.* 76. *num* 2. *verſ. ſed in caſu no-
ſtro, lib.* 2. *Lambert. de iurepatronatus lib.* 2. *par.* 1. *quæſt.*
8 11. *art.* 3. *num.* 1. *verſ. & hoc vult.* Idcirco etiam Rota
in materia q. poſſeſſionis præſentandi, & probationis
iurispatronatus tenet, huiuſmodi conſenſus per patro-
nos prouiſionibus Apoſtolicis præſtitos habere vim
præſentationum, *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 1. *num.* 7. *&* 8. *de
iurepatronatus, Rot. deciſ.* 534. *num.* 4. *par.* 1. *diuerſ. et
alias ſæpiſſimè*, & ita in ſpecie deciſum fuit *in Floren. pa-
rochialis* 18. *Decembris* 1589. *coram Comitulo*. Valor au-
tem per nō exceſſum 24. in dicta prouiſione Fauſti nar-
9 ratus iuſtificatur ex confeſſione ipſiuſmet Io. Baptiſtæ,
qui eumdem valorem in ſua gratia expreſſit *ad l. cum
precum, C. de liber. cauſ.* Alia verò per dictum Fauſtum
narrata videbantur DD. poſſe iuſtificari in progreſſu li-
10 tis, à cuius euentu gratia, ſi neutri, dependet iuxta *conſ.
Gemin.* 79. *num.* 7. *verſ ad dubium, Rot. deciſ.* 726. *num.*
3. *part.* 2. *in recent.* prout etiam expreſsè in illa contine-
tur, ibi *ſi per euentum litis, & cauſa huiuſmodi tibi con-
ſliterit, neutri, ſeu nulli Io. Baptiſtæ, & aduerſario in
dicta Capellania, vel ad illam ius competere, &c.*
Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Sequitur *Lotter. de re benefic lib* 2. *quæſt* 11. *num* 528
& ſeq. Hoc tamen procedit in primò vocatis, non au-
11 tem in eorum hæredibus, qui primò vocatis ſuccedunt
in ſtirpes, & non in capita, prout ſemper fit, quando iu-
re hæreditario ſucceditur, *clem. plures, & ibi Gloſſ. &
Doct. communiter de iurepatr. Roccb. de Curt in tract. de
iurepatr. verb ipſe, vel ii à quo, num.* 5. *Lambert. eodem
tract lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 1, *art* 25. *num* 7. *& ſeqq. &
num.* 16. teſtatur de communi, *& per Rot. coram Domi-
no meo infra deciſ* 647 *num.* 4. Et in ſimili de iure patro-
12 natus relicto iure legati, ad quod licèt primò inſtitutí ſuc-
cedant in capita, & non in ſtirpes. *iux conſil* 63. *Alexand.
de Neu num.* 2 *& ſeq. & notant Doct. in d. clem. plures,
& Rot. deciſ* 308. *num.* 4 *part.* 2 *recent.* eorum tamen
hæredes ſuccedunt in ſtirpes, non autem in capita, vt fuit
dictum *in Aretina Cappellania* 24. *Ianuarij* 1603. *coram
bon. mem. Cardinali Pamphilio ſeniori.*

B Præſentatio regulariter fieri non poteſt de abſente, & ſi
fortè fit, non ſuffragatur, quia præſentatus debet eſſe
præſens, & perſonaliter Ordinario inſtituenti exhiberi,
Lambertin de iurepatr. lib. 2 *part* 1. *quæſt.* 5. *art.* 1. *&
quæſt.* 11. *art.* 1. *latè Garz. de benefic part* 4. *cap.* 1. *num.*
16. *& ſeqq Lotter. de re benefic. lib.* 2 *quæſt* 6 *à num* 33.
vſque ad num. 50 *Rot in Calagurritana beneficij de la Guar-
da* 25. *Maij* 1587 *coram Orano, in Regien. prioratus* 26.
Iunij 1587 *coram Cardinali Pamphilio, in Romana iuriſ-
patronatus* 8. *Iunij* 1598 *coram Orano in Gerunden. bene-
ficij* 28. *Nouembris* 1600. *coram Corduba, cum alijs in
Hipporegien Plebaniæ* 25. *Iunij* 1610. *coram Ortembergo,
Gregor. XV. deciſ* 34. *num.* 1 *& ibi Beltramin. num.* 4.
Hæc concluſio limitatur primò vt non procedat, quando
13 abſens eſt ita notus habenti inſtituere, quòd nullo opus
ſit examine *Lambert. d. lib.* 2. *part* 1 *quæſt.* 11. *art.* 3. *per
tot. Rot deciſ.* 585. *in fin part* 2. *diuerſ in d. Regien prio-
ratus* 26 *Iunij*, *&* 14. *Decembris* 1587. *coram Cardinali
Pamphilio in Firmana beneficij* 20. *Iunij* 1597. *coram Pe-
nia, & in d. Gerunden beneficij* 28 *Ianuarij* 1600. *coram
Corduba, et in Amerina iurispatronatus* 17. *Nouembris*
1614. *coram R. P. D. Pirouano*. Hæc autem limitatio de-
14 claratur procedere, dummodo abſens infra terminum da-
tum ad præſentandum per ſe, vel per procuratorem ad
hoc ſpecialiter conſtitutum præſentationem acceptet,
Lambertin d artic 3. *num.* 2. *Rot in d Regien prioratus
coram Cardinali Pamphilio et in d. Firmana beneficij coram
Penia, et Gerunden beneficij coram Corduba, et in Aurien.
parochialis* 11. *Ianuarij* 1613. *coram bon mem Vbaldo ſe-
niori, quam refert Lotter d quæſt* 6. *num* 38. Præſumi-
15 tur tamen quis notus Ordinario, eo ipſo, quòd eſt illius
diœceſanus, vt tenuit *Rota coram Domino meo ſupra deciſ.*
22. *num.* 30. cum concordan. ibi per me adductis: quam
præſumptionem ſufficere ad hunc effectum, vt ſuſtineatur
præſentatio de abſente, dixit eadem *Rota in d. Amerina
iurispatronatus coram R. P. D. Pirouano*, maximè quando
præſentatus ſuſcepit ordines ab eodem Ordinario *Rot. in
d. Regien. prioratus coram Cardinali Pamphilio*; ſicut è
16 conuerſo præſumitur in ipſo Ordinario ignorantia illo-
rum, qui non ſunt eius diœceſani, *Rot in ead. Regien prio-
ratus*. Item eo ipſo, quòd Ordinarius præſentationem
17 acceptauit, & admiſit, præſumitur habuiſſe notitiam
de præſentato abſente, *Abb. conſ* 75. *num* 2 *verſ. et præ-
ſumitur, lib.* 2. *Lambertin. d quæſt.* 11. *art* 4. *per tot. Rot.
in d. Firmana beneficij coram Penia*, & ſatis eſt ad hunc ef-
18 fectum, quòd Ordinarius præſentationem non reijciat,
*Rot. in ead. Firmana coram Penia, et in d Aurien. Paro-
chialis* 11. *Ianuarij* 1613. *coram Vbaldo, Lotter. d quæſt.*
6. *num* 44 Secundò prædicta limitatio declaratur pro-
19 cedere, dummodo examen non ſit omnino neceſſarium,
vt in Parochiali, tunc enim non ſufficit, quòd præſentatus
ſit notus Ordinario, *Lambertin. d. art.* 3 *num* 5. *et* 9. *Ro-
ta in d. Regien. et in Lucana plebis* 7. *et* 14. *Maij* 1590. *co-
ram Giptio et in Papien. iurispatronatus* 13. *Ianuarij* 1594.
coram bon. mem. Cardinali Millino.
20 Secundò limitatur principalis concluſio, vt præſentatio
de abſente illi ſuffragetur, ſi in termino iuris dato ad præ-
ſentandum ſe præſentet coram Ordinario habente inſtitue-
re, *Rot deciſ* 4. *de iurepatr. in nou. Lambert. d lib.* 2. *part.*
1. *quæſt.* 4 *artic.* 16. *ſub num.* 2 *verſic. et prædicta, Garz.
d. part.* 4 *cap* 1 *num.* 25. *Beltramin ad d. deciſ.* 34. *Gre-
gor. num.* 8. *Rot. in d. Firmana beneficij coram Penia.*
Tertiò limitatur in præſentato coram Papa, vt in hac
21 deciſione, quam ſequitur *Lotter dicta quæſt.* 6. *num* 49.
Notandum tamen, quòd non eſt neceſſarium, in inſtru-
mento præſentationis exprimi, quòd præſentatus eſt præ-
ſens, quia præſumitur, maximè ſi in inſtrumento dicatur

N.

N. præſentat N: nam verbum, *præſentare*, hoc ſignificat,
22 & præſens dicitur ille, qui ſenſibus corporis exhibetur. ita *Gloſſ in clem. dudum §. ſtatuimus per illum tex. in verbo præſentari. de ſepultur Rot. d. deciſ 3 de iurepatr. in nou Paul de Citta in de iurepatr. part. 6 art 3. quæſt. 22 num. 37 et 38. et fuit reſolutum in d. Gerunden beneficij 28. Ianuarij* 1600. *coram Corduba*, & facit in ſimili,
23 quia ſi in inſtrumento inueſtituræ dicatur, N. inueſtitus &c. talis præſumitur præſens, ex quo actus de ſui natura præſentiam requirit, *Oldrad. conſil. 217. Ioan Andr in addit. ad Speculat. tit de emphyt. §. 1. num 18 in addit. incip Odofredus, verſ primæ quæſtioni, Bald in rubr C de contr. empt. num. 19 Abb in cap. tenor, num. 11. de re iud. Roman conſ 409. num. 23. in fin et num. 24. Alciat. in l. ſciendum, num. 8. ff de verb obligat.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana ſupplementi legitimæ.

Lunæ 15. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum fideicommiſſi facta per grauatum ex cauſa neceſſaria, vel vtili, cedit damno fideicommiſſarij, non autem ipſius hæredis grauati; & quando dicatur facta ex cauſa neceſſaria, vel vtili.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum ex cauſa neceſſaria fieri poteſt, ſinè licentia Principis.*
2 *Coactè aliquid fieri, idem eſt, ac fieri metu coactionis.*
3 *Soluere coactè dicitur, qui ſoluit, ſciens, ſe vigore ſtatuti compelli poſſe: & idem eſt, ſtante Bulla Baronum.*
4 *Statutum ſemper terret, & continuum infert metum.*
5 *Conditio in contractu adiecta, ſi non fuerit purificata intra tempus, quo veriſimiliter poterat adimpleri, habetur pro defecta, & conſequenter perinde ac ſi dictus contractus factus non fuiſſet.*
6 *Diſtractio bonorum longè grauior, ac difficilior reputatur, quam hypotheca.*
7 *Fideicommiſſarius tenetur ad debita ex cauſa neceſſaria, & vtili contracta.*
8 *Succeſſor in Eccleſia tenetur ad debita per prędeceſſorē facta, quando pecunia verſa eſt in ipſius Eccleſiæ vtilitatem.*
9 *Succeſſor tenetur ſtare locationi per prædeceſſorem factę, etiam cum anticipata ſolutione, quando locatio eſt vtilis Eccleſię, dummodo non ſit facta nomine proprio, ſed Eccleſię num. 17.*
10 *Succeſſor tenetur ad debita per prędeceſſorem contracta pro conſeruatione maioratus, & primogenituræ.*
11 *Succeſſor tenetur ad cenſum redimibilem ex cauſa vtili, & neceſſaria impoſitum.*
12 *Montis erectio facta ex licentia Principis ligat ſucceſſorem.*
13 *Grauatus fideicommiſſarijs tenetur tantùm de dolo, & culpa.*
14 *Dolus, & culpa in dubio non præſumuntur: & propterea debent per allegantem clarè, & ſpecificè probari.*
15 *Culpa tribuitur non cogitanti, quod facile euenire poteſt.*
16 *Aeri alieno prouideri non poteſt ex fructibus non extantibus. & conſumptis.*
18 *Succeſſor tenetur ſtare locationi factę per prędeceſſorem, quando annus eſt inceptus, & facta eſt impenſa neceſſaria.*
19 *Colonus tenetur ſtare locationi ſibi factę per prædeceſſorem in caſibus, in quibus ſucceſſor tenetur ei ſtare,*
20 *Succeſſor an, & quando teneatur ſtare locationi remiſſiuè.*

DECISIO CCCCLXXXII.

AVDITA iterum parte Excellentiſs. D. Comeſtabilis DD. ſteterunt in deciſis *die 10. Iunij præteriti*, quòd Mons ſcutorum 150. mill. non ſit ponendus ad debitum hæreditatis bon. mem. M. Antonij, moti fundamentis, quibus in alia deciſione; nempe, quòd erectio, & acceptatio d. Montis facta fuit non ſolùm ſinè dolo, & culpa M. Antonij, eiusque tutorum, ſed ex cauſa neceſſaria, & vtili. Neceſſaria, quia cum fel. rec. CLEMENS Papa VIII ante erectionem edidiſſet Bullam Congregationis Baronum derogatoriam quorumcunque fideicommiſſorum, & primogeniturarum pro ſatisfactione æris alieni, etiam ab eorum Maioribus contracti: cum facultate poſſeſſionem capiendi, & Caſtra, loca, & bona quæcumque per eos poſſeſſa ſubhaſtan. ſicquè per legem Principis de poteſtatis plenitudine, & ex publica cauſa emanatam fideicommiſſa eſſent finita; vtique dicti Montis erectio, & acceptatio ad euitandam imminentem huiuſmodi bonorum diſtractionem, & ad conſeruanda patrimonia, fideicommiſſa, & primogenitu-
1 ras fuit neceſſaria, adeo vt potuerit fieri alienatio, etiā ſinè licentia Principis, *Peralt. l. 3. §. qui fideicommiſſum, num. 149. de hæred. inſt. Melch. Palaz. tract. de maior. part. 4 prima limit. num 15. & limit. 5. per tot.* Quamuis autem non doceatur, mandata executiua fuiſſe tunc relaxata, & à creditoribus in Congregatione præſentata, iuxta formam dictæ Bullæ. Tamen cum obligationes eſſent pro maiori parte inſtrumentales, iuratæ, & in forma Cameræ, & pupillus omni exceptione deſtitutus, nec veriſimiliter creditores tàm promptum, & opportunum dictæ Bullæ remedium prætermiſſuri eſſent, hæc potentia proxima ſufficiebat, ex allegatis in deciſione; cum in præſenti non agatur de alienatione aliqua in vim eiuſdem Bullæ facta ſuſtinenda, ſed solùm deducatur, periculum imminentis alienationis ita certum fuiſſe, vt tutores, qui ex debito officij huiuſmodi caſibus prouidere tenebantur, neceſſariò ad dictæ erectionis acceptationem deueniſſe cenſeantur: & eſt tri-
2 ta cōcluſio, paria eſſe, aliquid fieri coactè, vel metu coactionis, *Bald in l. nouiſſimè, num. 2. ff. quod falſ. tut.* latè *Scriben. in l. ſi quis maior, C. de tranſact.* vbi poſt alios *Bolog. num. 46. Bertaz. in repet. num. 302. & ſeqq. cum cumul. per Gratian. diſcept. foren 227. num. 12. 13. &*
A *ſeqq.* & præſertim *num. 18. & 19.* A. Vndè qui ſoluit,
3 ſciens, ſe vigore ſtatuti compelli poſſe, coactè ſoluit, *Bart. in l. creditor, num. 3. ff. de ſolut. Iacob. in dicta l. ſi quis maior num. 12.* & ibi *Curt. iun. num. 8.* ſtatutum
4 enim ſemper terret, & continuum infert metum, *Bald. in l. omnem, in fin. C. ad Tertull. Curt. iun. d. l. ſi quis maior, num. 8.* Quæ eo fortiùs procedunt reſpectu reſtitutionis veræ ſortis cenſuum, pro qua ex diſpoſitione dictæ Bullæ opus non erat expeditione, nec præſentatione mandatorum. Non obſtat, quòd ceſſaret metus, prætextu quòd æs alienum non vrgeret, nec vrgere poſſet. Nam primò, quoad fructus cenſuum decurſos, & non ſolutos, nulla ſubeſt difficultas, quòd creditores quandocunque executiuè experiri poterāt: reſpectu autem veræ ſortis eadem Congregatio habebat facultatem compellendi ad illorum extinctionem, ob fructus non ſolutos, vel qui in futurum non ſoluentur, & ratione cuiuſcunque inobſeruantiæ conuento-

rum

Digitized by Google

rum in inſtrumentis illorum, cum expreſſa prohibitio-
ne opponendi, quòd unn poſſet peti ſortis reſtitutio.
Secundò, inſtabat ſolutio dotis Principiſſæ Auriæ, licèt
5 enim in caſu, quo non ſoluĕtetur temporibus conuen-
tis, eſſet facta datio in ſolutum teddituum Regni Nea-
polis in inſtrumento ſpecificatorum, *vt in ſummario
D. Comeſtabilis num.* 1. Tamen cum addita fuerit ex-
preſſa conditio aſſenſus Regij per DD. Columnenſes
impetrandi, iſque per annos xij. vel circa, quibus ve-
5 riſimiliter expediri poterat, obtentus non fuiſſet, con-
ditio prædicta habebatur pro defecta, *Cephal. conſ.* 118.
num. 15. *& ſeqq. lib.* 1. *Rolan. conſ* 63. *num.* 48. *verſic.
ad ſecundum lib.* 4. & conſequenter perinde ac ſi dicta
aſſignatio facta non fuiſſet *l. neceſſario ſ. quòd ſi pen ten-
te ff. de peric. & commod. rei vend. l. ſi quis fundum ff. de
contr. empt.* & in terminis huius conditionis, *Cephal. d.
conſ.* 118. *num.* 1. *& ſeqq. vol.* 1. *Rolan. conſ.* 7. *num.* 7.
lib. 3. *& d. conſ* 63. *num.* 16. 24. *&* 28. *lib.* 4. *Card. Seraph. de-
ciſ.* 838. *nu.* 6. Et ideo non immeritò idem Clemens VIII.
in dicta erectione inter alia debita ſoluenda poſuit iſtam
dotem. Vrgebat denique debitum reſidui dotis, & quar-
ti dotalis D. Marchioniſſæ in ſumma ſcutorum 85000.
quod fuit poſt erectum Montem ſolutum, & pro maiori
parte dictæ ſummæ ceſſerat dies de tempore crectinnis,
& pro reſiduo breui tempore cedere debebat. Vtilis au-
tem fuit dicta erectio, & acceptatio, tum ex prædicta
cauſa ſequutæ per eam liberationis bonorum fideicom-
miſſorum, & primogenituræ ab imminenti periculo, ir-
6 reparabiliq; damno diſtractionis, quæ ſanè longè grauior,
ac difficilior reputatur, quàm hypotheca, *Molin. de pri-
mog. lib.* 4 *cap.* 5. *num.* 15. *in fin.* Tùm quia per eamdem
interuſuria ad rationem ſeptem, & vltra, quibus dicta
bona erant grauata, reducta fuerunt ad rationem quin-
que cum dimidio. Ex quibus duo ſequuntur. Primum,
per hanc erectionem non ſolùm non fuiſſe diminuta fi-
deicommiſſa, ſed à perditione conſeruata: ac propterea
7 fideicommiſſarios teneri ad huiuſmodi debitum ex cauſa
8 neceſſaria, & vtili contractum: exemplo ſucceſſoris in
Eccleſia, *ad not. per Abb. & alios in cap.* 1. *&* 2. *de ſolut. Put.
deciſ.* 44. *num.* 2. *lib.* 2. *& deciſ.* 11. *num.* 1. *lib.* 3. *in nou.* &
quando pecunia verſa eſt in vtilitatem ipſius Eccleſiæ,
Rot. deciſ. 41. *de prob. in antiq. & deciſ.* 705. *num.* 2 *par.* 1.
& 778. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* & in mutuo, *Innoc. Imol. &
alij in cap.* 1. *de depoſ. Redoan. de reb eccleſ. non alien. q.* 5. *an
B & quan. ex alien.* 9. *fin. num.* 22. B, prout eadem ratione
9 vtilitatis ſucceſſor tenetur ſtare locationi per prædeceſ-
ſorem factæ, etiam cum anticipata ſolutione *gloſ. in cap.
fin. ne præl. vic. ſuas* & ibi *Abb. num.* 7. *de communi*, de qua
etiam teſtatur *Alex. conſ.* 160. *num.* 4 *vol.* 6 *Ferret conſ.* 151.
par. 1. *&* 225. *num.* 7. *par.* 2. *Redoan. vbi ſup. num.* 16. & in
10 ſpecie debitorum contractorum pro cōſeruatione ma-
ioratus, & primogenituræ, *Peral in d. repet. l.* 3. *ſ. qui fi-
deicommiſſ. num.* 130. *verſ.* 3. *aſſertio. ff. de hæred. inſt. Padill.
in l. vnum ex familia, ſ. ſi de falcidia num.* 9. *de leg.* 2. *Molin.
d. tract. lib* 1. *cap.* 10. *num.* 15. 20. *&* 24. *& Lud. Molin. de
11 iuſt. & iur. diſput.* 641 *num.* 1. *&* 4. *tom.* 3. vbi etiam infert,
ſucceſſorem teneri ad cenſum redimibilem ex huiuſmodi
cauſa impoſitum; & faciunt tradita per eumdem ſupra
in diſput. 619. *num.* 2. *verſ. altero verò modo.* Et ſine vlla dif-
12 ficultate, cum erectio facta fuerit, nedum ex licentia
Summi Pontificis, quæ eo magis ligat ſucceſſorem, vt in
locatione rei Eccleſiæ ex mente *Oſt. Io. Andr. et aliorum*,
Alex. d. conſ. 160. *num.* 4. *lib.* 6. & in his terminis *Molin. d.
cap.* 10. *num.* 15. *verſ. in primo artic. Lud. Molin. d. diſput.*
641. *num.* 1. Sed imò ex eiuſdem Principis motu proprio,
cuius virtus, & efficacia notiſſima eſt. Secundum, ex
præmiſſis omnem prorſus excludi M. Ant. & tutorum
13 dolum, & culpam, de quibus tantùm grauatus fideicom-
miſſarijs tenetur ex deductis in deciſione, & latè *Molin.
d. tract. de primog. lib.* 1. *cap.* 27. *& præſertim num.* 4. *et* 6. *in
fin. Peregr. de fideicom. art.* 10. *num.* 28. licèt dolus, & culpa,
14 cum in dubio non præſumantur, deberent per allegan-
tem probari, *gloſ. mag. in l. ſi quis ex argentarijs. ſ. fin. circa
fin ff. de eden.* vbi *Caſtr. num.* 6. *in fin. et num.* 7. *gloſ. et Bart.
in l. ſi creditor, num.* 2. *C. de pign. act. Aym. conſ.* 8. *num.* 20. &
quidem clarè, & ſpecificè, *Bart. conſ.* 93. *in* 3. *dub. lib.* 1.
idem *Cr. uett. conſ.* 151. *nu.* 11. *Menoch. præſumpt.* 3. *n.* 137.
lib. 5. Et concludentibus probationibus *Card. Seraphin.
deciſ.* 636. *in fin.* Imò M. Ant. eiuſq; tutores non prouidē-
15 do caſui patenti, & neceſſario imminentis alienationis,
& diſtractionis, fuiſſent in culpa, non cogitantes, quòd fa-
cilè euenire poſſet, *Alex. conſ.* 41. *col.* 3. *vol.* 3. *Aym. conſ* 179.
num 5. Remouetur etiam omnis ſuſpicio ex eo, quòd
M. Ant. per hanc erectionem non fuit factus locupletior,
quinimò damnum ſenſit, cum ſe ipſum priuauerit annuo
redditu ſcutorum 20. mill. & deinde pro extinctione Mō-
tis per 11. annos annuo fructu ſcutorum 220. mill. nec
enim immaturæ illius mortis euentus, cum eſſet in pue-
rili ætate conſtitutus, erat conſiderabilis. Pecunia verò
ex Montis erectione retracta non fuit conuerſa in extin-
ctionem proprij æris alieni, ſed anteceſſorum, & præſer-
tim reſpectu debiti dotis D. Marchioniſſæ, quod trahebat
originem ab ipſo M. Antonio ſecundo fideicommittente,
cum dicta dos erogata fuiſſet in ſatisfactionem plurium
ipſius creditorum, & pro liberatione bonorum fidei-
commiſſo ſuppoſitorum, vt ex iuribus datis in ſumma-
rio D. Marchioniſſæ à numer. 6. vſque ad decimum. Nec
poterat huic æri alieno prouideri ex fructibus, qui non
16 extabant, ſed erant conſumpti, *Ang. & Cum. in l. mu-
lier. ſ. cum proponeretur, ff. ad Trebell. Iaſ. in auth. res quæ,
nu.* 33. *verſ.* 12. *limita. C. comm. de leg. Molin. de primog. lib.* 4.
cap. 6. *num.* 15. *Menoch. lib.* 4 *præſ.* 189. *num.* 161. & hic præ-
cipuè ſtante dicta Bulla Baronum, cuius vigore cum cre-
ditores petere poſſent, vt bona fideicommiſſaria diſtra-
herentur, non tenebantur expectare ſatisfactionem ex
fructibus.

Et ita concluſum vtraq; parte informante, & cum eiſdem
reſeruationibus, de quibus in alia deciſione.

ANNOTATIO.

A *Rota in Romana barchi* 19. *Ianuarij* 1622. *coram bon mem.
Remboldo*, quæ loquitur in terminis Bullæ Baronum, & in
eiſdem terminis *hac deciſione D. mei allegata in Præneſtina
locationis coram Cardinali Caualerio inter eius impreſſas
deciſ.* 612. *num.* 46.

B *Gratian diſcept.* 606. *num.* 8. Non ſufficit tamen, loca-
17 tionem eſſe ad vtilitatem Eccleſiæ, adhoc vt liget ſuc-
ceſſorem, niſi etiam contracta ſit nomine Eccleſiæ, non
autem nomine proprio ipſius Prælati locantis, vt benè
Mantic. de tacit lib. 5. *tit.* 13. *num.* 16. *et num. ſeqq.* latè
materiam proſequitur, declarans, quando locatio cenſea-
tur facta à prælato nomine proprio, vel Eccleſiæ: & quan-
do cenſeatur ad vtilitatem Eccleſiæ contracta; & ideo
quando locatio eſt facta nomine proprio, ſucceſſor nō te-
netur ſtare colono, etiā quòd prædeceſſor locans deceſſiſſet
in primo anno, & conductor anticipatè affictum ſoluiſ-
ſet, vt tenuit *Rota in Auximana locationis* 24. *Ianuarij*
1590. *coram Orano, quæ eſt deciſ.* 211. *num.* 6. *poſt. tract.
Racific. de Saluian. in* 2. *impreſſ. et ſequuntur Mareſcott.
variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 7. *et Gratian. d. diſcep.*
606. *num.* 11.

18 Item ſucceſſor in Eccleſia tenetur ſtare locationi factæ per
prædeceſſorem etiam nomine proprio, quando annus eſt
inchoatus, & iam facta eſt impenſa neceſſaria, vel magna
pars illius, vt quia terræ ſunt ſatæ *Bald. in l. emptorem*,
num.

Digitized by Google

num. 7. verſ. ſed pone colonus, C. *locat. Oſaſch deciſ* 82. *num.* 10. *Surd. poſt alios deciſ.* 52. *num.* 12. *et in dicta Auximana locationis num vlt. Mareſcott. d. cap.* 18. *num* 7. *in fin.* & hoc caſu ſi res de ſui natura vnicum fructum reddit ſingulo quinquennio, ſtandum eſt colono pro toto illo quinquennio, vt poſt *Alexand et Gabr. Surd dicta deciſ.* 52. *num. vlt Gratian d. cap.* 606. *num.* 19. Notandum
19 autem, quòd in quibus caſibus ſucceſſor tenetur ſtare locationi factæ per anteceſſorem, vel poteſt ab ea recedere, in iiſdem colonus cogitur perſeuerare, vel poteſt recedere, ne iudicentur ad impatia, ſed æqualitas inter eos ſeruetur; quia contractus claudicare non debet *Surd. dicta deciſ.* 52. *num.* 9. *et* 10. *et Gratian d. diſcept.* 606. *num.* 13. *et duobus ſeqq.*

An autem, & quando ſucceſſor teneatur ſtare colono, vi-
20 de late apud *Card. Mantic. de tacit et ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 9. *et ſeqq. vſque ad* 13. *incluſiuè, et Barboſ in l ſi filiofamilias § fin ff ſolut matrim* & plures caſus diſtinguuntur *in d. deciſ.* 612. *coram Cardinali Caualerio.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Camerinen. penſionis.

Mercurij 17. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Penſio reſeruata cum clauſula, *Dummodo remaneant tot, et* per quem ſit iuſtificanda, & quando cenſeatur iuſtificata per titularem, quando prædicta clauſula eſt conſecutiua alterius clauſulæ, *etiam ſi aliæ penſiones reſeruatæ exiſtant.* Sententia valida declaratur, ſublatis pluribus nullitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Dummodo remaneant, &c. *appoſita reſeruationi penſionis, quando agitur petitorio, eſt iuſtificanda per penſionarium, ſiue tranſlatarium.*
2 *Clauſula*, Dummodo remaneant, &c. *quando eſt conſecutiua alterius clauſulæ*, etiam ſi aliæ penſiones reſeruatæ exiſtant, *onus iuſtificandi ſpectat ad titularem.*
3 *Teſtis de facto proprio deponens pluſquam ſemiplenè probat, & iunctis adminiculis plenè.*
4 *Confeſſio non inducitur ex verbis*, prætẽſus, ſiue aſſertus.
5 *Confeſſio in his, quæ ſunt iuris, non attenditur.*
6 *Penſio eſt quid annexum beneficio.*
7 *Minor in beneficialibus, & illis annexis abſque curatore validè contrahit, ſi ſit ætatis* 14. *annorum.*
8 *Termini ſubſtantiales mali, & nullitas inde ſanantur per reiterationem factam in termino citationis ad ſententiam.*

DECISIO CCCCLXXXIII.

SENTENTIA extra Rotam lata alterius ſimilis confirmatoria ad fauorẽ Rectoris parochialis Eccleſiæ Caſtri Borgiani, quæ ſunt abſolutoriæ à petita annua penſione ſcutorum 25. viſa fuit DD. confirmanda, tàm quoad iuſtitiam, quàm quoad validitatem.

Quoad iuſtitiam, quia reſeruatio dictæ penſionis fuit fa-
1 cta ſuper dicta parochiali, cum ſolita clauſula, *dummodo Rectori remaneant centum*, iuxta formam Sacri Concil. Trid. quæ ſiue ſit appoſita reſeruationi penſionis, & ſic onus iuſtificandi ſpectet ad Baldum prætenſum transla-
A tarium, cum actum ſit petitorio A, iuxta deciſionem *Mantic.* 196. *num.* 2. *et* 3. cum aliis relatis, & impreſſis per *Marcheſ. et Garz. relatos, et nouiſsimè in Lucana penſionis* 21. *Aprilis* 1617. *coram R. P. D. Pirouano* Siuè ſic
2 conſecutiua alterius clauſulæ, *etiam ſi aliæ penſiones reſeruatæ exiſtant*, quo caſu onus iuſtificandi ſpectat ad titularem, iuxta deciſiones *Cremonen. penſionis* 15. *Aprilis* 1611. *et* 3. *Iunij* 1613. *coram R. P. D. Caualerio*, & hoc fuit plenè iuſtificatũ per teſtes à Rectore inductos, quorum tertius optimè deponit per non exceſſum annui valoris ſcutorum 110. computatis oneribus, & reddit rationem, quia ipſe dictos introitus adminiſtrauit ab an-
3 nis 20. citra, & ſic tanquam de facto proprio pluſquam ſemiplenè probat *Caſtr. in l.* 2. *§. ſi abſens poſt num.* 2. *ff. ſi ex nox. cauſ ag. Ceſ. de Graſſ deciſ* 2. *in fin. de empt. et vend. Seraph. deciſ.* 809. *num.* 3. & iunctis adminiculis plenè *Socin. Iun. conſ.* 62. *num.* 6 *lib* 1. *Aym. conſ.* 178 *num.* 8. *et fuit dictũ in Amerina bonorum*, 18. *Aprilis* 1616. *coram me, et in aliis pluribus.* Videbatur autem, ſi non ſemiplena probatio, ſaltem ſufficientia adminicula reſultare ex depoſitione aliorum, qui omnes concordant in bonis, & redditibus parochialis, benè coarctando negatiuam: reducendo verò fructus, & redditus ad certam ſummam pecuniarum ſubdunt ſecundus ſuper 15. *io tengo, che l'entrate della detta Chieſa da* 15. *&* 20. *anni in quà non hanno arriuato, nè arriuano alla ſomma di* 120. *ſcudi in circa*, & reddit rationem, *perche ſono calati li grani, & il prezzo d'eſſi*, & ſuper tertio, & quarto, *perche ſono ſeccate le vigne, & il canneto fù portato via dal fiume.* Et primus, *quãto à me tengo per certo, non più di cento ſcudi l'anno poſſino fruttare*, & quartus: *le dette intrate da* 15. *ò* 20. *anni in quà aſcendono à* 110. *ò* 115. & omnes reddunt eandem rationem ſupradictam; onera verò dictæ Eccleſiæ aſcendunt ad ſcut. 52. b. 40. vt omnes conteſtes probant ſuper 16. articulo; ex quo clarè patet, non remanere centum pro Rectore. Non obſtat, quòd ſit mota cauſa criminalis ſuper falſitate dictorum teſtium; quia emanauit reſcriptum directum Iudici, à quo cum clauſula, *quatenus ciuilis cauſa præiudicet criminali, mandet ſuperſederi*, prout ſuperſedere mandauit parte citata, & non reclamante, & poſtea pronunciauit in ciuili. Quo verò ad validitatem dictæ ſententiæ idem cenſuerunt DD. & non obſtare prætenſas nullitates ex aduerſo oppoſitas. Prima defectus iuriſdictionis, quia pendet dicta cauſa criminalis, eſt iam ſublata, vt ſupra. Secunda, ex quo dicitur, R. P. D. Signium caruiſſe iuriſdictione, vel quia cognouit ſuper meritis, contra formam commiſsionis ſibi directæ, quòd refectis expenſis procederet ad vlteriora, rejectis nullitatibus, quæ expenſæ non fuerunt refectæ, vel quia non fuit doctum de paupertate dicti Rectoris iuxta formam alterius commiſſionis reſeruantis expenſas in fine litis. Reſponſum fuit, dictum Rectorem non egiſſe ſanatoria, cum nullitates non adſint, & abſque dicta commiſſione ſententia valida remaneat; nec aliqua confeſſio prætenſarum nullitatum reſultat ex dictis commiſſionibus, quia nullitates ſunt enunciatæ per verba, *præ-*
4 *tenſas, ſeu aſſertas*, quæ confeſſionem non inducunt, *Caſſad. deciſ.* 4. *nu.* 1 *et* 8. *de prob. et ſæpiſſimè tenuit Rota, vt in recent. deciſ.* 536. *num.* 4. *par.* 1. Quæ etiam confeſſio qua-
5 tenus adeſſet, non eſſet attendenda, tanquam in his, quæ iuris ſunt, *l. ornamentum, ff. de aur. & arg. leg. Bart. in l.* 1. *nu.* 12. *ff. ſi certum pet. Angel. conſil.* 22 *num.* 4. *circa med. Decian. reſp.* 33 *num.* 69. *vol.* 1. Tertia ex eo, quòd actum fuerit cum Baldo tranſlatario penſionis, minore, nullo ei dato curatore, non obſtat; nam quicquid ſit, an de hoc
6 conſtet, in beneficialibus, & illis annexis (prout eſt penſio

fio, *Imol. in clem. 1. ſ. eadē, de ſuppl. negl. Pral. Gig. conſ. 123.*
7 *num. 4.*) ſufficit ætas annorum 14. *cap. final. de iudic. in 6.*
vbi Archid. in princ. & Anchar. num. 3. & in penſione *Gig.*
B *d. conſ. 123. nu. 3.* B, Tandem non obſtat prætenſus defectus terminorum ſubſtantialium, nã illi fuerant ſeruati die 3. Aprilis 1617. & licet die 6. eiuſdem fuerit à tali ſeruatione repoſitum, tamen ſufficit, quòd poſtea fuerint
8 reiterati, per quam reiterationem etiam factam in termino citationis ad ſententiam omnis nullitas ſanata fuit, *Veſtr. lib. 5. cap. 13. num. 1. Seraph. deciſ. 515. & deciſ. 1352. Modern. de iudic. lib. 2. cap. 3. quaſt. 13. num. 269. & fuit deductum in illa Signina Caſtrorum 22. Iunij 1615. coram me.*

Et itaque vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A De quo dixi latè ſupra *ad deciſ. 261 ſub lit. E.*
B Idem dixit *Rota in Pampilonen. Cappellania 6. Nouembris 1617 coram R. P. D. Pirouano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Cuſentina beneficij.

Lunæ 22. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Gratia fundata in narratiua negligentiæ in aliquid implendo non iuſtificatur, quando implementum eſt facultatiuum, non neceſſariū.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia non præſumitur, ſed eſt probanda per fundantem ſe in illa.*
2 *Negligentia non probatur, niſi quando quis tenetur ad certum factum tempore, & loco limitatum.*
3 *Beneficium Eccleſiaſticum non conſiſtit ſinè dote.*
4 *Gratia Ordinarij non indiget iuſtificatione, & nu. 15. etiam quòd Ordinarius prouideat vigore indulti, num. 16. limita vt num. 6. & 17.*
5 *Capitulum prouidens ex indulto non eſt Ordinarius.*
7 *Eccleſia Confraternitatis laicorum, quæ per longum tempus per ſuos Officiales adminiſtratur, à quibus deputatur Cappellanus ad nutum amouibilis, ſub certa ſalarij conſtitutione, non datur in titulum.*
8 *Subreptitia redditur gratia, ſi in ea non fuerit narratum, quòd Eccleſia ſit Oratorium, quod conſueuit regi per laicos.*
9 *Impetratio beneficij non valet, non facta mentione poſſeſſionis quadragenariæ alterius colorata, cum titulo, & bona fide.*
10 *Eccleſia conſuetudini in dubio non intelligitur præiudicatum.*
11 *Eccleſiæ ſtatus antiquus eſt maximè conſiderandus.*
12 *Obſeruantia longi temporis poteſt habere vim præſcriptionis.*
13 *Appoſita in fundatione ſunt ad vnguem ſeruanda.*
14 *Status mutatio fieri non poteſt, non citatis intereſſe habentibus, & ſinè illorum conſenſu.*

DECISIO CCCCLXXXIV.

VENERABILE Capitulum Lateranen. vſque de anno 1559. conceſſit facultatem Vniuerſitati Iottæ Pedacij in fundo ſibi ab eadem vniuerſitate donato conſtituendi Eccleſiam, ſeu Capellam S. Mariæ Miſericordiæ, erectamq. de bonis à Chriſtifidelibus collatis dotandi, Confraternitatemq. laicorum (ſi d. Vniuerſitati videbitur) inſtituendi, cui iuspatronatus d. Eccleſiæ, ſibi verò inſtitutionem reſeruauit. Cum autem Felix ab eodem Capitulo Eccleſiam prædictam ab Vniuerſitate erectam impetrauerit, præuia illius erectione in ſimplex beneficium collatiuum, ſub narratiua, quòd Vniuerſitas non procurauerit, illam erigi in collatiuum. Dubitaui, an dicta erectio, & prouiſio Felici ſuffragaretur, & fuit negatiuè reſponſum ex pluribus fundamentis. Primò quia aut Vniuerſitas non tenebatur ex forma d. conceſſionis Eccleſiam ſuper d. fundo ædificandam in collatiuam erigere, vt prætendit ex eo, quòd verba d. conceſſionis non ſint obligatoria, ſed facultatiua; & tunc ſinè dubio gratia non eſſet iuſtificata, cum fuerit facta cum ſuppoſito, quòd teneretur, vt ex illis verbis, *illam tamen Eccleſiam in collatiuam hactenus erigi & inſtitui minime curauerint.* Aut verò ſecundùm intellectum Felicis tenebatur, nedum Eccleſiam conſtruere, ſed etiam in collatiuam erigi curare; & tunc erat vlteriùs verificanda negligentia Vniuerſitatis in curanda dicta erectione,
1 quæ non præſumitur, ſed eſt probanda per ſe fundantem in illa *l. ſi defunctus, C. de arbitr. tut. iuncta l. cum de indebito, ff. de probat. Rot. deciſ. 125. alias 4. de conceſſ. preben. in nou. Card. Seraph. deciſ. 455. num.* 3. Non pro-
2 batur autem negligentia, niſi quando quis tenetur ad certum factum tempore, ac loco limitatum, *Bart. conſil. 201. in princ. lib. 1. Felin. in cap. ſi autem, num. 3. de reſcript. Caputaq. deciſ. 266. num. 2. & 3. par. 1. Rot. deciſ. 352. num. 3. par. 2. in recentior.* Imò in præſenti illa non poteſt conſiderari, niſi probetur, d. Eccleſiam potuiſſe dotari de bonis à Chriſtifidelibus deuotionis cau-
3 ſa collatis, prout in d. conceſſione narratur; cum beneficium Eccleſiaſticum non conſiſtat ſinè dote, *cap. 1. de conſib. & ibi Butr. in princ. cap. ad audientiam il primo de eccleſ. ædific. & vtrobique Doct. cap. nemo, & ibi gloſ. & Bellam. num. 2. Turrecrem. num. 8. de conſecr. diſt. 1. Io. de Silu. de beneſ. quaſt. 5. num. 211. & ſeqq.* Nec applicatur, quòd gratia Ordinarij non indigeat iuſtificatio-
A ne; A, tùm quia Capitulum prouidens ex indulto
4 non eſt Ordinarius, *gloſ. in clem. 2. in verbo volumus, de*
5 *offic. ordin. Felin. in cap. cum olim, num. 1. verſ. & adde de præſcript. Card. Seraph. deciſ. 980. num.* 3. Tùm quia d.
6 prouiſio eſt facta ad preces Felicis, vt ex proœmio ibi, *cum ſicut accepimus*: & ſic non applicatur ratio, ob quam non requiritur iuſtificatio in prouiſione Ordinarij, quià ſemper prouidet motu proprio. Secundò principaliter, quia d. erectio, & prouiſio videbatur ſubreptitia; quia
7 non fuit narratum, Eccleſiam prædictam eſſe in ſtatu quinquagenario, & vltra, Confraternitatis, & Oratorij laicorum vtriuſque ſexus, & quòd regatur, & adminiſtretur per illius Officiales, à quibus deputatur Capellanus ad nutum amouibilis ſub certa ſalarij conſtitutione, vt in hac cauſa deciſum fuit *coram R. P. D. meo Remboldo 6. Iunij* 1616. tunc enim non datur in titulum, *Dec.*
8 *conſ. 210. num. 4. verſ. ſecus.* Et hæc ſola taciturnitas reddit gratiam ſubreptitiam, *Deci. in puncto conſ.* 148. *& præſertim num. 1. verſ. 2. quia*; cum impetratio be-
9 neficij non valeat, non facta mentione poſſeſſionis quadragenariæ alterius coloratæ cum titulo, & bona fide,

Franc.

Digitized by Google

Franc. in cap. cum de beneficio num. 8. de praben. in 6. nec
10 in dubio intelligatur præiudicatum conſuetudini Eccleſiæ, *Abb in cap. poſſeſſiones, num. 4. & ibi, Anan.*
11 *num. 5. de reb. Eccleſ. non alienan.* ſtatuſque Eccleſiæ tàm antiquus ſit maximè conſiderandus, *Card. in d cap. poſſeſſiones, circa fin. latè Gem. in d. cap. cum de beneficio, & Rota in illa Ferrarien. Prioratus, coram bo. mem. Penia impreſſ. in recentior. deciſ. 154. num. 3. par. 1. & in dicta*
12 *deciſione coram D meo Remboldo*, & hæc tàm longa obſeruantia poteſt habere vim præſcriptionis, *Put. deciſ. 15. num. 3. & 4. lib. 3. Rot. deciſ. 208. num. 1. par. 1. diuerſ. Card. Seraph. deciſ. 1410. num. 26.* Eoq. magis, cum poſſit Confraternitas, de qua nullum verbum in erectione factum fuit, prætendere diuerſam cauſam, & alium titulum à dicta conceſſione facta d. Vniuerſitati lottæ. Tertiò quia in dicta erectione, & prouiſione legitur expreſsè clauſula, *ſinè alicuius præiudicio*. Reſultaret autem manifeſtum Vniuerſitati ex d. erectione præiudicium; quia cum facta fuerit ad effectum eodem contextu conferendi Felici, pro illa vice priuabatur præſentatione ex d. conceſſione Vniuerſitati indiſtinctè, & abſolutè re-
13 ſeruata, quod erat ſeruandum, ſicuti & omnia in fundatione appoſita ad vnguem ſeruanda ſunt, *cap. cum dilectus, de iurep. Ant. de Butr. conſ. 4. num. 1. Lambertin. de iurep. lib. 1. par. 1. art. 1. quæſt. 9. Rot. in Romana iurispatronatus 31. Maij 1613. coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Damaſceno*; Confraternitati verò, & eidem etiam Vniuerſitati propter mutationem ſtatus, cum bona omnia ſint ſub illius regimine, & adminiſtratione, in qua propterea fuit contra ipſum Felicem *in dicta deciſione coram R. P. D. meo Remboldo* reſolutum, eſſe illi dandum mandatum de manutenendo. Hæc autem
14 ſtatus mutatio fieri non poteſt, ſinè citatione intereſſe habentium, *Cardin. in Clemen. ſtatutum num. 7. in fin. de elect.* & illorum conſenſu, *Card. Seraph. deciſ. 351. num. 27. & 33. & not. in d. cap. cum de beneficio, & in d. cap. poſſeſſiones*. Nec præſumitur etiam conſenſus, niſi exprimatur. Et ideò non applicatur, quòd clauſula, *ſine præiudicio*, intelligatur præterquam de expreſſo, cum prædicta non reperiantur expreſſa verbis, nec etiam veniant in neceſſariam expreſſorum conſequentiam.

Et ita fuit reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Prouiſus ab Ordinario ad validitatem ſuæ gratiæ ni-
15 hil tenetur iuſtificare, quia Ordinarius tanquam informatus de ſtatu Eccleſiarum ſuarum, & perſonarum, prouidet motu proprio Eccleſijs, non autem perſonis, *Felin in cap ad aures, num 15. de reſcript. Cardinal. in Clem 2. num 13. de offic. Ordin. Sylua de beneſic. part. 3. quæſt. 25. Cardin. Seraphin. deciſ. 1026. num. 3. & deciſ. 1467. num. 1. Rot deciſ. 190. num 1. part. 2. recent. in Placentina canonicatus 14. Ianuarij 1600 coram Cardinali Lancellotto, in Pampilonen de Aguero 12. Iunij 1609. coram Ortembergo, in Nullius beneficij S. Sixti 26. Iunij 1611. coram Cardinali Sacrato, in Leodien. Canonicatus Sancti Dionyſij 27. Martij 1623. coram Reuerendiſſimo D Coccino Decano, & in eadem cauſa 25. Maij 1626. coram R. P. D. Pirouano*. Quod procedit, etiam ſi Ordi-
16 narius prouideat vigore indulti, quia nihilominus non deſinit prouidere motu proprio, *Put deciſ. 395. num. 2. lib. 3. in nou. & ſequuta eſt Rota in d Leodien. Canonicatus, coram Reuerendiſſimis DD. Coccino, & Pirouano*.

Limitatur tamen concluſio iſta, quando Ordinarius pro-
17 uidiſſet ad preces prouiſi, *vt in hac deciſ num. 6.* Item limitatur, quando prouiſus ab Ordinario agit ad excluſionem prouiſi Apoſtolici de beneficio vti de reſeruato ratione menſis, tunc enim tenetur probare vacationem in menſe Ordinario, in quo fundat intentionem ſuam, *Ferrett. conſil. 2. num. 13. lib. 1. Put. deciſ 206. lib. 3. in nou. Mareſcott. variar reſolut lib 2. cap. 2. num. 179. & ſeq. vbi allegat. Rot. in Placentina Cappellania 13. Maij 1604. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio ſeniori.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Palatij.

Lunæ 26. Iunij 1620.

ARGVMENTVM.

Alimenta collitiganti quando ſint præſtanda.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta lite pendente an ſint præſtanda per reum actori paupers, & habenti pro ſe boni iuris præſumptionem, num. 2. Et quid ſi fuerit debitor in diem. num. 3.*
4 *Emptor qui ſoluit veris, & legitimis creditoribus venditoris, an rectè ſoluat, & ſoluendo liberetur ſaltem ope exceptionis.*
5 *Dilatione pendente debitor conueniri non poteſt.*
6 *Emptor qui ſoluit veris, et legitimis creditoribus venditoris, in eorum locum ad effectum retinendi etiam ſinè ceſſione ſuccedit.*
7 *Pauper ad effectum habendi alimenta non dicitur, qui bona ſua inutiliter conſumpſit.*

DECISIO CCCCLXXXV.

DOMINI dixerunt, non eſſe lite pen-
dente ſubminiſtranda per D. Thomam
1 reum conuentum alimenta, nec expēſas aduerſarijs actoribus, inhærentes regulæ, de qua *in l. Imperatores ff. de tutel. & ration &c. vbi poſt Alber. Odofr. & Bart. not. Bald. Boſſ in pract. crim. tit. de alim. &c. num. 1. in fin. & num. 2. & latè Surd. de alim. par. 1. quæſt. 110. in princ. Rota in Anconitana bonorum 27. Ianuarij 1611. coram R. P. D. Pamphilio.* Nec applicatur limitatio, quando actor eſt pauper, & habet pro ſe boni iuris præſumptionem *iux. l. fin. C. de ord. cognit. et l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo, ff. de inoff. teſt. latè Surd. d. par. 1. quæſt 120. in princ.* &
A opinionem quam Rota tenet, A. *Creſc. deciſ. 8. de iud. Card. Seraph. deciſ. 1098. num. 2. Rot deciſ. 470. num. 5. et 749. num 1. par. 2. in recent. et alias paſſim.* Nam præſumptio boni iuris non concurrit; quatenus enim pro Ambroſio reducitur ex credito pretij palatij per eum venditi Thomæ pro ſumma ſcutorum 15600. illud fuit pro parte numeratum in actu ſtipulationis inſtrumenti, & pro parte conuerſum in extinctionem cenſus, quem habebat paſſiuè d. Ambroſius venditor cum emptore; pro alia verò parte idem emptor accollauit in ſe cenſus dicti Ambroſij venditoris, promitten. illorum extinctionem, & fructuum ſolutionem, pro quibus Ambroſius non docet, nec allegat, ſe aliquod damnum paſſum fuiſſe; reſiduum verò promiſit ſoluere in ſatisfactionem creditorum in inſtrumento nominatorum infra ſex annos inchoan. à die ſtipulati inſtrumenti, quæ fuit 5. Ianuarij 1619. & pro iſta ſumma tanquam debitor in
3 diem nō tenetur alimenta creditori præſtare, *Caſtr. in l. diuortio, num. 5. circa fin. ff ſol. matr. Surd. de alimen. tit. 1. quæſt. 89.* Imò D. Zaulus emptor ſoluit alijs credi-

to-

Digitized by Google

toribus in dicto inſtrumento non nominatis qui poſt emptionem apparuerunt vſque ad ſumm. ſcut. 22.mill. & ſic longè vltra pretium conuentum, vt in calculo dd. ſolutionum coram me extraiudicialiter inter partes firmato, & nunc exhibito, & in diſputatione ſuppoſito; & ideo ſoluto pretio ceſſat ſinè dubio etiam æquitas *l. curabit.* Nec refert, quòd illi non eſſent creditores
4 nominati in inſtrumento: cum ſufficiat, fuiſſe veros, & legitimos creditores Ambroſij cum hypotheca, & obligatione Camerali, quibus rectè potuit emptor ſoluere, & ſoluendo liberatus fuit ſaltem ope exceptionis, *l. ſolutum, §. ſolutam, vbi Salic. num. 5. Bald. num. 2. Caſtr. num. 3. ff. de pign. act. & idem notant in l. liberorum, ff. de negot. geſt. Rot. in Rom. 18. mill. 15. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino, & coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio deciſ. 301. & coram R. P. D. meo Decano deciſ. 681. par. 1. in recent.* Quatenus verò præſumptio boni iuris deducatur ex eo, quòd in venditione palatij non ſint comprehenſæ quædam domunculæ contiguæ (vt ſupponitur) per D. Zaulum in vim dictæ emptionis apprehenſæ, & detentæ; & omiſſo hoc articulo, qui non eſt præſentis inſpectionis, in qua plura hinc inde dicuntur ſuo tempore examinanda; placuit DD. reſponſio, quòd quatenus etiam dictæ domunculæ eſſent comprehenſæ, Zaulus vltra dictum pretium ſoluit ſcut. 7. mill. pro quibus illarum retentionem haberet, ex ſupradictis. Minùs dixerunt pro Taſſinario cõcurrere boni iuris præſumptionem: licèt enim Zaulus in inſtrumento poſt ſolutiones, & accollationes reſiduum pretij ſoluere promiſerit pro ſatisfactione quorumdam creditorum dicti Ambroſij, & præſertim dicti Taſſinarij; tamen promiſſio cantat infra terminum ſex annorum: vndè dum pendet dilatio, conueniri non
5 poteſt, *§. plus autem, Inſtit. de act. cap. 1. de plus petit. &* intrat ſupradicta concluſio, quòd debitor in diem non
6 tenetur creditori ad alimenta *ex Caſtr. & Surd. ſupra allegatis.* Fructus verò recompenſatiui ad rationem quinque pro centenario dicta dilatione pendente non fuerunt promiſſi Taſſinario, ſed expreſsè Ambroſio, dicto Taſſinario, vti eius procuratore, & Notario pro eo ſtipulantibus; idenque cum ſoluta fuerit ſumma excedens fructus recompenſatiuos hucuſque decurſos nõ excedentes ſcuta 300. creditoribus dicto Taſſinario anterioribus, nempe Turriano ſcuta 284. & Monialibus Sancti Syluestri vnum ſemeſtre Canonis debitum à Picciotto ante venditionem, cum ceſſione iurium, ſequitur, nec etiam ratione dictorum fructuum aliquid petere, & ſic boni iuris præſumptionem deducere poſſe. Conſiderabat etiam vnus ex DD. quòd licèt D. Zaulus promiſerit ſoluere ex reſiduo pretij Taſſinario, vt creditori Picciotti ratione dotis, ſcuta 2500. tamen conſtar, Taſſinarium, in cuius perſona Picciottus emit Officium Curiæ Capitolinæ reſeruatum ad eius fauorem, idem Officium vnà cum Bardella vendidiſſe Cortellaccio receptis ab eo ſcutis 3850. & ſic pro ſua medietate ſcut. 1925. Vndè valdè dubitari poſſe dicebat, ipſum Taſſinarium teneri ſummam prædictam excomputare, vel de ea rationem reddere creditoribus Picciotti, & ſic D. Zaulus, qui illis perſoluendo in eorum locum,
B ad effectum retinendi etiam ſine ceſſione ſucceſſiſſet B, *l. ſi potiores, & ibi gloſ. C. de his qui in prior. cred. loc. gloſſ. in verb deſiderabit, Bart. & Salic. in l. 2. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Mantic. deciſ. 69. num. 3.* & fuit ſæpius deciſum: non obſtan. dicta promiſſione, Picciotto mandante, facta. Alterum quoque requiſitum paupertatis, quoad Picciottum deficere aliquibus ex DD. videbatur, quia licèt in diſputatione ſuppoſita fuerit probatio paupertatis per teſtes, tamen ſuppoſita etiam fuit apocha confeſſatæ per eum receptionis ſcutorum 1500. ex quibus cum non doceat, extinxiſſe aliquod de-
7 bitum, ſi ea inutiliter conſumpſit, ſibi debet imputare, & aliundè quærere alimenta, ſumptuſque litis; nec huiuſmodi paupertas videtur conſiderabilis ad hũc effectũ.
Et ita fuit omnibus informantibus deciſum.

ANNOTATIO.

A Dixi ſupra *ad deciſ. 15. litera A*

B Dixi etiam ſupra *ad deciſ. 420. lit. B.*

Rauennaten. Pecuniaria.

Mercurij 1. Iulij 1620.

ARGVMENTVM.

Cambij literas ſcribens non liberatur ex acceptatione dd. literarum, & promiſsione de ſoluendo, niſi ſolutione ſubſecuta: & periculum decoctionis mercatoris, cui directæ ſunt literæ, cedit damno ſcribentis, etiam ſtante mora creditoris in exigendo.

SVMMARIVM.

1 *Liberationem non conſequitur debitor, tradito mandato de ſoluendo creditori, ſolutione, ob decoctionem ſoluere debentis, non ſecuta, et creditor contra ipſum habet regreſſum.*

2 *Delegatio, vel nouatio an dicatur inducta per traditionem mandati de ſoluendo, et quæ requirantur pro induceri. delegatione, & num. 11.*

4 *Decoctio mercatoris cedit damno eius, qui dedit ad eum literas cambij, non eius, qui recepit; quod maximè procedit, quando in literis apponuntur illa verba:* Et ponatis ad meam rationem.

5 *Mora exigendi in materia literarum cambij non nocet, vbi non adeſt delegatio.*

6 *Mora, et negligentia creditoris in exigendo excluditur, ſi aliquid commodè fieri non potuit.*

7 *Cambij literæ à mercatoribus acceptatæ dicuntur, quando ab illis abſque vlla contradictione receptæ fuerunt: fallit tamen in literis, quas vocant,* d'auiſo.

8 *Cambij literæ acceptatæ dicuntur, ex quo mercatores in ipſo receptionis literarum actu certam pecuniæ quantitatem erogarunt.*

9 *Debiti partem ſoluens cenſetur illud totum agnoſcere, niſi de contrario doceatur.*

10 *Cambij literarum acceptatio non eſt neceſſariò in ipſis literis inſerenda, ſed ſufficit, de illa aliundè conſtare.*

DECISIO CCCCLXXXVI.

SENTENTIA de partibus viſa fuit Dominis ex capite iniuſtitiæ infirmanda. Cum enim Ioanninus ſub die 17. Ianuarij 1614. in Ciuitate Rauennæ mutuo dederit Zancho ſummam ſcutorum 4652. & b. 88. mediante Alexandro Rota numeratam, pro cuius reſtitutione idem Zanchus dedit illi literas directas Rondinello Mercatori Ferrarien. quæ per ipſum accep-
A tatæ fuerunt A die 21. eiuſdem menſis Ianuarij, *vt in ſummario num. 1.* Cumq. dictus Rondinellus deinde foro ceſſerit, ſolutione minimè ſubſequuta, indè ſuccedit

cla-

clara iuris concluſio, quòd Zanchus, qui dictas lite-
ras deſtinauit, non fuerit liberatus, & Ioanninus poſſit
contra ipſum habere regreſſum: quia non ideo fuit in-
1 ducta delegatio, cum non concurrant omnia ad illam re-
quiſita, & præſertim non conſtet, Zanchum fuiſſe cre-
2 ditorem Rondinelli, *iuxta not. per DD. in l. ſingularia, ff.*
ſi cert. pet. Card. Seraph. deciſ. 1419. *num.* 2. *cum copioſè*
allegatis per Gabr. de nouation. concluſ. 1. *per tot. & per*
Card. Mantic. de tacit. & ambig. &c. lib. 17. *tit.* 8. *per*
B *tot.* B, Et conſequenter nec etiam fuit inducta noua-
tio. Ideò quemadmodum Rondinellus, qui dictas lite-
ras acceptauit, non erat liberatus à Zancho, qui dedit
illi mandatum de ſoluendo; ita etiam non poteſt dici li-
beratus ipſe Zanchus à Ioannino, & propterea pericu-
lum decoctionis Rondinelli ceſſit damno eiuſdem Zan-
3 chi, *vt not. Caſtr. in l. delegare, num.* 4. *verſ. & ex hoc*
ſequitur, ff. de nouat. Soccin. in l. qui vſumfructum, num.
15. *verſ.* 4. *concl. ff. de verb. oblig. Salicet. in l. ſi filius, la*
ſeconda, num. 2. *verſ. ego autem, ff. ad Macedon.* quam
concluſionem perpetuò ſequuta eſt Rota in pluribus
cauſis, & præſertim *in Bononien. pecuniaria* 13. *Ianua-*
rij 1581. *coram bon. mem. Cardinali Lancellotto Seniori, in*
Roman. literarum Cambij 11. *Decembris* 1592. *coram*
bon. mem. Cardinali Arigonio, in Veneta literarum Cam-
bij 23. *Maij* 1593. *& in Romana literarum Cambij* 3.
& 10. *Martij* 1595. *coram bo. me. Gipſio, in Roman. Cam-*
biorum 9. *Iunij* 1605. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali*
Ludouiſio, & nouiſſimè in Roman. literarum Cambij 1.
Iunij, & 27. *Nouembris* 1615. *coram R. P. D. meo Rem-*
boldo, & in Bononien. literarum Cambij 4. *Decembris*
1615. *coram R. P. D. meo Pamphilio, deinde confirmata*
coram R. P. D. meo Vbaldo, & latè etiam comprobatur per
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 64. *num.* 5. *& ſeqq. & num.*
C 14. *& ſeqq.* C, Maximè autem procedit, quando in literis
apponuntur illa verba, *& ponatis ad meam rationem*, vt
per *Salicet. in d. l. ſi filius, circa fin. verſ. ideo in literis,*
Surd. deciſ. 23. *num.* 10. *verſ. ſicuti nec quando, & Rot.*
in dicta Bonon. pecuniaria coram bon. me. Cardinali Lan-
cellotto Seniori: prout appoſita ſunt in literis ſupradictis,
dum dicitur: *Et mi farà ſeruitio pagarli, &c. & darmene*
debito. Nec viſum fuit, imputari poſſe moram exigendi
5 Ioannino, quia illa non nocet, vbi non adeſt delegatio,
vt dicitur *in dictis deciſſ. Veneta literarum Cambij coram*
Gipſio, & Roman. Cambiorum coram Illuſtriſſimo Lu-
douiſio, & in Roman. pecuniaria 1. *Iulij* 1615. *coram*
R. P. D. meo Veroſpio. Vltrà quod in propoſito mora
6 non eſt conſiderabilis, cum non excederet dies 27. &
Rondinellus eſſet perſona qualificata, & miniſter ad ſol-
uenda ſtipendia militum, qui ſinè licentia Generalis non
poterat conueniri, vt deponunt teſtes *in ſummario n.* 2.
vt in ſpecie ad excluſionem moræ, & negligentiæ credi-
toris in exigen. conſiderauit *Soccin. conſ.* 100. *relatus per*
Caputaq. deciſ. 266. *num.* 2. *& ſeqq. & præſertim num.* 6.
in fin. par. 1. Et proinde dicta ſententia de partibus, per
quam Zanchus fuit abſolutus à petitis per Ioanninum,
venit infirmanda.

Et ita vna tantùm parte informante concluſum, &c.

ANNOTATIO.

A Literæ cambij à mercatoribus acceptatæ dicuntur, quan-
7 do ab illis abſque vlla contradictione receptæ fuerunt, vt
de literis miſſiuis in genere *Bald. in rubr. C. de fid. inſtru-*
ment. num. 37. *verſ. quæro quid de literis, Alexand. conſ.*
78. *ſub num.* 1. *lib.* 1. *cum alijs per Gabr. de præſumpt.*
concluſ. 2. *num.* 1. *& ſeqq & per Rot. quæ teſtatur de*
magis communi deciſ. 811. *num.* 9. *part.* 1. *diuerſ.* & in ſpe-
cie de literis cambij *Pariſ. conſ.* 5. *num.* 206. *lib.* 4. *Rota*
Ianuen. deciſ. 24. *num.* 4. *deciſ* 120. *num.* 1. *& deciſ* 133.
num. 2. *Scacc. de camb.* §. 2. *gloſſ* 5. *num* 336. *& fuit di-*
ctum in Toletana literarum cambij 20. *Martij* 1620. *co-*
ram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio. Limitatur tamen
in literis vulgò dictis, *d'auiſo*, quas licèt mercatores abſq;
contradictione receperint, non tamen dicuntur acceptaſ-
ſe literas cambij, & ideo cogi non poſſunt ad ſoluendum
illarum vigore, *Gam. deciſ. Luſitan.* 336. *per tot. Scacc. d.*
gloſſ. 5. *num.* 337. Probatur etiam literarum cambij acce-
8 ptatio ex eo, quòd mercatores in ipſo acceptionis lite-
rarum actu certam pecuniæ quantitatem erogarunt, vt
fuit dictum *per Rot. in d. Toletana literarum cambij co-*
9 *ram Illuſtriſſimo Veroſpio*, & ratio eſt, quia debiti par-
tem ſoluens in dubio videtur totum illud agnoſcere, niſi
de contrario doceatur, *l. cum fidem, vbi Bald. num* 2.
verſ aut dubitatum, et ibi Salicet. num. 3. *C. de non nume-*
rat. pecun. Bart. in l. ſi cui res, ff. de legat. 2. *Dec conſil*
618. *num.* 1. *et* 2. *Natt. conſ.* 573. *num.* 38. *Aym. conſil*
158. *num.* 2. *Burſatt. conſil.* 304. *num.* 20. *Menoch præ-*
ſumpt. 135. *num.* 18 *lib.* 3. *et fuit dictum in Spoletana*
penſionis 1. *Iulij* 1620. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.*
10 Nec eſt neceſſarium, quòd literarum cambij acceptatio in
ipſis literis inſeratur, cum ſufficiat, aliundè de illa conſta-
re, *Vincent. de Franch. deciſ.* 303. *num.* 1. *et Rot. in d. To-*
letana literarum cambij coram Illuſtriſſimo Veroſpio
B Delegatio non inducitur, niſi delegatus ſit debitor dele-
11 gantis, *Gloſſ magna in l. quamuis,* §. *mulier il ſecondo ff.*
ad Velleian. Doct. in l. ſingularia, vbi Iaſ num 36. *et Dec.*
num. 27. *ff. ſi cert. pet. Surd. conſ.* 145. *num.* 4. vbi de
communi, *et deciſ.* 23. *num.* 6. *Gabr. conſ* 155. *num.* 15.
lib. 1. *latè Scacc. de camb.* §. 2. *gloſſ* 5. *ſub num.* 281. *Gra-*
tian. diſcept. 64. *num.* 16. *Rot. Ianuen. deciſ.* 2. *num.* 22.
et ſeq. Mareſcott. variar reſolut. lib. 2. *cap* 11. *num.* 4. *Gre-*
gor. XV. deciſ 257. *num.* 3. *et fuit dictum in Romana pre-*
tij vaccarum 20. *Iunij* 1622. *coram R. P. D. Nauarro*; eſt
item neceſſarium ad inducendam delegationem, quòd de-
legatus promittat per ſtipulationem de mandato ipſius
delegantis, & quòd promittat tanquam debitor; quibus,
vel eorum aliquo deficientibus non ſit delegatio, & conſe-
quenter delegans non liberatur, vt tradunt omnes ſupe-
rius relati, *et per Rot. in Romana fructuum dotis* 16. *Ia-*
nuarij 1626. *coram bon mem. Remboldo.*
C *Mareſcott. variar. reſolut. lib.* 2. *d. cap.* 11. *per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Hiſpalen. præeminentiarum.

Veneris 13. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Canonici præferuntur Rectoribus, & Benefi-
ciatis.

SVMMARIVM.

1 *Canonici ex iuris aſſiſtentia præferuntur Rectoribus, &*
Beneficiatis Parochialium.
2 *Quaſi poſſeſſio ſedendi in digniori loco, ex quibus probetur.*
3 *Teſtes examinati in alia cauſa, & inter alias perſonas fa-*
ciunt adminiculum in cauſa ſimili, maximè ſi fuerint
examinati ante litem motam.
4 *Teſtes in cauſa propria deponentes non probant.*
5 *Lite pendente acquiri non poteſt poſſeſſio manutenibilis*
6 *Teſtibus duobus magis creditur, quàm vni.*
7 *Sedere ad ſiniſtram in plerijſque locis antiquitùs dignius*
erat, quàm ad dexteram.

8 *Locus manus dextera non concludit præſumptionem maioritatis; nec eſt incompatibile, quòd maior, & dignior ſtet in manu ſiniſtra.*

DECISIO CCCCLXXXVIII.

POST reſolutionem in hac cauſa factam ſub die 17. Februarij præteriti ad fauorem Canonicorum Eccleſiæ S. Saluatoris ſuper delatione Crucis, dubitaui, cui eſſet dandum mandatum de manutenendo in præeminentia ſeſſionis loci dignioris in Choro Cathedralis, & DD. pro Canonicis reſponderunt. Nam illorum poſſeſſio, ſeu quaſi viſa fuit benè probari, ne dum per tres teſtes ponderatos in deciſione facta in eodem articulo *coram bon. mem. Penia ſub die 15. Februarij* 1610. ſed etiam ex alijs quatuor nunc datis *in ſummario Canonicorum num.* 3. quorum primus, tertius, & decimus deponunt à tempore 40. annorum, & vltra, octauus verò à 40. annis, & ſextus, & nonus de minori tempore; adeo quòd, & præſertim ſimul iuncti quaſi poſſeſſionem benè probant per tempus competens pro obtinenda manutentione, etiam ſi ſumatur initium litis motæ de anno 1589. maximè cum ipſi ſint veriſimiliter informati, ex quo primus, ſextus, nonus, & decimus ſunt Canonici, & ſeptimus Portionarius Eccleſiæ Cathedralis, & optimas reddant rationes, *vt in dicto ſummario num. 2. & 3.* & tertius, & octauus optimè concludunt in concurſu cum Abbate, prout etiam nonus, licèt ipſe concludat de viſu de vna vice tantùm, *vt in ſummario num. 2.* & cum illis videatur etiam concordare decimus quartus teſtis Beneficiarorum, qui iuxta 32. dicit, duos Canonicos ſediſſe in duabus ſedibus Portionariorum Chori ſiniſtri, Abbatem verò in vltima ſede Chori dexteri; & ſic infertur per neceſſe, quòd Canonici habuerint digniorem locum, quia primus Canonicus ſedens in penultima ſede Chori ſiniſtri ſedet in digniori ſede vltima Chori dexteri. Non obſtant exceptiones oppoſitæ contra depoſitiones primi, tertij, ſeptimi, noni, & decimi teſtium; quia ex lectura optimè tolluntur, & remanent concludentes in dicto. Oppoſita verò contra perſonam octaui teſtis nihil faciunt, quia licèt ſit Rector eiuſdem Eccleſiæ S. Saluatoris, tamen non eſt Canonicus, & nullum habet intereſſe in cauſa, vt etiam ipſe deponit, & de
1 contrario non docetur. Vltra quod hæc quaſi poſſeſſio adminiculatur, ne dum ex aſſiſtentia iuris communis, quam habent Canonici, qui præferuntur Rectoribus, & Beneficiatis Parochialium, vt fuit conſideratum *in dicta deciſione coram Penia, & coram me 17. Februarij præteriti*, & tradit *Præpoſ. in can. fin. ſ. Epiſcopos, num. 3. verſ. inter alios 17. diſt.* ſed etiam ex infraſcriptis. Primò, quia per teſtes pro Canonicis datos *in ſummario*
2 *num.* 4. probatur quaſi poſſeſſio ſedendi apud Portionarios Eccleſiæ Cathedralis, & ſic in digniori loco in Eccleſijs, in quibus proceſſiones à Cathedrali recedentes terminantur, quorum primus addit, non fieri caſum de Beneficiatis, quamuis Abbas exiſtat; & ideo cum non ſit præſumenda ſedis mutatio, infertur, quòd eodem modo ſederent in dicto Choro Cathedralis, vbi primò Canonici accedunt ad eas comitandas. Secundò, ex ſeſſione in digniori loco in ſynodis celebratis in Eccleſia Hiſpalen. vt deponunt teſtes *in ſummario num.* 5. quorum primus, & ſecundus fuerunt Magiſtri ceremoniarum, & tanquam tales deponunt, aſſignaſſe Abbati, & Beneficiatis ſedem in loco inferiori, & quòd Abbas acquieuit, & contentus fuit dicto loco tanquam condecenti; idemq; deponit tertius Beneficiatus, qui Synodo interfuit, dicitq; Abbatem, & Vniuerſitatem locum datum à Magiſtro Ceremoniarum in ſcamno proximo illi, in quo erat Collegiata S. Saluatoris ad manum eius ſiniſtram, habuiſſe pro bono, & quòd erat ille, qui eis dabatur in proceſſionibus, & in eo ſediſſe; & quotus, qui eſt Abbas, dicit, ſibi datum fuiſſe per vnum ex Magiſtris Ceremoniarum locum decentem, & conuenientem; qui licèt fuerint examinati in alia cauſa, & inter alias per-
3 ſonas ad inſtantiam Fiſcalis Hiſpalen. ſuper iure conuocandi Synodum, & in Rota producti: negari tamen non poteſt, quin faciant adminiculum, maximè cum fuerint examinati de anno 1586. & ſic ante litem motam, *gloſ. in l. ſi duo patroni, in princ. ver. habituram, ff. de iure iur. Put. deciſ. 62. num. 4. lib. 2. in nou. & fuit dictum in Feſulana iuriſpatronatus 7. Februarij 1583. coram Bubalo.* Quod maximè comprobatur ex depoſitione octaui teſtis Canonicorum *in ſumm. num.* 5. qui dicit vidiſſe dictos Canonicos intereſſendo Synodo celebratæ à 25. annis, & vltra ſedere ſtatim, & immediatè poſt deputatos Capituli Cathedralis, & ſucceſſiuè ſedere Abbatem Vniuerſitatis, & Beneficiatos in inferiori loco. Tertiò, & vltimò ex delatione Crucis Canonicorum in loco digniori, dum fiunt proceſſiones, vt fuit firmatum *coram bo. me. Penia 13. Decembris* 1609. *& coram me dicta die 17. Februarij præteriti.* Non obſtant teſtes pro parte Abbatis adducti, quia quintus, duodecimus, &
4 decimus ſeptimus ſunt Beneficiati, vt expreſsè fatentur in eorum depoſitionibus, & ſic tanquam pars formalis, & deponentes in cauſa propria nihil probant. Tertius, 4. 9. & 13. nihil prorſus concludunt, vt lectura oſtendit. Secundus, 5. 6. 7. 8. 12. 15. 16. & 17. nihil concludunt circa ſeſſionem in digniori loco, de qua tantùm nunc agitur. Quintus, 16. & 17. non ſunt attendendi tanquam non percutientes tempus ante litem motam, prout ad
5 hunc effectum eſt neceſſarium; cum lite pendente non poſſit acquiri poſſeſſio manutenibilis ex vulg. Demum aliqui ſunt inter ſe contrarij, ex quo primus deponit, Abbatem habuiſſe ſedem in Choro, qui propterea eſt contrarius 10. & 11. teſtibus Beneficiatorum, qui id negant,
6 & ſic primus nihil probat, quia duobus teſtibus magis creditur, *ad gloſ. in can. ſi teſtes, ver. eorum 4. quaſt. 3. & in cap. in noſtra, ver. aduerſa, de teſtib.* vbi *Butr. in ſumm. & in 1. not. Aret. num. 2. verſ. tertius eſt numerus, Abb. num. 1. cum alijs latè adductis per Farin. de teſtib. quaſt. 66. num.* 106. Non obſtat prætenſa ſententia, (vt dicitur) lata de anno 1465. per Vicarium Hiſpalen. ſuper ſeſſione Abbatis in capite manus dexteræ Chori, *vt in ſummario Abbatis num.* 3. Nam ſcriptura (vltra quod non videtur in forma probanti, vt fuit aliàs dictum *coram Reuerendiſs. D. meo Decano 16. Iunij* 1613.) loquitur tantùm in Capitulis, Officijs, Anniuerſarijs, & Feſtiuitatibus viuorum, & mortuorum, quas, & quæ Abbas, & Clerici Vniuerſitatis ſunt ſoliti facere, & in quibus propterea Abbas eſt caput: non autem in alijs, & præſertim quando itur ad Cathedralem pro faciendis proceſſionibus, de quibus nunc tantùm agitur, & dicta ſcriptura non continet ſententiam, ſed potiùs relationem, ſeu enunciatiuam ſententiæ, aliàs (vt dicitur) latæ ſuper ordine huiuſmodi ſeſſionis, nec etiam concludit, quòd ſeſſio principij manus dexteræ eſſet locus di-
7 gnior, quia cum antiquitùs in pluribus locis dignius eſſet ſedere ad ſiniſtram, quàm ad dexteram, vt teſtatur *Card. Baron. in epit. compilat. à Spondan. & comprobat Gratian. diſcept. forenſ. 106. num. 43. par. 1.* vbi refert
8 Rotæ deciſiones, & quòd locus manus dexteræ non concludat præſumptionem maioritatis, nec ſit incompatibile, quòd maior, & dignior ſtet in manu ſiniſtra, *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 1. num. 36. & ſeqq. & num. 39. & gloſ.* 51.

A *gloſ. 11. num.* 55. & 56. A, Id tunc fuiſſe colligitur ex eadem ſcriptura, qua dicitur, ſententiam eſſe ad fauorem S. Saluatoris, & Abbatem fuiſſe excommunicatum ob illius non paritionem, & emanaſſe mandatum de abſoluen. ſtante illius oblatione de obſeruando omnia in dicta ſententia contenta. Quæ tamen non videntur pertinere ad hoc ſummariiſsimum poſſeſſorium, de quo nunc agitur.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

Hæc deciſio confirmata fuit *coram R. P. D. Dunozetto iuniori* 2. *Maij* 1627.

A Et quòd ſitus ad dexteram non inferat per neceſſe præeminentiam eius, qui ſedet à ſiniſtris, fuit dictum in *Cephaluden. Archidiaconatus* 18. *Martij* 1624. *coram bon. mem. Dunozetto Archiepiſcopo Seleucien* in qua allegatur alia deciſio *in Calaguritana praeminentiarum* 2. *Decembris* 1602. *coram Iuſto.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Aquilegien. beneficij.

Veneris 13. Nouembris 1620.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo denegatur, vbi de poſſeſsione capta non conſtat.*

2 *Poſſeſsio ad effectum manutentionis non probatur ex fide, quæ fidem non facit.*

DECISIO CCCCLXXXIX.

FVIT reſolutum, Petro informanti non eſſe dandum mandatum de manutenendo in poſſeſſione ſimplicis beneficij ſub titulo Sãctę Mariæ Magdalenæ in Eccleſia Parochiali Goritiæ, de quo prætendit, ſe fuiſſe prouiſum, tanquam deuoluto à Vicario Reuerendiſſimi D. Patriarchæ Aquilegien. ob negligentiam
1 patronorum; quia non conſtat de poſſeſſione capta ex datis *in ſummario num.* 1. vbi non legitur inſtrumentum poſſeſsionis captæ, ſed videtur quædam notula, ſeu
2 fides collationis, & poſſeſsionis datæ per Cancellarium
A Archidiaconatus Goritiæ, quæ fides fidem non facit A, *Seraph. deciſ.* 1280 *num.* 1. *& ex alijs cumulatis coram me in Rom. cenſus ſub die* 13. *Ianuarij præteriti*, nec etiam continet alios actus poſſeſsionis acquiſitiuos.

Et ita reſolutum contra informantem.

ANNOTATIO.

A Idem, hac deciſione allegata, in his terminis dixit Rota *in Theanen beneficij* 11. *Ianuarij* 1621. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana, ſeu Narnien. alimentorum.

Lunæ 16. Nouembris 1610.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta filiò habenti, vndè viuere poſſit, pater præſtare non tenetur.*

2 *Redditus beneficij, ad cuius titulũ quis ordinatus fuit, præſumitur ſufficiens ad victum, cum alias non potuiſſet ſacris ordinibus initiari.*

DECISIO CDXC.

SENTENTIA A. C. abſolutoria patris ab alimentis per filium petitis, viſa fuit Dominis tanquam iuſta confirmanda. Nam non minùs trita, & in ore omnium eſt fallentia pro patre, quàm regula pro filio, videlicet, quòd illi non teneatur ad alimenta, quando filius poteſt, vel ex alijs bonis, ſiuè aliunde,
1 vel ex artificio viuere, iuxta *l. ſi quis à liberis, §. ſed et ſi filius, de liber. agnoſc. et ibi gloſ. in verb. vt operi, Alberic. d. l. num.* 18. *verſ. ſed quid ſi filius, Odofr. in d. §. Bart. et Alban. ad eum; idem Bart. in tract. de aliment. num.* 12. *facit tex. in l. penult. ff. vt in poſſ. legat. eat. Oſtien in rubr. de infant. et languen. expoſ. num.* 3. *et Io. de Anan. num.* 6. *de communi late Burſatt. conſil.* 61. *num.* 12. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 224. *num.* 5. *par.* 2. *in recent. Card. Mantic. deciſ.* 51. *num.* 1. *et deciſ.* 172. *num.* 2. *Surd. de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 6. *num.* 1. *Coler. eod. tract. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 5. *et* 6. *et lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 18. 23. *et* 24. & in terminis de filio habente beneficium, ex quo poſsit ſe alere *Caſtr. conſil.* 415. *num.* 2. *vol.* 1. Filius autem habet ſimplex beneficium à multis annis citra in Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſtæ Terræ Carbi Narnien. Diœceſis annui redditus (vt ipſe poſuit in poſitionibus coram A. C. & partes conueniunt) ſcutorum 30. monetæ, ad cuius titulum fuit deinde ordinatus ad ſubdiaconatum; & ideò præſumitur, huiuſmodi redditum fuiſſe ſufficientem ad victum, quia aliàs non potuiſſet ordinibus ſacris initiari, *cap. neminem, et cap. Sanctorum, diſt.* 70.
2 *cap. Epiſcopus cap. tuis cap. cum ſecundum de præben. vbi omnes, et præcipue Abb. in d. cap. Epiſcopus, in princ.* qui in ſubdiaconatu *Nauar. conſ.* 1. *de conſtit. num.* 45. *et conſ.* 18. *num.* 3 *verſ. per quæ, et alia de tempor. ordin. lib.* 1. & diſponitur expreſsè à ſacroſancto Concilio
A Tridentino *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de reformat.* A, & à conſtitutione fel. recordat. Pij Quinti edita de anno 1568. 10. Nouembris, incip. *Romanus Pontifex*. Et ampliùs ex aſſignatione patris vſusfructus terrarum annui valoris ſcutorum 20. & vltra, vt enunciatur in inſtrumento aſſignationis, & pronunciatum fuit per ſententiam Reuerendiſsimi Epiſcopi Narnien. qui propterea conceſſit literas teſtimoniales, vt ad alios ſacros Ordines poſſet promoueri. Imò duo teſtes patris ſuper nono deponunt de annuo reddito ſcutorum 36. monetæ *in ſummariolo eiuſdem num.* 1. Nec conſtat de allegatis oneribus dicti beneficij, nec quòd fructus illius ſint ſequeſtrati ad inſtantiam prætenſorum creditorum filij. Non obſtat etiam, quòd filius nunquam poſſederit dictas terras, nec agnouerit, nec perceperit dictum vſumfructum, cum hoc ſibi imputari debeat, præſertim quia dictam aſſignationem expreſsè acceptauit: &

licèt prætendat, illam fuiſſe factam ſub multis conditio-
nibus, & modis, & præſertim vt renunciaret bonis pa-
ternis, & maternis, tamen dicta aſſignatio fuit per fi-
lium acceptata cum clauſulis ampliſſimis, & purè, &
ſimiliter cum iuramento, & in forma Cameræ: & ideo
non poteſt modò illam impugnare quo ad vſumfru-
ctum, de quo nunc agitur. Et quæ dicuntur de pro-
teſtationibus, & impugnationibus dictarum conditio-
num, non reſpiciunt vſumfructum, ſed proprietatem
bonorum.

Et ita vtraque parte informante reſolutum.

ANNOTATIO.

A *Garz. de benef par. 2. cap. 5. num. 79. vbi à num. 74. & ſeqq. & apud Azor inſtit. moral. par. 2. lib. 3 cap. 4. quaſt.* 2. habes circa huiuſmodi materiam plures ſacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinalium Sact. Conc. interpretum declarationes.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Cluſina beneficij.

Veneris 20. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur in beneficialibus, probata poſſeſſione, abſque productione alicuius tituli, & non obſtante alterius poſſeſſione capta, pendente appellatione à ſententia executoris mixti.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur poſſidenti, nec eſt neceſſaria in hoc ſummariſſimo iudicio retinenda alicuius tituli exhibitio, multoque minus, dum agitur contra attentantem.*

2 *Poſſeſſio probatur ex Iudicis ſententia condemnatoria ad poſſeſſionem dimittendam.*

3 *Poſſeſſio capta pendente appellatione dicitur attentata, nec impedit manutentionem antea poſſidentis.*

4 *Appellatio ſimpliciter interpoſita, non limitatè à præiudicialibus tantùm totam ſententiam ſuſpendit.*

5 *Clauſula*, ſine præiudicio alterius, & amotis quibuslibet illicitis detentoribus, *in literis appoſita faciunt executorem mixtum, cuius ſententia eſt propterea appellabilis.*

DECISIO CDXCI.

POST reſolutionem captam die 20.
Decembris præteriti, quòd intraret
arbitrium ad effectum ſuperſeden. in
executione literarum Apoſtolicarum,
dubitaui, an eſſet dandum mandatum
de manuteuen. Laurẽtio in poſſeſſione
Cappellę, de qua agitur; & fuit per DD.
affirmatiuè reſponſum, cũ ex duobus teſtibus conſtet de
adminiſtrationibus d. cappellæ in temporalibus, & ſpiri-
tualibus a tempore ædificationis, & citra, quòdque eius
laboribus, & expenſis fuit ædificata, & ornata, ac per
1 eumdem recta, & gubernata ex permiſſione, & conſen-
ſu Epiſcopi; vndè conſequens eſt, vt in ea ſit manute-
nendus, ex vulgaribus, & faciunt in his terminis dicta in
Cuſentina beneficij 6. *Iunij* 1618. *coram R. P. D. Rembol-
do*, abſque eo, quòd doceat de aliquo titulo, cuius exhibi-
tio neceſſaria non eſt in hoc ſummariſſimo retinendæ,
Seraph decif. 229. *num.* 4. *& decif.* 835. *num.* 7. & in ter-
minis poſſeſſionis beneficij, ſeu Cappellæ, *Mant. decif.*
185. *nu.* 6. *& 7. cum relatis in Andrien Archipresbyteratus*
A 30. *Martij* 1618. *coram me*, A multoq. minus dum agi-
tur de manutentione contra attentantem, *Rot. decif.* 2.
de reſt. ſpol. in nou Caſſad. decif 3. *eod. tit. Rot decif.* 202. *nu.*
4. *par.* 1. *diuerſ. &* alias ſæpè. Comprobatur eadem
2 poſſeſſio ex ſententia executoris, per quam condemna-
tur Laurentius ad dimitten. omnia bona per dictam
ſententiam applicata; quæ proinde poſſeſſionem præſup-
ponit, vt fuit conſideratum in *Ferrarien. parochialis* 8.
Nouembris 1596. *coram bon mem Epiſcopo Pacen in An-
constana bonorum* 16. *Februarij* 1609. *coram Illuſtriſſi-
mo D. Cardinali Ludouiſio, & in Romana domorum de
B Roncionibus* 4. *Martij* 1616. *coram me*. B, Præſertim
quia præſeruat iura Laurentij quo ad bona mobilia, &
immobilia per eum de ſuo præparata, elargita, & ap-
plicata dictæ Eccleſiæ, ita vt ei liceat in ea ſacrum
facere, rebuſque ſacris per eum præparatis ad hoc vti,
æque ac ſeu per vti licuit vſque adhuc. Adminiculatur
etiam ex viſitatione Ordinarij anni 1614. enunciantis
Laurentium Rectorem, necnon ex contradictione per
eum facta Sebaſtiano in actu adeptę poſſeſſionis cum ob-
latione, meiu mandati, & pœnarum comminatarum,
præſentationis clauium Eccleſiæ, quas penes ſe habe-
bat, & ex modo adeptionis poſſeſſionis, cum ſcala linea
per feneſtram, cum continua, & reiterata contradictio-
ne dicti Laurentij. Nec obſtare viſa fuit poſſeſſio per
Sebaſtianum capta, tanquam attentata, pendente appel-
3 latione per Laurentium à ſententia executoris interpo-
ſita, *cap. non ſolùm, de appell. in* 6. *cum concord.* quæ non
impedit manutentionem Laurentij antea poſſidentis, *l.
improba. C. de acquir. poſſeſſ* & fuit in his terminis deci-
ſum *in Baren ſeu nullius Prioratus* 18. *Martij* 1613. *co-
ram Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Damaſceno in Mediola-
nen beneficij* 10. *Martij* 1614. *coram bon. mem. Andrea,
& coram me in Virdunen. Vicaria* 1. *Iunij* 1616. præſer-
4 tim cum appellatio eſſet hinc inde interpoſita, & ex
parte Sebaſtiani non limitatè à præiudicialibus tantùm,
ſed ſimpliciter, ſicque a tota ſententia, & propterea
totum negotium ſuſpendebat, tantoque minus poterat
ipſe innouare, *Abb. in cap. ſignificarunt. ſub num.* 8. *verſ.
aut victus, ibique Felin. ſub num.* 5. *verſ. conſidera, de
except. Franc. in cap. ſi duobus, ſub num.* 6. *poſt med. verſ.
non obſtat quòd ſententia, de appell.* Dari autem appella-
tionem a dicta ſententia executoris, conſtabat ex clauſu-
5 lis, *ſinè præiudicio alterius, & amotis quibuslibet illici-
tis detentoribus*, in literis appoſitis, ex quibus execu-
tor dicebatur mixtus, *Abb in cap. de cetero, num.* 8. *&
ibi Felin. num.* 9. *de ſent. & re iudic. Achill. decif* 6. *ſuper
regula de trienn. Seraph. decif.* 1471. *num.* 2. *cum latè de-
ductis coram me in d. Virdunen. Vicaria* 1. *Iunij* 1616. Et
ex eo, quòd non agebatur de ſimplici executione, ſed
etiam de erectione, & aſſignatione huius beneficij, *Ol-
drad. conſ.* 227. *num.* 1. *&* 2 *& in dicta Virdunen. Vi-
caria*.

Et ita fuit pro Laurentio informante reſolutum.

ANNOTATIO.

A Concordantes adduxi *ſupra ad decif* 263. *lit. B.*

B *Rot in Romana domorum* 20. *Maij* 1611. *coram R. P. D. Pirouano. & in Bononien cenſus* 29. *Nouembris* 1627. *coram R. P. D. Dunozetto iuniori, in Pampilonen. beneficij* 6. *Februarij* 1611. *coram bon mem Vbaldo ſeniori, & coram eodem in Vrbeuetana bonorum* 26. *Ianuarij* 1624.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Car-

Carpentoraten. Prioratus.

Veneris 27. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Prioratus an, & quando dicatur ſimplex, & ſinè adminiſtratione.

SVMMARIVM.

1 *Prioratus, qui non probatur eſſe Clauſtralis, aut Conuentualis, vel habere curam animarum, non habet adminiſtrationem, & dicitur Prioratus ſimplex, num. 5.*
2 *Prioratus Clauſtralis dicitur, qui habet ſubiectionem, aut obedientiam.*
3 *Prioratus Conuentualis non eſt collatiuus, ſed electiuus, & num. ſeq.*
6 *Teſtes de auditu licèt non probent, faciunt adminiculum, adeo, quòd transferunt onus probandi contrarium in partem aduerſam, num. 7. maximè quando eorum depoſitiones ſunt valdè veriſimiles.*

DECISIO CDXCII.

1 DOMINI dixerunt, non cōſtare, quòd Prioratus Sancti Donati, de quo agitur, habeat adminiſtrationem. Fundamentum fuit, quia non probatur, illum eſſe Clauſtralem, aut Conuentualem, vel curā habere animarum; imò quòd non ſit Clauſtralis, deducitur, quia nullam habet ſubiectionem, aut obedientiam, iuxta *clem. 2. vbi ſcrib. de reſcript.* nec Conuentualis, quia eſt collatiuus, & collatio ſpectat ad Epiſcopum Carpentoraten: ad præſentationem Prioris B. M. de Greſo, cui
2 iſte, & alij quatuor Prioratus fuerunt vniti, vt ex bul-
3 la Iulij III. *in ſummario Stephani num.* 1. & de collationibus conſtat in eiuſdem *ſummario dato* 8. *Nouembris*
4 *anni præteriti num.* 7. 8. & 9. Prioratus autem Conuentuales non ſunt collatiui, ſed electiui *d. clem. 2. de reſcript. vbi Imol. in 3. not. & Capr. conſ. 4. Sylua de benef. parte*
5 *2. quæſt.* 27. *num.* 45. & 46. Similiter non probatur, quòd habeat curam animarum, nec id prætendit Antonius ab Ordinario prouiſus; ideo ſequitur, quòd ſit Prioratus ſimplex, vt in his ferè terminis arguit *Feder. de Sen conſ. 32. col. 1. verſ. in contrarium. Iaſ. conſ. 77. num. 2. in fin & num. 5. circa med. verſ. quod autem, lib. 1.* & ſic quòd adminiſtratione careat. Coadiuuantur prædicta ex teſtibus datis *in dicto ſummario num* 3. quorum tertius, & quartus deponunt, quòd dd. Prioratus vniti, & præſertim iſte Sancti Donati, non habent aliquam
6 adminiſtrationem, nec curam animarum, qui licèt de
A auditu adminiculum præſtant, A maximè cum tertius deponat de auditu Lugduni ab vno ex dictis Prioribus, & eorum depoſitiones ſint valde veriſimiles, *Felin. in cap. tam literis num. 3. de teſtib. Alex. conſ. 77. num. 4. lib. 1. Mantic. deciſ. 39. num. 8. cum alijs adductis per Farinac. de teſtibus quæſt. 69. num. 36.*

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Licèt teſtes de auditu non probent, faciunt tamen præ-
7 ſumptionem, ob quam transfertur onus probandi contrarium in partem aduerſam, iux. doctrinam *Archid. in can. hoc videtur, 32. quæſt. 5.* quem ſequuti ſunt plures relati *à Farinac. hic alleg. quæſt. 69. de teſtib. num. 33. quibus addo Surd. idem tenentem deciſ. 145 num. 10 Adrian. Neguſant. quæſt. 298 num. 6. & tenuit Rot. apud Put. deciſ. 12. lib. 2. in nouis impreſſ. & in Poſnanien. decimarum 14. Ianuarij 1594. coram Gipſio relata per Beltramin. ad deciſ. 572. Gregor. XV. lit. A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Panormitana Archipreſbyteratus.

Veneris 27. Nouembris 1620.

ARGVMENTVM.

Vacatio beneficij ex quibus cenſeatur iuſtificata, & quæ probatio ſufficiat in valore obtentorum.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij per obitum extra Curiam iuſtificatur ex prouiſione aduerſarij venientis ex eadem vacatione.*
2 *Probatio ſemiplena, ſufficit pro iuſtifican. valore obtentorū.*
3 *Valor obtentorum probatur per teſtes de fama, et probatur quali quali probatione, num. 4.*
Et ſufficit dictum vnius teſtis, etiam de auditu num. 5.
Et probatio ſemiplena minor num. 6.
Debent tamen huiuſmodi probationes eſſe in ſuo genere concludentes num. 7.

DECISIO CDXCIII.

GRATIAM ſi neutri à Nicolao impetratam, quam eſſe quo ad non ius Iulij eius aduerſarij iuſtificatam, firmatū fuit in deciſionibus in hac cauſa factis, eſſe etiam in reliquis iuſtificatam, dixerunt DD. Vacatio enim per obitum Petri vltimi poſſeſſoris extra
1 Romanam Curiam iuſtificabatur ex prouiſione Iulij venientis ex eadem vacatione, *Aegid. deciſ. 268. Put. deciſ. 171. num. 1. lib. 3. & fuit dictum in Tridentina Monaſterij 17. Maij 1615. coram R. P. D. Manzanedo, quæ eſt 691. ſub num. 1. part. 2. in recent.* & in alijs paſſim. Lis, prima gratia, Sacerdotium, Doctoratus Theologalis, & origo Nicolai ex loco Archipreſbyteratus iuſtificabantur ex datis *in ſummario* 14. *Nouembris* 1616. qua die cenſerunt DD. gratiam eſſe etiam in iſtis iuſtificatam, dum dixerunt, quòd coadiuuaretur probatio valoris. Valor autem narratus per non exceſſum in ducatis 550. auri de Camera, vltra teſtes in dicta poſitione datos, videbatur iuſtificari ex alijs duobus nuper examinatis, ac in ſummario datis, deponentibus iuxta 18. & ſuper 3. de annuo valore ſcut. 1000. monetæ illarum partium, quæ dicunt diuidi inter Communitatem Beneficiatorum, & Archipreſbyteratum, eiuſque medietatem non excedere, deductis oneribus, ſcut. 500. & concludentibus de publica voce, & fama per verbum, *fuit & eſt*, & ſecundus etiam de certa ſcientia cum ratione, quia eſt naturalis loci, & practicus in dicta Eccleſia, ideoque videbantur facere pluſquam ſemiple-
2 nam, cum tamen ſemiplena ſufficiat, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 3. num. 7. de prob. Rota deciſ 293. num. 1. part. 1. diuerſ. & in Zamoren. beneficij 20. Iunij 1594. coram bon. mem.*
3 *Epiſc. Pacen.* & ſoli teſtes de fama ſufficiūt *Aegid. dec 674. Put. deciſ. 26. lib. 1. in nou. Seraph. deciſ. 962. n. 2. Rota d.*

 de-

deciſ. 293. *num.* 1. *& in Ciuitatis Caſtelli Parochialis* 2. *Iunij* 1614. *coram R. P. D. meo Dunozet*, *& quæ eſt* 613.
A *num.* 2. *part.* 1. *in recentior.* A, Quæ ſcuta 500. illarum partium conculeata, ſeu (vt dicitur) redacta ad ducatos de Camera non excedunt ducatos 350. expreſſos, cum ſcuta prædicta ſint valoris 12. tarenorum pro quolibet; ſicque ad conſtituen. ducatos de Camera 350. requiruntur ſcut. 528. monetæ prædictæ, vt ex atteſtatione data officialis, & retinentis libros, tàm in tabula Ciuitatis Panormitanæ, quàm in officio magiſtri ſecreti Regni Siciliæ, nec non etiam plurium mercatorum. Iuſtificatio demum dimiſſionis alterius beneficij obtenti non requirebatur, cum in gratia legatur clauſula, de illo dimitten. adepta tamen poſſeſſione Archipresbyteratus, de quo agitur.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Gregor XV. deciſ.* 78 *num* 4. *& fuit dictum in Illerden. Canonicatus* 4. *Decembris* 1623. *coram R P. D. Pirouano, & in Leodien Canonicatus Sanctæ Crucis* 19. *Ianuarij* 1628. *coram R. P. D. Dunozetto iuniori*, & Rota in hoc contentatur etiam quali quali probatione, *vt apud Gregor. d deciſ.* 78 *d num.* 4 *& deciſ.* 89. *num.* 6. *& deciſ* 490. *num* 2. *apud Caualer. deciſ* 517 *num.* 5 *in Placentina Canonicatus* 31 *Maij* 1602 *coram bon. mem. Card Pamphilio ſeniori, in Hydruntina Cappellania* 6. *Aprilis* 1615 *coram bon mem V baldo ſeniori*. *& coram eodem in Leodien.*
5 *Cappellania* 1. *Iulij* 1619. & quòd ſufficiat dictum vnius teſtis, *Caputaquen deciſ.* 173. *num* 7. *par.* 5. *Rot. deciſ.* 10. *num.* 4. *par.* 2 *recent.* Caualer *d. deciſ* 517. *num.* 5. etiã ſi ſit de auditu *Caualer deciſ* 33 *nu.* 3 & quòd ſufficiat pro-
6 batio minor ſemiplena, *hoc deciſ.* 572. *num.* 4. *part.* 1. *re-*
7 *cent. & in d Leodien Cappellania coram bon. mem. V baldo.* Debet tamen huiuſmodi probatio eſſe perfecta, & concludens, *Gregor XV. deciſ.* 13. *num.* 6. *& fuit dictum in Gerunden beneficij* 18. *Martij* 1615. *coram Andrea relata per Beltramin. in annot. ad deciſ.* 89. *Gregor. num.* 7.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Spoletana fideicommiſſi.

Mercurij 2. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario agenti contra habentem cauſam ab hærede grauato, quibus probatis detur immiſſio, & an retardetur exceptione detractionum legitimæ, & Trebellianicæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi purificatio quas probationes requirat, quando agitur pro immiſſione contra habentem cauſam ab hærede grauato.*

2 *Immiſſio in poſſeſſionem bonorum competit fideicommiſſarijs ex Saluiano contra habentem cauſam ab hærede grauato.*

3 *Bona fideicommiſſaria alienata ab hærede grauato non ſufficere ad legitimæ, & Trebellianicæ detractionem, cui competat onus probandi.*

4 *Fideicommiſſario datur immiſſio pro indiuiſo, non obſtante detractione legitimæ, & Trebellianicæ.*

5 *Obitus alicuius ſinè filijs probatur eo ipſo, quòd non conſtat, illos aliquando habuiſſe.*

DECISIO CDXCIV.

CONCEDENDAM eſſe dixerunt DD. immiſſionem Maſcis, vt infra, in poſſeſſionem bonorum quondam Gentilis, & per eum fideicommiſſo ſubiectorum. Nam quòd dictum fideicommiſſum fuerit purificatum per mortem ſinè filijs Antonij vnici filij maſculi dicti q. Gentilis ad fauorem filiorum, & deſcendentium Paterniani, & Paſqualis eiuſdem Gentilis ex fratre nepotum, iam fuit reſolutum per duas particulares deciſiones ſub diebus 22. Iunij 1618. & 29. Nouembris 1619. De morte autem dicti Gentilis teſtatoris, & Mariæ Angelæ eius vxoris vſufructuariæ relictæ, nec-
A non dicti Antonij ſinè filijs, A & quòd Rectores eſſent filij, & deſcendentes reſpectiuè dictorum Paterniani, & Paſqualis probatur *ex ſummario dato* 22. *Iunij* 1618. *nu.* 6. 7. 8. *&* 9. quæ nec etiam videbatur ex aduerſo controuerſa. Quòd autem bona, in quibus petitur immiſſio, fuerint per dictum Gentilem teſtatorem de tempore eius vitæ, & mortis tenta, & poſſeſſa, & quòd poſt eum deuenerint ad dictum Antonium eius filium, & hæredem, qui illa communiter, & pro indiuiſo, vſquequo vxorem duxit, & ad habitan. in Terra Trebij ſe contulit, & cum dictis Paterniano, & Paſquale eius fratribus patruelibus poſſedit, & poſt initam inter eos diuiſionem, partem ſibi obuentam vſque in diem obitus, probatur ex teſtibus *in dicto ſummario num.* 10. *&* 11. prout ſimiliter probatum fuit, Pompeium vti hæredem ex teſtamento dicti Antonij apprehendidiſſe, ac tenuiſſe, & poſſediſſe, hodieque tenere, & poſſidere dicta bona eidem Antonio in diuiſione obuenta, tanquam bona, & de bonis per dictum quondam Gentilem vt ſupra tentis, & poſſeſſis, per teſtes *dicto ſummario num.* 11. *&* 12.
1 Quæ probationes ſufficiunt, ex quo agitur contra dictũ Pompeium habentem cauſam à dicto Antonio hærede
B grauato, B *Natt. conſil.* 400. *num.* 7. *Roland. conſil.* 46. *num.* 10. *lib.* 3. *Cephal. conſil.* 386. *num.* 35. *Gabr conſil.* 44. *num.* 30. *lib.* 2. *& fuit dictum in Viterbien. fideicommiſſi* 8. *Martij* 1602. *coram Litta, & in Montis Faliſci fideicommiſſi* 12. *Maij* 1603. *coram R. P. D. Pamphilio,*
2 *& in alijs pluribus.* Ex quibus ſequitur, immiſſionem petitam competere fideicommiſſarijs ex Saluiano, *Gabriel. d. conſ.* 44. *num.* 2. *lib.* 2. *Card. Seraphin. deciſ* 828. *& fuit dictum in Romana de Comitibus* 13. *Maij* 1581. *coram. fel. recordat. Clemente Octauo, & alias ſæpè.* Verùm dicti fideicommiſſarij ex prædictis bonis excipiebant domos, de quibus *in dicto ſummario num.* 24. & agnoſcentes bonam fidem, dicebant, ſibi immiſſionem non competere, niſi ſolutis, & refectis melioramentis in eis factis, quæ de præſenti non habebant modum ſoluendi. Et quia dicto Pompeio reo conuento poteſt competere detractio legitimæ, & Trebellianicæ ex perſona dicti Antonij filij primi gradus, & quo ad Trebellianicam, DD. cenſuerunt, illam non eſſe prohibitam, & pro fi-
3 deicommiſſarijs allegabantur quamplures alienationes bonorum dicti Gentilis teſtatoris per Antonium factæ, quas prætendebant eſſe imputan. in legitimam, & Trebellianicam, de quibus deponunt teſtes *nu.* 13. & quòd ſaltem incumbebat onus Pompeio probandi, alienata non ſufficere, *Peregr. de fideicomm. artic.* 39. *num.* 14. & hanc opinionem pluries Rota tenuit, & præſertim vltimo loco *in Romana fideicommiſſi de Stephanellis* 24. *Aprilis* 1617. *coram R. P. D. meo Remboldo*, in qua aliæ ſunt

re-

relatæ. Nec videbatur DD. ſatis conſtare, an corpora alienata fuerint de bonis quondam Gentilis; ideo pro
4 nunc cenſuerunt, dandam eſſe immiſsionem pro indiuiſo pro ratis ad dictos de Maſcis ſpectantibus, perinde ac ſi dictæ alienationes non fuiſſent factæ, quam immiſſionem aliàs in ſimilibus terminis dedit, vt dictum fuit in illa *Foroliuien. fideicommiſſi* 16 *Iunij* 1614. *coram me*, in qua aliæ ſunt relatæ, & in illa *Ferrarien. de Taſſonis*
C *coram R. P. D. Pamphilio ſub die* 28. *Nouembris* 1618. C
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Adde quod ſubſtituter ſub cōditione, ſi inſtitutus deceſſerit
5 ſinè liberis, agens pro immiſſione nō tenetur aliquid probare, quia mors ſinè liberis de iure præſumitur, & remanet probata eo ipſo, quòd non conſtat, grauatum illos aliquando habuiſſe *Bart. in l. ex facto, ſ. ſi quis autem, & ibi Ang num.* 2. *ff ad Trebell. Alexand conſil.* 20. *num.* 12. *& conſil.* 39. *num.* 2. *lib.* 1. *Bellon. ſen. conſ.* 19. *num.* 3. *Capic deciſ* 159. *num.* 11. *Pariſ. conſ* 86. *num. vlt. lib.* 4. *Aldobrand. conſ.* 80 *num* 5. *lib.* 1. *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 182. *num.* 5. *cum alijs pluribus per Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 436. *num* 3. *Put. deciſ.* 43. *lib* 1. *in nou. Mantic deciſ.* 32. *num.* 1. *Rota in Bononien fideicommiſſi de Lutio* 27. *Ianuarij.* 1621. *coram Illuſtriſs. D. Card. Veroſpio, & in Romana fideicommiſſi* 20 *Decēb.* 1627. *coram R. P. D. Vbaldo ſeniori*, in quibus aliæ ſunt relatæ, in *Florentina fideicom. de Cambijs* 9. *Iunij* 1627. *corā R P D. Dunozetto iuniori, & coram eodem in Spoletana hereditatis* 25. *Iunij eiuſdem anni, Fuſar* tamen in hac materia plures caſus diſtinguit, qui apud eum videri poterunt d *quæſt* 436. *per tot.*
B *Adde Menoch conſ.* 282. *in fin & conſ* 704. *num.* 2. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 44. *num.* 4. *& Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 616. *nu.* 14. *& per tot. quæſt.* latè tradit, an, & quando fideicommiſſario ſufficiat probare poſſeſſionem teſtatoris, vel teneatur docere de dominio, *Rot. deciſ.* 237. *ſub num.* 1. *ad fin. part.* 1. *in recent. & in Romana fideicommiſſi* 4. *Maij* 1622. *coram bon. mem Vbaldo ſeniori.*
C Alias deciſiones concordantes adduxi *ſupra ad deciſ.* 63. *lit.* C.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Aquilegien. beneficij.

Veneris 4. Decembris 1620.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio, alio in ea non exiſtente, probatur per inſtrumentum, quod ſufficit ad effectum manutentionis.*

DECISIO CDXCV.

RECESSERVNT DD. à deciſis die 13. Nouembris præteriti, viſo publico inſtrumento captæ poſſeſſionis dictæ Capellæ, ſeu Altaris S. Mariæ Magdalenæ ſub die 9. Martij 1613. rogato per publicum Notarium, & literis legalitatis munito, mediāte immiſſio-
1 ne facta cum actis poſſeſſorijs per dictum Cancellarium de mandato Vicarij generalis Reuerendiſsimi Patriarchæ, quod inſtrumentum probat poſſeſſionem, alio in ea non exiſtente, *Put. deciſ.* 350. *num.* 4. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 202. *n.* 3. *part.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 525. *n.* 1. *par.* 2. *in recent.* & ſufficit ad effectum manutentionis, *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 5. *num.* 1. *de cauſ. poſſ. & propriet. Rot. deciſ.* 652. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.* & fuit pluries reſolutum.
Et ita deciſum ſolo Petro informante.

Ampurien. beneficij.

Veneris 4. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Gratia ex quibus cenſeatur iuſtificata.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij ex cauſa liberæ reſignationis factæ in manibus Pontificis, plenè probatur per aſſertionem eiuſdem Pontificis in literis Apoſtolicis prouiſionis.*
2 *Probatio quamuis leuis ſufficit pro iuſtifican. valore beneficij.*

DECISIO CDXCVI.

REſolutum fuit per DD. gratiam Apoſtolicam Io. Auguſtini de beneficio ſimplici ſub inuocatione S. Nicolai loci de Careſi eſſe iuſtificatam in omnibus narratis. Primò exiſtentia dicti beneficij ſimplicis in dicto loco probatur ex teſtibus datis *in ſummario num.* 3. Secundò illius vacatio ex cauſa liberæ reſignationis factæ in manibus Sanctiſſimi per Suzaonum, qui dictum beneficium obtinebat, probatur per aſſertionem eiuſdem Sanctiſſimi in literis
1 Apoſtolicis prouiſionis dicti Io. Auguſtini, quæ aſſertio plenè probat, *clem. literis, de prob. Creſc. deciſ.* 125. *alias* 3. *de renunc.* & ſæpè fuiſſe in Rota deciſum, & eſſe communem teſtatur *Pariſ. de reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 11. *num.*
A 1. 2. A, & vlteriùs adminiculatur ex teſtibus *dicto ſummario num.* 3. Tertiò, quòd dictus Io. Auguſtinus habeat Canonicatum, & præbendam in Eccleſia Cathedrali Ampurien. non excedentes annuum valorem ducatorum auri 40. probant duo teſtes *in dicto ſummario num.* 4. quorum vnus deponit, vidiſſe illos arrendare, quæ pro-
2 batio in hac materia quamuis leuis admitti ſolet à Rota, *Bellam. deciſ.* 683. *poſt princ. Rota deciſ.* 572. *num.* 4. *par.* 1. *in recent. cum alijs relatis per Modern. de benef. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 166. *& ſeqq.* Quartò, quòd habet penſionem annuam ſcut. 25. auri ad ipſius fauorem reſeruatam ſuper alijs fructibus Eccleſiaſticis, probant ſimiliter duo teſtes *in ſummario num.* 5. Quintò de annuo valore dicti beneficij duc. 160. auri de Camera per non exceſſum ſecundùm communem æſtimationem de tempore gratiæ, deponunt ijdem duo teſtes *in ſummario num.* 6. Sextò, & vltimò, Suzaonum reſignantem habere aliunde, ita vt commodè viuere valeat, probant pariter duo teſtes *in eodem ſummario num.* 7.
Et ita reſolutum dicto Io. Auguſtino tantùm informante.

ANNOTATIO.

A. Infra *deciſ.* 540. *num.* 13 *et deciſ.* 671. *num.* 1. & vtrobique Rota hanc deciſionem ſequuta eſt, quam etiam confirmauit 27. *Februarij* 1625. *coram R. P. D. Merlino.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ra.

Rauennaten. pecuniaria.

Mercurij 9. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Delegatio non inducitur ex acceptatione literarum cambij, abſque promiſſione ſolutionis, & ſtipulatione. Stylus, & conſuetudo, vt ſuffragentur, quomodo probari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Literarum cambij præſentatio, & acceptatio non liberat ſcribentem ab obligatione, & decoctio ſuccedens ante ſecutam ſolutionem cedit damno, & periculo ſcribentis, non autem illius, cui literæ ſunt conſignatæ.*

2 *Fides extraiudicialis nullum gradum facit probationis. Non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe.*

3 *Partita extracta ex libris mercatorum non probant, niſi tantum in præiudicium ſcribentium, non autem pro tertio contra tertium.*

4 *Cambij literarum acceptatio, & promiſsio differunt.*

5 *Nouatio abſque ſtipulatione non inducitur, & tanto minus delegatio, etiam inter mercatores, inter quos aliàs pactum nudum ſufficit.*

6 *Teſtis vnicus de confeſsione partis deponens, non probat.*

7 *Partita non adnotata in libris conſuetis non præſumitur vera.*

8 *Stylus vnius Ciuitatis in alia Ciuitate attendi non debet.*

9 *Stylus, & conſuetudo non probantur per teſtes affirmantes, talem eſſe ſtylum, ſeu conſuetudinem, & qualiter deponere debeant teſtes ad probandam conſuetudinem, num. 11.*

10 *Stylus, & conſuetudo, vt ſuffragentur, requiritur, quòd aliquando deſuper fuerit iudicatum.*

DECISIO CDXCVII.

IN decisione die prima Iulij præteriti, fuit firmatum, Zanchium, qui dedit literas cambij Ioannino in Ciuitate Rauennæ directas Rondinello Ferrariæ commoranti, quę fuerunt per eum acceptatæ, non tamen ſolutæ, non fuiſſe liberatũ à Ioannino creditore ſummæ mutuatæ; & ideo ſententiã de partibus eſſe ex capite iniuſtitiæ infirman. in qua reſolutione perſtiterunt hodie DD. informante etiam parte dicti Zanchi. Nàm fundamentum deciſionis eſt ſolidiſsimum, quòd per prę-
1 ſentationem, & acceptationem literarum non liberatur
ſcribens ab obligatione, & decoctio ſuccedens ante ſecutam ſolutionem cedit damno, & periculo ſcribentis. non illius, cui literæ ſunt conſignatæ *ex alleg. in deciſ.* & concluſio non impugnatur ex aduerſo, ſed opponitur: Primò de delegatione, videlicet, ex literis, vel nouatione. Secundò de ſtylo, ſeu conſuetudine mercatorum in contrarium. Tertiò de mora, & negligentia Ioannini in exigen. à Rondinello, quæ non debet præiudicare Zancho. Quo ad primum prætendebatur delegatio ex eo, quòd Rondinellus eſſet debitor Zanchi ex cauſa diuerſarum, & notabilium quantitatum grani, & aliorum bladorum ſibi tranſmiſſorum ex Ciuitate Rauennæ ad Ciuitatem Ferrariæ, & quòd idem Rondinellus vti debitor promiſerit Ioannino: & ita inducta fuerit delegatio, vel ſaltem nouatio, quæ ſufficiat ad liberationem Zanchi. Verùm viſum fuit DD. hoc non ſubſiſtere; nam fides Officialium, Paſſaportuum (vt dicunt) expeditorum per Poteſtatem loci Arriani, de grano, & bladis tranſmiſsis per dictum Zanchum Rondinello, *vt*
2 *in eius ſummario num.* 1. vltra quod eſt extraiudicialis,
& nullum gradum probationis facit: ex alio non releuat, quia non conſtat, quòd dicta grana, & blada, pro quibus fuerũt expediti paſſaportus, peruenerint ad Rõdinellum: & non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. Partitæ verò, & rationes annotatæ ſuper quodam libro, vt dicitur, *la Vacchetta* ditti Rondinelli, *in ſummario num.* 2. ſunt extractæ parte non citata, & fidem non merentur contra Ioanninum, quicquid ſit inter Zan-
3 chum, & Rondinellum, cum probent tantùm in præiu-
dicium ſcribentis, non autem pro tertio contra tertium *Iaſ. in l. admonendi, num.* 133. *ff de iureiur. Seraph. deciſ.* 206. *num.* 4. *& fuit ſæpè deciſum.* Sed quatenus fidem facerent, ex eiſdem partitis, calculatis ſummis datorum, & receptorum, videtur conſtare, Zanchum de tempore directarum literarum Rondinello, vt ſolueret Ioannino, non fuiſſe creditorem in aliqua, vel leuiſſima ſumma, *vt in eiuſdem ſummario num.* 2. Imò non ſufficeret, Rondinellum fuiſſe debitorem Zanchi, niſi etiam promiſiſſet vti debitor, vt firmatum fuit in deciſione, quorum neutrum hic interueoit, cum nullo modo promiſerit, ſed ſolùm literas acceptauerit, ſinè
4 aliqua promiſſione: & longè differunt acceptatio, &
promiſsio, vt in his terminis latè tradit *Gabr. conſ.* 155. *num.* 23. *&* 24. *lib.* 1. Et vlteriùs neceſſaria erat ſtipu-
5 latio, ſinè qua non inducitur nouatio, tantoque minus
delegatio etiã inter mercatores, inter quos aliàs pactũ nudum ſufficit *Gabr. d. conſ.* 155. *num.* 13. *&* 14 *Honded. conſ.* 40. *num.* 43. *&* 44. *l.* 2. *Modern de camb. tit.* 2. *gloſ.* 5. *num.* 281. Minùs poteſt dici inducta nouatio ex prætenſa conuerſione dicti crediti in cambium: nam illa
6 non probatur; teſtis enim, qui deponit de confeſsione
eiuſdem Ioannini, eſt vnicus, & non probat *ex vulg.* & in ſpecie de confeſſione *Gabr. conſ.* 40. *nu* 13. *lib.* 2. *Caſ. de Graſſ deciſ.* 4. *num.* 4. *de ſent. & re iud. Rot. deciſ.* 336. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* Nec viſum fuit DD. poſſe deſeruire pro ſufficientibus adminiculis depoſitiones aliorum teſtium, quia deponunt de auditu auditus ab eodem primo teſte, ſtante præſertim contraria præſum-
7 ptione, cum literæ cambij (vt ſupponitur) remanſerint
in manibus Ioannini, quæ veriſimiliter, ſi creditum conuerſum fuiſſet in cambium, fuiſſent traditæ Rondinello, & ad fauorem Ioannini creata partita dicti cambij, maximè cum eſſet magnæ quantitatis, vt in ſimili arguit *Bart. in l. titia teſtores in ſecũdo notab. de leg.* 1. *Alex. conſ.* 56. *in princ. lib.* 4. *Dec. conſ.* 496. *num.* 8. & in his terminis *Seraph. deciſ.* 206. *num.* 6. Ad ſecundum, de prætenſo ſtylo, & conſuetudine mercatorum reſponſum fuit, illum non probari ex teſtibus datis *in ſummario Zanchi num.* 15. Nam examinati Venetijs, Bononiæ, &
8 Ancona, ſe reſtringunt ad ſtylum dd. Ciuitatum. Ideo cũ
ſolutio dd. literarum eſſet facien. Ferrariæ, non ſunt attenden *Surd. deciſ.* 131. *nu.* 9. *Seraph. deciſ.* 1159. *num.* 5.
A *Rot. dec* 504. *num.* 7. *part.* 1. *in recent.* A, Quoad exa-
minatos Ferrariæ, ſecundus deponit de proprio iudició, & ſic non probat. Alij verò potiùs videntur iudicare, quàm deponere, dum affirmatiuè dicunt, talem eſſe mo-
9 rem, & ſtylum, & ita obſeruari, per quæ verba non
videtur probari ſtylus, ſicut non probatur conſuetudo, *Alex. conſ.* 45. *num.* 1. *&* 131. *num.* 9. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 402. *num.* 14. *Corn. conſ.* 293. *num.* 24. *lib.* 1. *Curt. Iun. conſ.* 184. *num.* 10. *Aym. conſ.* 134. *num.* 6. *Decian. re-*
B *ſpon.* 51. *num.* 10. *& ſeq. lib.* 2. B, Et licèt duo depo-
nant de obſeruantia 25. vel 30. annorũ, tamen nullus ex
10 eis dicat, ita aliquando in iudicio fuiſſe iudicatum, vt re-
qui-

quiritur ſecundùm *Anchar. conſ.* 178. *num.* 7. *Alex. conſ.* 132. *num.* 4. *lib* 1. *Dec. conſ.* 215. *num.* 2. *verſ.* 3. *quia*, quod non ſolùm procedit in proban. conſuetudine, ſed etiam in ſtylo, *Caſſad. deciſ.* 3. *num.* 5. *de conceſſ. praben.* vbi quòd non eſt de eo curandũ, niſi aliquando deſuper fuerit iudicatum, *Mantic. deciſ.* 357. *num.* 3. *verſ. praterea*. Ad tertium de prætenſa mora, & negligentia Ioannini in exigendo placuit reſponſio aliàs data, videlicet non adfuiſſe moram conſiderabilem, & quatenus interueniſſet, illi nocere non potuiſſe, cum ex ſupradictis non fuerit facta nouatio.

Et ita &c.

ANNOTATIO.

A Sequitur Rota in *Tullen. coadiutoria* 10. *Martij* 1623. *coram R. P. D Nauarro*.

B Teſtes ad probandam conſuetudinem de tribus copulatiuè deponere debent; nempè de viſu actus, cuius conſuetudo allegatur de eiuſdem actus frequentia, & de temporis diuturnitate; ex quibus elicitur tacitus conſenſus totius, vel maioris partis populi, qui eſt cauſa mediata conſuetudinis, vt tradunt *Aretin in § ex non ſcripto ſub num.* 20. *verſ quaro an teſtis Inſtit. de iur. natural. Alexan conſ.* 831. *num.* 9. *lib.* 2 *Dec conſ* 483 *num* 25 27 & 29. *Curt. iun. conſil.* 184 *num.* 10. *Maſcard. de probat concluſ.* 424. *num.* 1. & *per tot. Cardinal Tauſler. deciſ.* 125. *num.* 8. *Lot deciſ.* 497 *num* 1 *part.* 2. *recent latè Mareſcott. variar. reſolut. lib* 2. *cap.* 100 *num.* 1. Et quæ nam requirantur, vt conſuetudo cenſeatur plenè, & concludenter probata, plenè tradunt *Menoch. conſ.* 187 *num.* 57. *Maſcard. d. concluſ* 424. & *Mareſcott. d. cap.* 100. *per tot.* & *dixi ſupra deciſ.* 2.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana dotis.

Veneris 11. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Pater non tenetur dotare filiam minorem 25. annis, quæ, ipſo inuito, nupſit indigno: maximè quando maritus habet tantum in bonis, quòd onera matrimonij ſuſtinere poſſit. Stuprator an teneatur ducere ſtupratã ſinè dote.

SVMMARIVM.

1 *Pater non tenetur dotare filiam minorem* 25. *annis, qua ſinè eius conſenſu nupſit indigno.*
2 *Indignus cui nubat adoleſcentula honeſtis parentibus, ex legitimo matrimonio nata, reputatur fungens officio famuli pedeſtris, licet ſit oriundus ex familia nobili.*
3 *Fides, qua eſt ſimplex ſcriptura priuata, extraiudicialis, & ſinè iuramento. nullum gradum facit probationis.*
4 *Teſtis de auditu fidem non meretur.*
5 *Teſtibus ſibimetipſis contrarijs non eſt credendum.*
6 *Dos ſi non debet dari iuxta patrimonij quantitatem, mulieriſque familia nobilitatem, an ſaltem dari debeat iuxta qualitatem mariti, cui nupſit, & quando, & num. ſeq.*
8 *Stuprator an teneatur ducere puellam ſtupratam ſinè dote, etiam ſi pater matrimonio conſentiat.*
9 *Stuprata ſemper ſeducta praſumitur.*

DECISIO CDXCVIII.

CENSVERVNT DD. patrem non teneri dotare filiam ex duobus. Pri-
1 mo, quia longè ante 25. annum ſinè eius conſenſu nupſit indigno, *gloſ. in cap. de raptoribus, verb. excuſata* 36. *quaſt.* 1. *vbi Archid. num.* 4. 10. *Andr. in cap. accedens num.* 11. *Card num.* 3. *in fin. Butr. num.* 16. *verſ.* & *dicunt de procur. Bal. in l. ſi pater, ſub num.* 3. *in fin. C. de ſponſ. in lect. antiq. Rip. in l.* 1. *num.* 59. *ff ſol matr. Couar. de ſponſ part.* 2. *cap.* 3. § 8. *num.* 7. *in fin.* & 8. & hanc eſſe communem opinionem, etiam de iure Canonico, *Rum. conſil.* 131. *num.* 5. & 6. *lib.* 4. *Pariſ conſ.* 29. *num.* 65. & 60. *lib.* 3. vbi de magis commum, & in iudican. & conſulen. ſequen. *Veſq in repetit l. quoniam in prioribus, num.* 636. *C. de inoff. teſtam.* qui de communi, & vera, *Surd. de alim. quaſt.* 6. *num* 17. latiſsimè, & de veriori, *Barboſ. in l.* 1. *ff. ſol matr part.* 4. *num* 39. & 40. *Cald recept. ſent. lib.* 1 *quaſt.* 18. *num.* 7. *cum alijs adductis per Paſcal. de*
A *iur patr. poteſt part.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. A, Indignitas
2 vero negari non poteſt, cum adoleſcentula ſit honeſtis parentibus ex legitimo matrimonio nata, & filia Ciuis Romani; iuuenis autem, cum quo contraxit, de tempore matrimonij erat famulus pedeſter, & ideò quicquid
B ſit de nobilitate eius familiæ, dicitur indignus B, *Bart. in l. ſi rogatus, ff. de manum. vind.* & *in l.* 3. *vbiq; num.* 1. *C. de nupt. Alex. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur, num.* 6. *ff. ſol. matr. Pariſ. d. conſ* 136. *num.* 10. *in fin. Menoch. conſ.* 225. *num.* 35. *lib.* 3. & *praſ.* 189. *num.* 85. *verſ.* & *propterea lib.* 4. Non obſtat quod dicitur, patrem huiuſmodi matrimonio cõſenſiſſe, vt ex fide data, & per teſtes *in ſummario filia num.* 4. Nam fides, cum
3 ſit ſimplex ſcriptura priuata extraiudicialis, & ſinè iuramento, nullum gradum probationis facit, *Seraph. deciſ.* 1180. *num* 1. *et* 1413. *num.* 3. *cum alijs cumulatis in Romana cenſus* 13. *Ianuarij prateriti coram me*. Tertius verò teſtis dum iuxta quartum deponit de verbis prolatis à patre, *che voleua la pigliaſſe per moglie, e la menaſſe fuor di Roma*, eſt vnicus, & ſingularis. Septimus iuxta 15. non deponit, niſi de relatione Curati verborum
4 per patrem prolatorum, cui ſimiliter tanquam de auditu nihil eſt deferen. *cap. licèt, de teſtib.* & vlteriùs ſunt ſibimetipſis contrarij, dum dictus tertius iuxta 15. deponit, Galeottum, & Victoriam carceratos ob di*num ſtuprũ fuiſſe excarceratos, viſa fide matrimonij. Iſte verò ſeptimus iuxta 15. dicit, tractatum fuiſſe de matrimonio inter ipſos contrahen. poſtquam fuerunt excarcerati,
5 ideò neutri eſt creden. *Butr. in cap. noſtra, num.* 5. *Abb. num.* 3. *de teſtibus, cum alijs per Farinac. de teſtib. quaſt.* 65. *num.* 2. Et nihilominus quatenus conſenſus patris probaretur, non releuaret pro conſequen. dote, cum dictus iuuenis defloraucrit filiam in domo paterna, vt infra dicetur. Secundò non obſtat, quòd aliqualis dos dari debeat, & ſi non iuxta quantitatem patrimonij, &
6 nobilitatem familiæ patris, ſaltem iuxta qualitatem mariti, cui nupſit, *Imol in cap. accedens, num.* 8. *de procur. Molin. de primog lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 8. *Sanchez de matr. lib.* 4. *diſp.* 26. *num.* 14. *cum alijs alleg. per informantes, et fuit dictum in Romana dotis* 15. *Iunij prateriti coram R. P. D. Pirouano*. Quia id procederet, quando
7 maritus eſſet pauper, & alimenta præſtare, ac onera matrimonij ſubſtinere non poſſet, vt in caſu dictæ deciſionis, & ita ſunt intelligen. Doctores ex aduerſo allegati, vt benè declarat *Sanchez vbi ſupra num.* 19. Vndè in hoc caſu nulla dos dari debet à patre, cum maritus non ſit pauper, ſed in patria ſua poſſideat bona, & habeat

beat

beat redditus pro alimentis pro tota familia neceſſarijs,
vt deponunt teſtes pro eius parte examinati *in eius ſum-*
mario num. 3. Tertiò principaliter moti ſunt DD. quia
8 cum dicta puella fuerit à dicto iuuene noctis tempore
in domo paterna defiorata, ipſe tenebatur eam ducere,
cap. 1. *et* 2. *de adult.* & ibi not. omnes. Et quamuis con-
trouerſum ſit, an ſtuprator teneatur copulatiuè ducere,
C & dotare C, tamen in propoſito ſufficit, quòd quando
eligit illam ducere, teneatur ducere indotatam, vt ſup-
ponunt *in dicto cap.* 1. *et* 2. *Scrib.* etiam ſi pater conſentiat
matrimonio, & præcipuè *Abb. in dicto cap.* 1. *num.* 3.
et Theſaur. deciſ. 3. *num.* 3. Neque dicatur, quòd diſpo-
ſitio *d. cap.* 2. non procedit in virgine, quæ volens ſtu-
9 prata fuit; quia in dubio præſumitur ſeducta, vt not.
ibi *Io. de Anan. poſt princ. Petr. de Anchar. num.* 1. *Abb.*
num. 2. *Socc. in* 1 *not. verſ. contrarium*, vbi quòd ſem-
per præſumitur ſeducta, & quòd ita tenent *Doct. latè*
D *Farinac. de delict. car. quæſt.* 147. *num.* 54. D.
Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit, dotem
non deberi, reſeruato, vt de alijs videatur.

ANNOTATIO.

A Vide *Fontanell. de pact. nuptial. clauſul.* 4 *gloſſ.* 2 *num.* 28. *& ſeq. & clauſul.* 5. *gloſſ.* 1. *part.* 1. *à num* 82. materiam late proſequitur.

B Indignus quis dicatur in hac materia latè tradit *Fontanell. d. clauſul.* 5. *gloſſ* 1. *part.* 1, *à num.* 91.

C De quo vide *Fontanell. d. clauſul.* 5. *part* 1. *per tot.*

D *Rot deciſ.* 74. *num* 6. *poſt* 1. *vol. conſil Farinac* vbi quòd tàm virginitas, quàm ſeductio præſumantur *Fontanell. d. clauſ.* 5. *gloſſ.* 5. *part.* 1. *num.* 55. *&* 56.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Hildeſmen. Canonicatus.

Veneris 11. Decembris 1620.

Argumentum habes ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus per aſſecutionem alterius beneficij incompatibilis cenſetur renunciaſſe primo, quod obtinebat, & liti, quam ſuper eo habebat.*

DECISIO CDIC.

RESPONDERVNT DD. collationem factam ad fauorem Ioannis à Sereniſſimo D. Electore, qui eſt etiam Ordinarius Hildeſmen. de Canonicatu controuerſo ſubſtineri. Non enim fuit dubitatum de facultatibus dicti Ordinarij conferen. beneficia vacan. etiam in menſibus reſeruatis vigore ſpecialis indulti, *de quo in ſummario dicti Ioannis num.* 4. Non obſtat, quòd dictum indultum expreſſe excipiat beneficia litigioſa, & quòd Canonicatus controuerſus eſſet talis, cum ſuper illo per Ioannem Cappelli, qui reſignauit ad fauorem Federici, fuerit mota lis vſque de anno 1598. vigore prouiſionum Apoſtolicarum directarum primò officiali Hildeſmen. & ſucceſſiuè officiali Monaſterien. *vt in ſummario Federici num.* 1. quę deinde fuit ad inſtantiam dicti Cappelli cõmiſſa in Rota corã Reuerendiſſimo Attrebaten. citatione, & inhibitione Rotali exequuta contra Theodorum, qui antea (vt dicitur) reſignauerat Iodoco eius fratri. Nam pro reſponſione dictum fuit, huiuſmodi litem fuiſſe extinctam, quia cum dictus Cappelli fuerit prouiſus à Nuntio Apoſtolico de alio Canonicatu in Eccleſia Minden. poſſeſſione etiam ſubſecuta, vt ipſe fatetur in literis nouæ prouiſionis eiuſdem Canonicatus Minden. obtentæ à fel. rec. Clem. VIII. *vt in ſummario Ioannis num.* 3. nulla facta mentione iuris, quod habebat, aut prætendebat habere ſuper Canonicatu, de quo nunc agitur: ſequitur in neceſſarium antecedens, quòd per aſſecutionem alterius incompatibilis cenſeatur renunciaſſe primo, & liti,
A quam ſuper eo habebat A, *gloſſ in Clem. gratiæ, verb. renunciare, de reſcr. vbi Imol. num.* 13. *Innoc. in cap. noſtra, num.* 2. *&* 3. *verſ. recepti, eodem tit. & fuit deciſum in Salamantina dimidia portionis* 11. *Decembris* 1585. *coram Orano, & Calaguritana beneficij* 30. *Ianuarij* 1606. *coram Reuerendiſſimo Lugdunen.*
Et ita fuit reſolutum vtraque parte informante.

A Dixi ſupra *deciſ.* 407. *lit.* C.

Romana electionis puellæ.

Lunæ 14. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Dotes relictæ puellis maritandis per aliquam Societatem quomodo ſolui debeãt; & an cautio de illis reſtituendis præſtanda ſit ad fauorem Societatis, vel hæredis; & an prædictæ dotes in caſu caducationis, vel reſtitutionis erogari debeant in maritandis alijs puellis.

SVMMARIVM.

1 *Cedula bancharia habet vim ſolutionis, & quando procedat, latè ſub num.* 6.

2 *Dos conſtituta, & promiſſa eſt propriè dos, licèt illius numeratio differatur in diem.*

3 *Dotem reſtituere promittens iuxta formam ſtatuti, ſi ſtatutum non adeſt, intelligitur ſecundùm conſuetudinem.*

4 *Cautio de reſtituen. dote debet præſtari ad fauorem intereſſe habentis.*

5 *Dotes relictæ pro maritan. puellis, in caſu mortis ante nuptias, vel reſtitutionis an ſint erogan. in dotan. alijs puellis.*

DECISIO D.

IN hac cauſa die ſecunda Decembris præteriti fuerat reſolutum. Primò dotes per Cæſarẽ annuatim relictas tribus puellis ſoluen. eſſe Ven. Archiconfraternitati Sanctiſſimi Corporis Chriſti Baſilicæ Sancti Petri, ſeu illius officialibus. Secundò dictas ſolutiones facien. eſſe in feſtiuitate eiuſdem Sanctiſſimi Corporis. Tertiò cautionem pro dd. dotibus reſtituen. in caſibus contingen. eſſe præſtan. ad fauorem dictæ Archiconfraternitatis. Cauſa hodie ad inſtantiam hæredis dicti Cæſaris repropoſita DD. ſuper quolibet capite reſoluto exiſtimarunt, vt infra. Quo ad primum dictas dotes pro tribus puellis quotannis in perpetuum ſolui debere per hæredem ad requiſitionem officialium dictæ Archiconfraternitatis, conſignando illis cedulam ban-

Digitized by Google

banchariam per ipſum hæredem nunc oblatam, periculo tamen ſuo de ſoluen. dictas dotes tempore nuptus cuiuſlibet dd. puellarũ, videlicet ſcuta 40. monetæ Romanæ, & quòd cedulæ bancharıæ cõſignari debeant dd. officialibus, per eos tradendæ puellis in die proceſſionis fieri ſolitæ, in qua ipſæ incedunt cum veſte ſimiliter ſolita, & quæ puellæ pecunias paratas ſubſequentibus nuptijs illicò conſequi valeant; quam cedulam bancha-
1 riam dixerunt DD. habere vim ſolutionis per hæredem facien. *iuxta deciſ. Put.* 159. *lib.* 1. *Mantic. deciſ.* 85.
A *num.* 3. A, per quam cedulæ conſignationem, dixerunt DD. ceſſare periculum damni, quod potuiſſet ſubſtinere Archiconfraternitas promittendo, & ſoluendo dotes de proprio, & alias cautiones in dicta deciſione conſideratas. Quo ad ſecundum DD. perſtiterunt in deciſis, dotarionem facien. eſſe in dicta feſtiuitate Sanctiſſimi Corporis Chriſti: imò ante eam tempore congruo, & opportuno cedulam banchariam eſſe tradendam officialibus, vt poſſint deinde conſignari puel-
2 lis proceſſionaliter incedere debentibus: cum verba teſtamenti ſint clariſſima, quòd puellæ ſint dotandæ in dicta feſtiuitate, & dotatæ dicantur mediante dotis conſtitutione, & promiſſione, licèt illius numeratio differatur in diem nuptiarum, vt firmatum fuit in alia deciſione in primo capite. Circa tertium, in quo vertebatur maior difficultas DD. etiam hodie placuit, cautionem de dotibus reſtituen. præſtandam eſſe ad fauorem Archiconfraternitatis; quia cum teſtator nihil de huiuſmodi dotium reuerſione diſpoſuerit, ampliùs ad hæredem, ſeu hæreditatem reuerti non poſſunt, ſed habet locum diſpoſitio, *l. vnic.* ꝟ. *accedit*, *C. de rei vxor. act.* imò cum idem teſtator eſſet vnus ex confratribus, & ordinauerit, dotes ſoluen. eſſe iuxta ſtatuta Societatis, & ordinationes officialium; dicta vero Societas non habeat ſtatuta particularia, ſed ex conſuetudine eiuſdem, & aliarum Archiconfraternitatum dotes ſoluantur, cum cautione de ipſis reſtituen. in caſibus contingentibus, videtur ſe voluiſſe referre ad dictam conſuetudinem, & cum illa ſe conformare: ſicut promittens
3 reſtituere dotẽ iux. formam ſtatuti, ſi ſtatutum nõ adeſt, intelligitur ſecundùm conſuetudinem *Bald. in l.* 2. *num.* 1. *in fine*, *C. de bon. quæ lib. Rom. in l. poſt dotem*, *num.* 40. *verſ. quintò dubitatur*, *ff. ſolut. matr. Alex. conſ.* 119. *num.* 9. *in fine lib.* 6. *Baldaſ. Card. inter conſ. vlt. vol. lib.* 2. *conſ.* 79. *num.* 96. *Albert. Brun. de ſtat. excl. fœm. art.* 5. *num.* 62. *cum alijs per Rolan. de lucr. dot. quæſt.* 52. *num.* 1. Ideoque cautio eſt præſtan. ad fauorem Archiconfraternitatis, non autem hæredis, qui nullum habet
4 intereſſe, *l. fin. ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid. Bart. in l. non cogen.* ꝟ. 1. *in ſummario*, *ff. de procur. Ang. conſ.* 91. *num.* 3. Dotes autem prædictas tàm ante nuptias quomodocunque caducan. quam poſt matrimoniũ reſtituẽdas, arbitrati sũt DD. erogãdas eſſe in dotandis alijs puellis, moti, quando caducantur, ex veriſimili mente teſtatoris, qui non habuit conſiderationem ad ali-
5 quam perſonam particularem, ſed ad cauſam piam pro animæ ſalute, *Bart. in l. pater filium*, ꝟ. *Tuſculanus num.* 1. *ff. de leg.* 3. *Abb. in cap. nos quidem*, *num.* 14. *in fin. Imol. num.* 20. *Io. de Anan. num.* 15. *de teſtam. Pet. de Anchar. in clem.* 2. *num.* 3. *de relig. domib. Bald. Nouell. de dote part.* 6. *priu.* 77. *Tiraq. de pia cauſa priu.* 38.
B *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 24. B, Quando verò ſunt reſtituendæ, ex ſtylo, & conſuetudine (vt ſupponitur) aliarum Archiconfraternitatum, & præcipuè Sanctiſſimæ Annunciatæ, quam circa huiuſmodi dotes dicta Societas Sacratiſſimi Corporis Chriſti imitatur, vt ex eiuſdem Officialium atteſtatione, & ex patentibus, quæ dantur puellis, omnino ſimilibus. Et ita fuit vtraque parte informante reſolutum.

ANNOTATIO.

A Cedula bancharia habet vim ſolutionis in pecunia nume-
5 rata, & ſi pecunia poſtea ſoluatur ab argentario, dicitur vera, & realis ſolutio, *Gratian. diſcept. forenſ cap.* 387. *num. vlt Cinc. qui plures Rota deciſiones refert de cenſibus part.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 7. *num.* 14. *Rota deciſ.* 536. *num.* 3. *part.* 1. *recentior. latè Bellon. Iun conſil.* 92. *num.* 6. *& ſequentib. & num.* 17. Et ideo licèt in contractu cenſus ex conſtitutione Pij V. ſolutio in pecunia numerata requiratur pro forma, tamen ſufficit cedula bancharia, *Gratian. & Cinc loco cit Bellon iun. d conſ* 92. *num.* 13. *Rota apud eund Cinc. deciſ.* 103. *num.* 7. *&* 8. *& deciſ.* 281. vbi quòd emptor cenſus per traditionem cedulæ bancharię cenſetur ſatisfeciſſe venditori de pretio; ſicut etiam ſufficit ad extinctionem cenſus. & ad effectum impediendi curſum vſurarum, & fructuum eiuſdem cenſus, *Rot. poſt d. tract Cinc deciſ* 131. *num.* 1. *&* 2. *& deciſ.* 132. *num.* 1. & ad effectum impediendi curſum fructuum recompenſatiuorum *Greg XV. deciſ.* 347. *num.* 8 & ad retardandam executionem obligationis Cameralis, *Zacch. ad Galleſ. de oblig. Cameral quæſt.* 17. *num.* 31. *&* 32.

Verùm prædicta habent locum, quando per talem traditionem, & acceptationem cedulæ bancharię inducitur nouatio, vel per modum delegationis, vel per viam extinctionis debiti, vt quando creditor recipit cedulam in ſolutum, caſſando inſtrumentum debiti, & faciendo ſe deſcribi creditorem in libro campſoris, qui confecit cedulam; ſecus verò quando cedula continet promiſſionem tantummodo ſoluendi, tunc enim eius conſignatio potiùs dicitur acceſſoria obligatio pro maiori ſecuritate, quam pro ſolutione, ita declarauit *Rota apud Cardinal. Seraph. deciſ* 1419. *num.* 2. *& ſeq. & deciſ.* 244. *num* 7. *&* 8 *par.* 4. *diuerſ in Romana domorum* 1. *Decembris* 1616. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Pamphilio iuniori. in Romana pecuniaria* 15. *Iunij* 1620. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio. in Interamnen cenſuum* 27. *Ianuarij* 1623. *coram R. P. D. Pirouano, & in Romana pretij vaccarum* 28. *Iunij* 1623. *coram R. P. D. Nauarro.*
B Sequuta eſt *Rota in Romana electionis puellarum* 27. *Nouembris* 1624. *coram R. P. D. Pirouano*, licèt contrarium procedere dictum fuerit in eo caſu ob particulares Societatis conſtitutiones.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Colonien. ſponſalium.

Lunæ 14. Decembris 1620.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium reprobatio cũ ſit de ſui natura odioſa, ſine magna cauſa cognitione dilationes ad reproban. dari non debent, dantur tamen à Iudice habente facultatem etiam conceſſa remiſſoria alteri tantùm, num.* 3.
2 *Terminus in remiſſorialibus currit à die, qua conſignantur literæ portitori.*

DECISIO DI.

PRÆSENTATIS in Rota pro parte
Cornelij literis reſponſalibus Iudicis
de partibus, cum examine teſtium clau-
ſis, & ſigillatis, procurator Eliſabethæ
ſe oppoſuit illarum aperitioni, petendo
nouum terminum ad reproban. non ob-
ſtante lapſu primi in literis remiſſorialibus in forma
præfixi; & dato dubio, an dictus terminus eſſet de no-
1 uo concedendus, DD. negatiuè reſponderunt. Nam re-
A probatio teſtium eſt ſui natura odioſa, A vt per *text.*
in cap. licèt dilectus, de teſtibus, notant ibi Innoc. in fin.
Oſt. num. 1. *Butr. nu.* 3. *Aret. num.* 8. *Card. & Abb. num.*
1. *in fin. Marant. in ſpecul. par.* 6. *in tertio actu num.*
21. & ideo dilationes ad reproban. ſinè magna cauſæ
cognitione dari non debent, vt poſt prædictos *trad.*
Grauat. ad Veſtr. in prax. lib. 5. *cap. vlt. num.* 33. Vnde
cum non ſolùm nō fuerit probata, ſed nec etiam allega-
ta aliqua vrgens, & rationabilis cauſa, propter quam
ſit conceden. dictus terminus, & materia ſit odioſa, vt
ſupra dictum eſt, nū venit concedendus. Neque dubita-
runt DD. de lapſu termini reprobatorij dati in remiſſo-
rialibus, cum remiſſoria fuerit conceſſa Cornelio cum
termino quatuor menſium ad proban. & aliorum duo-
rum Eliſabethæ ad reproban. à die lapſus primi termini,
2 qui cum inceperit 24. Auguſti anni præteriti, qua die
fuerunt conſignatæ literæ portitori, *Rota deciſ.* 668. *nu-*
mero 7. *par.* 3. *lib.* 3. *& fuit dictum in Pampilonen. emo-*
lumentorum 30. *Octobris* 1585. *coram Oriolen. & in Legio-*
nen. iuriſdictionis 19. *Martij* 1590. *coram bon. mem. Car-*
dinali Pāphilio, in Oueten iuriſdictionis vltima Maij 1596.
coram Litta Boccac. de liter. remiſſ. cap. 7. *num.* 10. *relat. per*
Farinac. de teſtib quæſt. 77 *num.* 37. Literæ autem
reſpōſales expeditæ fuerunt ſub datum 13. Martij huius
anni, clarè patet, lapſum fuiſſe non ſolùm terminum pro-
bationum, ſed etiam datū ad reproban. ſicut fuit etiam
firmatum in relationibus cauſarum, & tunc de ordine
DD. datum dictum dubium.

Et ita fuit reſolutum dicto Cornelio tantùm informante.

ANNOTATIO.

A *Oldr. conſ* 311. *n.* 8. *Rota coram Greg. XV. deciſ* 414. *n.* 10.
3 *& infra deciſ.* 881. dari tamen ſolet terminus ad reproban.
teſtes coram Iudice remiſſoriæ, *Vitalin. in clem. ſæpè, §.*
verùm quia, num. 15 *de verb. ſignif.* vbi quòd hoc pro-
cedit, etiam ſi remiſſoria detur vni tantùm ad proban. nam
erit communis alteri quoad reproban. teſtes; at niſi hu-
iuſmodi facultas daretur, Iudex remiſſorialis non poſſet
recipere, nec examinare teſtes ſuper reprobatione, licèt
poſſet, & teneretur recipere proteſtationem, *Innoc. in cap.*
licet cauſam, in princ. verb potuit, Io. Andr. num. 4. *Bel-*
lam num 8. *in* 1. *oppoſit de prob. Iaſ. in l.* 2. *num.* 9. *ff de*
iuriſd omn. iud. Seuerol de remiſſ cap. 36. *Afflict in conſt.*
Regni lib. 2. *rubr.* 29. *de conſtit in pecuniarijs num.* 393.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Bononien. dotis.

Veneris 18. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Executiua via quando dicatur electa, vel po-
tiùs ordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè agi poteſt ex inſtrumento, quod viam executi-*
uam habere, inter partes conuentum fuit.
2 *Executiuè procedendi modus in Tribunali A. C. quis ſit.*
3 *Citatio ad videndum produci articulos non eſt incompatibi-*
lis cum iudicio executiuo, quod requirit vt plurimùm
liquidationem.
4 *Attentatorum renunciatio per procuratorem facta nihil*
commune habet cum iudicio executiuo, cœpto per prin-
cipalem.
5 *Ordinaria via electa, an, & quando quis poſſit redire ad*
executiuam.
6 *Attentata purgari poſſunt per procuratorem habentem*
ad id ſufficiens, & legitimum mandatum, & quando
mandatum dicatur ſufficiens.

DECISIO DII.

DVBIVM ſub die prima Iulij propoſitū,
& non reſolutum, habebat duas partes,
primam videlicet, an eſſet receden. à de-
ciſis *ſub die* 16. *Martij* præteriti, quòd
Comiti Aloyſio petenti mandatum exe-
cutum in Rota contra DD. de Caran-
dinis non obſtarent facultates A. C. ſecundum verò, an
idem Com. ſibi præiudicauerit in via exequutiua. Et
DD. reſolueruut ſecundam partem negatiuè, moti, quia
non probatur, quòd pars dicti Comitis, cui competit via
executiua vigore ſpecialis conuentionis, de qua in in-
ſtrumento dotali aliàs celebrato cum q. Claudia eius
vxore, & matre DD. de Carandinis, elegerit viam ordi-
nariam pro conſequen. lucro dotali conuento, vel illam
1 intentauerit. Nam quòd, pars Com. voluerit agere,
& egerit executiuè, prout potuit iuxta dictam conuen-
tionem, *& fuit dictum in hac cauſa* 10. *Nouembris* 1617.
& tradit *Canar. de execut. inſtr. quæſt.* 32. *num.* 68. re-
2 ſultat ex actis in Rota incipien. à die 16. Octobris 1616.
qua fuit facta pro eo productio proceſſus de partibus,
in quo eſt inſertum inſtrumentum dotale, cuius vigore
agitur ſub citatione ad dicen. contra, & cū decreto ad-
miſſionis, & ex citationibus 16. Iunij prima, & tertia
Iulij 1619. ad ſoluen. calculan. & viden. relaxari man-
datum executiuum, *vt in ſummario Comitis num.* 3. qui
eſt modus exequutiue proceden in Tribunali A. C. ex
3 ſtylo notorio. Non obſtat citatio ad inſtantiam d.
Comitis facta 28. Iunij 1617. per diligentias ad viden.
produci articulos, & concedi remiſſoriam, tum quia nō
fuit reproducta, nec dati articuli in actis, conſequenter
nec interpoſitum Iudicis decretum; tum quia nō eſt in-
compatibilis cum iudicio exequutiuo, in quo vt pluri-
mùm eſt neceſſaria liquidatio, vt per *Galleſ. de oblig.*
cam. in rubr de proceſſ. exequut. Nihil etiam commune
habet cum iudicio executiuo renunciatio attentatorum
A per procuratorem Comitis facta, A quæ ex aduer-
ſo prætendebantur commiſſa in partibus, pendente
lite in Rota, examinan. nonnullos teſtes ad æternam rei
memoriam ſuper promiſſione dotis per d. q. Claudiam
facta eidem Comiti, de qua reuocatione, & mandato
ad reuocan. *dicto ſummario num.* 3. Minùs præiudicare
potuit pars DD. de Carandinis eidem Comiti produ-
cendo articulos, & examinando teſtes abſque contradi-
ctione, & proteſtatione, quòd non admitterentur, ſinè
præiudicio proceſſus executiui. Nam iſta fuerunt an-
te productionem inſtrumenti dotalis ex parte Com. &
cœptum iudicium executiuum, cui propterea præiudi-
care non potuerunt ex vulg. & propterea non applican-
tur

5 tut Deciſiones in contrarium allegatæ, quòd electa via
B ordinaria non poſſit redire ad executiuam, B, Quia procedunt, quando conſtat de huiuſmodi electione facta ab actore, vt *in deciſ. Cæſar. de Graſſ. 2. de ſent. excom.* & in alijs allegatis. Quo verò ad primam partem dubij DD. dixerunt, adeundam eſſe Signaturam.

Et ita vtraque parte informante reſolutum.

ANNOTATIO.

A Attentata purgari poſſunt per procuratorem habentem
6 tamen ad id legitimum, & ſufficiens mandatum, *Lancellott. de attentat. cap. 29. num.* 30. *Paleott. deciſ* 368. *quæ eſt deciſ. 722. ad fin. lib.* 3. *part.* 3. *diuerſ. Gregor. XV. deciſ.* 486. *num.* 19. &, vt mandatum dicatur ſufficiens debet eſſe ſpeciale, quod dicitur tale, quando eſt ad renunciandum attentatis, nec eſt neceſſarium ad renunciandum talibus, & talibus attentatis, vt dixit *Rota in Paduana ſedilium* 28. *Aprilis* 1617. *coram bon. mem* Cardinali Sacrato & faciunt quæ notaui ſupra *ad deciſ.* 190. *lit. A.*
B De quo dixi ſupra *ad deciſ.* 208. *lit. A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana grani.

Veneris 18. Decembris 1620.

ARGVMENTVM.

Agitur, quis potior, vel anterior dicatur in concurſu creditorum, & in ſpecie ſuper fructibus fundi conducti iuxta ſtatutum Agriculturæ Vrbis cap. 73.

SVMMARIVM.

1 *Sorores non excluduntur ab hæreditate matris, niſi dotatæ iuxta ſtat. Vrbis cap.* 145. *lib.* 1.
2 *Ceſſio iurium durante lite fieri non poteſt.*
3 *Dominus fundi ex ſtatuto Agriculturæ eſt potior ſuper fructibus ex fundo recollectis, pro integra ſatisfactione affictus, quandiu durauerit conductio, & num.* 4.
4 *Statutum Agriculturæ Vrbis cap.* 73. *quod concedit domino fundi potioritatem ſuper animalibus, & fructibus, habet locum etiam contra ſubconductorem pro rata temporis, & rei ſublocatæ.*

DECISIO DIII.

ALIAS decoctis Guarinacijs de anno 1594. fuerunt conſignata illorum creditoribus rubra cẽtum grani ſub obligatione inſolidum D. Octauij in forma Cameræ de reſtituen. prioribus, & potioribus, &c. & ad omne mandatum A. C. Contra D. Octauium fuit ad fauorem filiorũ Pompeij vnius ex dictis decoctis, vti hæredum Catherinæ matris pro eius dote recepta per dictum Pompeium procuratorem de anno 1575. relaxatum mandatum executiuum pro reſtitutione dicti grani; & cauſa appellationis deinde in Rota commiſſa, factis nonnullis reſolutionibus, cum Dominicus vnus ex filijs dicti Pompeij, & hæredibus matris, coram me vti ſubrogato Reuerendiſſimi Attrebaten. vltimi Iudicis cauſæ, relicto priori iudicio ſuper dicto mandato executiuo, ex integro peteret mandatum pro dicto grano cõtra dictum D. Octauium. Dubitani, an illud eſſet relaxan. non obſtant. exceptionibus ſolutionis, & retentionis allegatis, & cauſa propoſita 4. Iulij 1614. & 1. Iulij præteriti ſinè reſolutione, hodie ad inſtan. Vincentij vti habentis cauſam à dicto Dominico, DD. dixerunt, mandatum non eſſe relaxan. In primis partes conueniebant de anterioritate crediti dotalis Catherinæ aliàs vxoris dicti Pompeij, & de cauſa conſtat ex quietantijs publicis *in ſummario num.* 6. ad cuius dotis reſtitutionem obligauit ſe dictus Pompeius cum iuramento, & in forma Cameræ, vt in inſtrumentis datis *in ſummario primæ poſitionis num.* 1. & 2. ac etiam de morte Catherinæ, & ſuper exiſtentia filiorum, & præſertim dicti Dominici, de quibus etiam deponunt teſtes *in primo ſummario num.* 2. Tamen difficultatem faciebat, quòd dictus Dominicus non erat, nec eſſe poterat hæres matris, niſi pro tertia parte, quatenus duæ ſorores non fuerint dotatæ: quia
1 non excluduntur ab hæreditate matris, niſi dotatæ iuxta *ſtat. Vrb. cap.* 145. *lib.* 1. de qua dotatione non conſtat, & nihilominus quatenus dotatæ eſſent, & ſic excluſæ, non conſtat, Dominicum adiuiſſe hæreditatem Alexandri eius fratris prædefuncti, & ideò non poteſt firmari, pro qua rata dictus Dominicus potuiſſet agere pro reſtitutione dicti grani, & conſequenter Vincentius, qui hodie venit ad cauſam vti donatarius Bernardinæ (vt ſupponitur) ceſſionariæ Dominici eius crediti pro ſumma ſcutorum 400. cum non exhibeatur donatio, nec ceſſio, nec legitimentur perſonæ dictorum Bernardinæ, & Vincentij, nec ex qua cauſa fuerit facta dicta ceſſio
2 ad fauorem Bernardinæ, & an præſertim lite pendente, & de iuribus litigioſis contra *l. ab Anaſtaſio, & l. per diuerſas, C. mand.* Secunda exceptio, quia nõ conſtat, quòd D. Octauio, qui pro affictu Caſalis erat potior ex ſtatuto
A Agriculturæ A, ſuper grano ex Caſali recollecto, fue-
3 rit integrè de affictu ſatisfactum pro tempore, quo durauit conductio Caſalis, *& coram Illuſtriſſ. Cardin. Millino ſub die* 14. *Aprilis* 1600. fuit reſolutum, conſtare de identitate grani tanquam recollecti ſuper dicto Caſali, & receſſum ab alia deciſione in contrarium *coram bon. mem. Gipſio* 5. *Maij* 1599. quæ deciſio Cardinalis Millini non eſt incidenter reuocan. prout prætendunt informantes ex aduerſo, ex teſtibus deponentibus, quòd dictum granum fuerat mixtum cum alio, *vt in dicto* 1. *ſummario num.* 1. Tertia vero exceptio erat ſolutionis, & ſatisfactionis dotis maternæ dictorum filiorum, qui vti filij, & hæredes Catherinæ mediante eorũ curatore habuerunt à Monte Pietatis de anno 1595. in diuerſis partitis ſummam ſcutorum 1026. de mandato Prælati ab A. C. deputati, quæ pecuniæ fuerunt depoſitæ ex retractu grani, mobilium, & aliarum rerum per deputatos creditorum venditarum, vt ex fide computiſtæ dicti Sacri Montis. Item ad computum dictæ dotis maternæ habuerunt loca decem Montis Pacis, vt confeſsi fuerunt in inſtrumento tranſactionis factæ cum q. Bernardina eorum creditrice occaſione duarum ſocietatũ officiorum, cui ab ipſis fuerunt aſſignata quatuor ex dictis locis, *vt in ſummario D. Octauij num.* 8. Nec conſtat, quòd dicta loca montium fuerint empta, vt allegatur ex parte Vincẽtij, ex dictis ſcur. 1026. habitis à Mõte Pietatis, nec exhibentur literæ patentes dictorum locorum. Ex quibus DD. viſum fuit, non eſſe locum relaxationi mandati, nec ad fauorem Dominici, & conſequenter nec ad fauorem Vincentij.

ANNOTATIO.

A Creditor occaſione affictus præfertur alijs creditoribus
4 ſuper animalibus, vel fructibus in prædio locato exiſten.

vel recollectis; vt expreſsè cauetur in Statuto Agricultu- ra Vrbis cap. 73. imo ſuper animalibus, vel ſegetibus ſub- conductoris pro integra penſione affictus debita à primo conductore, vt reſoluit *Rota in Romana pecuniaria 1. Iu- lij 1598. coram bon. mem. Penia* impreſſa poſt Stat. Agri- cul. in ordine prima. Verùm *Rota 13. Martij 1606. in Romana affictus Caſalis coram eodem Penia impreſſa poſt d. Stat deciſ.* 2. declarauit, Statutum non habere locum, niſi quando ſublocatio fit de omnibus fructibus, ſecus autem quando ſublocatur aliqua pars, quia aliàs contineret iniqui- tatem, ſi vnus pro alio ſoluere teneretur, & ideo ſtrictè debet intelligi *Soccin. conſ. 9. nu 3. & 4. lib. 1.* cum de iure communi ſecundus conductor non teneatur, niſi pro rata, pro qua conduxit *l. ſolutum §. ſolutam vbi Bart. num. 8. verſ ſed text. hic in fin. Salic. num 6. ff de pign act. Me- noch. de adipiſc. remed. 3. num.* 100 *Neguſ. de pignor. membr. 4. par. 2. num. 136. verſ intellige tamen*, & deciſionem prædictam ſequuta eſt *Rota in Romana affictus 20. No- uembris 1606. coram Cardinali Marquemontio impreſſa poſt præfatum Statutum deciſ. 3.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Nullius, ſeu Marſicen. iuriſdictionis

Lunæ 11. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

Ordinarius, citra vitium attentati, viſitare non poteſt, pendente lite, vel cauſa reſtitutionis in integrum ſuper iuriſdictione: & quando lis dicatur pendere tàm ſuper iuriſdictione contentioſa, quàm voluntaria.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatio, cum ſit actus iuriſdictionalis, fieri non poteſt, lite pendente ſuper iuriſdictione.*
2 *Ordinarius, lite pendente ſuper iuriſdictione, procedere non poteſt ad cenſuras contra impedientes viſitationem.*
3 *Delegatus non poteſt egredi fines ſuæ commiſſionis.*
4 *Inhibitio non afficit quoad ea, ſuper quibus lis non pendet.*
5 *Reſtitutionis in integrum cognitione pendente, cauſantur attentata, æquè ac ſi cauſa appellationis cognoſceretur.*
6 *Verba*, alijs quibuſcunque, *dicuntur generaliſſima. & apta comprehendere ea omnia, quæ veniunt ſecundùm ſubiectam materiam.*
7 *Expreſſum dicitur id, in quo ſola diſpoſitio verificari poteſt.*
8 Omnimoda, *verbum includit omnes ſubiecti ſpecies.*
9 *Iuriſdictionis ordinariæ appellatione venit etiam iuriſdictio voluntaria.*
10 *Poſſeſſio acquiſita ex actibus geſtis lite pendente, non eſt manutenibilis.*
11 *Continuans, vt non dicatur attentare, vti debet poſſeſſione eodem modo, quo ante litem motam vti conſueuit.*
12 *Viſitatio eſt actus præcipuè ad iuriſdictionem pertinens.*
13 *Viſitatio, Sede vacante, ſpectat ad Capitulum, in quod tranſeunt omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, niſi expreſsè prohibita reperiantur.*

DECISIO DIV.

DE attentatis ex parte D. Epiſcopi, di-
xerunt DD. conſtare, & ideo illa eſſe
reuocan. Tùm quia idem Epiſcopus,
lite in Rota pendente ſuper omnimo-
da iuriſdictione in Terra Saponariæ
cum illius Archipresbytero, vt infra,
& inhibitione in forma ſubſecuta,
voluit vti Epiſcopus, & Ordinarius (prout expreſſis
verbis proteſtatus fuit) viſitare Eccleſiam Archipre-
sbyteralem, & alias dictæ Terræ, non obſtan. (vt aſſe-
ruit) inhibitionibus, & mandato de manutenendo à Iu-
dice incompetenti expeditis, *vt in ſummario Archipreſ-
byteri num. 2.* Quæ viſitatio fieri non potuit, lite pen-
1 dente, cum ſit actus iuriſdictionalis, *cap. 1. § cum au-
tem, de cenſ cap. conquerente, vbi gloſ. & Doct.* & præ-
cipuè *Abb. num. 2. in fin. de offic. iud. Ord. Socc. de viſit.
num. 4. verſ. 10. quaro, Rot. deciſ. 196. num. 2. part. 2.
A diuerſ. Card. Seraph. deciſ. 1008. num. 4.* A, Et conſe-
quenter fuerunt etiam attentata interdictum, & ſuſpen-
ſio contra Archipresbyterum, & populum, propter
2 oppoſitionem, & reſiſtentiam factam dictæ viſitationi,
vt in dicto ſummario num. 3. Tùm etiam publican. edi-
cta ſuper approbatione confeſſariorum, in quibus ex-
ceden. ordinem literarum Sacræ Congregationis Epi-
ſcoporum, continentium tantùm facultatem approban-
di confeſſarios, declarauit nullas, & iniuſtas approba-
tiones, & licentias per Archipresbyterum datas, audi-
endi confeſſiones, & inhibuit confeſſarijs antea per Ar-
chipresbyterum deputatis, & approbatis; audire con-
feſſiones, inhibendo etiam populo ſub pœna excommu-
nicationis, ne dictis confeſſarijs peccata confiterentur,
3 *vt in eodem ſummario num. 5.* & tamen auctoritatem
ſibi attributam egredi non potuit, nec debuit, *cap. cum
olim, vbi Innoc. num. 2. & Abb. num. 3. de offic. deleg.*
Non obſtat, quòd prædicta reſpiciant iuriſdictionem
voluntariam, ſuper qua non pendet lis, & ſic nec inhi-
4 bitio afficiat, tanquam in diuerſa cauſa, ad latè trad. per
Lancell. de attent. cap. 4. limit. 2. num. 8. Quia imò in
Rota pendet cauſa, non ſolùm ſuper iuriſdictione con-
tentioſa, ſed etiam ſuper voluntaria, quia fuit lata ſen-
tentia Rotalis, per quam pronunciatum fuit, omnimo-
dam iuriſdictionem in cauſis ciuilibus, criminalibus.
mixtis, matrimonialibus, & alijs quibuſcunque liberè,
ac totaliter ſpectare ad Epiſcopum, priuatiuè quo ad
Archipresbyterum; & fuit commiſſa cauſa reſtitutionis
in integrum dicti Archipresbyteri aduersùs dictam ſen-
tentiam, ſeu omiſſam, vel non proſecutam appellatio-
nem, quæ cauſa reſtitutionis pendet, & ſuper ea fue-
5 runt factæ nonnullæ reſolutiones pro Archipresbyte-
ro, & ideo cauſat attentata, non minùs, ac ſi penderet
cauſa appellationis, *Franc. in cap. bonæ, num. 36. de
appell. latè Lancell. de attent. part. 2. cap. 18. num. 10.
& ſeq. Odd. de reſtit. in integ. part. 1. quaſt. 42. art. 1.
B num. 1. & ſeq.* B, Nec dubitari poteſt, quin poſt rela-
tas in dicta ſententia cauſas ciuiles, criminales, & ma-
trimoniales, illa verba, *& alijs quibuſcunque*, compre-
6 hendant etiam cauſas voluntariæ iuriſdictionis, tan-
quam vniuerſaliſsima, *Soccin. conſ. 297. num. 6. lib. 2.
Tiraq. de retr. lign. §. 1. gloſ. 7. num. 20. 21. & ſeq.
Burſatt. conſ. 9. num. 3. lib. 1. Mandoſ. ad Rom. conſil.
32. num. 2.* imò in alijs verificari non poſſe videntur,
7 quæ propterea pro expreſsis habentur, *l. 2. ff. de lib. &
poſth. Surd. conſ. 143. num. 30.* Prout etiam oſtendit
illud verbum, *omnimoda*, quod ſimiliter comprehendit
voluntariam, & nullam ſpeciem iuriſdictionis exclu-
8 dit, *gloſ. in clem. 1. ver. omnimodam, de for. compet. vbi
Imol.*

Imol. col. 6. *verſ. gloſ. omnimodam*, *Iaſ. conſ.* 61. *num.* 1. *lib.* 2. Super qua voluntaria iuriſdictione fuit etiam ab initio litigatum coram Pariſio tunc Vicario Marſiceo. vſque de anno 1572. & deinde ad inſtantiam Epiſcopi commiſſa cauſa eius appellationis in Rota à ſententia A. C. ad fauorem Archipresbyteri lata ſuper ordinaria iuriſdictione, *vt in commiſsione data in ſummario Ar-*
9 *chipresbyteri num.* 4. cuius appellatione venit etiam iuriſdictio voluntaria, *d. cap. conquerente*, vbi omnes, & præcipuè *Abb. num.* 2. Et in commiſsione directa R. P. D. Manzanedo, qui dictam ſententiam protulit, adeſt clauſula auocatoria à quibuſcunque Iudicibus, etiam S. R. E. Cardinalibus, & à quacunque Congregatione, & aliæ clauſulæ ampliſsimæ, *vt in ſummario Epiſcopi num.* 8. Et cauſæ fuerunt deductæ ad ſpeciem voluntariæ iuriſdictionis, vt ſupra, & præſertim per dictam ſententiam ſuper omnimoda iuriſdictione, & alijs quibuſcunque cauſis. Non obſtat prætenſa continuatio poſſeſsionis Epiſcopi ad excluſionem attentatorum. Nam quo ad viſitationem teſtes dati *in ſummario Epiſcopi num.* 6. non exprimunt tempus, quo fuerunt factæ dictæ viſitationes, prout eſt neceſſe, cum fieri potuerint poſt litem motam, ex quibus vti attentatis nulla
10 poſſeſſio manutenibilis acquiri potuit, *Lancell. de attent. part.* 3. *cap.* 31. *num.* 200. *Rot. deciſ.* 26. *in fin. part.* 2. *in recent.* Neque etiam deponunt, quo iure Epiſcopus viſitauerit, Ordinaria ſcilicet, an delegata poteſtate, quod diſtinctè probari debet, cum ipſe de-
11 beat vti poſſeſsione eodem modo, quo ante litem motam vti conſueuit, *gloſ. in cap. non ſolùm de appell. in* 6. *Franc. in cap. cum teneamur in* 1. *not. de appell. Dec. conſil.* 103. *num.* 2. *Lancell. de attent. cap.* 4. *lim.* 1. *numero* 70.

Et ita vtraque parte informante reſolutum.

ANNOTATIO.

A Viſitatio eſt actus præcipuè ad iuriſdictionem pertinens,
12 vt præter hic allegatos *Rot. apud eumd. Card Seraph deciſ.* 475. *num.* 1. *& deciſ.* 615. *num.* 2. *apud Card. Mantic. deciſ.* 322. *num.* 14. *apud Gregor. XV. deciſ.* 4 *num.* 4. *& deciſ.* 304. *num.* 2. *& in recent. deciſ.* 168. *num* 2. *& deciſ.* 346. *num.* 2. *&* 3 *& deciſ.* 394. *num.* 4. *part.* 1. *& in Pampilonen. iuris viſitandi* 15. *Decembris* 1623. *coram R. P. D. Merlino*; ideo, ſede Epiſcopali vacante, ſpectat ad Capi-
13 tulum, in quod tranſeunt omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, niſi expreſsè prohibita reperiantur *Abb in cap cum olim. ſub nu* 2. *verſ ſed indiſtinctè*, vbi etiam *Bald num.* 1 *de maiorit. & obed. Franch. in cap.* 1. *num.* 5. *eod tit. in* 6. *Rebuff. in praxi tit. de deuolut. num.* 65. *Mareſcott. variar reſolut. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 14. *& ſeqq. Rot d deciſ.* 346. *num.* 2. *part.* 1. *recent in Burgen procurationum* 10. *Martij* 1597. *coram Orano, in Tuden. iuriſdictionis* 28. *Nouembris* 1607. *coram Cardinali Sacrato, & in d. Pampilonen iuris viſitandi coram R P. D Merlino*.

B Et quòd reſtitutio in integrum aſſimiletur appellationi, adeo quòd, ea pendente, nihil ſit innouandum, præter hic allegatos *Vitalin. de clauſul. in clauſul. nil nouar. reſt. in integr pend. num.* 7. *Robert. Lancellott. de reſtit. integr. num.* 12. quos refert, & ſequitur *Rot. in Romana aditionis hæreditatis* 20. *Martij* 1628. *coram Reuerendiſsimo D. Coccino Decano*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Maceraten. Saluiani.

Lunæ 11. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

Primum extremum in Saluiano ex quibus probetur. Emens ſcienrer rē alienam, vti exiſtens in mala fide non iuuatur beneficio præſcriptionis decemnalis. Iurium deperditorum tenor qualiter probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutum non operatur poſſeſſionis tranſlationem, quando conſtituens poſſidet nomine alterius.*
2 *Conſtitutum probat poſſeſsionem conſtituentis.*
3 *Exequutio probat poſſeſsionem illius, contra quem fit.*
4 *Teſtes nulliter examinati deſeruiunt pro adminiculo.*
5 *Hypothecaria à tertio non præſcribitur ſpatio* 30. *annorū, niſi concurrat titulus, & bona fides.*
6 *Præſcriptio non inducitur, concurrente mala fide, quæ reſultat ex ſcientia rei alienæ.*
7 *Enunciatiua in inſtrumento non probat, quando principaliter controuertitur enunciatum.*
8 *A Procuratore emens præſumitur ſemper in mala fide, nec præſcribit, niſi doceat de mandato.*
9 *Teſtes inter alios, & in diuerſa cauſa examinati, etiam ſi mortui eſſent, non faciunt niſi ſemiplenam.*
10 *Teſtes non probant acta iudicialia, niſi deponant de illorum tenore.*
11 *Proceſſus, vel actorum amiſsio quomodo, & quando dicatur probata.*
12 *Amiſsio inſtrumenti non probatur, niſi priùs probato, quòd inſtrumentum extiterit in rerum natura.*
13 *Præſcriptio de iure canonico, ſtante mala fide, nullo tempore perficitur.*
14 *Mala fides nocet hæredi, & hæredi hæredis.*
15 *Bona fides, ſufficit, quòd allegetur, & alleganti malam fidem incumbit onus probandi.*

DECISIO DV.

DOMINI ſteterunt in deciſis, eſſe locū Ægidianæ, nec obſtare exceptionem præſcriptionis. Licèt enim prima deciſio (firmans probationem primi extremi ex inſtrumento venditionis factæ per Burgium Colettæ, in quo dicit, vendere iure creditoris domum q. Pompeij per ipſum Burgium captam in exequutionem, & tenutam iure creditoris, adiecta clauſula conſtituti: ex quibus deducta fuit confeſſio tàm Burgij, quàm Colettæ emptoris poſſeſſionis dicti Pompeij tempore mortis, ex allegatis in deciſione) impugnaretur ex eo, quòd poſſidens nomine alterius per conſtitutum, vel alium
1 actū fictum non transferat poſſeſſionem, ex allegatis per *Tiraquel. de conſt. lim.* 15. *&* 16. Tamen reſpondebatur,
2 non agi, an fuerit tranſlata poſſeſſio, ſed deduci confeſſionem creditoris vendentis, & emptoris, quòd poſſeſſio erat penes debitorem, cuius nomine celebratus fuit contractus, & adiectum conſtitutum, & authoritas intrandi in poſſeſſionem, quam reſultare ſupponunt etiam relati per *Tiraquel. ibidem*, & ſufficere inter contrahentes, & contra habentes cauſam ab illis, ſæpius

firmauit *Rota, vt in dicta deciſione*. Idque magis, cum
3 in inſtrumento legatur, Burgium vti creditorem Pom-
peij, domum cepiſſe in exequutionem, & tenutam, & ex
natura exequutionis ſequatur alia conſeſſio, quòd do-
mus fuerit in hæreditate Pompeij, & ab eo tempore
mortis poſſeſſa, & non ab alio: cum aliàs contra ter-
tium poſſeſſorem non potuiſſet capi in tenutam, ex de-
ductis *in Rauennaten. Magazeni* 17. *Decembris* 1604.
*coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, in & Rom. do-
morum de Roncionibus coram me*, quæ eſt inter collectas
à *Pacific. de Saluian.* 101. *ſub num.* 3. Accedebat pro eo-
dem primo extremo depoſitio teſtium, vt in eadem de-
ciſione, quibus non obſtat defectus commiſſionis iu-
ramentorum, cum imò facta fuerit ante citationem ad
videndum illos iurare, vt de commiſſione conſtat *in
Proceſſ de partib. fol.* 17. & de iuramento in termino ci-
tationis eodem *Proc. fol* 21. Et in omnem caſum deſer-
4 uirent pro adminiculis *Caputaq. deciſ.* 206. *nu.*6. & 208.
num. 8. *par.*2. *latè Modern. de probat. concluſ.* 628. *num.*
24. Quoad exceptionem præſcriptionis, ſubſiſtere vi-
ſum fuit Dominis fundamentum, quòd hypothecaria
5 nec à tertio præſcribitur minori tempore annorum 30.
niſi copulatiuè concurrentibus titulo, & bona fide, ex
allegatis in deciſione, *& per Crauett conſ.* 148. *num.* 6.
6 Quodque ex inſtrumento emptionis Colettæ à Burgio
ex aduerſo exhibito nõ concluditur bona fides, ſed mala:
cum Burgius expreſsè dicat, vendere domum Pompeij,
& ſic alienam, non ſuam, ex qua ſcientia rei alienæ ſe-
A quitur mala fides, & excluditur præſcriptio A, *cap.
vigilanti, & cap. fin. de preſcript. Seraphin. deciſ.* 629.
num. 2. *Surd. conſ.* 296. *num.* 29. *Rot. deciſ.* 221. *num.*7.
par. 1. *in recent. & deducitur in deciſione*. Et ſic ſtante
ſcientia Burgij, ſinè ſubhaſtatione, ac deliberatione
dictam domum alienam ex legitimo titulo ſibi acquire-
7 re non poterat. Nec facit enunciatina inſtrumenti,
quòd domus fuerat Colettæ adiudicata, quia non pro-
bat, vbi principaliter controuertitur enunciatum, *l. opti-
mam, vbi DD. C. de contr. empt. Rot. in Squillacen. iu-
riſdictionis* 4. *Martij* 2616. *coram bon. mem. Andrea*, &
fuit pluries deciſum. Nec excludit malam fidem, quia
nõ dicitur, quòd eſset adiudicata Burgio, ſed Colettę; &
ſic ſemper firmum remanet, Burgium vendidiſse domũ
non tanquam ſibi adiudicatam, & propriam, ſed tan-
quam alienam: & conſequenter ex dicto inſtrumento
reſultare non poſſe titulum ſufficientem ad præſcriben.
ſpatio decennij, & bonam, fidem ex allegatis. Imò quan-
do venditur res aliena, non ſufficit aſſertio vendẽtis circa
poteſtatem, ſeu ius alienandi; & ideo emens ab aliquo
8 tanquam procuratore, præſumitur ſemper in mala fide,
nec præſcribit, niſi conſtet de mandato *Alex. in l. qui in
aliena, num.* 11. *in fin. verſ. plus dicit, ff. de acq. hered.
& conſ.* 35. *num.* 4. *lib.* 7. *Soccin. conſ.* 80. *num.* 3. *verſ.
preterea venditio, lib.* 3. *Bero conſ.* 104. *num.* 8. *lib.* 3.
Surd. conſ. 28. *num.* 74. *&* 75. Ex quibus non videbãtur
facere teſtium depoſitiones datæ ad probandum, factum
fuiſſe proceſſum ſubhaſtationis, & amiſſum: tum quia
9 ſunt examinati inter alios, & in alio iudicio, qui etiam
ſi eſſent mortui, non facerent niſi ſemiplenam, *Marſil.
ſingul.* 435. *Rot. deciſ.* 594. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ.* tum
10 quia acta iudicialia non probantur per teſtes non
deponentes de illorum tenore, *Bart. in auth. ſi quis in
aliquo, num.* 6. *C. de eden. Crauett. conſ.* 112. *num.* 17.
Surd. conſ. 109. *num.* 10. *Rot. in Toletan. Cappellania* 20.
Decembris 1619. *coram R. P. D. Caualerio*. & non pro-
11 bata formiter amiſſione, *Felin. in cap. quoniam contra,
num.* 55. *de probat. Alex. conſ.* 59. *num.* 3. *lib.* 3. *& tenuit
Rot. in dicta Toletan. Cappellania*, quæ hic non fuit pro-
bata: imò vnus deponit, vidiſſe proceſſum in manibus
Burgij authoris Eliſabettæ; & niſi vlteriùs teſtes depo-
nant, quòd cognoſcebant manum Notarij de proceſſu
rogati, vt in eadem *Toletan. Cappellania*. Tum demum,
quia licèt aliqui conentur dicere de inſtrumento fideiuſ-
12 ſionis pro ſcutis mille factæ per Burgium pro Moazio,
nullus tamen dicit de inſtrumento ſolutionis: atque ita
nõ faceret amiſſio proceſſus, in quo non conſtat adfuiſ-
ſe inſtrumentum crediti, cuius originale non debet, nec
ſolet eſſe in proceſſu, & propterea nõ probatur amiſſio
Surd. conſ. 109. *num.* 11.

Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A Et de iure Canonico cum mala fide nullo tempore præ-
13 ſcribitur, vt per Canoniſtas communiter *in cap. fin. de
preſcript. Natt conſil.* 172. *num.* 35. *Honded conſil.* 7 *num.*
84. *in fin. lib.* 1. *Seraphin deciſ.* 614. *num.* 1. *& fuit di-
ctum in Romana canonum* 25. *Aprilis* 1622. *corã bon mem.
Vbaldo ſeniori*; &, ſufficit, quod mala fides ſuperueniat
quocunque tempore ante completam præſcriptionem
Verall. deciſ. 363. *num.* 2. *par.* 2, & mala fides auctoris no-
14 cet eius hæredi, qui non poteſt præſcribere, non ſolum
vtendo acceſſione temporis eiuſdem ſui auctoris, ſed
nec ex eius perſona illam à ſe ipſo inchoando, latè *Balb.
de præſcript.* 2 *par.* 3. *par. princip quæſt* 12 *num.* 12. *&
Honded. qui plures congeſſit d. conſil.* 17. *num* 85. *& conſ.*
82. *num.* 46. *& ſeq. eod lib.* 1. *Gratian diſcept* 203. *num.*
15 *& Rota in d. Romana canonum coram Vbaldo, & in
Romana palatij* 28. *Aprilis* 1623. *coram bon mem. Patriar-
cha Manzanedo. & in eadem cauſa* 31. *Ianuarij* 1624. *co-
ram bon mem. Remboldo*; quod procedit nedum in hæ-
rede immediato, ſed etiam in hærede hæredis *Honded.
latè d. conſil.* 17. *num.* 81. *& d. conſil.* 82. *num.* 47. *Gra-
tian loco cit. Rota in d. Romana canonum coram Vbaldo*:
15 Verùm bona fides, ſufficit, quòd allegetur, quia præſumi-
tur, & allegantí malam fidem incumbit onus probandi,
Bart. in l. Celſus num. 17. *ff de vſucap. Gloſſ in cap ſan-
ctorum verb. ſynterè, & ibi Abb num.* 3 *& in cap ſi dili-
genti, verb bona fides in princ. & ibi etiam Abb. num.* 14.
& ſeq & Felin num 4. *& alij de præſcript. Rot. coram
Reuerendiſsimo Coccino deciſ* 295. *num.* 3.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Triuentina decimatum.

Veneris 15. Iannarij 1621.

ARGVMENTVM.

Examen teſtium factum abſque citatione ad di-
cendum contra articulos, vel ad videndum
iurare teſtes, vel extra terminum, & locum
iudicij, eſt nullum.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio denegatur non probanti ſuam poſſeſſionem.*
2 *Examen vitiatur, ſi deficit citatio ad dicendum contra
articulos.*
3 *Teſtes examinati extra locum iudicij, non intimato diſceſſu
notarij, nulliter ſunt examinati.*
4 *Citatio ad videndum iurare teſtes, eſt neceſſaria pro exami-
minis validitate.*

5 Ci-

5 *Citatio noua requiritur ad prorogandum terminum datum ad proban. aliàs examen eſt nullum.*
6 *Interrogatoria ſi exhibita non ſunt, nec ſuper illis teſtes examinati, Rota non vtitur æquitate, ex qua ſolet examen ſuſtinere, & num.* 10.
7 *Stylus non probatur examinandi teſtes abſque citatione partis ex quo aduerſarij teſtes ſimili modo examinati fuerint.*
8 *Dictio*, Si, *importat conditionem, quæ nihil ponit in eſſe.*
9 *Reſcriptum extraiudiciale, & inter alios non probat.*

DECISIO DVI.

1 RESOLVTVM fuit, non eſſe concedendum mandatum de manutenendo Archipresbytero prætenden. exiſtere in q. poſſeſsione diſtribuendi decimas inter Presbyteros ad titulum eius Eccleſiæ promotos, quia teſtes ad illam proban. adducti fuerunt nulliter examinati. Primò, quia deficit citatio ad dicendum con-
2 tra articulos, quæ eſt neceſſaria, aliàs vitiatur examen, *Butr. in cap.* 2. *de teſtib. num.* 11. *& ibi Imol. num.* 10. *& Felyn. num.* 32. *cum alijs in Placentin. decimarum de Truxillo ſub die* 18. *Martij* 1616. *coram me*. Secundò, quia teſtes non fuerunt in Ciuitate Trinentina, & ſic loco iudicij examinati, ſed primi duo in Terra Fruſuloni, & alij in Terra Caronillorum, *vt in ſummario M. Antonij num.* 5. *&* 6. Nec Marco Antonio fuit intimatus
3 diſceſſus Notarij, neque minùs de nouo citatus in locis, in quibus teſtes fuerunt examinati, & conſequenter examen eſt nullum, ex latè traditis *per Gonzal. ad regulam* 8. *in annot. contr. nullit. in cauſ. beneficial num.* 56. *&* 57. *Rot. deciſ.* 655. *num.* 3. *part.* 2. *in recent.* Tertiò, quia deficit etiam citatio ad viden. iurare, pro
A examinis validitate neceſſaria. A Nam licèt poſtquam
4 Vicarius terminum decem dierum ad probandum vtrique parti conceſsit *ſub die* 28. *Iunij* 1618. *vt in dicto ſummario num.* 3. dictus M. Antonius fuerit citatus ad viden. iuramenta teſtium citatorum, *vt eodem ſummario num.* 4. quia nihilominus dictus terminus decem dierum lapſus fuit, & Vicarius terminum ad alios decem dies ſub die 11. Iulij prorogauit, *vt dicto ſummario num.* 7. ideò teſtes fuerunt ſub die 12. Iulij extra terminum examinati, & ſic nulliter, quia citatio ad videndum iurare, intra primum terminum exequuta, non ſufficit pro validitate examinis, facti poſt alium terminum conceſſum poſt primum iam expiratum, ſed ex quo terminus conceſſus poſt expirationem primi, non dicitur idem, ſed diuerſus, & noua eſt neceſſaria citatio,
5 etiam ſi conceſsio noui termini (prout hic) facta fuerit per viam prorogationis: aliàs examen eſt nullum, vt benè deducit *Gonzal. in loco ſupra citato num.* 58. *&* 59. referens, ita quoque fuiſſe à Rota deciſum *coram bon. mem. Litta*. Et hæ nullitates eo magis viſæ ſunt Dominis attendendæ, quia examen fuit factum ſinè interrogatorijs partis, quæ, vbi proceſſum fuiſſet ſeruatis ſeruandis, illa exhibuiſſet, & ſuas defenſiones adhuibiſ-
6 ſet, & ſic ceſſat æquitas per Rotam conſiderari ſolita pro examinis validitate, *Put. deciſ.* 300. *num.* 2. *lib.* 3.
B *in nou. Rot. deciſ.* 716. *num.* 5. *part.* 2. *in recent.* B, & in alijs paſsim. Nec probatur ſtylus illarum partium ex eo, quòd teſtes M. Antonij fuerint ſimili modo exa-
7 minati, vt fuit reſolutum *in Aretina ſpolij* 9. *Iunij* 1604. *coram Reuerendiſſimo Decano*. Minùs obſtat prætenſa confeſsio M. Antonij, quia verba confeſsionis ſunt conditionalia, ibi, *& ſe da eſſi ſindici ſono ſtate conſegnate interamente all' Arciprete, ſono ſtate conſegnate indebita-*
8 *mente*. Quæ dictio, *Si*, importat conditionem *l. qui promiſit, ff. de cond. indeb l. huiuſmodi* 64. *ff. de verb. oblig. Bart. in l.* 1. *ff. de cond. & dem.* quæ nihil ponit in eſſe, *l. ſi damnum, §. quod pendet, ff. de reg. iur. l. ſi quis ſub conditione danderum* 1C. *ff ſi quis omiſ. cauſ. teſtam.* Nec aliquid facit reſcriptum Vicarij Trinentin. memoriali Communitatis Terræ Caronillorum de anno 1599. mãdans, quòd tota maſſa ſummarum conſignetur Archi-
9 presbytero per eum diuiden. inter ipſum, & ſuos Clericos, cum ſit extraiudiciale, & inter alios, nec conſtet de eius effectuatione. Prout nec denique nocent teſtes M. Antonij, quia nihil concludunt de prætenſa q. poſſeſſione Archipresbyteri diſtribuen. ſed tantùm quòd ipſe, vt informatus de ſeruitio presbyterorum ordinat, ſeu dicit Sindicis qualitatem debitam cuiſlibet ex dictis presbyteris, quod non infert ad prætenſam q. poſſeſſionem diſtribuen. pro eius arbitrio, contra quam ad fauorem M. Antonij pronunciauit in petitorio dictus Vicarius Triuentin.

Et ita fuit deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

B De quo dixi ſupra ad *deciſ.* 118. *lit. A.*
B Rota ſolet exercere æquitatem pro ſanatione examinis
10 teſtium inualidi ex defectu citationis, ſtante commiſſione ſanatoria, cum clauſula, *arbitrio*, quando pars excipiens dedit interrogatoria, cum quibus videtur tacitè conſenſiſſe *Creſcent deciſ* 4. *de teſtib. Caſ. de Graſſ. deciſ.* 11. *num.* 18. *de probat. Caputaq. deciſ.* 149. *par.* 1. *Caualer. deciſ.* 275. *num.* 4. *& deciſ* 322 *num* 6. *& deciſ.* 349. *num.* 2. *& fuit firmatum in Spoletana Sancta Crucis* 6. *Februarij* 1576. *coram Cardinali Blanchetto. in Romana domus* 28. *Februarij* 1628. *coram R. P. D. Merlino, in Leodien. decanatus* 15. *Ianuarij* 1629. *coram R. P. D. Pirouano. & in alijs, quas adduxi ſupra ad d. deciſ.* 118 *lit.* C. Hoc tamen procedit, quando interrogatoria continent omnimodam ex-
11 cipientis defenſionem, & indemnitatem, nempè ſi in illis deduxit, quicquid relcuans contra teſtes tàm inductos, quàm inducendos deducere poterat, aliàs nunquam eſt locus arbitrio, vt expreſsè dicitur in *deciſ Put.* 300. *lib.* 3 *quam ſecuta eſt Rota in Treueren decimarum* 26 *Maij* 1614. *coram bon. mem. Dunozetto ſeniori, & in d. Leodien. decanatus coram R P D Pirouano.* Item quando examen eſt nullum ex defectu iuriſdictionis, Rota non interponit arbitrium pro ſanatione illius, licèt per partem data fuiſſent interrogatoria, *vt in Peruſina de Alphanis coram Reuerendiſſimo D.* Coſino *Decano*, in qua cauſa pluries propoſita Rota ancepſ fuit, & nihil voluit reſoluere, vt teſtatur *R. P. D. Pirouan. in d. Leodien. Decanatus.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Vineæ.

Veneris 15. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

Euictionem de dato, & facto ſuo tãtùm promittens tenetur ad pretij reſtitutionem, niſi aliter conuentum fuerit: & plura de extenſione clauſulæ ceteratæ.

SVMMARIVM.

1 *Euictionē ex dato, & facto ſuo tantùm promittens, tenetur ad pretij reſtitutionem, niſi aliter conuentum fuerit.*
2 *Clauſula*, nec ad aliud quicquam, *eſt generalis, & releuat à quocunque onere.*
3 *Clauſulæ ceteratæ extenſio debet continere ſolummodo ea, quæ ſunt de natura actus, non autem accidentalia, circumſcripto ſtylo notarij in contrarium, qui debet plenè, & concludenter probari, num. 4.*
5 *Clauſulæ ceteratæ extenſio à notario rogato ſolummodo fieri poteſt.*
6 *Stylus notarij apponendi clauſulas in inſtrumentis, quando eſt exorbitans probari debet, contrahentes illum ſciuiſſe, alias non cenſentur conſentire voluiſſe, vt notarius clauſulas huiuſmodi apponat.*

DECISIO DVII.

STETERVNT Domini in deciſis ſub die 3. Iunij 1619. vid. ſententiam extra Rotam latam abſoluentem Petrum venditorem vineæ à ſuſceptione, & liberatione moleſtiarum Ioanni ſucceſſori emptoris illatarum, eſſe iniuſtam, non obſtante conuentione, quòd dictus Petrus non teneretur in caſu euictionis, niſi de dato, & facto ſuo tantùm. Tum quia illa promiſſio reſtricta ad datum, & factum ſuum tantùm, refertur ſolùm ad caſum euictionis, non autem ad promiſſionem de traden. rem liberam, vacuam, & expeditam, & de ſuſcipien. defenſionem, vt latè fuit comprobatum in alia deciſione. Tum quia cum non fuerit expreſsè conuentum, quòd venditor non tenere-
1 tur ad pretij reſtitutionem, non cenſetur liberatus per dictam promiſſionem *iuxta l. emptorem ſ. fin. ff. de act. empt. cum alijs allegatis in deciſione.* Non obſtat, quòd de tali expreſſa conuentione hodie doceatur per inſtrumentum in publicam formam extenſum, & productum, in quo poſt omnes conuentiones, & promiſſiones Pe-
2 tri leguntur hæc verba. *Aliàs in euentum contrarij, ſeu contrauentionis præmiſſorum, vel cuiuslibet eorum, & in obſeruantia eorundem, &c. idem Petrus venditor non teneatur de euictione aliqua, minùſque ad pretij reſtitutionem, nec ad aliud quicquam*, &c. quæ clauſula non poteſt dubitari, quin referatur, tàm ad caſum euictionis, quàm promiſſionis de traden. rem liberam. Primò, quia
3 in extenſione clauſulæ ceteratæ (circumſcripto ſtylo Notarij) veniunt ſolummodo ea, quæ ſunt de natura ipſius actus, non autem accidentalia, pro vt eſſet iſtud pactum, *Felin. in cap. cum P. Tabellio, num. 10. verſic. ſeptimo quæritur, de fid. inſtr. Iaſ. in l. gallus, §. item credendum, ſub num. 7. verſ. adde quod, ff. de liber. & poſth. Mantic de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 10. num. 10. latè Cephal. conſ. 88 num. 13. lib. 1. Rot. deciſ. 492. num. 4.*
A *par. 1. in recent.* A, Talis autem ſtylus non probatur, vt
B plenè, & concludenter probari debet B, *Soccin. conſ.*
4 *36. num. 11. verſ. ſecùs ſi ſtylus, & conſ. 39. num. 28. lib. 4. Rimin. iun. conſ. 278. num. 103. in fin.* vbi quòd debet eſſe omnino certus *Mantic. de tacit. & ambig. &c. lib. 2. tit. 10. num. 7. & 19. Pedemont. deciſ. 22. num. 3. Caſ. de Graſſ. deciſ. 7. de probat. Mantic. deciſ. 357. num.* 2. Secundò quia dicta extenſio non eſt facta ab eodem
5 Notario rogato, per quem ſolum (cum adhuc viuat) fieri poterat, *Bald. in rub. C. de fid. inſtrum. num. 41. verſ. quartò quæritur, & in l. gallus, §. item credendum, num. 4. ff. de liber. & poſthum. cum alijs latè allegatis in Roman. hæreditatis, & Paragij dotis 22. Iunij 1615. coram me, quæ eſt 723. part. 2. in recent.* Nec obſtat, quod dicitur, non conſtare de intimatione moleſtiarum, nec de petitione Ioannis, nec de productione inſtrumenti; omnia enim tolluntur *ex ſummario eiuſdem Ioannis num. 1. 2. 3. & 4.* Secundò non obſtat, quòd non conſtet de lite mota per Cæciliam, quia de contrario apparet ex monitorio, ad inſtantiam dictæ Cæciliæ contra dictum Ioannem vti poſſeſſorem vineæ exequuto, & ex ſententia ad fauorem eiuſdem Cæciliæ ſubſequuta, *vt in d. ſumm Io. nu.* 5. & ex commiſsione Sanctiſsimi *nu.* 6. Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Pariſ. conſil. 48. num. 26. lib. 1. & fuit dictum in Oriolen. beneficiorum 10. Ianuarij 1594. coram* Cardinali *Arigonio & in Romana emphyteuſis 9. Maij 1623. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.*
B Adde, quòd quando ſtylus eſt exorbitans, debet probari,
6 contrahentes illum ſciuiſſe, aliàs non cenſentur conſentire voluiſſe, vt notarius apponat clauſulas huiuſmodi, vt tradunt *Purpurat. in l. certi condictio, ſ. ſi nummos, num. 34. verſ. ſecundò declaretur, ff. ſi cert. pet. & in l. 1. num. 101. verſ ſed hoc, C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. Gabr. de conſuetud. concluſ 5. num. 38. & Rota in hac eadem cauſa Romana vineæ 18. Aprilis 1622. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, in qua deciſiones Domini mei confirmauit.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana pecuniaria.

Sabati 23. Ianuarij 1621.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Salarium adminiſtratoris pro viatico victu, & mercede taxatur iudicis arbitrio, & num. 2.*
3 *Salarium Iudex taxare debet, habita ratione laborum, ac induſtriæ perſonæ.*
4 *Salarium promiſſum, non expreſſa quantitate, ſolui debet iuxta ſolitum.*
5 *Salarium certum vbi alicui pro ſeruitio aſſignatum fuit, ſi finito tempore abſque noui ſalarij conſtitutione ſeruire continuat, cenſetur pro prius conuento continuare.*
6 *Salarium duplex debetur electo ad certum officium, ſi poſtea aliud ei demandetur.*

DECISIO DVIII.

CVM bon. mem. D. Dux ab Altaemps peteret à Ioſepho redditionem rationis de florenis 4685. monetæ Theutonicę nec non de ſcutis 170. monetæ Romanæ, dicto Ioſepho de eius ordine (vt dicitur) ſolutis pro expeditione quorundam dicti D. Ducis negotiorum in partibus Germaniæ, & idem Ioſeph prætenderet, reſtituiſſe Vngaros mille, & ſibi deberi excomputati, & bonas fieri expenſas viatici, vnà cum ſamulo in eundo, & redeundo, & victus pro tempore, quo in dictis partibus commoratus eſt pro ſeruitio dicti Ducis, nec non illius mercedem. Et cauſa in Rota commiſſa, Dubitaui, ad quam ſummam ſint taxan. expenſæ dicti viatici, & victus, & merces. Et Domini reſponderunt, vt in-

infra, videlicet. Primò quò ad viatica eundi, & redeundi, illa taxarunt ad ſcuta 240. monetæ Romanæ. Secundò quò ad victum pro dicto tempore, ad rationem iuliorum ſexdecim pro qualibet die. Tertiò mercedem taxarunt ad rationem ſcutorum duodecim pro quolibet menſe. Quæ omnia, cum etiam ex confeſſione partis debeantur, & ſolum tractetur de quantitate, Iudicis ar-
A bitrio taxari poſſunt, A, vt de expenſis factis in ho-
2 ſpitio, conſiderata prolixitate temporis, & regione, *Bart. in l. non ignorat, num. 3. C. de fruct. & lit. expenſ. Alex. poſt Feder. de Sen. conſ. 37. num. 32. & 33. lib. 2.* & de viaticis fuit dictum in *Pariſien. pecuniaria 1. Martij 1619. coram Reuerendiſſimo Decano*, & de mercede idem *Bart. in l. Seio, in fin. ff. de ann. legat. Corn. conſ. 116. num. 4. lib. 4. Capic. deciſ. 27. num. 20. Rot. deciſ. 291. num. 2. par. 1. & 157. num. 2. in fin. part. 2. in recent.* vbi aliæ allegantur.

Et ita deciſum, hæredibus dicti D. Ducis tantùm informantibus.

ANNOTATIO.

A Et quòd ſalarium inter partes non determinatum, & con-
2 uentum taxetur arbitrio Iudicis, *Menoch de arbitr. iudic. caſ. 223. in fin. Rot. deciſ. 354. num 2. part. 1. recent. & fuit dictum in Romana mercedis 10. Martij 1599. coram Cardinali Lancellotto iuniori, in alia Romana mercedis 28. Februarij 1622 coram R. P. D. Pirouano, in alia Romana mercedis 26. Aprilis 1624. & 5. Martij 1615. coram R. P. D. Merlino, & in Romana ſalarij 23. Ianuar. 1626. coram bon. mem. Remboldo.* Debet tamen iudex illud taxa-
3 re, habita ratione laborum, ac induſtriæ perſonæ inſeruientis, *Bald. conſil. 155. in fin. lib. 5. Cardinal. Seraphin. deciſ. 65. in fin. Rot. deciſ. 291. num. 3 part. 1. recent & in Leodien. ſalarij 19. Decembris 1610. coram R. P. D. Pirouano, & in d. Romana ſalarij coram Rem-*
4 *boldo.* Notandum autem in propoſito, quòd vbi quis aſſumitur ad aliquod officium, ſinè conſtitutione certi ſalarij, cenſetur aſſumptus pro ſalario alijs pro illo officio præſtari ſolito, *Surd. conſ. 42. num. 13. & conſ 460. num. 30. Rot. deciſ 88. num. 5. part. 2. diuerſ & d deciſ. 354. num. 3. part. 1. recent.* ſicut etiam famulus conductus
5 pro certo ſalario, ſi finito tempore abſque noui ſalarij conſtitutione ſeruire continuat, cenſetur pro eodem priùs conuento continuare. *Cagnol. in l. diem functo num. 92. ff. de offic. aſſeſſor. Cremen. ſingular. 15.* quos ſecuta eſt Rota in *Romana mercedis 26. Ianuarij 1604 coram bon.*
6 *mem Cardinali Pamphilio ſeniori.* Item notandum quòd electo ad certum officium ſi poſtea aliud demandetur, duplex ſalarium ei debetur *Roman conſ 25. cum alijs pluribus adductis per Maſtrill in tract de magiſtr. lib. 1. cap. 21. num. 15. 72. 73. & 79. Rot. d deciſ. 354. num. 4. & 5. par. 2. recent. & in d. Rom. ſalarij coram R P. D. Merlino.* Hoc tamen procedit, quando quis ad certum officium, vel ſeruitium pro certa mercede eligitur; ſecus ſi ſimpliciter ad ſeruiendum recipitur, tunc enim licèt pluribus ſeruitijs occupetur, non tamen plura ei debentur ſalaria, vt fuit reſolutum *in d. Romana mercedis 26. Ianuarij 1604 coram bon. mem. Cardinali Pamphilio ſeniori.*

Ioannes Franciſcus Perentillus.

Romana legitimæ de Columna:

Sabati 23. Ianuarij 1621.

ARGVMENTVM.

Onus impoſitum per hæredem grauatum ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis ſtante vtilitate ſuſtinetur, abſque vlla imputatione in fructus per ipſum grauatum perceptos.

SVMMARIVM.

1 *Soluens pro alio ſuccedit in locum prioris creditoris, cui ſoluit, etiam abſque ceſſione, quando ſolutio eſt facta ad effectum ſatisfaciendi priori creditori, & acquirendi illius iura, & ſolutio realiter ſubſecuta eſt.*

2 *Actio vtilis negotiorum geſtorum competit cuilibet pro alio, ſoluenti.*

3 *Hæres grauatus ſoluens debitum hæreditatis poteſt ſibi in ſolutum retinere tot bona fideicommiſſo ſubiecta pro rata debiti ſoluti, vel ſuper illis onus imponere.*

4 *Hæres grauatus tenetur ſoluere debita ex fructibus bonorum hæreditariorum, vel illos in credita ſua imputare.*

Contrarium eſt verius, vt num. 5. Amplia, & limita, vt num. 6.

DECISIO DIX.

IN hac cauſa fuit bis reſolutum, Montem ſcutorum 150. mill. non eſſe ponendum ad debitum hæreditatis M. Antonij Quarti, ex qua Excellentiſs. D. Marchioniſſa eius mater prætendit ſupplementum legitimæ: & cauſa iterum propoſita, Domini ſteterunt in deciſis, & licèt non fuerint concordes in primo fundamento neceſſitatis, (vt dicebatur) reſultantis ex Bulla Baronum, conuenerunt tamen in ſecundo vtilitatis erectionis dicti Montis, ex eo; quia dictus M. Antonius IV. ſoluit infraſcripta debita hæreditatis M. Antonij Secundi fideicommittentis, & authoris primogenituræ. Videlicet D. Marchioniſſæ eius matri ſcuta 20. mill. per eam ſoluta Victoriæ filiæ, & creditrici hæreditatis M. Antonij II. pro dote, & etiam illius legatariæ, quæ nupta fuit D. Comiti Enriquez de Cabrera, vt de legato conſtat in ſummario nunc dato numero 5. & de ſolutione in ſummario dato 15. Iunij præteriti, num. 8. Item ſcuta 58. mill. ſoluta de pecunijs dotalibus eiuſdem D. Marchioniſſæ D. Veſpaſiano Gonzaghæ, ex cauſa tranſactionis pro liberandis Caſtris ſubiectis primogenituræ, in *d. ſummario 15. Iunij num. 6. & 9* Pro quibus ſummis D. Marchioniſſa erat effecta creditrix hæredita-
1 tis M. Antonij Secundi, etiam abſque ceſſione; quia cum à principio dos fuerit promiſſa M. Antonio Tertio eius viro ad effectum extinguendi dicta debita, & acquiren. iura creditorum, vt in Summario dicta die dato, num. 3. ſubſecuta reali ſolutione, idem eſt, ac ſi iura contra dictam hæreditatem ceſſa fuiſſent, *Bald. in l. ariſto, in lect. antiq. in fin. Alberic. num. 1. poſt med. qui de communi ff. quæ res pign. oblig. poſſ. Mantic. poſt Bur. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 29. num. 10.* Et ſublata actione hypothecaria D. Marchioniſſa non excludebatur à repetione crediti (dum conſtat, ex proprijs pecunijs ſo-

luta

2 luta fuiſſe debita fideicommittentis) ex vtili actione negotiorum geſtorum, quæ competit cuilibet pro alio ſoluenti, *l. ſoluen.* vbi *Doct. ff. de neg. geſt. Alberic. in d. l. ariſto poſt med. verſ. ſecundo caſu*, *Anchar. conſ.* 285. *num.* 4. *verſ. deſcendo breuiter*, *Mantic. vbi ſupra lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 22. *verſ. ſed tamen*, *& fuit dictum in Romana donationis de Cangijs* 21. *Maij* 1614. *coram Reuerendiſſ. Sacrato* aliàs allegata. Item ſoluit ſcuta 40. mill. monetæ Regni Neapolis ad computum dotis Ioannæ Principiſſæ Auriæ alterius filiæ Marci Antonij II. vt in d. ſummario numero 17. pro cuius ſolutione fuit in ſpecie facta dicta erectio, vt in ea legitur. Nec ad elidendum fundamentum vtilitatis viſa fuit obſtare aſſignatio facta pro dicta dote de redditibus Caſtrorum, & Terrarum Regni Neapolis, & quòd hodie detur aſſenſus Regius in ea referuatus. Nam (quicquid ſit de conditionibus, ſub quibus dictus aſſenſus præſtitus fuit) vel dicta aſſignatio non fuit purificata, tanquam facta ſub conditione: quatenus ſolutiones conuentæ nõ fierent terminis deſtinatis, cũ imò adimpleta fuerit cõditio per ſolutiones ratarũ tàm veræ ſortis, quàm interuſuriorum per totum tempus vitæ d. M. Antonij IV. decurſorum, vt in dicto ſummario num. 17. Vel non fuit ſortita effectum, cũ videatur facta pro maiori cautela, & aſſecuratione in defectum ſolutionum; & ſic erat in facultate M. Antonij IV. ſoluendo liberare dicta bona, & redditus à dicta aſſignatione: prout etiam fuit poſtea conuentum in tranſactione inter eum, & Excellentiſſ. D. Comeſtabilem inita; & ideo perinde eſt, ac ſi dicta aſſignatio pro dictis ſummis ſolutis facta non fuiſſet, & conſequenter M. Antonius ſoluen. debitum dictæ dotis M. Antonij II. liberauit ab eo bona illius primogenituræ, & vtile negotium geſſit pro primogenitis, & vocatis. Item ſoluit ſcuta 22. mill. pro extinctione tot cenſuum, vel circa, impoſitorum per dictum M. Antonium Secundum, vt in ſummario Marchioniſſæ dicta die 15. Iunij num. 18. Item ſcuta 3624 ſoluta diuerſis legatarijs d. Felicis, *vt in d. ſummario num.* 14. Et demum vltra alia debita, quæ prætendebantur ſoluta, idem M. Antonius Quartus erat creditor legatarius dictæ Felicis eius auiæ paternæ in ſcutis 15000. vt in eius teſtamento dato *dicto ſum-*
3 *mario num.* 14. Et ideo cum eſſet creditor præfatæ hæreditatis in ſupradictis ſummis exceden. valorem montis erecti, & poſſet pro ſibi ſatisfacien. retinere Caſtra,
A & bona fideicommiſſaria in ſolutũ A, *l. debitori*, vbi *Bald. num.* 5. *Curt. Iun. num.* 3. *C. de pact. Pariſ. conſ.* 55. *nu.* 27. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 7. *num.* 23. *&* 26. *& conſ.* 291. *nu.* 12. *& deciſ.* 91. *num.* 1. *Menoch.* poſt multos, quos refert *conſ.* 183. *num.* 33. *&* 34. *lib.* 1. latè *Peregr. de fideicomm. art.* 35. *in princ. Petr. Caball. conſ.* 83. *num.* 16. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 267. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.* Multo magis potuit onus dicti montis imponere *iux. text. pluries alleg. in l. pater filium*, *in princ. ff. de leg.* 3. & fuit comprobatum in vtraque deciſione. Nec obſtat, quòd hæ-
4 res grauatus teneatur ſoluere debita de fructibus hæreditatis, vel illos in credita ſua imputare, *ex Caſtr. & Alex. in l. quod de bonis. §. quod autem ff. ad l. falcid.* & ex
5 alijs allegatis. Quia contraria opinio eſt magis communis, *ex trad. per Doct. inl. deducta. §. qui poſt ff. ad Trebell.* vbi præcipuè *Caſtr. & Alex. num.* 1. *Ruin. conſil.* 175. *num.* 10. *lib.* 3. *Rol. conſ.* 65. *num.* 24. *lib.* 2. *Gabr. conſ.* 124. *num.* 7. *lib.* 1. *Decian. reſp.* 49. *num.* 13. *lib.* 2. *Honded. conſ.* 58. *num.* 51. *lib.* 1. *Surd. d. conſ.* 291. *num.* 6. *&* 11. *& d. deciſ.* 92. *num.* 6. *verſ. ſed alij*, *& deciſ.* 214. *num.* 12. latè *Marzar. conſ.* 25. *num.* 1. *& ſeq. Sim. de Pret. de interpr. vltim. vol. lib.* 2. *dub.* 5. *ſol.* 4. *num.* 19. *Peregr. de fideicommiſſ. artic.* 35. *num.* 10. *verſic. communis tamen ſententia eſt*, *dict. art.* 49. *num.* 57. *Card Seraph. deciſ.* 1284. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 680. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ.* vbi quòd hæc eſt verior, & communior, & fuit reſolutum *in Romana fideicommiſſi* 23. *Maij* 1583. *coram Bubalo, in Romana de Gabrielibus* 22. *Maij* 1591. *coram Gipſio*, *& in Firmana*, *ſeu Maceraten. Dotis* 27. *Martij*
B *anni præteriti coram R. P. D. Pirouano*. B
Et ita deciſum vtraque parta informante.

ANNOTATIO.

A Vide *Mareſcott. variar. reſolut. lib* 1. *cap.* 37. *per tot. & latè per Giouagnon. conſil.* 73. *per tot lib.* 1.

B *Giouagnon. d. conſil.* 73. *num.* 43. *lib.* 1. *Merlin. de legit.*
6 *lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 11. *&* 12 *& tit.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 25. *& duob. ſeqq. vbi ſequitur hanc deciſionem*, *quæ eſt* 9 *in impreſſ poſt d. eius tract. de legit. Fuſar. qui plures refert. de ſubſtit. quæſt.* 665. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 517. *num* 8. *part.* 4 *diuerſ. & in Eſina fideicommiſſi* 8. *Iunij* 1618. *coram bon mem. Vbaldo ſeniori*. Et hoc ampliatur procedere, etiam ſi teſtator mandet hæredi, vt debita ex fructibus ſolueret; non enim inde ſequitur, quòd voluerit, eueniente caſu reſtitutionis, dicta debita non eſſe detrahenda, cum ad hunc effectum ſit neceſſaria vel expreſſa prohibitio, nempè quòd teſtator expreſsè mandet, etiam fructus reſtitui, *l. in fideicommiſſariam*, *& ibi Rip. num* 6. *& l. Baliſta in fin. ff ad Trebell.* vel ſaltem tacita, quæ ex verbis ipſius teſtatoris colligatur, ex latè traditis *per Menoch. de arbitr. caſ* 216. *num.* 3. *& ſeqq. Mantic. de coniectur. lib.* 7 *tit* 10. *num.* 9. *Gabr. conſil.* 124. *in fin. lib* 1. & ideo vbi talis expreſſa, vel tacita prohibitio non reperitur, cenſendum eſt, teſtatorem voluiſſe ſe conformate cum diſpoſitione iuris communis, ſecundùm quam hæres grauatus, pendente conditione fideicommiſſi, fructus poſt aditam hæreditatem perceptos facit ſuos, nec illi veniunt in reſtitutione *d. l. in fideicommiſſariam*, *& ibi Gloſſ. & Rip num.* 1. *&* 4. *& l. mulier*, *§. ſi hæres*, *& l. poſtulaſſe §. ſed & in huiuſmodi*, *verſ ſanè pro fructu*, *& l deducta*, *§. qui poſt ff. ad Trebell.* & ita per prædicta reſoluit Rota *in d. Eſina fideicommiſſi coram Vbaldo*, *verſus fin.* Alias declarationes ad principalem concluſionẽ vide apud *Fuſar. d. quæſt.* 665. *num.* 10. 11. 12. *&* 13.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ianuen. Reintegrationis.

Veneris 26. Februarij 1621.

ARGVMENTVM.

Tranſlatus autem Apoſtolica de Religione incapaci bonorum in communi ad aliam capacem non reintegratur ad bona, quæ poſſidebat ante profeſſionem in dicta Religione incapaci emiſſam.

SVMMARIVM.

1 *Capuccinorum Religio eſt incapax bonorum tàm in particulari, quam in communi.*

2 *Profeſſus in Religione bonorum in communi incapaci amittit bona, per eum habita antè profeſſionem, quæ deferuntur venientibus ab inteſtato, ac ſi naturaliter mortuus fuiſſet.*

3 *Pro-*

3 *Profeſſus Religionem bonorum in communi incapacem,*
ſi deindè auctoritate Apoſtolica in Ordinem bonorum
capacem transfertur, bona per profeſsionem in prima
Religione amiſſa amplius non recuperat, maximè ſi non
conſtat de voluntate Papæ id concedendi, num. 4.
5 *Beneficia Principum intelligenda ſunt abſque tertij præ-*
iudicio non expreſſo in beneficio.
6 *Regula de iure quæſito non tollendo expreſſam, & indiui-*
duam derogationem requirit.
7 *Subreptitia redditur gratia ex taciturnitate eius, quod ſi*
concedens ſciuiſſet, vel non conceſſiſſet, vel difficiliter con-
ceſsiſſet, & an ſit tale, iudicis arbitrio relinquitur num. 10.
8 *Inferior factum Superioris immutare, vel contra illud*
diſpenſare non poteſt.
9 *Inferior nequit iuris communis diſpoſitioni derogare.*
11 *Subreptitium redditur reſcriptum ex taciturnitate quali-*
tatis, quæ de iure, vel ex ſtylo, aut Principis conſuetu-
dine exprimi debet, non attento, an Princeps facilius,
vel difficilius conceſſiſſet.

DECISIO DX.

FVIT per Dominos vnanimiter reſo-
lutum, Fratrem Petrum Baptiſtam nõ
fuiſſe reintegratum ad bona, quæ ha-
bebat ante profeſſionem per eum
emiſſam in Religione Cappuccinorũ.
Certum eſt enim, quòd per ingreſſum
Religionis tàm in communi, quàm
1 in particulari incapacis, prout eſt iſta ad *Clem. exiui*
§. cupientes de verb. ſignificat. & diſpoſitionem *Concil.*
Trident. ſeſſ. 25. cap. 2. & 3. de reform. illa amiſit, &
2 venientibus ab inteſtato fuiſſe delata, ac ſi naturaliter
mortuus eſſet *Bar. in tract. minor. lib. 4. diſtinct. 2. cap.*
2. num. 6. & diſt. 3. cap. 1. num. 8. Bald. in auth. ingreſ-
ſi num. 63. C. de ſacro ſanct. Eccleſ. & not. Doct. in cap.
in preſentia, vbi precipuè Felin. num. 50. verſ. 7. quaro,
& Bero num. 539. verſ. alij magis communiter de prob. &
licèt deinde fuerit auctoritate Apoſtolica tranſlatus ad
3 Ordinem Fratrum Cappellanorum Sancti Ioannis Reli-
gionis Hieroſolymitanæ capacis: tamen nec ipſe, nec
dicta Religio ex eius perſona prædicta bona poteſt re-
cuperare *Bart. dicta diſt. 3. cap. 2. Bald. in dicta auth.*
ingreſsi num. 64. in fin. Feder. de Sen. conſil. 26. num.
2. & 3. cum ſeq. Felyn in cap. inter quatuor num. 4. cir-
ca fin. verſ. & dicit Bart. de maior. & obed. et in dicto cap.
in præſentia num. 50. verſ. et adde, et ibi Bero. num. 550.
Caſtr. in l. gallus §. et quid ſi tantum num. 20. Iaſ. num.
71. verſ. ad idem facit ff. de liber. et poſthum. Natt. conſil.
180. num. 4. Carol. Tap. in d. auth. ingreſsi cap. 6. num.
34. et Summiſtæ in ver. Religio vt per Roſell. in fin. Ang.
num. 35. in fin. verſ. 4. ſi Religio, Syluest. num. 10. circa
med. quia cum fuerint per conſanguineos apprehenſa,
imò (vt in hoc caſu) etiam alienata, res nõ eſt ampliùs in-
tegra, & diſpenſatio Apoſtolica non trahitur retrò in
tertij præiudicium *Bald. vbi ſupra Feder. de Sen. dicto*
conſ. 26. num. 3. Felin. d. cap. inter quatuor num. 4. et
Bero. d. cap. in præſentia num. 550. verſ. mihi videtur.
Præſertim quia non conſtat de voluntate Papæ, quòd
4 voluerit ipſum reintegrare ad bona, hæredibus, & alijs
qui ab illis emerunt, quæſita, cum nec dictus Frater Pe-
trus Baptiſta petierit, nec Papa tàm in primo Breui di-
ſpenſationis, quàm in alijs Perindè valere conceſſerit
expreſsè aliquam facultatem quoad bona, ſed tantùm
quoad trãſlationem perſonæ de Religione Cappuccino-
rum ad d. Ordinem Hieroſolymitan. in literis expreſſam
vt in ſimili Rota *in Romana nullitatis Cenſus 5. Maij*
1597. coram Corduba impreſſ. per modern. Peruſ. de cenſ.
deciſ. 124. & ſuccedunt tritiſſimæ iuris concluſiones
5 excluſiuæ voluntatis Principis in tertij præiudicium *l.*
ſecunda §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loc. public. cap. ſu-
per de offic. deleg. cap. quamuis in fin. vbi etiam Gemin.
num. 3. de reſcr. in 6. et in his terminis Nauar. conſil. 14.
num. 8. de vot. Emanuel. Rodriq quæſt. regul. tom. 3.
quæſt. 52. art. 27. col. 2. in princ. verſ. et hanc opinionem,
6 quæ ſunt authenticatæ *per regulã de iur. quæſit. non tollen.*
cuius expreſſa, & indiuidua derogatio eſt neceſſaria
Sarnen. ſuper dicta reg. quæſt. 15. num. 6. in fin. Caſ. de
Graſſ. deciſ. 1. num. 10. de verb. ſignif. Seraph. deciſ. 1082.
num. 7. Rota deciſ. 253. num. 6. part. 2. in recent. et fuit
ſæpiſsimè dictum. Nec viſum fuit Dominis, ſuffragari li-
centiam Magni Magiſtri, recuperandi bona paterna, &
materna quæcunque; tum quia non fuit narratum dicto
Magno Magiſtro, quòd ipſe fuerat profeſſus Cappucci-
nus, & diſpenſatus per Papam ad tranſeundum ad di-
ctum Ordinem Cappellanorum cum conditionibus vi-
uendi in Conuentu, & alijs de quibus in dicto Breui, quę
7 ſi ſciuiſſet, vel dictam licentiam non conceſſiſſet, vel
difficiliorem ad illam conceden. reddidiſſent, & ſic ſub-
reptitia videbatur *Felin. in cap. ſuper literis num. 8. de*
reſcr. Socc conſ. 260 num. 2. lib. 2. Corn. conſ. 245. num.
4. lib. 1. Caſſad. deciſ. 12. num. 14. de præb. Rot. deciſ. 418.
num. 1. et 506. num. 2. part. 1. et deciſ. 105. et deciſ. 739.
A *vbique num. 1. part. 2. in recent.* A, Tum quia dictus Ma-
8 gnus Magiſter vti inferior non poterat concedere hanc
facultatem, & derogare voto paupertatis, in quo Papa
non videtur voluiſſe diſpenſare vt ſupra, *cap. inferior de*
maior et obed. clem. ne Romani de elect. Dec. in cap. cum
acceſsiſſent num. 44. de conſtit. Aym. conſ 148. num. 3. et
4. et 179. num. 1. in fin. nec derogare iuris communis
9 diſpoſitioni, illum reintegrando ad bona iam amiſſa,
& legitimè quæſita tàm venien. ab inteſtato, quàm em-
ptoribus *Auth. iuram. quod præſt. ab ijs, et not. in l. omnes*
populi vbi Bald. num. 29. ff. de iuſt. et iur. Dec. conſ. 293.
num. 9. verſ. non obſtat, latè Alex. conſ. 106. num. 2. lib. 2.
Ex quibus fuit ita decíſum, parte tantùm Ioannis Chriſto-
phori informante.

ANNOTATIO.

A Latè *Sanc. de matrimon lib. 8 diſput 21. num. 11. & 17.*
& Rot. deciſ 288. per tot. & præcipuè num. 5. poſt 2. vol.
conſil Farinac. in Regien. tranſlationis penſionis 26. No-
uembris 1622 coram R. P. D. Pirouano, in Toletana in-
dulti 14. Martij 1625. coram bon. mem. Remboldo, & in
Mantuana penſionis 4. Decembris 1626. coram R. P. D.
Merlino. Et an aliquid, quod fuit tacitum, ſit eius gene-
10 ris, vt expreſſum retraxiſſet Principem, vel difficiliorem
illum ad concedendum reddidiſſet, iudicis arbitrio diiudi-
candum relinquitur, vt tradunt *Caſſador. deciſ 12. num.*
14. de preben Felin. in cap ceterum, num. 4. de reſcript.
Couar variar reſolut. lib. 1. cap. vlt num. 5. verſ falſitas,
cum alijs per Menoch. de arbitr. caſ 201. num. 24. & duob.
ſeqq. & per Sanch d. diſput 21. num. 19 quos ſecuta eſt
Rota in d. Mantuana penſionis coram R. P. D Merlino.
11 Verùm prædicta procedunt, quando nec ex iure, nec ex
ſtylo Curiæ, vel conſuetudine Principis id cognoſci poteſt;
nam taciturnitas qualitatis, quam exprimi, in iure ſpecia-
liter cautum eſt, reddit gratiam ſubreptitiam, non atten-
to, an Princeps faciliùs, vel difficilius conceſſiſſet, vt do-
cent *Felin in cap ſuper literis num. 2. limit. 1. & cap. ad*
aures num. 12. concluſ. 9. de reſcript Couar d. cap vlt. num.
5. verſ. verùm vt his, Menoch. d. caſ 201. num 27. cum
alijs per Sanch reprobatis contrarium ſentientibus d. diſput.
21. num. 13. & tenuit Rota in Calagurritana iuriſdictionis
8. Aprilis 1585. coram Rubeo relata à Beltramin. in annot.
ad

ad deciſ. 150. Gregor. XV. ſub num. 11. verſ. in contrarium. Et idem eſt de qualitatibus, quæ ex ſtylo Curiæ, vel Cancellariæ, aut ex conſuetudine Principis exprimendæ ſunt, quæ niſi narrentur, reſcriptum redditur ſubreptitium, nec attenditur, an Princeps eadem facilitate conceſſiſſet, *Menoch. d. caſ. 201. num. 28. Maſcard. de probat. concluſ. 840. num. 8. cum alijs per Sanch. d. cap. 21. num. 16.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Foroliuien. hæreditatis.

Prima Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio bonorum hæreditariorum ad effectum manutentionis probatur ex inſtrumento, in quo notarius teſtatur, illam captam fuiſſe de bonis hæreditarijs; non obſtante poſteriori poſſeſſione tradita à iudice, non citato anteriori poſſeſſore, & cum clauſula, *citra præiudicium iurium, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Notario aſſerenti, poſſeſſionem fuiſſe captam vtì de bonis hæreditarijs alicuius, creditur.*
2 *Poſſeſſio inſtrumentalis, alio non poſſidente ſuffragatur ad manutentionem.*
3 *Poſſeſſio capta auctore prætore, non priuat anteriorem poſſeſſorem non citatum.*
4 *Clauſula*, citra præiudicium iurium quorumcunque intereſſe habentium, *præſeruat anteriorem poſſeſſionem. & num. 5.*
6 *Fideicommiſſarius immiſſus à iudice cum clauſula*, ſinè præiudicio iurium, &c. *non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredis docentis de iure ſuo.*

DECISIO DXI.

TRAIANO fratri, & ex teſtamento hæredi q. Annæ, dixerunt DD. dandum eſſe mandatum de manutenendo, quia ſub die 14. Iulij præteriti auctore Prætore, ex remedio *l. fin. C. de edicto, &c.* mediate ſpeciali procuratore adeptus fuit poſſeſſionem bonorum hæreditatis d. Annæ, vt per pu-
1 blicum inſtrumentum, in quo notarius atteſtatur, dicta bona fuiſſe apprehenſa vti hæreditaria d. Annæ, cui creditur *Caſtr. in l. fin. num. 6. verſ. in dubio autem C. de edicto, &c. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 923.* In-
2 ſtrumentumque dictæ captæ poſſeſſionis probat illius acquiſitionem, alio in poſſeſſione non exiſtente, & ſufficit ad manutentionem *Rot. deciſ. 202. num. 5. par. 1. & deciſ. 62. num. 1. par. 2. diuerſ. & in alijs plurib.* Non obſtat prætenſa poſſeſſio poſtea capta per illos de Aleottis
3 de mandato Illuſtriſſimi D. Prouinciæ Legati, quia non priuauit Traianum anteriorem poſſeſſorem minimè citatum *cap. licèt epiſcopus, & ibi gloſ. in verbo te non vocato de præb. in 6. Menoch. dicto rem. 4. adipiſc. num. 563. Rot. deciſ. 476. num. 3. part. 1. recent.* Præſertim quia dicta poſſeſſio fuit conceſſa cum clauſula *citra præiudi-*
4 *cium iurium quorumcunque intereſſe habentium, &c. poſſiden dicta bona*, quæ præſeruauit anteriorem poſſeſſionem dicti Traiani *Put. deciſ. 34. lib. 2. in nou. Rota deciſ. 125. A. num. 1. part. 1. recent.* A

Et ita deciſum ſolo Traiano informante.

ANNOTATIO.

A *Rot. deciſ. 325. num. 1. part. 1. diuerſ. & deciſ. 226. num.*
5 *1. par. 2. recent. in Bononien. hæreditatis de Armis 18. Aprilis 1622. coram R. P. D. Merlino, quæ eſt deciſ. 47. num. 5. in impreſſ. poſt tract. Merlin. de legit. in Romana hæreditatis de Gaccinis 9. Decembris 1622 coram R. P. D. Nauarro, & in Taruiſina feudi 21 Aprilis 1627. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Virili.* Et quòd poſſeſſio tradita
6 cum clauſula, *ſinè præiudicio iurium, &c.* tanquàm conditionalis operetur, vt fideicommiſſarius non habeatur pro poſſeſſore ad præiudicium hæredis de iure ſuo probantis, nec dicatur legitimus contradictor ad impediendam illi immiſſionem, *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 47. num. 22. Surd. deciſ. 333. num. 10. Peregr. de fideicom. art. 47. num 29. & art. 48 num. 36. Rot. deciſ. 320. num. 2. par. 1. diuerſ. in Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ 24. Nouembris 1621. coram R. P. D. Pirouano, quæ eſt deciſ. 82. num. 5. in impreſſ. poſt tract. Merlin. de legit. & in eadem cauſa coram eodem 23. Ianuarij 1630.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Veliterna beneficij.

Lunæ 1. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Prouiſus Apoſtolicus per reſignationem ab vltimo rectore ſibi factam, cum reſeruatione penſionis, ad excludendum prouiſum ab Ordinario per obitum, & poſſeſſorem, an teneatur ſuæ gratiæ narratiuam iuſtificare, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Reo, & poſſeſſori ſufficit vincere per non ius actoris, quod procedit etiam in beneficialibus.*
2 *Narratiua ſubſtantialis gratiæ eſt iuſtificanda.*
3 *Reſignatio probatur ex conſenſu præſtito mediante procuratore, adnotato à tergo literarum.*
4 *Procurator ad reſignandum cum reſeruatione penſionis pro reſignante, non reſeruata penſione, nulliter reſignat.*
5 *Reſignatarius narrans in ſuis literis reſignationem cum reſeruatione penſionis, tenetur non ſolùm iuſtificare reſignationem, ſed etiam reſeruationem penſionis validam, etiam ſi reſignationi fuerit præſtitus conſenſus per procuratorem habentem mandatum cum dicta conditione reſeruationis penſionis, num. 7.*
6 *Narratiua reſignationis an ſit iuſtificanda, vbi fuit præſtitus conſenſus per reſignantem, vel illius procuratorem.*
8 *Reſignatarius tenetur iuſtificare valorem in ſuis literis narratum per aſcenſum.*
9 *Cancellatio verborum ſupplicationis declarat mentem Papæ, vt quæ ſunt cancellata concedere non intendat.*
10 *Reſignans vbi eſt in culpa, ſtatim abdicat à ſe ius.*
11 *Reſignatio an perficiatur ex ſolo reſignantis conſenſu.*

DE-

DECISIO DXII.

PLACVERVNT Dominis, & viſa fue-
runt ſubſiſtere fundamenta reſolutio-
nis factæ ſub die 11. Decembris 1619.
io qua propterea perſtiterunt: videli-
cet, quòd Nicolaus Rector non iuſti-
ficauerit literas Apoſtolicas ſuæ pro-
uiſionis iſtius beneficij, ad eius fauo-
rem expeditas contra D. Baldum, ab Ordinario pro-
uiſum, & poſſeſſorem *ex regul. vulg. quòd actore non*
probante, &c. & quia etiam in beneficialibus ſufficit
1 vincere per non ius actoris, etiam ſi non conſtet de iure
A poſſeſſoris *Rot. deciſ.* 4. *num.* 2. *in nou.* A, Tenebatur
enim Nicolaus iuſtificare ſubſtantialem narratiuam di-
2 ctarum literarum, quæ eſt reſignatio ad eius fauorem
facta per q. Iacobum vltimum Rectorem, cum reſerua-
tione annuæ penſionis ſcutorum 50. Et licèt videatur
3 probata reſignatio ex conſenſu præſtito mediante eius
B procuratore adnotato à tergo literarum iux. ſolitum. B
Tamen quia dictus procurator non habebat mandatum
ad reſignan. niſi reſeruata dicta penſione, non conſtito
de reſeruatione penſionis, non potuit ſimpliciter reſi-
gnare, & reſignatio fuit nulla, ex latè deductis in deci-
ſione, & per *Rebuff. conſ.* 87. *num.* 2. *&* in fortioribus
terminis *Sarnen. ſuper regul de Triennal. quaſt.* 27. *num.*
7. *in fin.* Et hinc tollitur reſponſio pro Nicolao, quòd
4 ſibi ſufficiat iuſtificare literas ſuæ prouiſionis abſque
probatione, vel iuſtificatione reſeruationis penſionis,
iuxta deciſiones Chirogæ, Platti, Littæ, & Peniæ datas.
Nam prædicta procederent, ſi Nicolaus in eius literis
narraſſet ſimplicem reſignationem ſinè expreſſione re-
ſeruationis penſionis, prout in dictis deciſionibus; ſed
quia illam narrauit cum dicta reſeruatione, non ſufficit
iuſtificatio reſignationis, niſi etiam iuſtificetur reſerua-
5 tio penſionis, & valida, vt *in Illerden. Canonicatus co-*
ram Orano allegata in deciſione. Non obſtat, quòd non
ſit iuſtificanda narratiua, quando fuit præſtitus conſen-
6 ſus per reſignantem, vel illius procuratorem, *vt in de-*
ciſione Giennen. Canonicatus coram Penia 28. *Nouembris*
1605. Nam vltra quòd dicta deciſio non videtur loqui,
quando narratiua reſignationis eſt expreſsè facta cum
reſeruatione penſionis; illa procedit, quando agitur con-
trà principalem, qui per ſe ipſum conſenſum præſtitit:
7 vel quando conſenſus fuit præſtitus per procuratorem
cum ſimplici mandato ad reſignandum, non autem limi-
tato, ſeu modali, vel conditionali, vt ſupra. Modò
non ſolùm ex parte Nicolai non docetur de dicta reſer-
8 uatione penſionis, ſed ex aduerſo, ad oſtendendum illius
nullitatem, datur ſumptum ſupplicationis, in qua valor
exprimitur per aſcenſum ad ducatos 70. cum in literis
fuerit expreſſus in eadem ſumma per non exceſſum.
Quod ſumptum aut acceptatur ex parte Nicolai, aut
impugnatur. Si impugnatur, (pro vt laborant infor-
mantes) & tunc non conſtat de aliqua reſeruatione; ſi
vero pars Nicolai eo vti velit, & tunc non iuſtificatur
valor narratus per aſcenſum, vt dictum eſt in deciſione;
quæ iuſtificatio erat omnino neceſſaria, tam propter
conſenſum reſignantis, qui erat modalis, ſeu conditio-
nalis, vt ſupra, pro validitate dictæ reſeruationis, quàm
etiam propter beneplacitum, & admiſſionem Papæ di-
ctæ reſignationis, qui illam aliàs non admiſiſſet, vt in
dicta deciſione. Imò ex oculari inſpectione originalis
ſupplicationis apparet, quòd clauſula *ſalua facultate*
diminuendi, fuit cancellata, que cancellatio oſtendit, re-
9 ſeruationem fuiſſe factam cum præſuppoſito veritatis
dicti valoris, & aliter Papam illam noluiſſe reſeruare
Mohed. deciſ. 23. *num.* 3. *de praben. Gonzal. ſuper regula*
8. *glo.* 15. *num.* 38. Et demùm non obſtat, quòd Iaco-
10 bus reſignas fuerit in culpa, & propterea ius fuerit
ab ipſo abdicatum ex alleg. Nam reſpectu valoris nul-
la culpa ipſi poteſt imputari, cum in mandato procuræ
nullam mentionem fecerit de valore. Quatenus verò
non expediuit literas reſeruationis penſionis, prout po-
terant expediri ſub diuerſis modo, & clauſulis, hoc ſibi
eſſet imputan. ſi daretur de nullitate reſignationis ob
non expeditionem literarum, ſed quia agitur de nulli-
tate ob non reſeruationem validæ penſionis iuxta ipſius
mandatum, nihil ipſi venit imputandum, ſi literas nolue-
rit expedire, cum ius ab ipſo non fuerit abdicatum ex
dictis in deciſione.
Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Rot. deciſ. 7. de except. & deciſ. 6. de re iud. in antiq. Ge-*
min. conſil. 37. 91. & 92. vbique in princ. Ancharan conſil.
233. in princ. Roman. conſil. 347. in princ. & num. 5. Ca-
putaq. deciſ 11. part. 1. & fuit reſolutum in Parmen. Ca-
nonicatus 20. Maij 1622. coram R. P. D. Pirouano, & in
Adiacen. vicaria 2. Martij 1626. coram R. P. D. Merlino,
& in alijs concordan quas adduxi ſupra ad deciſ 380. lit. A.
B Adde tamen, quòd reſignatio valida, & perfecta, prout
11 requiritur ad excludendum prouiſum ab Ordinario, non
probatur ex ſolo reſignantis conſenſu, quando agitur de
reſignatione facta ad fauorem certæ perſonæ; quia licèt
conſenſus reſignantis ſit cauſa formalis reſignationis, &
reſignatio ex conſenſu perficiatur, vt tradit *Pariſ. de re-*
ſignat lib. 1 quaſt. 12. num. 22. id tamen procedit in reſi-
gnatione ſimplici, per quam reſignans amittit omne ius,
& poſſeſſionem, quam habebat in beneficio, itaut illud
poſſit tanquam vacans liberè conferri, aut impetrari; ſe-
cus tamen eſt in reſignatione facta ad fauorem certæ per-
ſonæ, quam ſolus partium conſenſus non perficit, ſed ad-
miſſio Papæ per ſupplicationem ſignatam, & per literas
expeditas, vt reſoluit Rota *in Abulen. & Zamoren bene-*
ficiorum coram Penia apud Garz. de benefic part. 6. cap. 2.
num. 126. in Barchinonen. parochialis coram Cardinali
Sacrato apud eund. Garz. in addit. ad idem cap 2. num. 126.
& in Leodien. Canonicatus Sancti Pauli 25. Iunij 1621.
coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio, & in Illerden.
Canonicatus 19. Aprilis 1624. coram R. P. D. Pirouano.
Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana Communantiarum.

Veneris 5. Martij 1621.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio iuris paſcendi cum grege in communi cum*
alijs in aliqua valle, ex quibus probetur ad effectum ma-
nutentionis, & an ſit neceſſaria ſcientia, & patientia
aduerſarij.

DECISIO DXIII.

DOMINIS placuit deciſio Reuerendiſ-
ſimi D. Lugdunenſis in hac cauſa facta
13. Martij 1609. ſuper manutentione
Dominorum de Cincijs in poſſeſſione
Vallis, & fontis, de quibus agitur, in
communione cum Dominis Serlupis, &
Mag-

1 Magdalenis. Quia dicta poſſeſſio Dominorum de Cincijs de tempore litis motæ, & ante ſatis probata fuit per tres teſtes, quorum ſummarium datur, deponentes, dictam communantiam eſſe intra tria caſalia dictarum partium poſitam, & ſituatam, & fuiſſe dictis caſalibus, eorumque Dominis, & poſſeſſoribus, eorumque affictuarijs, colonis, & paſtoribus communem, & in ea animalia dictorum Dominorum caſalium ſolita fuiſſe paſcere, & bibere promiſcuè, ac inſimul, & de per ſe, & tanquam communem fuiſſe tentam, reputatam, & poſſeſſam quietè, & pacificè, abſque aliquo impedimento, & præſertim DD. Cincijs, & eorum miniſtris illato. Teſtes ſunt optimè informati, & dicunt de facto proprio ſuper 4. & 5. vt ex eorum lectura, & ſecundus dicit de toto tempore eius recordatus, & practicæ in illa regione, *che ſono da 45. anni, & più ſin'al tempo, che s'è moſſa la lite*, & deponunt etiam, prædicta fuiſſe notoria, & publica, & publicè facta, & viſa à vicinis, & alijs; quamuis non ſit neceſſaria probatio ſcientiæ, & patientiæ aduerſariorum, cum non prætendatur ius, ſeu quaſi poſſeſſio ſeruitutis, ſed iure proprio, vt benè fuit dictum in deciſione, cum qua Domini tranſierunt, ſolis Dominis de Cincijs informantibus, diù expectatis Dominis de Serlupis, & Magdalenis intimatis, & monitis, &c.

Romana rationis fundacariæ.

Lunæ 8. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Vxor an, & quando pro reſtitutione ſuæ dotis concurrere poſſit cum creditoribus rationis fundacariæ, quam eius vir cum alijs Socijs exercebat.

SVMMARIVM.

1 *Socius pro dote ſua vxoris non poteſt obligare fundacum, nec illius merces, abſque mandato ſociorum.*
2 *Contractus initi per vnum ex ſocijs ante incobationem ſocietatis, ad eam non ſpectant.*
3 *Socius proprio nomine contrahens non obligat conſocios, ſed ipſe ſolus obligatur.*
4 *Vxor non poteſt agere contra bona ſocialia ſibi à marito pro dote hypothecata, niſi priùs facta illorum diuiſione, & ſolutis debitis.*
5 *Actio de in rem verſo quando habeat locum, & numero 6.*

DECISIO DXIV.

DVBITAVI, an Iſabella pro repetitione ſuę dotis poſſet concurrere cum creditoribus rationis fundacariæ, quam exercebat Bartholomæus eius vir cum alijs ſocijs; & Domini negatiuè poſt plures propoſitiones reſponderunt. Moti, quia ipſa non contraxit, ſeu quaſi cum dictà ratione, ſeu illius adminiſtratoribus: imò, nec cum marito tanquam ſocio, ſed vti priuata perſona, vt infra dicetur: & ideo non reperitur deſcripta creditrix ſuper libris fundaci; ſed maritus, & ſic inter creditores fundacarios reputari non poteſt. Et licèt ſit creditrix mariti cum hypotheca tàm legali, quàm conuentionali expreſſa omnium bonorum, & iurium præſentium, & futurorum, & præſertim mercium emptarum, & emendarum ea pecunijs dotalibus per eum receptis. Tamen non potuit mari-
1 tus ſinè mandato ſociorum obligare fundacum, nec illius merces *l. 1. §. non autem ff. de exercit. act. l. ſed & ſi pupillus §. conuentio ff. de inſtit. act. latè Anchar. conſil. 332. num. 1. & ferè per tot. Caſtr. conſ. 415. num. 1. lib.*
A *1.* A. Tanto minus pro ſummis ſolutis ante cęptam ſocietatem, quæ initium habuit ex conuentione ſub die 17. Septembris 1611. vt ex capitulis ſocialibus 27. Auguſti præcedentis, *vt in ſummario num.* 4. Contractus
2 enim ante ſocietatem per vnum ex ſocijs initi, dicuntur extra ſocietatem, & ad eam pertinere non poſſunt *Pariſ conſ conſil. 94. num. 15. vol. 1.* Imò nec poſt vnus
3 ex ſocijs ſolus contrahens proprio nomine alios ſocios obligat, licèt ipſe obligetur, *l. iure ſocietatis ff. pro ſocio cum latè adductis per Modern. tract. de ſocietat. cap. 30. num. 2. & ſeqq.* Et ſub dicta obligatione venit tantùm
4 pars, quæ eſt obuentura marito in diuiſione, ſoluto priùs ære alieno, quia antea non dicuntur bona mariti iuxta *doctr. Salicet. in l. eius in fin. C. de compenſ. Magon. deciſ Lucen. 1. num. 13. Caſt. de remed. ſubſid. remed. 119. num. 12. 13. & 14.* & latè comprobant *Modern. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 2. num. 53. 54. & ſeq. vbi in* terminis noſtris *nu* 16 refert, quòd Senatus cenſuit, eſſe priùs ſatisfacien. creditoribus ſocietatis, quàm vxori vnius ex ſocijs, licèt in hypotheca anteriori, & tenuit *Rota coram Reuerendiſſimo D. Attrebaten. in Romana dotis 13. Nouembris. & 2. Decembris 1602. & in Romana pecuniaria 30. Martij anni præteriti coram R.P.D. Rem-*
5 *boldo*. Nec viſum fuit Dominis, applicari materiam de in rem verſo, de qua in toto titulo *ff. de in rem verſ. & in l. ei qui, C. quod cum eo, vbi Bart. et Salicet. & in l. iure ſocietatis, ff. pro ſocio, Natt. conſ. 567. num. 7.* Nam illa
6 procedit, quando, conſiſtente ſocietate, vnus ex ſocijs ſinè mandato ab alijs recepit pecunias, vel emit merces, vel aliàs contraxit ad vtilitatem ſocietatis, *vt in d. l. iure ſocietatis, & ibi gloſ. in verb. communem, & Salicet.* & alij DD. de huiuſmodi verſione loquentes. In caſu autem noſtro pecuniæ dotales fuerunt poſitæ per Bartholomæum pro capitali, vt ſatisfaceret ſuæ obligationi de ponendo partem ſuam capitalis iuxta conuenta, & ſic vt diſſolueret proprium debitum, & fuerunt adnotatæ partitæ ſuper libris ad eius creditum abſque aliqua mentione, quòd pecuniæ eſſent dotales. Et ideo non poſſunt dici verſæ in vtilitatem Societatis, prout neceſſe eſt, ad hoc, vt habeat locum actio de in rem verſo, quæ præſupponit incrementum euidens ex verſione ipſi ſocietati vltrà capitale. Intellexerunt autem Domini, quòd Iſabella non poſſet concurrere cum creditoribus ſocietatis, videlicet cum illis, qui ei crediderunt illa durante. De quo verò tempore ſocietas fuerit finita, itaut potuerit ſubintrare illius hypotheca, Domini reſeruarunt particulariter videre.

Et ita, &c.

ANNOTATIO.

Ab hac deciſione receſſit *Rot. infra deciſ. 721.*

A *Gratian. diſceptation forenſ. cap. 964. num. 2. & ſeqq.* hanc deciſionem verbatim regiſtrauit.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Ti-

Tiburtina hæreditatis.

Lunæ 15. Martij 1621.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio in forma Cameræ habet executionem paratam.*
2 *Depoſitum contra depoſitarium habet viam exequtiuam, etiam ſi ſit confeſſionatum, vel irregulare num. 3. & 4.*
5 *Sequeſtrum contra ſequeſtratarium habet viam executiuam.*

DECISIO DXVI.

CVM Antonina aliàs vxor, & Imperatrix nurus q. Erminij vti illius hæredes ex teſtamento præuijs reſolutionibus Rotalibus tàm ſuper validitate teſtamenti ſub die 27. Februarij 1620. quàm ſuper reintegratione ſub die 1. Iulij eiuſdem anni, fuerint ad poſſeſſionem bonorum hæreditatis d. q. Erminij, quæ ſpoliatæ fuerant, reintegratæ, & petierint mandatum executiuum contra Dominicum pro reſtitutione mobilium, animalium, ac aliorum contentorum in inuentario poſt mortem d. Erminij confecto; DD. dixerunt, d. mandatum eſſe relaxan. iux. formam obligationis dicti Dominici, qui ſub die 8. Iulij 1617. promiſit, & ſe obligauit in ampliori forma Cameræ, & depoſiti, de illis reſtituen. & conſignan. ad omne mandatum Curiæ: quæ bona, & animalia fuerant priùs adnotata, & depoſita 21. Iunij d. anni penes Philippum, & Dominicum Angeli de conſenſu eiuſdem Dominici Paſcucci, & ad quod inuentarium fuit habita relatio in eius obligatione, *vt in ſummario dato.* Et prædicta intellexerunt, exceptis ſeminibus ſatis, & noualibus, pro quibus de conſenſu partium fuit in d. inſtrumento deputatus cuſtos. Obligatio enim illius eſt clara, & contra illam nihil oppo-
1 nitur, & habet exequutionem paratam, cum ſit in for-
A ma Cameræ, & depoſiti A, ex vulg.
Et ita fuit reſolutum, parte dictarum mulierum tantùm informante.

ANNOTATIO.

A Quòd depoſitum contra depoſitarium habeat viam exe-
2 cutiuam, tenent *Alex. in l. ait Prætor §. ſi Iudex num. 1. ff. de re iud. & in l. ſi cum dotem §. eo autem num. 6. ff. ſol. matr. Bart. & Caſtr. in l. penult. C. depoſ. Suarez in l. poſt rem iudicatam 3. notab. verſ. adde quintum num. 1. & 2. ff. de re iud. Roland. qui de communi conſ. 17. num. 1. & ſeq. lib. 1. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 62. ſub num. 11. verſ. contrariam, & de Commerc. & Camb. §. 7. gloſ. 5. in princ. Gratian. diſcept. 667. num. 15. & diſcept. 728. per tot.* vbi
3 ampliat, procedere etiam in depoſito confeſſionato, prout etiam tradunt *Roland. d. conſ. 19. per tot. Theſaur. deciſ. Pedem. 26. num.* 8. vbi reprobat *Adden. ad Alex. in d. l. ſi cum dotem §. eo autem* contrarium tenen. *Mantic. de tacit. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 10. vbi vlteriùs ampliat etiam
4 in depoſito irregulari, quando ſcilicet depoſita eſt pecunia numerata, & dominium in accipientem transfertur *Boer. deciſ. 25. num. 15. & deciſ. 295. num. 7. Card. Canaler. deciſ.* 29. *num.* 1. vbi dicit, eadem ratione dari viam exequu-
5 tiuam pro ſequeſtro contra ſequeſtratarium, cum ſequeſtrum, & depoſitum à pari procedant *l. ſequeſter ff. de verb. ſignif. Salicet. in l. vni num. 15. C. de probib. ſequeſtr. pecun. cum alijs per Surd. conſil. 280 num. 18.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Imolen. cenſus.

Mercurij 17. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Aſſociatio conceſſa pro fructibus cenſus ſolutis eſt iniuſta. Oblatio an, & quando excuſet à mora, & impediat curſum fructuum cenſus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſtola contra ſcribentem plenè probat.*
2 *Obligatio in loco deſtinatæ ſolutionis excuſat à mora, quando creditor eſt diuerſi fori.*
3 *Oblatio licèt verbalis, ſi iudicialis ſit, & præſertim geminata excuſat à mora, dummodo fuerit recuſata, & num. 4. & dummodo creditor iuſtam recuſandi cauſam non habeat num. 6.*
5 *Oblatio verbalis non excuſat à mora, ſi creditor non expreſsè recuſet ſed ſimpliciter taceat, nec contradicendo, nec recuſando.*

DECISIO DXVII.

INIVSTA viſa fuit Dominis ſententia extra Rotam lata ad fauorem D. Tiberij, & ideo reuocan. Iniuſtitia autem probatur, quia fuit pronunciatum, D. Tiberium eſſe aſſociandum ad poſſeſſionem prædij vſque de anno 1583. ad eius fauorem cenſuati per q. Nicolaum Barbauarium pro fructibus tàm decurſis, & non ſolutis, quàm decurrendis. Et tamen de illorum ſolutione vſque ad annum 1612. conſtat ex confeſſione Tiberij in eius epiſtola ſub datum Romæ de menſe Decembris 1614. in qua dicit, ſibi pro tempore præterito fuiſſe ſatisfactum, & ſolùm remanere creditorem ratarum anni 1613. & 1614. vt in ſummario de Hecto-
1 reis num. 6. quæ contra ſcribentem plenè probat *vulg. l. publia vbi Bart. ff. depoſit. Rot. deciſ.* 507. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ.* & in alijs paſſim De ſolutione verò fructuum dicti anni 1613. & de rata ſpectante ad hæredes q. Milani authores Dominorũ de Hectoreis pro anno 1614. qui dicto tempore predium cenſuatum vẽdiderunt Hectoreis, conſtat ex quietãtia facta ad fauorem Æneæ depoſitarij per Ioannem conſanguineum (vt aſſeritur) dicti Tiberij, & illius nomine recipientẽ in Ciuitate Imolæ, vt in Regiſtro Rotali fol. 236. Alij verò fructus decurſi vſque ad annũ latæ ſententiæ del 1619. fuerunt in dicta Ciuitate, & ſic in loco deſtinatæ in inſtrumento ſolutionis depoſiti penes Montem Pietatis, *vt in dicto ſummario num.* 7. & in eodem Regiſtro à fol. 243. ad 250. Nec obſtat, quòd dicta depoſita fuerint facta ſinè citatione Tiberij creditoris. Tum quia ſupponitur, ſibi de anno 1615. iudicialiter in Curia coram A. C. intimatum fuiſſe, quòd deberet conſtituere procuratorem in Ciuitate Imolæ ad recipien. dictos fructus ab Hectoreis paratis illos ſoluere. Tum quia cum ſolutio eſſet
2 deſtinata Imolæ, non conſtat, quòd ibi Tiberius haberet procuratorem ad recipiendum, & quietandũ quatenus dicta depoſita, etiam ſi nulliter facta eſſent, ſuccedunt

ſaltem loco oblatinnis; cum ſufficiat ad excludendam
moram, quòd ipſi eſſent parati ſoluere in loco deſtina-
tæ ſolutionis, & Tiberius eſſet diuerſi fori, quia tot an-
nis citra eſt Curialis *Bart. in l. item illa num.* 9. *verſ. aut
volumus ff. de conſtit. pecun. Alex. conſ.* 172. *num.* 4. *lib.*
2. *Bero. conſ.* 194. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. *Put. deciſ* 7. *lib.* 1.
in nou. & fuit dictum in Abulen penſionis 20. *Nouembris*
1606. *coram Illuſtriſsimo Cardinali Sacrato*. Et tollitur
difficultas ex oblatione iudicialiter per Hectoreos facta
29. Nouembris 1619. etiam geminata de ſoluendis fru-
3 ctibus verè debitis, quæ oblatio excuſat à mora quan-
rumuis verbalis, cum fuerit recuſata *l. acceptam, vbi om-
nes C. de vſur. Bart. in d. l. item illa num.* 4. *Caſtr. poſt.
Fulgoſ. in l. qui Roma in princ. num.* 2. *ff. de verb. oblig.
latè Tiraq. de retract. conuent.* §. 4. *gloſ.* 6. *num.* 21.
Gabr. de ſolution. concluſ. 8. *in princ. Ruin. conſ.* 113. *nu.*
A 1. *lib.* 1. *Seraphin. deciſ.* 715. *num.* 3. A,
Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Oblatio verbalis excuſat à mora, & impedit curſum
4 vſurarum, quando creditor expreſsè recuſat creditum
oblatum recipere, vt præter hic allegatos *Caroc. in tract.
de oblat. part.* 1. *quaeſt.* 7. *num.* 3. *& ſeq Maur. eod. tract.
num.* 4 *Trentacinq. variar reſolut. lib.* 3. *tit de oblat re-
ſolut.* 1. *num.* 1. *verſ. ſextò non procedit, Gratian diſcept.
forenſ cap.* 786. *num.* 1. *&* 2. *Mareſcott. variar. reſolut.
lib.* 1. *cap.* 57. *num.* 1. Quod ſi creditor non expreſsè re-
5 cuſet, ſed ſimpliciter taceat, nec recuſando, nec contradi-
cendo, ſola verbalis oblatio non ſufficit ad retardandum
curſum vſurarum *Gabr. de ſolut. concluſ.* 8. *num.* 2. *Caroc. d.
quaeſt.* 7. *nu.* 5. *Trentacinq. d. reſolut.* 1. *num.* 1. *ad fin. verſ.
hac concluſio*. Hæc tamen non procedunt, quando credi-
6 tor habet iuſtam cauſam recuſandi *Gabr. d. concluſ.* 8 *num.*
3. *Roland. conſil.* 53. *num.* 38. *lib.* 1. *Adrian. Neguſant. re-
ſponſ.* 431. *num.* 7. *Mareſcott. d. cap.* 57. *ſub num.* 9. Et
ideo vt verbalis oblatio excuſet à mora, tria copulatiuè
requiruntur: primò, quòd ſit facta purè, non conditiona-
liter; ſecundò quòd creditor expreſsè eam recuſauerit;
tertiò quòd non habeat iuſtam recuſandi cauſam, vt patet
ex prædictis, & tradit *Mareſcott. d cap.* 57. *num.* 6.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana cenſus.

Lunæ 22. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Numeratio pretij ad validitatem cenſus requi-
ſita interueniſſe probatur ex inſtrumento cē-
ſus, in quo notarius atteſtatur, pecuniam
fuiſſe numeratam; nec ad probandum con-
trarium ſufficit declaratio perſonæ deputa-
tæ ad emendum cenſum. Quæ fiunt incon-
tinenti, an, & quando dicantur ineſſe con-
tractui.

SVMMARIVM.

1 *Pretium numeratum fuiſſe, probatur ex inſtrumento cen-
ſus, in quo Notarius atteſtatur, pecuniam fuiſſe nume-
ratam, & num.* 14. *Admittitur tamen probatio in con-
trarium, dummodo ſit plena, & concludens num.* 15.
2 *Contractui ineſſe dicitur ſcriptura incontinenti facta.*
3 *Procurator nequit Eccleſiæ per declarationem etiam in-
continenti factam præiudicare in iure illi quaeſito ex con-
tractu per ipſum procuratorem celebrato.*
4 *Incontinenti facta tunc dicuntur ineſſe, quando partes
non habuerunt contractum pro perfecto, & abſoluto,
nempè quando ad alios actus extraneos non diuerterunt.
num.* 5.
6 *Clauſula*, Actum, *contractus perfectionem demonſtrat.*
7 *Incontinenti vt aliquid factum dicatur, debet conſtare,
quòd ſit factum eodem loco.*
8 *Declaratio contractus vltrò, citròque obligatorij fieri non
poteſt, ſinè conſenſu vtriuſque partis.*
9 *Deputatus ad emendum, poſt ius emptori quaeſitum, non
poteſt declarationem illi præiudicialem facere.*
10 *Incontinenti facta tunc dicuntur ineſſe, quando dependent
à libera voluntate, & poteſtate contrahentium, & fiunt
ab illis, qui habent facultatem, etiam de nouo actum
inchoandi.*
11 *Procurator conſtitutus ad emendum nihil aliud facere po-
teſt in præiudicium conſtituentis.*
12 *Procurator non emens iuxta formam mandati tenetur ad
intereſſe.*
13 *Teſti deponenti ad ſe exonerandum nulla fides adhibetur.*

DECISIO DXVIII.

DOMINI ſteterunt in deciſis coram
Sanctiſſimo D. Noſtro ſub die 23. Iu-
nij 1608. videlicet, pro validitate
cenſus annui redditus ſcutorum 80.
monetæ de menſe Auguſti 1588. im-
poſiti per q. Celſum, & venditi RR.
Monialibus Sanctæ Suſannæ pretio
ſcutorum mille. Et placuerunt optimæ rationes deci-
ſionis, & præſertim, quòd de actuali numeratione in-
1 tegri pretij facta venditori, ſeu illius procuratori, con-
ſtat ex illis verbis inſtrumenti, coram Notario, & te-
ſtibus inſtrumentarijs. Procurator Celſi habuit dicta
ſcuta mille in prompta, & numerata pecunia, videlicet
ſcuta 266. b. 66. à Petro vno ex procuratoribus, & de-
putatis à Societate Sancti Bernardi, à qua Gubernator
Monaſterij dictarum Monialium, & dictus Petrus de-
clarauit, ſe ſoluere de proprijs pecunijs, animo ſe reua-
lendi &c. Reſiduum verò ab altero deputato aſſerente,
ſe ſoluere de pecunijs dictæ Societatis; qui procurato-
res iurauerunt, omnia, & ſingula in dicto inſtrumento
contenta fuiſſe, & eſſe vera, & illis perpetuò non con-
trauenire, nec contradicere in forma. Quod inſtru-
mentum facit probationem probatam, & habet pro ſe
A omnem præſumptionem veritatis, A vt latè in deci-
ſione, eiuſque fides coadiuuatur tam ex acceſſione ea-
dem die facta per q. Abbatem Horatium filium dicti
Celſi, in qua aſſerit, ſe habuiſſe notitiam, & certam
ſcientiam de impoſitione dicti cenſus pro pretio ſcu-
torum mille; quàm ex duobus alijs fideiuſſionibus die
ſequenti præſtitis, *vt in ſummario Monialium num.* 1.
Nec viſum fuit Dominis obſtare principale fundamen-
tum ex aduerſo factum, quòd re vera non fuerit nume-
ratum pretium, niſi in ſumma ſcutorum 550. vt atte-
ſtati fuerunt ijdem deputati per ſcripturam eorum ma-
nu, eadem die, & coram aliquibus ex teſtibus inſtru-
mentarijs ſubſcriptam, in qua propterea conuenerunt,
quòd non currerent fructus pro ſcutis 450. non ſolutis,
quam voluerunt habere vim publici inſtrumenti, *vt in
ſummario D. Iſabellæ num.* 4. Quæ propterea tanquam
2 incontinenti facta dicebatur ineſſe *l. lecta ff. ſi cert. pet.
Bald.*

Bald. & Dec. in l. petens C. *de pact. cum allegatis*. Nam
vltra quod fides dictæ ſcripturæ impugnatur ex defectu
3 recognitionis, quicquid ſit, an dicti deputati potuerint
incontinenti per dictam declarationem Monialibus
B præiudicare, B quod eſt valde controuerſum, & ne-
gatiuam opinionem tenuerunt *ex l. 1. & 2. ff. de reb.
cor.* plures relati *per Simoncel. de decret. lib. 2. tit. 6. num.
11. vſque ad num. 21. Mantic. de tacit. &c. lib. 4. tit. 20.
num. 41. & 44. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 242. per
tot.* Fuit reſponſum, dictam declarationem non ineſſe
4 contractui emptionis, & venditionis cenſus; quia fa-
cta incontinenti tunc dicuntur ineſſe, quando partes nõ
habuerunt contractum pro perfecto, & abſoluto *Bart.
& alij in d. l. lecta num. 18. & in l. contractus* C. *de fin. in-
ſtr.* Quod dignoſcitur, quando partes ad alios actus
5 extraneos non diuerterunt *gloſ. in l. bona fidei verb. in-
continenti* C. *de pact.* quam alios ſequi, dicit ibi *Alex. nu.
12. Iaſ. in d. l. lecta num. 20. Cagnol. num. 109. Bolognett.
num. 68. & 69. de communi Corn. conſ. 349. ſub num. 2.
lib. 1. Ruin. conſil. 108. num. 7. lib. 5.* & poſt alios de
communi, & vera, *Card. Mantic. de tacit. & ambig. &c.
lib. 3. tit. 15. num. 47.* In hoc autem caſu ſatis conſtare
videbatur, tàm dictos deputatos emptores cẽſus, quàm
procuratorem Celſi impoſitorem, & venditorem ha-
buiſſe contractum pro perfecto, & abſoluto; cum con-
ſtet de re, pretio, & conſenſu per publicum inſtru-
6 mentum cum clauſula *Actum, &c.* quæ perfectionem
contractus demonſtrat *Bald. in auth. quod ſinè num. 1.
verſ. & ideò tabelliones* C. *de teſtam. Caſtr. in l. is qui num.
4. ff. eodem Cagnol. in l. librarius num. 71. de reg. iur.
Alex. conſ. 14 num. 19. lib. 6. Pariſ. conſ. 207. num. 5.
lib. 2. Seraphin. deciſ. 902. num. 9. & 909. in fin.* & ad
alios actus diuertiſſe; dum dicta declaratio non ſolutio-
nis integri pretij non fuit facta inter eaſdem partes,
ſed venditore cenſus, qui recepit ſcuta mille ſibi nume-
rata, abſente, nec coram eodem Notario de inſtrumen-
to rogato, ſed in ſcriptura priuata. Nec etiam conſtat
7 de eodem loco, vt conſiderant Doctores ad hunc effe-
ctum, & præcipuè *Bolognet. in d. l. lecta num. 110. Bec.
conſ. 91. num. 7.* & alij: & præſertim cum ſimus in
contractu emptionis, & venditionis vltrò, citròque ob-
ligatorio, illa declaratio ineſſe non poteſt contractui
ſinè conſenſu vtriuſque partis *ad l. iuriſgentium §. adeo l.
ab emptore ff. de pact. l. 1.* C. *quand. lic. ab empt. &c.* Et
9 propterea poſt ius quæſitum non potuerunt dicti depu-
tati Monialibus præiudicare *l. ſin autem vbi Doct. ff. de
pact.* & comprobatur in deciſione. Secundò fuit re-
10 ſponſum, regulam procedere in ijs, quæ dependent à li-
bera voluntate, & poteſtate contrahentium, & fiunt ab
illis, qui habent facultatem etiam de nouo actum in-
choandi *Imol. in l. Iudex num. 8. poſt med. verſ. ſed nos
loquimur ff. de re iudic. Cagnol. in d. l. lecta num. 113. Bo-
lognett. num. 34. verſ. limita ff. ſi cert. pet. Alex. conſil.
90. num. 5. lib. 1. Neguſant. de pignor. part. 4. prin.
num. 14.* Vndè cum dicti procuratores eſſent ſpeciali-
11 ter deputati ad emendum cenſum pro pretio ſcutorum
mille, vt enunciatur in dicto inſtrumento, & in dicta
ſcriptura, nihil aliud facere potuerunt in præiudicium
Societatis, & Monialium *l. tranſactionis placitum* C. *de
tranſact. l. non abſtulit vbi Doct. & præcipuè Odofr. & Bald.
num. 1.* C. *de nouat.* Conſiderabant etiam Domini,
quòd dicti deputati nullam merentur fidem, etiam ſi
iudicialiter, & cum iuramento ita depoſuiſſent; nam
cum fuerint ſpecialiter deputati ad emendum cenſum,
(vt ſupra dictum eſt) illumque emerint pro dicta ſum-
ma; declarando poſtea, non fuiſſe ſoluta niſi ſcuta 550.
tractant de ſe exonerando reſpectu fructuum dicti cen-
ſus, vel ſaltem ratione intereſſe, ad quod tenetur
12 procurator non emens iuxta formam mandati *l. ſi pro-
curatorem §. mandati ff. mandat. l. ad comparan.* vbi om-
nes, & præcipuè *Odofr.* C. *eod.* & ideò nulla fides adhi-
13 benda *l. nullus ff. de teſtib. l. omnibus* C. *eod. Ceſ. de Graſſ.
deciſ. 3. num. 7. de teſtib.* Non obſtat, quòd dicta decla-
ratio fuerit facta in ſcriptura ab eiſdem teſtibus inſtru-
mentarijs ſubſcripta; quia in illorum ſubſcriptione non
atteſtantur, prædictam ſummam non fuiſſe actualiter
numeratam, vt cantat inſtrumentum, ſed ſimpliciter
dicunt, ſe fuiſſe præſentes declarationi factæ per dictos
deputatos ſuper non integra numeratione, quæ pro-
pterea Monialibus præiudicare non potuit ex ſupra
dictis.

Ex quibus, & alijs in deciſione adductis Domini ſteterunt
in deciſ. vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Et quòd realis numeratio pecuniæ requiſita ad validitatem
14 cenſus probetur ex inſtrumento, in quo notarius aſſeruit,
pretium habitum fuiſſe in pecunia numerata, *Rota in Bo-
nonien. cenſus coram Penia deciſ. 132. poſt 2. vol conſil Fa-
rinac & 127. poſt tract. Cenc. de cenſib. num. 1. coram
Gregor. XV. deciſ. 157. num 6. & 355. num. 5. & 375.
num. 2. in recent deciſ. 404. num. 1. par. 2. in Interamnen.
cenſus 2. Iunij 1621. coram bon mem Vbaldo ſeniori.* in
qua plures aliæ referuntur, *in Romana Saluiani interdicti
coram bon mem Patriarcha Manzanedo. poſt tract. Pa-
cific de Saluian. interd. deciſ. 227. num. 4. & in Romana
ſeu Nepeſina cenſus 13. Maij 1624. coram eod Patriarcha
Manzanedo poſt addition ad d. tract. Cenc de cenſib. deciſ.
131. num. 1. Cenc. d. tract. de cenſib part. 2. cap. 1. quaſt.
1. art. 8. num. 3. & ſeq. & in addit ad eundem art. 8. num.
14. fol. 30. & Gratian. diſcept. forenſ cap. 796. num. 1. &
2 in quo cap totam hanc deciſionem reaſſumpſit.* Admicti-
15 tur tamen probatio in contrarium, dummodo ſit plena,
& concludens, nam non ſufficeret præſumptiua, & ex
coniecturis, *Rot in d. Romana Saluiani interdicti coram
Patriarcha Manzanedo, & latè Cinc d. tract. dicto art. 8.
num. 20. & 21. vbi num. 22. & 23 poſt Farinac. & alios,*
quòd teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, & de
neceſſitate, & concludenter deponere, *& in addit. ad eun-
dem art. 8. poſt num. 14.*

B Et quòd atteſtatio procuratoris conſtituti ad emendum
cenſum, quòd pretium non fuerit ſolutum in pecunia
numerata, non præiudicet principali, nec ſufficiat ad tol-
lendam fidem inſtrumento, in quo aſſeritur, pecuniam
fuiſſe numeratam, etiam ſi facta ſit eadem die, & coram
teſtibus inſtrumentarijs, ſequendo hanc deciſionem tra-
dunt *Cenc in addit. ad tract. de cenſib part. 2. cap. 1. quaſt.
1. art. 8. num. 15. & 16. pag 30. Gratian. d cap. 796. nu-
mero 5. & ſeqq.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Panormitana Archipresbyteratus.

Lunæ 29. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio, ad impediendum effectum regulæ de
annali, interrumpitur per citationem obten-
tam intra annum licèt poſt annum executã,
quando per aduerſarium ſtetit, quo minùs
exequeretur.

SVMMARIVM.

1 *Euictionẽ ex dato, & facto ſuo tantùm promittens, tenetur ad pretij reſtitutionem, niſi aliter conuentum fuerit.*

2 *Clauſula*, nec ad aliod quicquam, *eſt generalis, & releuat à quocunque onere.*

3 *Clauſula ceteratæ extenſio debet continere ſolummodo ea, quæ ſunt de natura actus, non autem accidentalia, circum ſcripto ſtylo notarij in contrarium, qui debet plenè, & concludenter probari, num. 4.*

5 *Clauſulæ ceteratæ extenſio à notario rogato ſolummodo fieri poteſt.*

6 *Stylus notarij apponendi clauſulas in inſtrumentis, quando eſt exorbitans probari debet, contrahentes illum ſciuiſſe, aliàs non cenſentur conſentire voluiſſe, vt notarius clauſulas huiuſmodi apponat.*

DECISIO DVII.

STETERVNT Domini in deciſis ſub die 3. Iunij 1619. vid. ſententiam extra Rotam latam abſolutorem Petrum venditorem vineæ à ſuſceptione, & liberatione moleſtiarum Ioanni ſucceſſori emptricis illatarum, eſſe iniuſtam, non obſtante conuentione, quòd dictus Petrus non teneretur in caſu euictionis, niſi de dato, & facto ſuo tantùm. Tum quia illa promiſſio reſtricta ad datum, & factum ſuum tantùm, refertur ſolùm ad caſum euictionis, non autem ad promiſſionem de traden. rem liberam, vacuam, & expeditam, & de ſuſcipien. defenſionem, vt latè fuit comprobatum in alia deciſione. Tum quia cum non fuerit expreſsè conuentum, quòd venditor non tenere-
1 tur ad pretij reſtitutionem, non cenſetur liberatus per dictam promiſſionem *iuxta l. emptorem §. fin. ff. de act. empt. cum alijs allegatis in deciſione*. Non obſtat, quòd de tali expreſſa conuentione hodie doceatur per inſtrumentum in publicam formam extenſum, & productum, in quo poſt omnes conuentiones, & promiſſiones Pe-
2 tri leguntur hæc verba. *Aliàs in euentum contrarij, ſeu contrauentionis præmiſſorum, vel cuiuslibet eorum, & in obſeruantiæ eorundem, &c. idem Petrus venditor non teneatur de euictione aliqua, minùſque ad pretij reſtitutionem, nec ad aliud quicquam*, &c. quæ clauſula non poteſt dubitari, quin referatur, tàm ad caſum euictionis, quàm promiſſionis de traden. rem liberam. Primò, quia
3 in extenſione clauſulæ ceteratæ (circumſcripto ſtylo Notarij) veniunt ſolummodo ea, quæ ſunt de natura ipſius actus, non autem accidentalia, pro vt eſſet iſtud pactum, *Felin. in cap. cum P. Tabellio, num. 10. verſic. ſeptimo quæritur, de fid. inſtr. Iaſ. in l. gallus, §. item credendum, ſub num. 7. verſ. adde quod, ff. de liber. & poſth. Mantic de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 10. num. 10. latè Cephal. conſ. 88 num. 13. lib. 1. Rot. deciſ. 491. num. 4.*
A *par. 1 in recent.* A, Talis autem ſtylus non probatur, vt
B plenè, & concludenter probari debet B, *Soccin. conſ.*
4 *36. num. 11. verſ. ſecùs ſi ſtylus, & conſ. 39. num. 28. lib. 4. Rimin. iun. conſ. 278. num. 103. in fin.* vbi quòd debet eſſe omnino certus *Mantic. de tacit. & ambig. &c. lib. 2. tit. 10. num. 7. & 19. Pedemont. deciſ. 22. num. 3. Caſ. de Graſſ. deciſ. 7. de probat. Mantic. deciſ. 357. num.* 2. Secundò quia dicta extenſio non eſt facta ab eodem
5 Notario rogato, per quem ſolum (cum ad huc viuat) fieri poterat, *Bald. in rub. C. de fid. inſtrum. num. 41. verſ. quartò quæritur, & in l. gallus, §. item credendum, num. 4. ff. de liber. & poſthum. cum alijs latè allegatis in Roman. hæreditatis, & Paragij dotis 22. Iunij 1615. coram me, quæ eſt 723. part. 2. in recent.* Nec obſtat, quod dicitur, non conſtare de intimatione moleſtiarum, nec de petitione Ioannis, nec de productione inſtrumenti; omnia enim tolluntur *ex ſummario eiuſdem Ioannis num.* 1. 2. 3. & 4. Secundò non obſtat, quòd non conſtet de lite mota per Cæciliam, quia de contrario apparet ex monitorio, ad inſtantiam dictæ Cæciliæ contra dictum Ioannem vti poſſeſſorem vineæ exequuto, & ex ſententia ad fauorem eiuſdem Cæciliæ ſubſequuta, *vt in d. ſumm Io. nu.* 5. & ex commiſsione Sanctiſsimi *nu.* 6. Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Pariſ. conſil. 48. num. 26. lib. 1. & fuit dictum in Oriolen. beneficiorum 10. Ianuarij 1594. coram Cardinali Arigonio & in Romana emphyteuſis 9. Maij 1623. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.*

B Adde, quòd quando ſtylus eſt exorbitans, debet probari,
6 contrahentes illum ſciuiſſe, aliàs non cenſentur conſentire voluiſſe, vt notarius apponat clauſulas huiuſmodi, vt tradunt *Purpurat. in l. certi condictio, §. ſi nummos, num. 34. verſ ſecundò declaretis, ff. ſi cert. pet. & in l. 1. num. 101. verſ ſed hoc, C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. Gabr. de conſuetud. concluſ 3. num. 38. & Rota in hac eadem cauſa Romana vineæ 18. Aprilis 1622. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano. in qua deciſiones D. mei confirmauit.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana pecuniaria.

Sabati 23. Ianuarij 1621.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Salarium adminiſtratoris pro viatico victu, & mercede taxatur iudicis arbitrio, & num. 2.*

3 *Salarium Iudex taxare debet, habita ratione laborum, ac induſtriæ perſonæ.*

4 *Salarium promiſſum, non expreſſa quantitate, ſolui debet iuxta ſolitum.*

5 *Salarium certum vbi alicui pro ſeruitio aſsignatum fuit, ſi finito tempore abſque noui ſalarij conſtitutione ſeruire continuat, cenſetur pro prius conuento continuare.*

6 *Salarium duplex debetur electo ad certum officium, ſi poſtea aliud ei demadetur.*

DECISIO DVIII.

CVM bon. mem. D. Dux ab Altaemps peteret à Ioſepho redditionem rationis de florenis 4685. monetæ Theutonicę nec non de ſcutis 170. monetæ Romanæ, dicto Ioſepho de eius ordine (vt dicitur) ſolutis pro expeditione quorundam dicti D. Ducis negotiorum in partibus Germaniæ, & idem Ioſeph prætenderet, reſtituiſſe Vngaros mille, & ſibi deberi excomputati, & bonas fieri expenſas viatici, vnà cum famulo in eundo, & redeundo, & victus pro tempore, quo in dictis partibus commoratus eſt pro ſeruitio dicti Ducis, nec non illius mercedem. Et cauſa in Rota commiſſa, Dubitaui, ad quam ſummam ſint taxan. expenſæ dicti viatici, & victus, & merces. Et Domini reſponderunt, vt in-

inſra, videlicet. Primò quò ad viatica eundi, & redeundi, illa taxarunt ad ſcuta 240. monetæ Romanæ. Secundò quò ad victum pro dicto tempore, ad rationem iuliorum ſexdecim pro qualibet die. Tertiò mercedem taxarunt ad rationem ſcutorum duodecim pro quolibet menſe. Quæ omnia, cum etiam ex confeſſione partis debeantur, & ſolum tractetur de quantitate, Iudicis ar-
A bitrio taxari poſſunt, A, vt de expenſis factis in ho-
1 ſpitio, conſiderata prolixitate temporis, & regione, *Bart. in l. non ignoret, num. 3. C. de fruct. & lit. expenſ. Alex. poſt Feder. de Sen. conſ. 37. num. 32. & 33. lib. 2.* & de viaticis fuit dictum in *Pariſien. pecuniaria* 1. *Martij* 1619. *coram Reuerendiſſimo Decano*, & de mercede idem *Bart. in l. Seio, in fin. ff. de ann. legat. Corn. conſ.* 116. *num.* 4. *lib.* 4. *Capic. deciſ.* 27. *num.* 20. *Rot. deciſ.* 291. *num.* 2. *par.* 1. *&* 157. *num.* 2. *in fin. part.* 2. *in recent.* vbi aliæ allegantur.

Et ita deciſum, hæredibus dicti D. Ducis tantùm informantibus.

ANNOTATIO.

A Et quòd ſalarium inter partes non determinatum, & con-
2 uentum taxetur arbitrio Iudicis, *Menoch de arbitr. iudic. caſ.* 223. *in fin. Rot. deciſ.* 354. *num* 2. *part.* 1. *recent. & fuit dictum in Romana mercedis* 10. *Martij* 1599. *coram Cardinali Lancellotto iuniori, in alia Romana mercedis* 18. *Februarij* 1622 *coram R. P. D. Pirouano, in alia Romana mercedis* 26. *Aprilis* 1624. *&* 5. *Martij* 1625. *coram R. P. D. Merlino, & in Romana ſalarij* 23. *Ianuar.* 1626. *coram bon. mem. Remboldo.* Debet tamen iudex illud taxa-
3 re, habita ratione laborum, ac induſtriæ perſonæ inſeruientis, *Bald. conſil.* 155. *in fin. lib.* 5. *Cardinal. Seraphin. deciſ.* 65. *in fin. Rot. deciſ.* 291. *num.* 3 *part.* 1. *recent & in Leodien. ſalarij* 19. *Decembris* 1610. *coram R. P. D. Pirouano, & in d. Romana ſalarij coram Rem-*
4 *boldo.* Notandum autem in propoſito, quòd vbi quis aſſumitur ad aliquod officium, ſinè conſtitutione certi ſalarij, cenſetur aſſumptus pro ſalario alijs pro illo officio præſtari ſolito, *Surd. conſ.* 42. *num.* 13. *& conſ* 460. *num.* 30. *Rot. deciſ* 88. *num.* 5. *part.* 2. *diuerſ. & d deciſ.* 354. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* ſicut etiam famulus conductus
5 pro certo ſalario, ſi finito tempore abſque noui ſalarij conſtitutione ſeruire continuat, cenſetur pro eodem priùs conuento continuare. *Cagnol. in l. diem functo num.* 92. *ff. de offic. aſſeſſor. Cremen. ſingular.* 15. quam ſecuta eſt Rota *in Romana mercedis* 26. *Ianuarij* 1604. *coram bon.*
6 *mem Cardinali Pamphilio ſeniori.* Item notandum, quòd electo ad certum officium ſi poſtea aliud demandetur, duplex ſalarium ei debetur *Roman conſ* 25. *cum alijs pluribus adductis per Maſtrill in tract. de magiſtr. lib* 1. *cap.* 21. *num.* 15. 72. 73. *&* 79. *Rot. d. deciſ.* 354. *num.* 4 *&* 5. *par.* 2. *recent. & in d. Rom. ſalarij coram R P. D. Merlino.* Hoc tamen procedit, quando quis ad certum officium, vel ſeruitium pro certa mercede eligitur; ſecus ſi ſimpliciter ad ſeruiendum recipitur, tunc enim licèt pluribus ſeruitijs occupetur, non tamen plura ei debentur ſalaria, vt fuit reſolutum *in d Romana mercedis* 26. *Ianuarij* 1604 *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio ſeniori.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana legitimæ de Columna:

Sabati 23. Iannarij 1621.

ARGVMENTVM.

Onus impoſitum per hæredem grauatum ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis ſtante vtilitate ſuſtinetur, abſque vlla imputatione in fructus per ipſum grauatum perceptos.

SVMMARIVM.

1 *Soluens pro alio ſuccedit in locum prioris creditoris, cui ſoluit, etiam abſque ceſſione, quando ſolutio eſt facta ad effectum ſatisfaciendi priori creditori, & acquirendi illius iura, & ſolutio realiter ſubſecuta eſt.*

2 *Actio vtilis negotiorum geſtorum competit cuilibet pro alio ſoluenti.*

3 *Hæres grauatus ſoluens debitum hæreditatis poteſt ſibi in ſolutum retinere tot bona fideicommiſſo ſubiecta pro rata debiti ſoluti, vel ſuper illis onus imponere.*

4 *Hæres grauatus tenetur ſoluere debita ex fructibus bonorum hæreditariorum, vel illos in credita ſua imputare.*

Contrarium eſt verius, vt num. 5. *Amplia, & limita, vt num.* 6.

DECISIO DIX.

IN hac cauſa fuit bis reſolutum, Montem ſcutorum 150. mill. non eſſe ponendum ad debitum hæreditatis M. Antonij Quarti, ex qua Excellentiſs. D. Marchioniſſa eius mater prætendit ſupplementum legitimæ: & cauſa iterum propoſita, Domini ſteterunt in deciſis, & licèt non fuerint concordes in primo fundamento neceſſitatis, (vt dicebatur) reſultantis ex Bulla Baronum, conuenerunt tamen in ſecundo vtilitatis erectionis dicti Montis, ex eo; quia dictus M. Antonius IV. ſoluit infraſcripta debita hæreditatis M. Antonij Secundi fideicommittentis, & authoris primogenituræ. Videlicet D. Marchioniſſæ eius matri ſcuta 20. mill. per eam ſoluta Victoriæ filiæ, & creditrici hæreditatis M. Antonij II. pro dote, & etiam illius legatariæ, quæ nupta fuit D. Comiti Enriquez de Cabrera, vt de legato conſtat in ſummario nunc dato numero 5. & de ſolutione in ſummario dato 15. Iunij præteriti, num. 8. Item ſcuta 58. mill. ſoluta de pecunijs dotalibus eiuſdem D. Marchioniſſæ D. Veſpaſiano Gonzaghæ, ex cauſa tranſactionis pro liberandis Caſtris ſubiectis primogenituræ, in *d. ſummario* 15. *Iunij num.* 6. *&* 9 Pro quibus ſummis D. Marchioniſſa erat effecta creditrix hæredita-
1 tis M. Antonij Secundi, etiam abſque ceſſione; quia cum à principio dos fuerit promiſſa M. Antonio Tertio eius viro ad effectum extinguendi dicta debita, & acquiren. iura creditorum, vt in Summario dicta die dato, num. 3. ſubſecuta reali ſolutione, idem eſt, ac ſi iura contra dictam hæreditatem ceſſa fuiſſent, *Bald. in l. ariſto, in lect. antiq. in fin. Alberic. num.* 1. *poſt med. qui de communi ff. quæ res pign. oblig. poſſ. Mantic. poſt Boer. de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 29. *num.* 10. Et ſublata actione hypothecaria D. Marchioniſſa non excludebatur à repetione crediti (dum conſtat, ex proprijs pecunijs ſo-

luta

3 *Profeſſus Religionem bonorum in communi incapacem, ſi deindè auctoritate Apoſtolica in Ordinem bonorum capacem transfertur, bona per profeſſionem in prima Religione amiſſa amplius non recuperat, maximè ſi non conſtat de voluntate Papæ id concedendi, num. 4.*
5 *Beneficia Principum intelligenda ſunt abſque tertij præiudicio non expreſſo in beneficio.*
6 *Regula de iure quæſito non tollendo expreſſam, & indiuiduam derogationem requirit.*
7 *Subreptitia redditur gratia ex taciturnitate eius, quod ſi concedens ſciuiſſet, vel non conceſſiſſet, vel difficiliter conceſſiſſet, & an ſit tale, iudicis arbitrio relinquitur num. 10.*
8 *Inferior factum Superioris immutare, vel contra illud diſpenſare non poteſt.*
9 *Inferior nequit iuris communis diſpoſitioni derogare.*
11 *Subreptitium redditur reſcriptum ex taciturnitate qualitatis, quæ de iure, vel ex ſtylo, aut Principis conſuetudine exprimi debet, non attento, an Princeps faciliùs, vel difficiliùs conceſſiſſet.*

DECISIO DX.

FVIT per Dominos vnanimiter reſolutum, Fratrem Petrum Baptiſtam nõ fuiſſe reintegratum ad bona, quæ habebat ante profeſſionem per eum emiſſam in Religione Cappuccinorũ. Certum eſt enim, quòd per ingreſſum Religionis tàm in communi, quàm
1 in particulari incapacis, prout eſt iſta ad *Clem. exiui ſ. cupientes de verb. ſignificat.* & diſpoſitionem *Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 2. & 3. de reform.* illa amiſit, &
2 venientibus ab inteſtato fuiſſe delata, ac ſi naturaliter mortuus eſſet *Bar. in tract. minor. lib. 4. diſtinct. 2. cap. 2. num. 6. & diſt. 3. cap. 1. num. 8. Bald. in auth. ingreſſi num. 63. C. de ſacro ſanct. Eccleſ. & not. Doct. in cap. in preſentia, vbi præcipuè Felin. num. 50. verſ. 7. quæro, & Bero num. 539. verſ. alij magis communiter de prob.* & licèt deinde fuerit auctoritate Apoſtolica tranſlatus ad
3 Ordinem Fratrum Cappellanorum Sancti Ioannis Religionis Hieroſolymitanæ capacis: tamen nec ipſe, nec dicta Religio ex eius perſona prædicta bona poteſt recuperare *Bart. dicta diſt. 3. cap. 2. Bald. in dicta auth. ingreſſi num. 64. in fin. Feder. de Sen. conſil. 26. num. 2. & 3. cum ſeq. Felyn in cap. inter quatuor num. 4. circa fin. verſ. & dicit Bart. de maior. & obed. et in dicto cap. in præſentia num. 50. verſ. et adde, et ibi Bero. num. 550. Caſtr. in l. gallus ſ. et quid ſi tantum num. 20. Iaſ. num. 71. verſ. ad idem facit ff. de liber. et poſthum. Natt. conſil. 180. num. 4. Carol. Tap. in d. auth. ingreſſi cap. 6. num. 34. et Summiſta in ver. Religio vt per Roſell. in fin. Ang. num. 35. in fin. verſ. 4. ſi Religio, Syluest. num. 10. circa med.* quia cum fuerint per conſanguineos apprehenſa, imò (vt in hoc caſu) etiam alienata, res nõ eſt ampliùs integra, & diſpenſatio Apoſtolica non trahitur retrò in tertij præiudicium *Bald. vbi ſupra Feder. de Sen. dicto conſ. 26. num. 3. Felin. d. cap. inter quatuor num. 4. et Bero. d. cap. in præſentia num. 550. verſ. mihi videtur.* Præſertim quia non conſtat de voluntate Papæ, quòd
4 voluerit ipſum reintegrare ad bona, hæredibus, & alijs qui ab illis emerunt, quæſita, cum nec dictus Frater Petrus Baptiſta petierit, nec Papa tàm in primo Breui diſpenſationis, quàm in alijs Perindè valere conceſſerit expreſſè aliquam facultatem quoad bona, ſed tantùm quoad trãſlationem perſonæ de Religione Cappuccinorum ad d. Ordinem Hieroſolymitan. in literis expreſſam vt in ſimili Rota *in Romana nullitatis Cenſus 5. Maij 1597. coram Corduba impreſſ. per modern. Peruſ. de cenſ. deciſ. 124.* & ſuccedunt tritiſſimæ iuris concluſiones
5 excluſiuæ voluntatis Principis in tertij præiudicium *l. ſecunda ſ. ſi quis à Principe ff. ne quid in loc. public. cap. ſuper de offic. deleg. cap. quamuis in fin. vbi etiam Gemin. num. 3. de reſcr. in 6. et in his terminis Nauar. conſil. 14. num. 8. de vot. Emanuel. Rodriq quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 52. art. 27. col. 2. in princ. verſ. et hanc opinionem,*
6 quæ ſunt authenticatæ *per regulã de iur. quæſit. non tollen.* cuius expreſſa, & indiuidua derogatio eſt neceſſaria *Sarnen. ſuper dicta reg. quæſt. 15. num. 6. in fin. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 10. de verb. ſignif. Seraph. deciſ. 1082. num. 7. Rota deciſ. 253. num. 6. part. 2. in recent. et fuit ſæpiſſimè dictum.* Nec viſum fuit Dominis, ſuffragari licentiam Magni Magiſtri, recuperandi bona paterna, & materna quæcunque; tum quia non fuit narratum dicto Magno Magiſtro, quòd ipſe fuerat profeſſus Cappuccinus, & diſpenſatus per Papam ad tranſeundum ad dictum Ordinem Cappellanorum cum conditionibus viuendi in Conuentu, & alijs, de quibus in dicto Breui, quę
7 ſi ſciuiſſet, vel dictam licentiam non conceſſiſſet, vel difficiliorem ad illam conceden. reddidiſſent, & ſic ſubreptitia videbatur *Felin. in cap. ſuper literis num. 8. de reſcr. Soc. conſ. 260 num. 2. lib. 2. Corn. conſ. 245. num. 4. lib. 1. Caſſad. deciſ. 12. num. 14. de præb. Rot. deciſ. 418. num. 1. et 506. num. 2. part. 1. et deciſ. 105. et deciſ. 739.*
A *vbique num. 1. part. 2. in recent.* A, Tum quia dictus Ma-
8 gnus Magiſter vti inferior non poterat concedere hanc facultatem, & derogare voto paupertatis, in quo Papa non videtur voluiſſe diſpenſare vt ſupra, *cap. inferior de maior. et obed. clem. ne Romani de elect. Dec. in cap. cum acceſſiſſent num. 44. de conſtit. Aym. conſ. 148. num. 3. et 4. et 179. num. 1. in fin.* nec derogare iuris communis
9 diſpoſitioni, illum reintegrando ad bona iam amiſſa, & legitimè quæſita tàm venien. ab inteſtato, quàm emptoribus *Auth. iuram. quod præſt. ab ijs, et not. in l. omnes populi vbi Bald. num. 29. ff. de iuſt. et iur. Dec. conſ. 393. num. 9. verſ. non obſtat, latè Alex. conſ. 106. num. 2. lib. 2.*
Ex quibus fuit ita deciſum, parte tantùm Ioannis Chriſtophori informante.

ANNOTATIO.

A Latè *Sanc. de matrimon. lib. 8 diſput. 21. num. 11. & 17. & Rot. deciſ. 288. per tot. & præcipuè num. 5. poſt 2. vol. conſil. Farinac. in Regien. tranſlationis penſionis 26. Nouembris 1622 coram R. P. D. Pirouano, in Toletana indulti 14. Martij 1625. coram bon. mem. Remboldo, & in Mantuana penſionis 4. Decembris 1626. coram R. P. D. Merlino.* Et an aliquid, quod fuit tacitum, ſit eius gene-
10 ris, vt expreſſum retraxiſſet Principem, vel difficiliorem illum ad concedendum reddidiſſet, iudicis arbitrio dijudicandum relinquitur, vt tradunt *Caſſador. deciſ. 12 num. 54. de præben. Felin. in cap. ceterum. num. 4. de reſcript. Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. vlt. num. 5. verſ. falſitas, cum alijs per Menoch. de arbitr. caſ. 201. num. 24. & duob. ſeqq. & per Sanch. d. diſput. 21. num. 19 quos ſecuta eſt Rota in d. Mantuana penſionis coram R. P. D. Merlino.*
11 Verùm prædicta procedunt, quando nec ex iure, nec ex ſtylo Curiæ, vel conſuetudine Principis id cognoſci poteſt; nam taciturnitas qualitatis, quam exprimi, in iure ſpecialiter cautum eſt, reddit gratiam ſubreptitiam, non attento, an Princeps faciliùs, vel difficiliùs conceſſiſſet, vt docent *Felin. in cap. ſuper literis num. 2. limit. 1. & cap. ad aures num. 12. concluſ. 9. de reſcript. Couar. d. cap. vlt. num. 5. verſ. veriùs vt his, Menoch. d. caſ. 201. num. 27. cum alijs per Sanch. reprobatis contrarium ſentientibus d. diſput. 21. num. 13. & tenuit Rota in Calagurritana iuriſdictionis 8. Aprilis 1585. coram Rubeo relata à Beltramin. in annot.*

ad

Digitized by Google

DECISIO DXII.

PLACVERVNT Dominis, & viſa fuerunt ſubſiſtere fundamenta reſolutionis factæ ſub die 11. Decembris 1619. in qua propterea perſtiterunt: videlicet, quòd Nicolaus Rector non iuſtificauerit literas Apoſtolicas ſuæ prouiſionis iſtius beneficij, ad eius fauorem expeditas contra D. Baldum, ab Ordinario prouiſum, & poſſeſſorem *ex regul. vulg. quòd actore non probante, &c.* & quia etiam in beneficialibus ſufficit
1 vincere per non ius actoris, etiam ſi non conſtet de iure
A poſſeſſoris *Rot. deciſ. 4. num. 2. in nou.* A, Tenebatur enim Nicolaus iuſtificare ſubſtantialem narratiuam di-
2 ctarum literarum, quæ eſt reſignatio ad eius fauorem facta per q. Iacobum vltimum Rectorem, cum reſeruatione annuæ penſionis ſcutorum 50. Et licèt videatur
3 probata reſignatio ex conſenſu præſtito mediante eius
B procuratore adnotato à tergo literarum iux. ſolitum. B Tamen quia dictus procurator non habebat mandatum ad reſignan. niſi reſeruata dicta penſione, non conſtito de reſeruatione penſionis, non potuit ſimpliciter reſignare, & reſignatio fuit nulla, ex latè deductis in deciſione, & per *Rebuff. conſ. 87. num. 2. &* in fortioribus terminis *Sarnen. ſuper regul de Triennal. quaſt. 27. num. 7. in fin.* Et hinc tollitur reſponſio pro Nicolao, quòd
4 ſibi ſufficiat iuſtificare literas ſuæ prouiſionis abſque probatione, vel iuſtificatione reſeruationis penſionis, iuxta deciſiones Chirogæ, Platti, Littæ, & Peniæ datas. Nam prædicta procederent, ſi Nicolaus in eius literis narraſſet ſimplicem reſignationem ſinè expreſſione reſeruationis penſionis, prout in dictis deciſionibus; ſed quia illam narrauit cum dicta reſeruatione, non ſufficit iuſtificatio reſignationis, niſi etiam iuſtificetur reſerua-
5 tio penſionis, & valida, vt *in Illerden. Canonicatus coram Orano* allegata in deciſione. Non obſtat, quòd non ſit iuſtificanda narratiua, quando fuit præſtitus conſen-
6 ſus per reſignantem, vel illius procuratorem, *vt in deciſione Giennen. Canonicatus coram Penia 28. Nouembris* 1605. Nam vltra quòd dicta deciſio non videtur loqui, quando narratiua reſignationis eſt expreſsè facta cum reſeruatione penſionis; illa procedit, quando agitur contrà principalem, qui per ſe ipſum conſenſum præſtitit:
7 vel quando conſenſus fuit præſtitus per procuratorem cum ſimplici mandato ad reſignandum, non autem limitato, ſeu modali, vel conditionali, vt ſupra. Modò non ſolùm ex parte Nicolai non docetur de dicta reſer-
8 uatione penſionis, ſed ex aduerſo, ad oſtendendum illius nullitatem, datur ſumptum ſupplicationis, in qua valor exprimitur per aſcenſum ad ducatos 70. cum in literis fuerit expreſſus in eadem ſumma per non exceſſum. Quod ſumptum aut acceptatur ex parte Nicolai, aut impugnatur. Si impugnatur, (pro vt laborant informantes) & tunc non conſtat de aliqua reſeruatione; ſi vero pars Nicolai eo vti velit, & tunc non iuſtificatur valor narratus per aſcenſum, vt dictum eſt in deciſione; quæ iuſtificatio erat omnino neceſſaria, tàm propter conſenſum reſignantis, qui erat modalis, ſeu conditionalis, vt ſupra, pro validitate dictæ reſeruationis, quàm etiam propter beneplacitum, & admiſſionem Papæ dictæ reſignationis, qui illam aliàs non admiſiſſet, vt in dicta deciſione. Imò ex oculari inſpectione originalis ſupplicationis apparet, quòd clauſula *ſalua facultate diminuendi,* fuit cancellata, que cancellatio oſtendit, re-
9 ſeruationem fuiſſe factam cum præſuppoſito veritatis dicti valoris, & aliter Papam illam noluiſſe reſeruare *Mohed. deciſ. 23. num. 3. de praben. Gonzal. ſuper regula 8. glo. 15. num. 38.* Et demùm non obſtat, quòd Iaco-
10 bus reſignans fuerit in culpa, & propterea ius fuerit ab ipſo abdicatum ex alleg. Nam reſpectu valoris nulla culpa ipſi poteſt imputari, cum in mandato procuræ nullam mentionem fecerit de valore. Quatenus verò non expediuit literas reſeruationis penſionis, prout poterant expediri ſub diuerſis modo, & clauſulis, hoc ſibi eſſet imputan. ſi daretur de nullitate reſignationis ob non expeditionem literarum, ſed quia agitur de nullitate ob non reſeruationem validæ penſionis iuxta ipſius mandatum, nihil ipſi venit imputandum, ſi literas noluerit expedire, cum ius ab ipſo non fuerit abdicatum ex dictis in deciſione.

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Rot. deciſ. 7. de except. & deciſ. 6. de re iud in antiq. Gemin. conſil. 37. 91. & 92. vbique in princ. Ancharan conſil. 233. in princ. Roman. conſil. 347. in princ. & num. 5. Caputaq. deciſ 11. part. 1. & fuit reſolutum in Parmen Canonicatus 20. Maij 1622. coram R. P. D. Pirouano, & in Aduaen. vicariæ 1. Martij 1626. coram R. P. D. Merlino, & in alijs concordan quas adduxi ſupra ad deciſ 380. lit. A.*

B Adde tamen, quòd reſignatio valida, & perfecta, proue
11 requiritur ad excludendum prouiſum ab Ordinario, non probatur ex ſolo reſignantis conſenſu, quando agitur de reſignatione facta ad fauorem certæ perſonæ; quia licèt conſenſus reſignantis ſit cauſa formalis reſignationis, & reſignatio ex conſenſu perficiatur, vt tradit *Pariſ. de reſignat lib. 1 quaſt. 12. num. 22.* id tamen procedit in reſignatione ſimplici, per quam reſignans amittit omne ius, & poſſeſſionem, quam habebat in beneficio, itaut illud poſſit tanquam vacans liberè conferri, aut impetrari; ſecus tamen eſt in reſignatione facta ad fauorem certæ perſonæ, quam ſolus partium conſenſus non perficit, ſed admiſſio Papæ per ſupplicationem ſignatam, & per literas expeditas, vt reſoluit Rota *in Abulen. & Zamoren. beneficiorum coram Penia apud Garz. de benefic part. 6. cap. 2. num. 126. in Barchinonien. parochialis coram Cardinali Sacrato apud eund. Garz. in addit. ad idem cap 2. num. 126. & in Leodien. Canonicatus Sancti Pauli 25. Iunij 1621. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio, & in Illerden. Canonicatus 19. Aprilis 1624. coram R. P. D. Pirouano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Romana Communantiarum.

Veneris 5. Martij 1621.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio iuris paſcendi cum grege in communi cum alijs in aliqua valle, ex quibus probetur ad effectum manutentionis, & an ſit neceſſaria ſcientia, & patientia aduerſarij.*

DECISIO DXIII.

DOMINIS placuit deciſio Reuerendiſſimi D. Lugdunenſis in hac cauſa facta 13. Martij 1609. ſuper manutentione Dominorum de Cincijs in poſſeſſione Vallis, & fontis, de quibus agitur, in communione cum Dominis Serlupis, & Mag-

5 Magdalenis. Quia dicta poſſeſſio Dominorum de Cincijs de tempore litis motæ, & ante ſatis probata fuit per tres teſtes, quorum ſummarium datur, deponentes, dictam communantiam eſſe intra tria caſalia dictarum partium poſitam, & ſituatam, & fuiſſe dictis caſalibus, eorumque Dominis, & poſſeſſoribus, eorumque affictuarijs, colonis, & paſtoribus communem, & in ea animalia dictorum Dominorum caſalium ſolita fuiſſe paſcere, & bibere promiſcuè, ac inſimul, & de per ſe, & tanquam communem fuiſſe tentam, reputatam, & poſſeſſam quietè, & pacificè, abſque aliquo impedimento, & præſertim DD. Cincijs, & eorum miniſtris illato. Teſtes ſunt optimè informati, & dicunt de facto proprio ſuper 4. & 5. vt ex eorum lectura, & ſecundus dicit de toto tempore eius recordatus, & practicæ in illa regione, *che ſono da 45. anni, & più fin'al tempo, che s'è moſſa la lite*, & deponunt etiam, prædicta fuiſſe notoria, & publica, & publicè facta, & viſa à vicinis, & alijs; quamuis non ſit neceſſaria probatio ſcientiæ, & patientiæ aduerſariorum, cum non prætendatur ius, ſeu quaſi poſſeſſio ſeruitutis, ſed iure proprio, vt benè fuit dictum in deciſione, cum qua Domini tranſierunt, ſolis Dominis de Cincijs informantibus, diù expectatis Dominis de Serlupis, & Magdalenis intimatis, & monitis, &c.

Romana rationis fundacariæ.

Lunæ 8. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Vxor an, & quando pro reſtitutione ſuæ dotis concurrere poſſit cum creditoribus rationis fundacariæ, quam eius vir cum alijs Socijs exercebat.

SVMMARIVM.

1 *Socius pro dote ſua vxoris non poteſt obligare fundacum, nec illius merces, abſque mandato ſociorum.*
2 *Contractus initi per vnum ex ſocijs ante incohationem ſocietatis, ad eam non ſpectant.*
3 *Socius proprio nomine contrahens non obligat conſocios, ſed ipſe ſolus obligatur.*
4 *Vxor non poteſt agere contra bona ſocialia ſibi à marito pro dote hypothecata, niſi prius facta illorum diuiſione, & ſolutis debitis.*
5 *Actio de in rem verſo quando habeat locum, & numero 6.*

DECISIO DXIV.

DVBITAVI, an Iſabella pro repetitione ſuę dotis poſſet concurrere cum creditoribus rationis fundacariæ, quam exercebat Bartholomæus eius vir cum alijs ſocijs; & Domini negatiuè poſt plures propoſitiones reſponderunt. Moti, quia ipſa non contraxit, ſeu quaſi cum dictâ ratione, ſeu illius adminiſtratoribus: imò nec cum marito tanquam ſocio, ſed vti priuata perſona, vt infra dicetur: & ideo non reperitur deſcripta creditrix ſuper libris fundaci, ſed maritus, & ſic inter creditores fundacarios reputari non poteſt. Et licèt ſit creditrix mariti cum hypotheca tàm legali, quàm conuentionali expreſſa omnium bonorum, & iurium præſentium, & futurorum, & præſertim mercium emptarum, & emendarum ex pecunijs dotalibus per eum receptis. Tamen non potuit mari-
1 tus ſinè mandato ſociorum obligare fundacum, nec illius merces *l. 1. §. non autem ff. de exercit. act. l. ſed & ſi pupillus §. conuentio ff. de inſtit. act. latè Anchar. conſil. 332. num. 1. & ferè per tot. Caſtr. conſ. 415. num. 1. lib.*
A 1. A, Tanto minus pro ſummis ſolutis ante cęptam ſocietatem, quæ initium habuit ex conuentione ſub die 17. Septembris 1611. vt ex capitulis ſocialibus 27. Augusti præcedentis, *vt in ſummario num.* 4. Contractus
2 enim ante ſocietatem per vnum ex ſocijs initi, dicuntur extra ſocietatem, & ad eam pertinere non poſſunt *Pariſ. conſ. conſil. 94. num. 15. vol. 1.* Imò nec poſt vnus
3 ex ſocijs ſolus contrahens proprio nomine alios ſocios obligat, licèt ipſe obligetur, *l. iure ſocietatis ff. pro ſocio cum latè adductis per Modern. tract. de ſocietat. cap. 30. num. 2. & ſeqq.* Et ſub dicta obligatione venit tantùm
4 pars, quæ eſt obuentura marito in diuiſione, ſoluto priùs ære alieno, quia antea non dicuntur bona mariti iuxta *doctr. Salicet. in l. eius in fin.* C. *de compenſ. Magon. deciſ. Lucen. 1. num. 13. Coſt. de remed. ſubſid. remed. 119. num. 12. 13. & 14.* & latè comprobant *Modern. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 2. num. 53. 54. & ſeq. vbi in* terminis noſtris *nu* 16 refert, quòd Senatus cenſuit, eſſe priùs ſatisfacien. creditoribus ſocietatis, quàm vxori vnius ex ſocijs, licèt in hypotheca anteriori, & tenuit *Rota coram Reuerendiſſimo D. Attrebaten. in Romana dotis 13. Nouembris, & 2. Decembris 1602. & in Romana pecuniaria 30. Martij anni præteriti coram R.P.D. Rem-*
5 *boldo*. Nec viſum fuit Dominis, applicari materiam de in rem verſo, de qua in toto titulo *ff. de in rem verſ. & in l. ei qui, C. quod cum eo, vbi Bart. et Salicet. & in l. iure ſocietatis, ff. pro ſocio, Natt. conſ. 567. num. 7.* Nam illa
6 procedit, quando, conſiſtente ſocietate, vnus ex ſocijs ſinè mandato ab alijs recepit pecunias, vel emit merces, vel aliàs contraxit ad vtilitatem ſocietatis, *vt in d. l. iure ſocietatis, & ibi gloſ. in verb. communem, & Salicet.* & alij DD. de huiuſmodi verſione loquentes. In caſu autem noſtro pecuniæ dotales fuerunt poſitæ per Bartholomæum pro capitali, vt ſatisfaceret ſuæ obligationi de ponendo partem ſuam capitalis iuxta conuenta, & ſic vt diſſolueret proprium debitum, & fuerunt adnotatæ partitæ ſuper libris ad eius creditum abſque aliqua mentione, quòd pecuniæ eſſent dotales. Et ideo non poſſunt dici verſæ in vtilitatem Societatis, prout neceſſe eſt, ad hoc, vt habeat locum actio de in rem verſo, quæ præſupponit incrementum euidens ex verſione ipſi ſocietati vltrà capitale. Intellexerunt autem Domini, quòd Iſabella non poſſet concurrere cum creditoribus ſocietatis, videlicet cum illis, qui ei crediderunt illa durante. De quo verò tempore ſocietas fuerit finita, itaut potuerit ſubintrare illius hypotheca, Domini reſeruarunt particulariter videre.

Et ita, &c.

ANNOTATIO.

Ab hac deciſione receſſit *Rot. infra deciſ. 721.*
A *Gratian. diſceptation. forenſ. cap. 964. num. 2. & ſeqq.* hanc deciſionem verbatim regiſtrauit.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ti-

Tiburtina hæreditatis.

Lunæ 15. Martij 1621.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio in forma Cameræ habet executionem paratam.*
2 *Depoſitum contra depoſitarium habet viam executiuam, etiam ſi ſit confeſſionatum, vel irregulare num.* 3. *&* 4.
5 *Sequeſtrum contra ſequeſtratarium habet viam executiuam.*

DECISIO DXVI.

CVM Antonina aliàs vxor, & Imperatrix nurus q. Erminij vti illius hæredes ex teſtamento preuijs reſolutionibus Rotalibus tàm ſuper validitate teſtamenti ſub die 27. Februarij 1620. quàm ſuper reintegratione ſub die 1. Iulij eiuſdem anni, fuerint ad poſſeſſionem bonorum hæreditatis d. q. Erminij, qua ſpoliatæ fuerant, reintegratæ, & petierint mandatum executiuum contra Dominicum pro reſtitutione mobilium, animalium, ac aliorum contentorum in inuentario poſt mortem d. Erminij confecto; DD. dixerunt, d. mandatum eſſe relaxan. iux. formam obligationis dicti Dominici, qui ſub die 8. Iulij 1617. promiſit, & ſe obligauit in ampliori forma Cameræ, & depoſiti, de illis reſtituen & conſignan. ad omne mandatum Curiæ: quæ bona, & animalia fuerant priùs adnotata, & depoſita 21. Iunij d. anni penes Philippum, & Dominicum Angeli de conſenſu eiuſdem Dominici Paſcucci, & ad quod inueotarium fuit habita relatio in eius obligatione, *vt in ſummario dato.* Et prædicta intellexerunt, exceptis ſeminibus ſatis, & nouallibus, pro quibus de conſenſu partium fuit in d. inſtrumento deputatus cuſtos. Obligatio enim illius eſt clara, & contra illam nihil oppo-
1 nitur, & habet exequutionem paratam, cum ſit in for-
A ma Cameræ, & depoſiti A, ex vulg.
Et ita fuit reſolutum, parte dictarum mulierum tantùm informante.

ANNOTATIO.

A Quòd depoſitum contra depoſitarium habeat viam exe-
2 cutiuam, tenent *Alex in l. ait Prætor §. ſi Iudex num.* 1. *ff. de re iud. & in l. ſi cum dotem §. eo autem num.* 6. *ff. ſol matr. Bart. & Caſtr. in l penult. C. depoſ Suarez in l. poſt rem iudicatam* 3. *notab verſ adde quintum num.* 1. *&* 2. *ff. de re iud Roland. qui de communi conſ* 17. *num* 1. *& ſeq. lib.* 1. *Scaccia de iudic lib.* 1. *cap* 62. *ſub num* 11. *verſ contrarium, & de Commerc & Camb. §.* 7. *gloſſ.* 5. *in princ. Gratian. diſcept* 667. *num.* 15. *& diſcept* 728. *per tot.* vbi
3 ampliat, procedere etiam in depoſito confeſſionato, prout etiam tradunt *Roland. d. conſ.* 19. *per tot. Theſaur. deciſ. Pedem* 26. *num* 8. vbi reprobat *Adden. ad Alex. in d. l. ſi cum dotem §. eo autem* contrarium tenen. *Mantic. de tacit. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 10. vbi vlteriùs ampliat etiam
4 in depoſito irregulari, quando ſcilicet depoſita eſt pecunia numerata, & dominium in accipientem transfertur *Boer. deciſ.* 25. *num.* 15. *& deciſ* 295. *num.* 7. *Card. Caualer. deciſ.* 29. *num.* 1. vbi dicit, eadem ratione dari viam exequu-
5 tiuam pro ſequeſtro contra ſequeſtratarium, cum ſequeſtrum, & depoſitum à pari procedant *l. ſequeſter ff. de verb. ſignif. Salicet. in l. vni num.* 15. *C. de probib. ſequeſtr. pecun. cum alijs per Surd. conſil.* 280 *num.* 18.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Imolen. cenſus.

Mercurij 17. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Aſſociatio conceſſa pro fructibus cenſus ſolutis eſt iniuſta. Oblatio an, & quando excuſet à mora, & impediat curſum fructuum cenſus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſtola contra ſcribentem plenè probat.*
2 *Obligatio in loco deſtinatæ ſolutionis excuſat à mora, quando creditor eſt diuerſi fori.*
3 *Oblatio licèt verbalis, ſi iudicialis ſit, & præſertim geminata excuſat à mora, dummodo fuerit recuſata, & num.* 4. *& dummodo creditor iuſtam recuſandi cauſam non habeat num.* 6.
5 *Oblatio verbalis non excuſat à mora, ſi creditor non expreſſè recuſet ſed ſimpliciter taceat, nec contradicendo, nec recuſando.*

DECISIO DXVII.

INIVSTA viſa fuit Dominis ſententia extra Rotam lata ad fauorem D. Tiberij, & ideo reuocan. Iniuſtitia autem probatur, quia fuit pronunciatum, D. Tiberium eſſe aſſociandum ad poſſeſſionem prædij vſque de anno 1583. ad eius fauorem cenſuati per q. Nicolaum Barbauarium pro fructibus tàm decurſis, & non ſolutis, quàm decurrendis. Et tamen de illorum ſolutione vſque ad annum 1612. conſtat ex confeſſione Tiberij in eius epiſtola ſub datum Romæ de menſe Decembris 1614. in qua dicit, ſibi pro tempore præterito fuiſſe ſatisfactum, & ſolùm remanere creditorem ratarum anni 1613. & 1614. vt in ſummario de Hecto-
1 reis num. 6. quæ contra ſcribentem plenè probat *vulg. l. publia vbi Bart. ff. depoſit. Rot. deciſ.* 507. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ.* & in alijs paſſim De ſolutione verò fructuum dicti anni 1613. & de rata ſpectante ad hæredes q. Milani authores Dominorũ de Hectoreis pro anno 1614. qui dicto tempore predium cenſuatum vẽdiderunt Hectoreis, conſtat ex quietãtia facta ad fauorem Æneæ depoſitarij per Ioannem conſanguineum (vt aſſeritur) dicti Tiberij, & illius nomine recipientẽ in Ciuitate Imolæ, vt in Regiſtro Rotali fol. 236. Alij verò fructus decurſi vſque ad annũ latæ ſententiæ del 1619. fuerunt in dicta Ciuitate, & ſic in loco deſtinatæ in inſtrumento ſolutionis depoſiti penes Montem Pietatis, *vt in dicto ſummario num.* 7. & in eodem Regiſtro à fol. 243. ad 250. Nec obſtat, quòd dicta depoſita fuerint facta ſinè citatione Tiberij creditoris. Tum quia ſupponitur, ſibi de anno 1615. iudicialiter in Curia coram A. C. intimatum fuiſſe, quòd deberet conſtituere procuratorem in Ciuitate Imolæ ad recipien. dictos fructus ab Hectoreis paratis illos ſoluere. Tum quia cum ſolutio eſſet
2 deſtinata Imolæ, non conſtat, quòd ibi Tiberius haberet procuratorem ad recipiendum, & quietandũ quatenus dicta depoſita, etiam ſi nulliter facta eſſent, ſuccedunt

ſaltem loco oblationis; cum ſufficiat ad excludendam moram, quòd ipſi eſſent parati ſoluere in loco deſtinatæ ſolutionis, & Tiberius eſſet diuerſi fori, quia tot annis citra eſt Curialis *Bart. in l. item illa num. 9. verſ. aut volumus ff. de conſtit. pecun. Alex. conſ. 172. num. 4. lib. 2. Bero. conſ. 194. num. 2. & 3. lib. 1. Put. deciſ 7. lib. 1. in nou. & fuit dictum in Abulen penſionis 20. Nouembris* 1606. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato*. Et tollitur difficultas ex oblatione iudicialiter per Hectoreos facta 29. Nouembris 1619. etiam geminata de ſoluendis fru-
3 ctibus verè debitis, quæ oblatio excuſat à mora quantumuis verbalis, cum fuerit recuſata *l. acceptam, vbi omnes C. de vſur. Bart. in d. l. item illa num. 4. Caſtr. poſt. Fulgoſ in l. qui Romæ in princ. num. 2. ff. de verb. oblig. latè Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. num. 21. Gabr. de ſolution. concluſ. 8. in princ. Rum. conſ. 113. nu.*
A *1. lib. 1. Seraphin. deciſ. 715. num. 3.* A,
Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Oblatio verbalis excuſat à mora, & impedit curſum
4 vſurarum, quando creditor expreſsè recuſat creditum oblatum recipere, vt præter hic allegatos *Caroc. in tract. de oblat. part. 1. quæſt. 7. num. 3. & ſeq. Maur. eod. tract. num. 4 Trentacinq. variar. reſolut. lib. 3. tit de oblat. reſolut. 1. num. 1. verſ. ſextò non procedit, Gratian diſcept. forenſ cap. 786. num. 1. & 2. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 57. num. 1.* Quod ſi creditor non expreſsè re-
5 cuſet, ſed ſimpliciter taceat, nec recuſando, nec contradicendo, ſola verbalis oblatio non ſufficit ad retardandum curſum vſurarum *Gabr. de ſolut. concluſ. 8 num. 2. Caroc. d. quæſt. 7. nu. 5. Trentacinq. d. reſolut. 1. num. 1. ad fin. verſ. hæc concluſio*. Hæc tamen non procedunt, quando credi-
6 tor habet iuſtam cauſam recuſandi *Gabr. d. concluſ 8. num. 3. Roland. conſil. 53. num. 38. lib. 1. Adrian. Neguſant. reſponſ. 431. num. 7. Mareſcott. d. cap. 57. ſub num. 9.* Et ideo vt verbalis oblatio excuſet à mora, tria copulatiuè requiruntur: primò, quòd ſit facta purè, non conditionaliter; ſecundò quòd creditor expreſsè eam recuſauerit; tertiò quòd non habeat iuſtam recuſandi cauſam, vt patet ex prædictis, & tradit *Mareſcott. d. cap. 57. num. 6.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana cenſus.

Lunæ 22. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Numeratio pretij ad validitatem cenſus requiſita interueniſſe probatur ex inſtrumento cẽſus, in quo notarius atteſtatur, pecuniam fuiſſe numeratam; nec ad probandum contrarium ſufficit declaratio perſonæ deputatæ ad emendum cenſum. Quæ fiunt incontinenti, an, & quando dicantur ineſſe contractui.

SVMMARIVM.

1 *Pretium numeratum fuiſſe, probatur ex inſtrumento cenſus, in quo Notarius atteſtatur, pecuniam fuiſſe numeratam, & num. 14. Admittitur tamen probatio in contrarium, dummodo ſit plena, & concludens num. 15.*
2 *Contractui ineſſe dicitur ſcriptura incontinenti facta.*
3 *Procurator nequit Eccleſiæ per declarationem etiam incontinenti factam præiudicare in iure illi quæſito ex contractu per ipſum procuratorem celebrato.*
4 *Incontinenti facta tunc dicuntur ineſſe, quando partes non habuerunt contractum pro perfecto, & abſoluto, nempè quando ad alios actus extraneos non diuerterunt. num. 5.*
6 *Clauſula*, Actum, *contractus perfectionem demonſtrat.*
7 *Incontinenti vt aliquid factum dicatur, debet conſtare, quòd ſit factum eodem loco.*
8 *Declaratio contractus vltrò, citròque obligatorij fieri non poteſt, ſinè conſenſu vtriuſque partis.*
9 *Deputatus ad emendum, poſt ius emptori quæſitum, non poteſt declarationem illi præiudicialem facere.*
10 *Incontinenti facta tunc dicuntur ineſſe, quando dependent à libera voluntate, & poteſtate contrahentium, & fiunt ab illis, qui habent facultatem, etiam de nouo actum inchoandi.*
11 *Procurator conſtitutus ad emendum nihil aliud facere poteſt in præiudicium conſtituentis.*
12 *Procurator non emens iuxta formam mandati tenetur ad intereſſe.*
13 *Teſti deponenti ad ſe exonerandum nulla fides adhibetur.*

DECISIO DXVIII.

DOMINI ſteterunt in deciſis coram Sanctiſſimo D. Noſtro ſub die 23. Iunij 1608. videlicet, pro validitate cenſus annui redditus ſcutorum 80. monetæ de menſe Auguſti 1588. impoſiti per q. Celſum, & venditi RR. Monialibus Sanctæ Suſannæ pretio ſcutorum mille. Et placuerunt optimæ rationes deciſionis, & præſertim, quòd de actuali numeratione in-
1 tegri pretij facta venditori, ſeu illius procuratori, conſtat ex illis verbis inſtrumenti, coram Notario, & teſtibus inſtrumentarijs. Procurator Celſi habuit dicta ſcuta mille in prompta, & numerata pecunia, videlicet ſcuta 266. b. 66. à Petro vno ex procuratoribus, & deputatis à Societate Sancti Bernardi, à qua Gubernator Monaſterij dictarum Monialium, & dictus Petrus declarauit, ſe ſoluere de proprijs pecunijs, animo ſe reualendi &c. Reſiduum verò ab altero deputato aſſerente, ſe ſoluere de pecunijs dictæ Societatis; qui procuratores iurauerunt, omnia, & ſingula in dicto inſtrumento contenta fuiſſe, & eſſe vera, & illis perpetuò non contrauenire, nec contradicere in forma. Quod inſtrumentum facit probationem probatam, & habet pro ſe
A omnem præſumptionem veritatis, A vt latè in deciſione, eiuſque fides coadiuuatur tàm ex acceſſione eadem die facta per q. Abbatem Horatium filium dicti Celſi, in qua aſſerit, ſe habuiſſe notitiam, & certam ſcientiam de impoſitione dicti cenſus pro pretio ſcutorum mille; quàm ex duobus alijs fideiuſſionibus die ſequenti præſtitis, *vt in ſummario Monialium num. 1.* Nec viſum fuit Dominis obſtare principale fundamentum ex aduerſo factum, quòd re vera non fuerit numeratum pretium, niſi in ſumma ſcutorum 550. vt atteſtati fuerunt ijdem deputati per ſcripturam eorum manu, eadem die, & coram aliquibus ex teſtibus inſtrumentarijs ſubſcriptam, in qua propterea conuenerunt, quòd non currerent fructus pro ſcutis 450. non ſolutis, quam voluerunt habere vim publici inſtrumenti, *vt in ſummario D. Iſabellæ num. 4.* Quæ propterea tanquam
2 incontinenti facta dicebatur ineſſe *l. lecta ff. ſi cert. pet. Bald.*

Bald. & Dec. in l. petens C. de pact. cum allegatis. Nam
vltra quod fides dictæ ſcripturæ impugnatur ex defectu
3 recognitionis, quicquid ſit, an dicti deputati potuerint
incontinenti per dictam declarationem Monialibus
B præiudicare, B quod eſt valde controuerſum, & ne-
gatiuam opinionem tenuerunt ex l. 1. & 2. ff. de reb.
cor. plures relati per Simoncel. de decret. lib. 2. tit. 6. num.
11. vſque ad num. 21. Mantic. de tacit. &c. lib. 4. tit. 20.
num. 41. & 44. & Grattan. diſcept. forenſ. cap. 242. per
tot. Fuit reſponſum, dictam declarationem non ineſſe
4 contractui emptionis, & venditionis cenſus; quia fa-
cta incontinenti tunc dicuntur ineſſe, quando partes nõ
habuerunt contractum pro perfecto, & abſoluto Bart.
& alij in d. l. lecta num. 18. & in l. contractus C. de fin. in-
ſtr. Quod dignoſcitur, quando partes ad alios actus
5 extraneos non diuerterunt gloſ. in l. bona fidei verb. in-
continenti C. de pact. quam alios ſequi, dicit ibi Alex. nu.
12. Iaſ. in d. l. lecta num. 20. Cagnol. num. 109. Bolognett.
num. 68. & 69. de communi Corn. conſ. 349. ſub num. 2.
lib. 1. Ruin. conſil. 108. num. 7. lib. 5. & poſt alios de
communi, & vera, Card. Mantic. de tacit. & ambig. &c.
lib. 3. tit. 15. num. 47. In hoc autem caſu ſatis conſtare
videbatur, tàm dictos deputatos emptores cẽſus, quàm
procuratorem Celſi Impoſitorem, & venditorem ha-
buiſſe contractum pro perfecto, & abſoluto; cum con-
ſtet de re, pretio, & conſenſu per publicum inſtru-
6 mentum cum clauſula Actum, &c. quæ perfectionem
contractus demonſtrat Bald. in auth. quod ſinè num. 1.
verſ. & ideò tabellionis C. de teſtam. Caſtr. in l. is qui num.
4. ff. eodem Cagnol. in l. librarius num. 71. de reg. iur.
Alex. conſ. 14 num. 19. lib. 6. Pariſ. conſ. 207. num. 5.
lib. 1. Seraphin. deciſ. 902. num. 9. & 909. in fin. & ad
alios actus diuertiſſe; dum dicta declaratio non ſolutio-
nis integri pretij non fuit facta inter eaſdem partes,
ſed venditore cenſus, qui recepit ſcuta mille ſibi nume-
rata, abſente, nec coram eodem Notario de inſtrumen-
to rogato, ſed in ſcriptura priuata. Nec etiam conſtat
7 de eodem loco, vt conſiderant Doctores ad hunc effe-
ctum, & præcipuè Bolognet. in d. l. lecta num. 110. Bec.
conſ. 91. num. 7. & alij: & præſertim cum ſimus in
contractu emptionis, & venditionis vltrò, citròque ob-
ligatorio, illa declaratio ineſſe non poteſt contractui
ſinè conſenſu vtriuſque partis ad l. iuriſgentium ſ. adeo l.
ab emptore ff. de pact. l. 1. C. quand. lic. ab empt. &c. Et
9 propterea poſt ius quæſitum non potuerunt dicti depu-
tati Monialibus præiudicare l. ſin autem vbi Doct. ff. de
pact. & comprobatur in deciſione. Secundò fuit re-
10 ſponſum, regulam procedere in ijs, quæ dependent à li-
bera voluntate, & poteſtate contrahentium, & fiunt ab
illis, qui habent facultatem etiam de nouo actum in-
choandi Imol. in l. Iudex num. 8. poſt med. verſ. ſed nos
loquimur ff. de re iudic. Cagnol. in d. l. lecta num. 113. Bo-
lognett. num. 34. verſ. limita ff. ſi cert. pet. Alex. conſil.
90. num. 5. lib. 1. Neguſant. de pignor. part. 4. prin.
num. 14. Vndè cum dicti procuratores eſſent ſpeciali-
11 ter deputati ad emendum cenſum pro pretio ſcutorum
mille, vt enunciatur in dicto inſtrumento, & in dicta
ſcriptura, nihil aliud facere potuerunt in præiudicium
Societatis, & Monialium l. tranſactionis placitum C. de
tranſact. l. non abſtulit vbi Doct. & præcipuè Odofr. & Bald.
num. 1. C. de nouat. Conſiderabant etiam Domini,
quòd dicti deputati nullam merentur fidem, etiam ſi
iudicialiter, & cum iuramento ita depoſuiſſent; nam
cum fuerint ſpecialiter deputati ad emendum cenſum,
(vt ſupra dictum eſt) illumque emerint pro dicta ſum-
ma; declarando poſtea, non fuiſſe ſoluta niſi ſcuta 550.
tractant de ſe exonerando reſpectu fructuum dicti cen-
ſus, vel ſaltem ratione intereſſe, ad quod tenetur
12 procurator non emens iuxta formam mandati l. ſi pro-
curatorem ſ. mandati ff. mandat. l. ad comparan. vbi om-
nes, & præcipuè Odofr. C. eod. & ideò nulla fides adhi-
13 benda l. nullus ff. de teſtib. l. omnibus C. eod. Ceſ. de Graſſ.
deciſ. 3. num. 7. de teſtib. Non obſtat, quòd dicta decla-
ratio fuerit facta in ſcriptura ab eiſdem teſtibus inſtru-
mentarijs ſubſcripta; quia in illorum ſubſcriptione non
atteſtantur, prædictam ſummam non fuiſſe actualiter
numeratam, vt canat inſtrumentum, ſed ſimpliciter
dicunt, ſe fuiſſe præſentes declarationi factæ per dictos
deputatos ſuper non integra numeratione, quæ pro-
pterea Monialibus præiudicare non potuit ex ſupra
dictis.

Ex quibus, & alijs in deciſione adductis Domini ſteterunt
in deciſis vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Et quòd realis numeratio pecuniæ requiſita ad validitatem
14 cenſus probetur ex inſtrumento, in quo notarius aſſeruit,
pretium habitum fuiſſe in pecunia numerata, Rota in Bo-
nonien. cenſus coram Penia deciſ. 132. poſt 2. vol conſil Fa-
rinac & 127. poſt tract. Cenc. de cenſib. num. 1. coram
Gregor. XV. deciſ. 157. num 6. & 355. num. 5. & 375.
num. 2. in recent deciſ. 404. num. 1. par. 2. in Interamnen.
cenſus 2. Iunij 1621. coram bon mem Vbaldo ſeniori. in
qua plures aliæ referuntur. in Romana Saluiani interdicti
coram bon mem. Patriarcha Manzanedo. poſt tract. Pa-
cific de Saluian. interd. deciſ. 227. num. 4. & in Romana
ſeu Nepeſina cenſus 13. Maij 1624. coram eod Patriarcha
Manzanedo poſt addition ad d. tract. Cenc de cenſib. deciſ
131. num. 1. Cenc. d. tract. de cenſib part. 2. cap. 1. quæſt.
2. art. 8. num. 3. & ſeq. & in addit ad eundem art. 8. num.
24. fol. 30. & Grattan. diſcept. forenſ cap. 796. num. 1. &
2 in quo cap totam hanc deciſionem reaſſumpſit. Admitti-
15 tur tamen probatio in contrarium, dummodo ſit plena,
& concludens, nam non ſufficeret præſumptiua, & ex
coniecturis, Rot in d. Romana Saluiani interdicti coram
Patriarcha Manzanedo, & latè Cenc d. tract. dicto art. 8.
num. 20. & 21. vbi num. 22. & 23 poſt Farinac. & alios,
quòd teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, & de
neceſſitate, & concludenter deponere, & in addit. ad eun-
dem art. 8. poſt num. 14.

B Et quòd atteſtatio procuratoris conſtituti ad emendum
cenſum, quòd pretium non fuerit ſolutum in pecunia
numerata, non præiudicet principali, nec ſufficiat ad tol-
lendam fidem inſtrumento, in quo aſſeritur, pecuniam
fuiſſe numeratam, etiam ſi facta ſit eadem die, & coram
teſtibus inſtrumentarijs, ſequendo hanc deciſionem tra-
dunt Cenc in addit. ad tract. de cenſib part. 2. cap. 1. quæſt.
1. art. 8. num. 15. & 16. pag 30. Grattan. d cap. 796. nu-
mero 5. & ſeqq.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Panormitana Archipresbyteratus.

Lunæ 29. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio, ad impediendum effectum regulæ de annali, interrumpitur per citationem obtentam intra annum licèt poſt annum executã, quando per aduerſarium ſtetit, quo minùs exequeretur.

SVMMARIVM.

1 *Impedito non currit tempus.*
2 *Præſcriptio non currit aduerſùs agere non valentem.*
3 *Pro citato habetur ille, qui impediuit citationis exequtionem.*
4 *Poſſeſſor pacificus dici non poteſt ad effectum regulæ de annali, qui fuit citatus.*

DECISIO DXIX.

DIXERVNT Domini, non obſtare Nicolao habenti gratiam ſi neutri, regulam de Annali, quia Iulius eius aduerſarius ab Ordinario prouiſus non fuit, iuxta dictam regulam, pacificus poſſeſſor annalis. Quod viſum fuit Dominis conſtare, quia ipſe fuit prouiſus, & immiſſus in poſſeſſionem ab Ordinario de menſe Ianuarij 1613. Nicolaus verò vnus ex oppoſitoribus, qui commiſerat cauſam in Rota ſuper irrationabili iudicio, & nullitate dictæ prouiſionis ob non ſeruatam formam conſtitutionis Sanctæ mem. Pij Quinti, obtinuit de menſe Februarij dicti anni 1613. citationem cum inhibitione in forma, quæ licèt non fuerit exequuta, niſi ſub die 4. Maij, & reproducta 16. Iunij 1615. vt partes in facto conueniunt; tamen cum pro obtinen. exequatur à Magiſtratu Regio fuerit præſentata 17. Iulij dicti anni 1613. & per Senatum deputati conſiliarij ad referen. & prouiden. qui mandarunt, citari partem, & Iulius citatus ſe oppoſuit, & contradixit, allegando, quòd Nicolaus non poterat recurrere ad Sedem Apoſtolicam, quia cauſa fuerat præuenta in Regno, & alia plura, quibus non obſtantibus fuit conceſſum exequatur, ſub die 10. Martij 1615. vt ex ſcriptura data pro Nicolao in reſponſionibus; & ſic non ſtetit per Nicolaum, quo minus exequeretur dicta citatio, & inhibitio, ſed per Iulium dicta impedimenta præſtantem, vndè ſuccedunt vulgares re-
1 gulæ, quòd impedito tempus non currit *l. quibus diebus ff. de condit. & demonſtr. l. non poſſunt C. de dol. cap. imputari de reg. iur. in 6. Rot. deciſ. 21. num. 2. de praben.*
2 *in antiq.* Sicuti non valenti agere non currit præſcriptio; & dictus Iulius, qui impediuit, habetur pro citato
3 in ſui præiudicium, vt in ſimilibus *Creſcent. deciſ. 5. alias* 234. *in fin. de except* & in his terminis Rota *in Carthaginen. portionis* 14. *Nouembris* 1594. *coram Cardinali Seraphino, & in Corduben. Archidiaconatus* 27. *Octobris* 1606. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Sacrato*. Et propterea ſtante lite ſtatim cœpta, Iulius non poteſt dici
4 pacificus poſſeſſor, cum eſſet citatus *Caputaq. deciſ.* 21. *lib.* 3. *Mandoſ. qui refert, ita reſolutum in Cæſaraugustana Parochialis ſuper regula de Annali quæſt.* 84. *in fin. Rot. in Brixien. parochialis* 22. *Iunij* 1587. *coram Bubalo*. An autem eſſet neceſſaria iuſtificatio vacationis in menſe Nouembris (vt prætenditur) narratæ in dicta gratia Si neutri, Domini reſeruarunt ad aliam inſpectionem.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

Romana, ſeu Viterbien. ceſſionis.

Mercurij 21. Aprilis 1621.

ARGVMENTVM.

Filia etiam naturalis ſuccedit matri non illuſtri ab inteſtato vnà cum legitimis, & teſtamentum ex eius præteritione eſt nullum, etiam ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos; & quid, ſi adſit clauſula Codicillaris. Dominium rei hæreditariæ acquiritur ex aditione, quod ſufficit ad inducendum conſortium ad effectum prælationis, etiam in minima parte.

SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis matris non Illuſtris ſuccedit ab inteſtato in eius bonis vna cum legitimis.*
2 *Ius adeundi competens patri tranſmittitur ad filios.*
3 *Dominium hæreditatis transfertur ex aditione.*
4 *Conſortium ad effectum prælationis in retractu inducitur ex ſolo dominio, & ſufficit qualibet minima pars, & num. 10. Declara, vt num. 12.*
5 *Statutum excludens fœminas dotatas etiam ab inteſtato ab hæreditate matris, intelligitur ad fauorem matris dotantis, vel filiorum eius legitimorum, non autem ad fauorem non dotantis, & filij naturalis dotanti extranei, præſertim quando ratio ſtatuti eſt conſeruatio agnationis num. 6.*
7 *Teſtamentum mulieris non Illuſtris, in qua eſt præteritus filius naturalis, eſt ipſo iure nullum; nec eſt opus declaratione, ſeu impugnatione filij, num. 8.*
9 *Clauſula Codicillaris appoſita in teſtamento, in quo filius eſt præteritus, operatur tantùm, vt teſtamentum ſubſtineatur iure obliquo, quòd ſcilicet filius præteritus cenſeatur grauatus reſtituere hæredi ſcripto, & ſubſtitutis, retenta tamen legitima, non autem efficit, vt teſtamentum ſubſtineatur iure directo.*
11 *Conſors habens maiorem partem non præfertur in retrahendo habenti minorem.*
13 *Conſortium vt inducatur requiritur communio, & participatio dominij in eadem re, & quòd res in indiuiſo, & inſolidum poſſideatur.*
14 *Conſortium domus non inducitur ex communione muri, cui domus innititur, nec competit prælatio in retractu.*
15 *Conſortium non inducitur reſpectu ſolariorum, quæ vnam partem domus ab alia ſeparant.*

DECISIO DXX.

IOANNA teſtando Georgio viro hæredi ſcripto ſubſtituit Prudentiam, & Bernardinum communes filios, præterita Cleria filia naturali ante matrimonium ex pariter ſoluta ſuſcepta. Cumq; mortuis primò dicto Bernardino, & deinde Georgio, dicta Prudentia nunc Monialis Maria Angela nuncupata, ceſſiſſet primo loco hæreditatem dictæ Ioannæ in domo, de qua agitur, præcipuè conſiſtentem, Camillo dictæ Cleriæ viro, deinde Catherinæ dicti Georgij ex alio matrimonio filiæ, & fuerit reſolutum, hanc poſteriorem, & non primam ceſſionem eſſe attendendam, cum quibuſdam præſuppoſitis. Dubitaui, an conſtaret de aliquo iure filiorum dictæ Cleriæ etiam prælationis. Et fuit affirmatiuè reſponſum. Nam conſortium in dicta domo, ſuper quo fundatur illorum ius Prælationis iuxta ſtatutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 110. probatur, quia Cleriæ licèt naturali fuit ab inteſtato vnà cum dictis Prudentia, & Bernardino legitimis delata hæreditas dictæ Ioannæ eorum matris non
5 Illuſtris iuxta expreſſam diſpoſitionem *auth. ſi qua Illuſtris C. ad Orphician. vbi etiam Butrig. poſt prin. Albe-*

ric.

ric. num. 3. *Bart. num.* 1. *Caſtr. num.* 5. *Salicet. in fin.*
Specul. de ſucceſ ab inteſt. §. 1. *num.* 22. *latè Surd deciſ.*
293. *num.* 1. *& ſeq. Peregr. de iur. Fiſc. lib.* 3. *tit.* 18.
num. 23. *Lup. de illegitim. comment.* 1. §. 2. *num.* 11. *&*
ſeq. Et licèt non conſtet de aditione, tamen ius adeun-
2 di fuit tranſmiſſum ad eius filios *l.* 1. C. *de his qui ant.*
aper. tab. Aret. conſ. 80. *num* 3. *& ſeq.* de communi *Soc-*
cin. conſ. 34. *num.* 7. *lib.* 4. Qui cum deinde adiuerint,
& cõtra Camillum eorum patrem vti hæredes à Tribu-
nali Capitolino pro eorum rata immiſſionem obtinue-
rint, *vt ex datis in eorum ſummario num.* 2. ſequitur,
quòd dominium dictæ hæreditatis, & domus in eos tran-
3 ſiuerit *vulg. l. cum hæredes ff. de acquir. poſſ.* Et ſolum
4 dominium ſufficit ad inducendum conſortium, vt in
terminis ſimilis ſtatuti *Bald. in l. dudum in fin. Salicet.*
num. 1. C. *de contr. empt. Bero. conſ.* 24. *num.* 11. *lib.* 3.
Ruin. conſil. 27. *num.* 12. *circa med verſ. ſecundò reſpon-*
deo lib. 4. etiam ratione minimæ partis *Bald. in l.* 1.
num. 3. C. *commun. ſeru. manum. Iaſ. conſ.* 185. *col.* 4.
A *ad fin. verſic. quintò in fauorem lib.* 2. A, Non obſtat,
5 quòd Cleria non potuerit ab inteſtato ſuccedere matri
per ſtatutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 145. excludens fœminas
dotatas etiam ab inteſtato ab hæreditate matris. Quia
intelligitur ad fauorem dotantis, vel filiorum eiuſdem
matrimonij, non autem vt filia dotata à patre excluda-
tur ab hæreditate matris per filium alterius matrimo-
nij, dotanti penitus extraneum *Soccin. conſ.* 84. *num.* 1.
vſque ad num. 7. *& conſ.* 241. *num.* 9. *lib.* 2. *& in l. cum*
vir num. 2. *ff. de cond. & dem. Brun. de ſtat. excluſ. fœ-*
min. art. 12. *num.* 99. *&* 253. *Soccin iun. conſ.* 1. *num.*
51. *lib.* 1. *Natt. de ſtatut. quæſt.* 3. *num.* 62. *Thob. Non.*
conſ. 12. *num.* 9. *Turrett. conſ.* 2. *num.* 33. *lib.* 1. *Gabr.*
eodem tit. de ſtatut. concluſ. 7. *num.* 78. *Rot deciſ.* 461. *num.*
6. *&* 7. *vbi de magis communi par.* 2. *in recent. & in Ca-*
merinen. pecuniaria 26. *Iunij* 1617. *&* 18. *Martij* 1619.
6 *coram Reuerendiſſimo D. Seleucien.* Tanto magis cum
ratio ſtatuti fuerit conſeruatio agnationis *Rot. deciſ.*
54. *num.* 3. *par.* 2. *diuerſ. in Roman. de Marganis* 18. *Iu-*
nij 1582. *coram Robuſterio, in Roman. de Mareſcottis deciſ.*
770. *num.* 4. *part.* 2. *in recentior.* Minùs obſtat, non
fuiſſe locum ſucceſſioni ab inteſtato, cum dicta Ioanna
teſtamentum condiderit, in quo virum, & poſt eum
filios ex dicto matrimonio ſuſceptos inſtituit. Cum
dictum teſtamentum fuerit ipſo iure nullum propter
dictam Cleriæ præteritionem *auth. non licet* C. *de liber.*
& poſthum. vbi Caſtr. num. 1. *verſ.* 3. *inducitur, Alex.*
num. 9. *verſ. ex his concluditur, & Iacob. de Sancto Geor-*
gio num. 13. *verſ. conclude ergo, & auth. ex cauſa vbi*
Odofr. num. 1. *Bart. nu.* 12. *verſ ſi verò Bald. num.* 5. *verſ.*
ſed nouo iure Iaſ. num. 18. *in fin.* C. *eodem tit. Bald. conſ.*
504. *num.* 1. *lib.* 5. *Corn. conſ.* 118. *num.* 2. *lib.* 2. *& de*
communi Clar. in §. *teſtamentum quæſt.* 47. *num.* 1. Adeo
8 vt non ſit opus declaratione, ſeu impugnatione filij, vt
per Doct *in l. poſthumo* C. *de bon poſſ. contr. tab. & ibi Alex.*
num. 16. *Iaſ. num.* 23. *Dec. num.* 9. vbi quòd in hac in
re non eſt laborandum *Curt. Iun. num.* 45. *in fin. Rimi-*
nald. num 7. *Zuccard. num.* 84. *& de communi Clar. in*
d. §. *Teſtamentum num.* 43. & communem, & veram
dicit *Boer. deciſ.* 96. *num.* 1. & ab hac non eſſe receden-
dum Michael *Craſſ.* §. *teſtamentum num.* 2. *verſ. contra-*
9 *rium.* Et licèt in dicto teſtamento fuerit appoſita
Clauſula Codicillaris, tamen illa operatur ſolummodò,
vt teſtamentum ſubſtineatur iure obliquo, non directo;
quia, ſcilicet, filius præteritus cenſetur grauatus reſti-
tuere hæredi ſcripto, & ſubſtitutis, retenta tamen le-
gitima *Bart. in l.* 2. *in* 5. *quæſt. num.* 9. *ff. de iur.*
Codicill. Alex. in d. auth. ex cauſa num. 13. *Iaſ. num.* 22.
Curt. Iun. nu. 68. *Cagnol. num.* 157. *Dec. in d. l. poſthumo*

num. 10. *verſ. prædicta* vbi hanc communi calculo pro-
batam dicit, *& Zuccard. num.* 102. *Aret. conſ.* 82. *num.*
19. *verſ. ſed tamen, Alex. conſ.* 26. *num.* 5. *&* 27. *num.*
4. *lib.* 1. *Soccin. Iun. conſ.* 3. *num.* 27 *lib.* 5. *Roland. conſ.*
71. *num.* 51. *vol.* 2. *Gayl. pract. obſeruat. lib.* 2. *cap.*
124. *num.* 3. *Surd. d. deciſ.* 293. *num.* 11. & reprobata
gloſ. in d. auth. ex cauſa, & ita communiter Doctores
tenere teſtatur *Gabr. conſ.* 113. *num.* 2. *lib.* 1. *cum alijs*
relatis per Ant. Gabr. in tit. de Clauſ lib. 6. *concluſ.* 7.
num. 1. *& per Craſſ. in d.* §. *teſtamentum quæſt.* 50.
num. 1. *& tenuit Rot. apud Put deciſ.* 7. *de teſtam. & in*
alia Viterbien. ſeu Roman. pecuniaria 28. *Februarij* 1614.
coram R. P. D. meo Vbaldo impreſſa inter recent. 568.
num. 3. *par.* 1. & in pluribus alijs relatis *per Modern. de*
Clauſul. par. 3. *clauſ.* 2. *num.* 19. adeo vt penes filios
dictæ Cleriæ ſemper remaneat dominium. Vndè opus
non eſt inſiſtere ſuper hinc inde deductis, an pro legiti-
ma competat ius dominij, vel hypotheca, aut aliquid
aliud ſufficiens ad dominium traſferendum, & conſor-
tium inducendum.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Ad inducendum conſortium ſufficit quęlibet minima pars,
20 vt præter hic allegatos *Gratian. qui alios refert. diſcept.*
cap. 526. *num* 4. *& ſeqq. & cap* 842. *num.* 24. *& cap.*
874. *num.* 17. *&* 19. *& admiſit Rota in Romana retractus*
29. *Ianuarij, &* 18. *Iunij* 1629. *coram R. P. D. Merlino;*
21 & habens maiorem partem non præfertur habenti mi-
norem, ſeu minimam; quia cum in ſubſtantia vnus ab al-
tero non differat, niſi per plus, & minus, quod non facit
differre ſpecie, non poteſt vnius priuilegium dici poten-
tius altero *ita Ruin. conſil.* 27. *num* 5. *&* 12. *lib.* 5. *Tira-*
quell de retract lignag. §. 11. *gloſſ.* 6. *num.* 11. *&* 12. *Ro-*
ta in Romana prælationis 2. *Aprilis* 1618. *coram bon. mem.*
Dunozetto ſeniori, apud Cinc deciſ. 308. *num.* 9. *& ſeq.*
22 Hoc tamen procedit, quando illa minima pars includi-
tur, & eſt commixta in ſingulis partibus rei, ſuper qua
prætenditur retractus, & quando dominium rei eſt pro
indiuiſo; vt in hæredibus, & ſocijs, nam ſi vnus ſit hæ-
res in beſſe, alius in quadrante, tertius verò in vncia,
& in ſocietate ſolidorum viginti ſi vnus participet in ſoli-
dis ſexdecim, alter in tribus, tertius verò in vno tan-
tùm; hæres in vncia, & ſocius in vno ſolido dicitur con-
ſors prout alij, habetque ratione illius vnciæ, & ſolidi
retractum in re communi; quia & vncia, & ſolidus ſunt
commixti in qualibet vncia totius aſſis, & in qualibet ſo-
lido totius ſummæ; Ita *Molin. de contract. diſput* 371. *&*
pulchrè Rota in dicta Romana retractus 29. *Ianuarij* 1629.
coram R. P. D. Merlino. Ratio horum eſt, quia ad effe-
23 ctum conſortij requiritur communio, & participatio do-
minij in eadem re, *Bald & Salicet. in l. dudum, vterque*
num 1. *ff de contrahen empt Dec in cap. cum M. Ferra-*
rienſis, num 1. *&* 2. *& ibi Sylueſt. Aldobr. in addit &*
Rip. num 9 *&* 52. *de conſtit. Gozad. conſil.* 79. *num.* 1 *&*
trib ſeqq. Hieron. Portol poſt alios de conſort cap. 1. *num.*
3. *& ſeqq. & cap.* 8. *num.* 2. *& ſeqq & cap* 52. *num.* 1.
& ſeqq. adeo vt quoties res eſt diuiſa, & vnuſquiſque ocu-
lariter ſiuè certitudinaliter rem, ſeu quotam ſuam agno-
ſcit diſtinctam ab alio, conſors ampliùs dici non poſſit,
oportet enim, quòd pro indiuiſo, & inſolidum poſſidea-
tur, nec vlla pars ſeiunctim poſſit ad oculum demonſtra-
ri, *Bart in l. re coniuncti, num.* 23. *& ibi Iaſ. num.* 103.
vſque ad num. 111. *Rip. num.* 3. *&* 73. *ff. de legat.* 3. *Ca-*
ſtren in l. huiuſmodi, §. *quibus num.* 2. *& ibi Iaſ. num.*
1. *ff de legat.* 1. *Idem Caſtren. in l.* 1. *num.* 1. *ad med. verſ*
in quæſtione verò ff. de vſufruct accreſcen in nou. relect.

Digitized by Google

Anton. Gomez. in comment. ad leg. Taur. l. 7. num. 27. verſ.
quod tamen Molin. d. diſput. 371. *in princ. Portol. d. tract.*
cap 1. *num.* 4. *& cap.* 8. *num.* 1. 4. *& ſeqq. Rota in dicta*
Romana retractus 18. *Iunij* 1629. *coram R. P. D. Merli-*
14 *no*. Ideo non inducitur conſortium domus ex commu-
nione parietis, cui domus innititur, nec eius reſpectu
competit prælatio; quia dominium in parte muri non
influit in ſingulas partes domus, & qui muro iuncti ſunt
non conſortes, ſed vicini, ſeu laterales, vel contigui ap-
pellantur; at habenti domum contiguam non competit
ius retrahendi ratione conſortij, ſeu quotæ, ſed ratione
vicinitatis, etiam ſi murus intermedius ſit communis,
vt per Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap. 434. *num.* 24.
& 32. Ita *Ruin. d. conſil.* 27. *num.* 12. *Rauden. variar. re-*
ſolut. cap. 13 *num* 6. *& ſeqq Rota in d. Romana retractus*
29. *Ianuarij &* 18. *Iunij* 1629. *&* 23. *Ianuarij* 1630. *co-*
25 *ram R. P. D. Merlino.* Et idem procedit reſpectu ſolario-
rum, quæ partem vnam domus ab alia ſeparant æquè ac
paries intermedius, ita vt dicantur plures domus, non
autem partes eiuſdem domus, vt per *Borgnin. deciſ.* 19.
num. 52. 54. *&* 61. *part.* 2. vbi quòd quando domus eſt
diuiſa per parietes, vel per ſolaria, tunc quælibet pars
facta eſt vna domus, & ratione ſolariorum, ac parietis
non cadit conſortium, cum alter in parte alterius non
poſſit conuerſari, & ſecuta eſt Rota *in d. Romana retra-*
ctus 18. *Iunij* 1629. *coram R. P. D. Merlino*.

Ioannes Franciſcus Fereytillius.

Rauennaten. legati.

Mercurij 21. Aprilis 1621.

ARGVMENTVM.

Filij poſiti conditione quando cenſeantur vocati. Fideicommiſſarius grauari poteſt etiam in bonis ad ipſum ſpectantibus, & adiens hæreditatem abſque beneficio inuentarij tenetur ad legata etiam de proprio, & an iuuari poſſit inuentario per hæredem confecto.

SVMMARIVM.

1 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ſtantibus coniecturis etiam in teſtamento tranſuerſalis, licèt coniecturæ eſſe debeant maiores, quàm in teſtamento aſcendentis.*

2 *Poſiti in conditione, quando ſunt vocati ad portionem patrui, multo magis cenſentur vocati ad portionem proprij parentis.*

3 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator hæredibus, & eorum ſucceſſoribus onus legati pij perpetui pro miſſarum celebratione impoſuit.*

4 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator illis alios ſubſtituit.*

5 *Legatum fieri poteſt de re ſubiecta fideicommiſſo ad fauorem hæredis.*

6 *Hæreditatem abſque inuentarij beneficio adiens tenetur ad legata de proprio.*

7 *Inuentarium hæredis non prodeſt cohæredi, niſi ab omnibus vel nomine omnium factum fuerit.*

8 *Inuentarium per hæredem confectum ſuffragatur illius ſucceſſori, licèt quo ad fideicommiſſarium ſit controuerſum abſque ceſſione.*

9 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non tenetur pro legatis, niſi de bonis hæreditarijs.*

DECISIO DXXI.

CVM Flora mater q. Ioannis, & Catherina peterent coram A. C. legatum annuum ſcutorum 25. illis in eius, ſub quo deceſſit, teſtamento factum pro multis annis decurſis; & ex parte Thadæi opponeretur, bona in territorio Rauennæ,
ex quorum redditibus fuerunt relicta dicta legata, fuiſſe
ſubiecta fideicommiſſo q. Marci patrui dicti Ioannis te-
ſtatoris, & dictum fideicommiſſum fuiſſe purificatum
in perſonam Ioannis Iunioris filij poſthumi dicti Ioan-
nis ſenioris, cui in pupillari ætate defuncto ſucceſſit
Laura eius mater, à qua cauſam habet Thadæus reus
conuentus dictorum bonorum poſſeſſor. Dubitaui, an
dictæ Floræ obſtaret exceptio fideicommiſſi dicti Mar-
ci; & Domini negatiuè, vt infra, reſponderont. Non
ex eo, quòd dubitauerint de extantia fideicommiſſi, &
illius purificatione ad fauorem Ioannis poſthumi filij di-
cti Ioannis ſenioris. Quia licèt expreſſa, & literalis
ſubſtitutio non legatur in teſtamento Marci de filijs di-
cti Ioannis Senioris, qui vnà cum Baptiſta eius patruo,
& dicti Marci teſtatoris fratre, fuit hæres inſtitutus:
ſed ſolùm filij vtriuſque reperiantur in conditione po-
ſiti. Tamen ab opinione *Gloſſa in l. Lucius* receditur ex
1 coniecturis etiam in teſtamento tranſuerſalis, licèt illæ
debeant eſſe maiores, quàm in teſtamento aſcendentis,
& plures cumulantur pro fideicommiſſo, quibus re-
ſponſum fuit *in Comen. & Firman. fideicommiſſi coram*
me de menſe Martij 1619. Tamen in caſo iſto Domini
fecerunt magnam vim in tribus, quæ non concurre-
bant in dictis cauſis. Prima, quia filij dicti Ioannis ſunt
2 expreſsè vocati in portionem Baptiſtæ patrui vnius ex
hæredibus ſcriptis ſinè filijs decedentis, multò magis
ergo in portione proprij parentis, *Rimin. ſen. conſ.* 189.
num. 11. *& ſeq. lib.* 1. *Gozad. conſ.* 64. *num.* 10. *Crauett.*
conſ. 62. *num.* 10. *Honded. conſ.* 65. *num.* 33. *lib.* 1. *&*
conſil. 54. *num.* 38. *lib.* 2. *Menoch. præſumpt.* 76. *num.*
57. *lib.* 4. *latè Ruſtic. de liber. in condit. poſit. lib.* 5. *cap.*
3. *num.* 1. *&* 2. *Rot. deciſ.* 133. *num.* 2. *&* 3. *& deciſ.*
146. *num.* 3. *&* 4. *part.* 1. *in recent.* in qua aliæ ſunt re-
A latæ. A, Secunda, quia in dicto teſtamento fuerunt re-
3 licta legata pia perpetua pro celebratione Miſſarum,
quæ inferunt ad vocationem filiorum in conditione po-
ſitorum *Matth. Gribald. inter conſilia Port. Imol.* 40.
num. 19. *idem Port. Imol. conſ.* 46. *num.* 17. *verſ. quarta*
ſit coniectura Soccin. conſil. 12. *num.* 18. *circa fin. verſic.*
confirmatur lib. 3. *Curt. Iun. conſ.* 87. *num.* 6. *Menoch.*
d. præſumpt. 76. *num.* 72. *lib.* 4. *Simon de Præt. de in-*
terpr. vlt. volunt. lib. 3. *ſolut.* 3. *num.* 25. *Ruſtic. dicta*
tract. lib. 5. *cap.* 5. *num.* 13. *& facit tex. in l. annuam*
ff. de ann. leg. Anchar. conſ. 27. *num.* 7. *Natt. conſil.* 531.
num. 28. *&* 29. *lib.* 3. Et ceſſat reſponſio data in dictis
Firman. & Comen. quia dicta legata non ſunt reſtricta
ad ſolos hæredes literaliter ſcriptos, vt in caſu dicta-
rum deciſionum, ſed per verba repetita ad eorum ſuc-
ceſſores. Tertiò, quia in caſu extinctionis lineæ maſcu-
4 linæ tàm Baptiſtæ fratris, quàm dicti Ioannis nepotis,
ipſis, eorumque filijs ſubſtituit fœminas, earumque fi-
lios, & ſic reſultat ex paſſiua ſubſtitutione coniectura
actiuæ, vt omnes vocati cenſeantur *Ruin. conſil.* 140.
num. 9. *&* 18. *lib.* 3. *Soccin. Iun. conſ.* 110. *num.* 16. *&*
ſeq. lib. 3. *Curt. Iun. conſil.* 139. *num.* 18. *Decian. conſil.*
44. *num.* 73. *& ſeq. lib.* 3. *Surd. conſil.* 344. *num.* 17.
Ceterùm quicquid ſit de dicto fideicommiſſo, dicebant
5 Domini, dictum legatum deberi Floræ. Nam Ioannes
potuit grauare dictum Ioannem Iuniorem poſthumum
etiam in bonis Rauennæ, quæ erant futura ſua per mor-
tem

tem dicti Ioannis Senioris, quod eſt indubitatum §. non
ſolum Inſtit. de legat. l. filius fam. ff. de leg. 1. l. vnum
ex familia §. ſi rem ff. de leg. 2. Alba conſil. 73. num. 1.
& 4. Corn. conſ. 88. num. 8. & 12. lib. 2. latè Peregr. de
fideicom. art. 33. num. 24. & fuit deciſum in Viterbien.
Caſtrorum coram Illuſtriſſ. D. Cardinali Sacrato 7. Apri-
lis 1617. Vndè cum d. hæreditas dicti Ioannis teſta-
6 toris non fuerit adita cum beneficio inuentarij, ſed ſim-
pliciter, idem Ioannes Iunior tenebatur ad legata etiam
de proprio l. fin. §. & ſi præfatam C. de iur. delib. &
tradunt DD. in l. 1. ff. de acq. hæred. Surd. conſil. 459.
num. 16. & 17. & dictum fuit in dicta Viterbien. Et con-
ſequenter Laura eius mater, & hæres, & auctrix Tha-
dæi moderni poſſeſſoris iux. l. cum à matre C. de rei ven-
dic. l. ex qua perſona ff. de reg. iur. Nec inuentarium
7 confectum pro Marco Antonio altero filio dicti Ioannis
Senioris, & hærede poteſt prodeſſe dicto Ioanni poſthu-
mo, quia vel ab omnibus, vel nomine omnium fieri de-
buit Cyn. in l. fin. in prin num. 3. Alberic. nu. 7. Salicet.
num. 14. Alex. num. 11. Iaſ. num. 5. verſ. ſed licèt C. de
iur. deliber. late Phanuc. de inuent. par. 2. quaſt. 13. num.
58. Et Doctores in contrarium allegati, videlicet Bald.
in auth. ſed cum teſtator num. 9. C. ad l. Falcid. Alex. in
l. in ratione §. quod vulgo num. 18. ff. ad l. Falcid. non
8 loquuntur in cohæredibus, ſed in ſolo hærede, cuius
inuentarium dicunt prodeſſe etiam fideicommiſſario,
quod tamen abſque ceſſione eſt controuerſum ex rela-
tis per Alex. dicto num. 18. Prædicta tamen non viden-
tur applicari reſpectu dimidiæ dicti legati debiti per M.
Antonium, qui fuit cohæres, & (vt ſupponitur) cum
9 beneficio inuentarij, qui propterea non tenetur, niſi de
bonis hæreditarijs Ioannis d. l. fin. §. & ſi præfatam
ubi DD. C. de iur. deliber. Debet tamen exhibere inuen-
tarium factum pro M. Antonio, & de bonis in eo con-
tentis reddenda eſt ratio: aliàs ſicuti Ioannes poſthu-
mus teneretur in ſolidum etiam pro parte M. Antonij,
ita, & hæres dicti Ioannis poſthumi. Et ita Domini
cenſuerunt partibus informantibus. Nõ tamen aperue-
runt, an dictum Legatum debeatur pro portione dicti M.
Antonij, quæ erit alia inſpectio. Nec pro nunc reſol-
uerunt, an conſtet de identitate bonorum dicti Marci
teſtatoris, & fideicommittentis, &c.

ANNOTATIO.

A *Rota coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano deciſ. 267. num. 1. & in Bononien. fideicommiſſi de Deſiderijs 2. Iunij 1628. coram R. P. D. Merlino. & in Bononien. fideicommiſſi Violantis 27. Iunij 1629 coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Virili*, & de materia dixi plura ſupra ad deciſ. 385. ſub lit. A.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Andrien. Archipresbyteratus.

Lunæ 26. Aprilis 1621.

ARGVMENTVM.

Arbitrium non intrat pro cumulatione petitorij cum poſſeſſorio in iudicio manutentionis, quando poſſeſſio eſt clara. Poſſeſſio Canonicatus quando dicatur legitimè capta.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium non exercet Rota pro cumulatione petitorij cum poſſeſſorio in iudicio ſummariſſimo retinendæ, quando poſſeſſio eſt clara; & quid vbi poſſeſſio eſt turbida num. 15.*

2 *Poſſeſſio inſtrumentalis, alio non exiſtente in poſſeſſione, eſt manutenibilis.*

3 *Mandatum probari poteſt etiam per teſtes.*

4 *Mandatum rogatum à Notario Regio licèt non probet in ſpiritualibus, probat tamen iunctis adminiculis.*

5 *Poſſeſſio quòd Capitulariter capta fuerit, probatur ſufficienter per teſtes deponentes, fuiſſe captam coram repræſentantibus maiorem, & ſaniorem partem Capituli.*

6 *Teſtis unicus ſufficit in iudicio ſummariſſimo ad probandum, quòd poſſeſſio Capitulariter capta fuerit.*

7 *Teſtis non conuincitur de mendacio ex eo, quòd negauerit, ſe fuiſſe excommunicatum, niſi probetur illius ſcientia.*

8 *Canonicus in cauſa ſui concanonici non repellitur à teſtificando in poſſeſſorio, ſi habet inter ſe in petitorio tantum.*

9 *Procurator teſtificari poteſt ſuper articulo diuerſo ab illo, cuius patrocinium ſuſcepit.*

10 *Canonicatus poſſeſſio debet eſſe capitularis.*

11 *Capituli conuocatio non requiritur, niſi in actibus conſiſtentibus in iure, non autem in mero facto, vt quando agitur de nuda poſſeſſione tradenda.*

12 *Canonicatus poſſeſſio quòd ſit legitimè capta, iuſtificatur ex actibus Canonicalibus per Canonicum geſtis cum præſentia, & patientia Capituli.*

13 *Querimoniæ extraiudiciales non excludunt patientiam, ſed debent eſſe iudiciales per viam appellationis, ad hoc vt præſens actui repugnare dicatur.*

14 *Manutentio datur in beneficialibus abſque titulo, & multo magis abſque tituli iuſtificatione.*

16 *Fidei profeſſio an per procuratorem emitti poſſit.*

17 *Fidei profeſſionem non emittens licèt fructus ſuos non faciat, eius tamen poſſeſſio non remanet infecta, ſed eſt manutenibilis.*

DECISIO DXXII.

POST deciſionem coram me factam
30 Martij 1618. in qua fuit dictum,
Antonio dandum eſſe mandatum de
manutenẽdo in poſſeſſione Archipre-
sbyteratus, Ioannes illius aduerſarius
adiuit Signaturam Sanctiſſimi pro cu-
mulatione petitorij cum poſſeſſorio,
quæ reſcripſit, arbitrio Rotæ, dubioque ſemel propoſi-
to, & non reſoluto, ſupradicta die cenſuerunt DD. ar-
bitrium non intrare. Moti, quia illud non interponitur
1 in ſummariſſimo retinendæ quando poſſeſſio eſt cla-
A ra A, *Rota deciſ. 99. num. 6. part. 1. & deciſ. 34. num.
7. part. 2. diuerſ. & in Turritana bonorum deciſ. 476.
num. 1. & 7. par. 1. in recent. & in Ciuit. Caſtelli vnio-
nis deciſ. 698. num. 1. & 2. part. 2. in eiſdem, & in
Romana hæreditatis de Carcanis* 13. *Decembris* 1617. *co-
ram R. P. D. meo Remboldo*. In propoſito verò poſſeſ-
ſio Antonij viſa fuit clara ex publico inſtrumento fa-
ciente probationem probatam, & ſufficientem, non
docto, alium tunc fuiſſe in poſſeſſione, iuxta deducta
2 in alia deciſione. Non obſtant oppoſita, & primò, quòd
inſtrumentum mandati d. procuratoris fidem non fa-
ciat, tanquam rogatum à Notario Regio; nam quicquid
ſit de validitate, & an actus capien. poſſeſſionem ſit tem-
poralis, vel ſpiritualis, hodie viſa fuit ſublata omnis
difficultas, cum veritas d. mandati ſit probata per duos
conteſtes de viſu, & intereſſentia, quando fuit datum

per

Digitized by Google

3 per d. Antonium eidem procuratori: & certum eſt, illud
poſſe probari per teſtes *ad gloſſ. in cap.* 1. *verſ. portito-*
ribus de procurat. vbi Abb. num. 5. dicens ſingularem
Bald. in l. 1. *in ſecunda lect. num.* 4. *ff. de procurat. Iaſ.*
in l. 1. *num.* 7. *verſ. ſecundò principalis C. eodem vbi de*
magis communi Mantic. de tac. l. 7. *tit.* 3. *num.* 26. Cum
4 tamen etiam ſi dictum mandatum rogatum à Notario
Regio contineret explicationem actus ſpiritualis, con-
currentibus adminiculis probaret *Rota in terminis in*
Abulen. Parochialis coram Illuſtriſſimo Card. Sacrato 14.
Aprilis 1614. quæ adminicula, negari non poteſt, quin
reſultent ex dictis teſtibus. Secundò, non obſtat,
quod dicebatur, poſſeſſionem non fuiſſe Capitulariter
captam; quia imò in dicto inſtrumento Notarius atte-
5 ſtatur, fuiſſe captam coram repræſentantibus maiorem,
& ſaniorem partem Capituli, & cleri: idem nunc depo-
nunt dd. duo teſtes, qui illi interfuerunt, quod ſufficit
ex traditis *per Gonzal. ſuper reg.* 8. *ſ.* 3. *procemij num.*
6 81. & ſemiplena probatio ſufficeret in hoc ſummario
B etiam per vnicum teſtem B, *Rot. deciſ.* 196. *in fin. par.*
5. *& deciſ.* 375. *l.* 3. *part.* 3. *diu. Seraph. deciſ.* 1326. *&*
1411. *num.* 1. *cum alleg. in Lucerina Beneficij* 26. *Nouem-*
bris 1612. *coram R. P. D. Caualerio*. Non obſtant ex-
ceptiones contra teſtes, nam ſecundus, qui negauit, ſe
7 vnquam fuiſſe excomunicatum, non conuincitur de mē-
dacio ex ſimplici fide Vicarij atteſtantis contrarium,
quæ fidem non facit, & nihilominus non probatur, te-
ſtem fuiſſe conſcium dictæ excommunicationis, & ne-
gotia per eum facta dictæ excomunicationis, intelligi-
tur, quòd ipſe ſciuerit. Nec obſtat, quòd ex inter-
uallo faſſus fuerit, ſe fuiſſe excommunicatum, quia ſub-
iunxit (*per quanto intendo*) & ſic non contrariatur
primæ aſſertioni, præſertim quia non coarctauit d. ne-
gatiuam, vt ex lectura depoſitionis. Dum verò dice-
batur, primum eſſe vnum de clericis inſeruientibus
Capitulo, & alterum eſſe Canonicum, & procurato-
rem eiuſdem Capituli, quod ad cauſam admiſſum fuit.
Reſpondebatur, Capitulum nō facere partem in hoc iu-
8 dicio poſſeſſorio, ſed venire ad cauſam in petitorio, præ-
tendens curam penes ſe reſidere; & ſic dicti teſtes non
repelluntur in hoc judicio poſſeſſorio *gloſ in cap. cum*
R. verſ cum ſint eius ſocij, de officio delegat. vbi Felin num.
4. *Modern. de probat. concluſ.* 260. *num.* 7. *Farinac. de*
9 *teſtibus quæſt.* 60. *num.* 461. & de procuratore in arti-
culo diuerſo *Bald. in l. omnibus num.* 3. *verſ. vbi autem*
Salicet. num. 6. *verſ. vbi autem Sichard. num.* 5. *C. de*
teſtibus cum alijs adduct. per Farinac. d. quæſt. 60. *num.*
2. 4. *&* 218. Non obſtat, quòd non probetur conuoca-
tio Capituli, tum quia licèt ſemper poſſeſſio debeat eſſe
Capitularis, hoc eſt præsēte maiori parte Capituli iux-
10 ta *deciſ. Caſſad.* 8. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & ita in-
telligen. eſt deciſio *in Meten. Canonicatus* 4. *Iulij* 1618.
coram R. P. D. Pirouano; tamen conuocatio non requi-
11 ritur, niſi vbi agitur de electione vel receptione iuris,
quæ fit per Capitulum, Papa mandante, vt eligat, vel
conſerat; non autem vbi agitur de nuda receptione fa-
cti, ad mandatum Papæ, qui priùs contulerat, ſeu de
nuda poſſeſſione traden. vt in terminis ita diſtinguen.
firmant *Lap. num.* 2. *Gemin. num.* 8. *Anchar. num.* 1.
in cap. cum in Eccleſijs de præben. in 6. & eorum auctorita-
te fuit dictum in alia deciſione, quibus accedunt. *Innoc.*
in cap. bonæ il. ſecondo num. 7. *in fin. de poſtul. Prel. Fe-*
lin. in cap. cum omnes num. 27. *vbi Ferret. num.* 51. *de*
conſtit. idem Felin. in cap. eam te num. 13. *de reſcript. Surd.*
conſ. 28. *num.* 39. Tum quia in omnem caſum iuſtifi-
12 caretur ex patientia ſubſequuta, dum idem procura-
tor fuit eadem die poſt Veſperas ad profeſſionem fidei
C admiſſus, C præsēte maiori parte Capituli, *vt in ſumm.*
Antonij num. 3. & eidem Antonio aſſignatum officium
quoddam campanilis necnon hebdommada, & miſſæ,
quas celebrare deberet, & emolumenta *vt in dicto ſum-*
mario num. 6. *&* 7. ex quibus iuſtificatur, & ſubſtinetur
poſſeſſio *Caſſad. d. deciſ.* 8. *num.* 3. *de cauſ. poſſ. & pro-*
priet. & deciſ. 5. *num.* 3. *de iur. patr. cum deductis in*
Carthaginen. Canonicatus 13. *Februarij, &* 6. *Aprilis, &*
25. *Maij* 1609. *coram bon. mem. Cardin. Lancellotto*, &
fuit in alia deciſione comprobatum. Nec refragantur
querimoniæ nonnullorum Capitularium, quòd non fue-
13 rint conuocati ad actum traditionis poſſeſſionis, & pro-
feſſionis fidei. Tum quia non propterea tollitur ſucceſ-
ſiua patientia in actibus ſupradictis, quæ ſufficit, ex al-
legatis. Tum demum, quia conqueſtiones debebant
eſſe iudiciales per viam oppoſitionis ad effectum retra-
ctan. actum prædictum *gloſ. in fin. in d cap. cum in Ec-*
cleſijs, vbi Franc. in vlt. notab. & Gemin. num. 4. *de*
præb. in 6. Vltima oppoſitio, quòd Archipresbytera-
tus haberet curam animarum, reſpiciebat petitorium,
14 cum in beneficialibus detur manutentio, etiam abſque
titulo, multoque magis abſque tituli iuſtificatione, vt
fuit in alia deciſione deductum.

Et ita deciſum, vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Quando verò poſſeſſio eſt turbida, Rota exercet arbi-
15 trium pro cumulatione petitorij cum poſſeſſorio, de qua
re dixi ſupra *ad deciſ.* 100. *lit. A num.* 23. hoc tamen pro-
cedit in ſummarijſſimo retinendæ, nam in poſſeſſorio re-
cuperandæ dari ſolet arbitrium ad d. effectum, etiam
quòd poſſeſſio ſit clara; quia hoc caſu Princeps pronior
eſſe ſolet ad concedendam huiuſmodi cumulationem, *Rot.*
deciſ. 99. *num.* 6. *part.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 476. *num.* 7. *par.*
1. *recent. & in Meten. Prioratus* 2. *Decembris* 1622. *co-*
ram R. P. D. Merlino.

B Et quòd teſtis vnicus ſufficiat in iudicio manutentionis, ad
probandum, quòd poſſeſſio fuerit Capitularis, dixit Ro-
ta *in Iadren. Canonicatus* 5. *Iulij* 1621. *coram bon. mem.*
Vbaldo ſeniori.

C Eſt controuerſa opinio, an profeſſio fidei emitti poſſit
16 per procuratorem, & negatiuam tenuerunt *Gonzal ad*
reg. 8. *ſ.* 7. *procem. num.* 169. *verſ ſimiliter Gratian. di-*
ſcept. 166. *num.* 22. *Garz. de benefic. part.* 3. *cap.* 3. *num.*
20. vbi plures Rotæ deciſiones refert, & alij. Affirma-
tiuam tamen, quæ mihi verior videtur, amplexi ſunt *Na-*
uar. conſil. 11. *num.* 2. *de iure iur in nou Azor. inſtit. mo-*
ral part. 2. *lib.* 7. *cap* 2. *quæſt.* 6. *Sanch. in Decalog lib* 2.
cap. 3. *num.* 7. *latè Reuerendiſſ. D. Ricciull. de iure perſon.*
extra, &c lib 1. *cap* 13. *ex num* 12. *vſque ad* 25. vbi pon-
derat *tex. in cap. optatum in fin.* 100. *diſt.* & alij *per Bar-*
boſ. de offic. Epiſc. part. 3. *alleg.* 61. *num.* 20. *Maſſobr de Sy-*
nod. diœceſ. cap 4. *dub.* 40. *per tot. iuxta Romanam impreſſ.*
& tenuit Rota in Varmien. Canonicatus 13. *Iunij* 1608.
coram Cardinali Sacrato. Declaratur tamen hoc proce-
dere, dummodo procurator habeat ad id ſpeciale mandā-
tum, *Reuerendiſſ. D. Ricciull. d. cap.* 13. *num* 30. *& ſeq.*
& dummodo admittatur per illum, in cuius manibus pro-
feſſio facienda eſt, quia ſi is recuſaret, obligatus ad eam
emittendam teneretur perſonaliter accedere, idem *Reue-*
rendiſſ. D. Ricciull. d. cap. 13. *num.* 29. Notandum tamen,
quòd ſi prouiſus non emittat fidei profeſſionem intra
17 ſpatium duorum menſium à die captæ poſſeſſionis, vel il-
lam emittat per procuratorem minùs legitimū, licèt poſ-
ſeſſio capta illi non ſuffragetur, iuxta decretum *Concil.*
Trident. ſeſſ. 24. *cap.* 12. *ſ. prouiſi*, id tamen intelligitur
ad effectum acquirendi fructus, quos eo caſu prouiſus non
facit ſuos, non autem, quòd poſſeſſio acquiri non poſſit,
aut

aut quæſita infecta remaneat, ſed eſt manutenibilis, vt declarauit Rota *in dicta Varmien Canonicatus* 28. *Aprilis* 1608. *coram Cardinali Sacrato, & in Tiburtina parochialis* 27. *Iunij* 1629. *coram R.P.D Pirouano*, vbi quòd ita cenſuit Sacra Congregatio eiuſdem Concilij interpres in illa cauſa.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Anconitana Cenſuum.

Veneris 30. Aprilis 1611.

ARGVMENTVM.

Hæreditas ad filios pertinens quando cenſeatur per patrem adita.

SVMMARIVM.

1 *Aditio non inducitur ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum, quando conſtat de alio legitimo titulo poſſidendi, & num.* 9. *Limita vt num.* 10.
2 *Hæreditatis ad infantem delata aditio ſpectat ad patrem vti legitimum adminiſtratorem.*
3 *Pater, vendens predium hæreditatis ad filios ſpectantis, cenſetur eorum nomine adiuiſſe, ad excludendum delictum inuaſionis, & venditionis rei alienæ, & numero* 4. *&* 5.
6 *Interpretatio ſemper capienda eſt pro delicto minori, & præſertim quòd quis velit potiùs adire, quàm delinquere.*
7 *Hæreditatem à patre aditam fuiſſe, filij declarare poſſunt, quando res eſt dubia.*
8 *Aditio probatur ex actibus, qui præſumptiuè concludant.*
11 *Fideicommiſſarius inſtitutus hæres à grauato poſſidens bona fideicommiſſaria, an, & quando cenſeatur poſſidere ex cauſa hæreditaria, et ſic hæreditatem adiuiſſe.*

DECISIO DXXIII.

STETERVNT Domini in vltimo loco deciſis *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Sacrato ſub die* 27. *Nouembris præteriti*, videlicet, Petrũ nomine eius filiorum adiuiſſe hæreditatem Archiepiſcopi. Quãuis enim diceretur, quòd ſola poſſeſſio d. Petri bonorum hære-
1 ditariorum etiam poſt natiuitatem filiorum non concluderet dictam aditionem pro filijs, ex quo ipſe fuerat per dictum Archiepiſcopum inſtitutus in vſufructu, filij verò naſcituri in proprietate, & conſequenter poſſeſſio, quam legitimè habebat ante illorum natiuitatem, poterat per eum eodem iure, & titulo vſusfructus continuari *Bar. in l. ſi poteſt num.* 98. *verſic. prædicta tamen, ff. de acq. hæred. Rota in Romana hæreditatis, & paragij dotis* 16. *Nouembris* 1616. *coram me, & fuit dictum in priori deciſione in hac cauſa* 24. *Ianuarij* 1618. *co-*
A *ram dicto Illuſtriſſimo Card. Sacrato* A; Tamen cum Petrus ſciuerit, hæreditatem Archiepiſcopi quoad pro-
2 prietatem delatam fuiſſe filijs infantibus, & ad eum vti legitimum adminiſtratorem ſpectaret aditio *l. ſi infanti C. de iur. delib.* & vendiderit predium hæredita-
3 rium: ſequitur, quòd ex huiuſmodi actu non niſi ad filios proprietarios pertinẽte cenſeatur adiuiſſe *l. ſi quis mihi bona* §. *ſed quod ſi mihi mandauit ff. de acq. hæred. Bart. in l. gerit num.* 21. *&* 24. *eod. tit. Mantic. de coniect. etc. lib.* 12. *tit.* 12. *num.* 9. *in fine*; & quidem adi-
4 uiſſe pro filijs, ad excluden. delictum, non ſolum inuaſionis, ſed venditionis rei alienæ, quæ non niſi iure illicito fieri poteſt. *vt tot. tit. C. de reb. alien. non alien. Mantic. vbi ſupra d. num.* 9. *circa finem*, tanto minus rei filiorum patri prohibitæ *l. fin.* §. *ipſum autem in fin. C. de bon. quæ lib.* & hac potiſſimùm ratione excluden.
6 actum illicitum in parte inductam eſſe aditionem pro filio *Bart. conſil.* 129. *quidam habuit vxorem num.* 2. *& verſ. nam cum pater, & verſ. & ſi dicatur vol.* 1. *& quæſt.* 10. *incipit, debitor in diem num.* 13. *verſ hoc præmiſſo Bald. l. non hoc num.* 2. *verſ. ſi autem, & ibi Dec. num.* 10. *&* 11. *C. vnd. legit. Corn. conſ.* 321. *nu.* 7. *l.* 3. *Aretin. conſ.* 160. *num.* 3. *verſ. hic autem, Surd. dec.* 140. *in princ. Menoch. præſ.* 101. *num.* 28. *lib.* 4. *vltra Anchar. Cuman. & Natt. in deciſ. alleg.* & ita vnicum actum illicitum tantùm, videlicet ſuppreſſionis nominis filiorum commiſiſſet, & ceſſaret alius vſurpationis predij venditi, & pretij ex eo exacti; & hæc interpretatio eſt capien. vt ex duobus actis illicitis, vnus tantùm, & minùs filijs damnoſus fuerit explicatus, ſicuti ſemper eſt capien.
6 interpretatio pro minori delicto *Alciat. reg.* 3. *præſump.* 6. *Rot. deciſ.* 818. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ.* & præſertim quòd quis velit potiùs adire, quàm delinquere, *vt ex Bart. Alex. & Imol. Mantic. d. lib.* 12. *tit.* 13. *num.* 11. *in fine*. Nec viſum fuit releuare, quòd Petrus non ſimpliciter vendiderit, vel nomine filiorum, ſed nomine proprio, & pretium in vſus proprios conuerterit; quia reſpondebatur, hoc feciſſe, vt faciliùs inueniret emptorem, cum non libenter ematur à pupillis, & infantibus, & ad euitandum periculum moleſtiarum Cameræ, ſi expreſſiſſet, dictum predium pro medietate ſpectaſſe ad Archiepiſcopum, cuius d. pupilli erant hæredes, vt fuit aliàs conſideratum in deciſione. Quæ magis diceban-
7 tur procedere, quia iſta aditio erat vtilis filijs, qui hodie declarant, patrem adire voluiſſe, prout facere poſſunt *Bart. d. l. gerit Alex. conſ.* 126. *num.* 2. *vol.* 7. *Mantic. d. tit.* 12. *num.* 16. vbi ſcilicet res poſſet dici dubia, iuxta deducta in dicta vltima deciſione, quia cum iſti non egent, ſed aſſerant, aditam fuiſſe hæreditatem eorum
8 nomine, ſufficiunt pro aditione actus, qui præſumptiuè concludant *Bart. l. potuit ſub num.* 18. *& ibi Saliect. C. de iur. delib. Rot. deciſ.* 32. *num.* 5. *part.* 1. *in recent.* Imò dicebatur, dictam aditionem fuiſſe maioris vtilitatis Petro, quia ſtante aditione pro filijs reddebatur tutus à moleſtijs creditorum ſuper vſufructu ſibi relicto, quia teſtator diſpoſuerat, in euentum dictarum moleſtiarum, vel impedimẽti perceptione in omnium fructuum, vſumfructum pertinere ad hæredes, & ceſſantibus moleſtijs redire ad Petrum: & ſic ſi non adiuiſſet nomine filiorum, non potuiſſet contra dd. creditores iuuari dicta diſpoſitione *per reg l. ſi nemo ff. de teſt. tut.*

Et ita concluſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Hæreditatis aditio non præſumitur ex poſſeſſione bono-
9 rum hæreditariorum, quando conſtat de alio titulo poſſidendi, *vt in hac deciſ & ſupra deciſ.* 207. *num* 3. *cum concordan. ibi adductis lit. A.* & *per Beltramin. in addit. ad deciſ.* 98. *Gregor. XV. num.* 7. Verùm hoc non procedit,
10 quando quis ex bonis hæreditarijs reperitur poſſidere vltra portionem ſibi ex alio titulo competentem, quia ratione poſſeſſionis illius pluris cenſetur inducta aditio hæreditatis, *Bald. conſil* 272. *ſub num.* 2. *verſ. tertia ratio eſt, lib.* 5. *Aim. conſil.* 33. *num.* 14. *Gregor XV. deciſ.* 7. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 637. *ſub num.* 2. *part.* 2. *recent.* Notandum autem, quòd vbi fideicommiſſarius inſtitutus fuit hæres à grauato, & poſſidet bona fideicommiſſaria, in dubio cenſetur poſſidere ex cauſa hæreditaria, non autem ex

cau-

cauſa fideicommiſſi, niſi doceat, ſe accepiſſe poſſeſſionem
legitimè, nempe auctoritate iudicis, non autem propria,
vel niſi ſit in caſibus, in quibus poteſt illam capere pro-
pria auctoritate; adeo, quòd cenſetur adiuiſſe hæredita-
tem grauati, *Roman. conſil. 247. num. 4. verſic. eſt igitur,
quem ſecuta eſt Rot. deciſ. 2. num. 1. part. 4. diuerſ. & in
Romana Caſalis 19. Iunij 1593 coram bon. mem. Cardinali
Millino, & in Romana de Marganis 13. Ianuarij 1603.
coram eodem.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ariminen. fideicommiſſi.

Mercurij 5. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Sententia an, & quando dicatur nulla, tanquam
lata contra pupillum indefenſum, vel cum
tutore illegitimo, & an, & quando ſit vali-
da, ſi lata fuerit cum actore ad lites à iudice
deputato.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra pupillum indefenſum nulla eſt, ſe-
cus ſi fuerit lata præuijs duabus deciſionibus Rotalibus
num. 2. vel quando non fuerunt prætermiſſa defenſiones
pupilli num. 4.*
3 *Rota ſupplet in iure in his, in quibus partes deficiunt.*
5 *Sententia eſt nulla ſi feratur cum illegitimo tutore.*
6 *Tutor deputatus, vſque quo mater pupilli compleuerit
maiorem ætatem, dicitur legitimus, etiam poſt perfectam
matris ætatem, niſi illa petat ſibi tutelam decerni.*
7 *Geſta per tutorem illegitimum valida ſunt, ſi pupillus
maior factus illum pro tali approbauit.*
8 *Sententia lata cum actore ad lites ſeruatis ſeruandis de-
putato valida eſt.*
9 *Actor ad lites quando datur à iudice, non eſt opus ſerua-
tione terminorum, ſed ſufficit ſola monitio.*
10 *Actor ad certam litem deputatus non tenetur conficere in-
uentarium, nec cautionem præſtare.*
11 *Commiſſio non dicitur effecta communis, antè executam
citationem ad dicendum contra.*
12 *Pupillo curator, vel actor ad lites dari non debet, niſi priùs
citatis coniunctis, et amicis, qui ſi velint eius defenſio-
nem ſuſcipere, præferuntur.*

DECISIO DXXIV.

PRO obtinenda in integrum reſtitutio-
ne (cuius cauſa fuit mihi commiſſa,
pront de iure, aduersùs duas ſenten-
tias Rotales, primam videlicet ſuper fi-
deicõmiſſo quondam Sebaſtiani purifi-
cato ad fauorem Alexandri, & Cæſaris;
alteram verò ſuper liquidatione fructuum, ad quorum
reſtitutionem Alexander reus conuentus fuerat con-
demnatus) adducebantur primò nullitates vtriuſque
ſententiæ, ſecundò iniuſtitia. Et Domini, reſeruato ca-
pite iniuſtitiæ, reſoluerunt, nullitates non obſtare. Pri-
1 ma enim, quòd fuerit proceſſum, & ſententia lata con-
tra Alexandrum pupillum indefenſum, & ideò nulla *l. cū
& minores C. ſi aduerſ. rem iud. cum alleg.* non placuit Do-
minis, quia ſententia fuit lata, præuijs duabus deciſio-
2 nibus, prima coram Sanctiſſimo, licèt parte actorum
tantùm informante 26. Martij 1612. quæ eſt 380. *par. 2.
in recent.* & alia, informante vtraque parte coram R. P.
D. Remboldo 18. Aprilis 1614. & ideo dici non poteſt,
pupillum fuiſſe indefenſum; & defenſio fuit etiam pro-
curata per Faetanos actores, qui, non comparente pro-
curatore ad cauſam ab Aſcanio auo materno, & tuto-
re in Curia conſtituto, fecerunt exequi monitorium
contra tutorem ad legitimè comparendum, & defen-
dendum pupillum, aliàs videndum dari defenſorem ex
officio; & in contumaciam tutoris, ſeruatis quatuor
terminis ſubſtantialibus fuit per Iudicẽ deputatus Actor
ad litem, vt in regiſtro fol. 902. & relaxatum mandatum
contra tutorem pro ſcutis 30. & expenſis in cauſa fa-
ciendis, regiſtro fol. 914. & tunc comparuit Piolus pro-
curator à dicto tutore conſtitutus, & præuia produ-
ctione mandati, defenſionem cauſæ, & pupilli ſuſcepit,
dicto regiſtro fol. 926. quam proſecutus fuit cum in-
formationibus facti, & allegationibus aduocatorum
datis in diſputatione dubij habita ſub die ſecundæ deci-
ſionis, & fatetur pars Alexandri, dictum procuratorem
informaſſe ſuper dicto dubio propoſito, licèt dicat, non
fuiſſe exhibita conſilia Iuriſconſultorum primariorum
pro Alexandro facta; quod tamen non videbatur rele-
uare, tùm quia non conſtat, illa penes procuratorem
extitiſſe, vel ſaltem viſa non fuiſſe per Aduocatos Cu-
riæ, & Rotales, qui pro pupillo ſcripſerunt, & cum
3 articulus eſſet iuris, Rota ſupplet in iure in his, in qui-
bus partes deficiunt, vt patet ex quotidianis reſolutio-
nibus contra partem informantem. Vltra quod quan-
do cauſa fuit reſoluta coram Sanctiſſimo in locum Orani
cauſæ cognitoris ſubrogato, veriſimiliter viſæ fuerunt
informationes hinc inde datæ coram eodem Orano, qui
cauſam propoſuit 6. Aprilis 1590. & fuit dilata ad A-
gnos, vt partes conueniunt, & patet ex diarijs, & po-
ſitionibus illius temporis, & in iſtis terminis quando
4 non fuerunt prætermiſſæ defenſiones pupilli, ſeù mino-
ris, reſolutum fuit pro validitate ſententiæ *in Carpen.
coram Sanctiſſimo deciſ. 53. num. 4. part. 2. in recentior.
in Terdonen. bonorum 15. Aprilis* 1611. *coram Reueren-
diſſimo Attrebaten. et in Imolen. bonorum 16. Decembri*
1619. *coram me*. Secunda deducebatur nullitas ex eo,
quòd auus maternus fuerat deputatus tutor, vſque quò
mater compleret maiorem ætatem, *vt ex inſtrumento
in ſummario Alexandri num. 6. et 7. et de Faetanis num.*
5. & ideo nulliter fuit proceſſum cum dicto Aſcanio auo
materno, & tutore, ſeù cum procuratore ab eo con-
ſtituto, cum tutela eſſet finita per ſuperuentam matris
5 maiorem ætatem, & ſententia cum illegitimo tutore
eſt nulla *l. ſi tutor vbi Bald. num. 1. C. in quib. cauſ reſt.
non eſt neceſſ. cum alleg.* cui reſponſum fuit, Aſcanium
6 fuiſſe deputatum tutorem ad inſtantiam Franciſcæ eius
filiæ, & matris dicti Alexandri, quæ ob minorem æta-
tem ſe excuſauit, aſſerendo, velle hoc ſuum votum ex-
plere mediante perſona patris, qui tunc fuit per Iudi-
cem deputatus tutor cum clauſula, *ſaluis iuribus matris,
vt in ſummario de Faetanis num.* 5. & inuentariũ confe-
cit, *dicto ſummario num.* 4. Vndè quatenus ipſa, com-
pleta legitima ætate, voluiſſet tutelam ſuſcipere, de-
bebat illam petere, cum non ſit tutrix, niſi velit, iuxtà
authent. matri, et auiæ, C. quando mulier, etc. Secundò
reſpondebatur, quòd cum mater infra breue tempus
tranſierit ad ſecunda vota, vt in fide data in reſponſio-
nibus pro Faetanis *nu.* 6. & ex aduerſo non negatur, idẽ
auus maternus continuauit in tutela, & cura dicti pu-
pilli, locando bona, vt ex inſtrumentis productis, &
7 fuit etiam approbatus pro tali ab ipſo effecto maiore,
vt in mandato procuræ per eum facto de anno 1615.
adeo quòd per eum geſta ſuſtineantur, etiam ſi illegi-

timus

timus fuiſſet, *Soccin. conſ.* 153. *num.* 3. *lib.* 2. *Rot. deciſ.*
89. *num.* 8. *et* 9. *part.* 2. *diu. in Maceraten. pecuniaria*
4. *Iunij* 1614. *coram R. P. D. meo Remboldo, in Romana pecuniaria* 25. *Iunij* 1618. *coram me*, in qua aliæ allegantur, *et in Romana legatorum de Columna* 9. *Decembris præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo*. Ceſſatque difficultas, quia ſententia non fuit lata cum Piolo vti procura-
8 tore conſtituto à prædicto Aſcanio, ſed vti actore ad li-
A tes à Iudice ex officio deputato A, in contumaciam Alexandri non comparentis, nec legitimum procuratorem ſibi dari poſtulantis, præuio monitorio contra ipſum tunc puberem execnto *iuxta l. primam C qui pet. tut. Neuiz. conſ.* 17. *num.* 56. *Afflict. deciſ.* 262. *num.* 4. *Mandoſ. formul. com.* 4. *verſ. Curatorem ad lites Guttier. de tutor. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. qui Piolus vigore dictæ deputationis cauſæ defenſionem ſuſcepit, cum ſolita promiſſione de faciendo vtilia, &c. *vt in dicto ſummario num.* 8. *et* 10. & cum ipſo fuerunt ſeruati omnes termini ſubſtantiales ad ſententiam, vt in dicto regiſtro fol. 1374. Nec dicta deputatio indigebat ſeruatione terminorum, cum eſſet interlocutoria, & actus extrain-
9 dicialis, ſed ſufficiebat ſola monitio iuxta dictam *l. primam*. Minùs releuat, dictum Actorem per Rotam de-
10 putatum non confeciſſe inuentarium, nec cautionem præſtitiſſe; quia actor ad certam litem ad prædicta non tenetur, cum nihil recipiat *l. ad protegendum, C. de in lit. dan. tut. Bart. in l. tutor qui repertorium num.* 5. *ff. de adm tutor. Guttier. de tut. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 55. & de ſtylo Rotæ *Achil. deciſ.* 80. *alias prima de Iudic. Mandoſ. dicto verbo Curatorem ad lites, verſ. vnum notabile, et Gratian. diſcept. foren. cap.* 225. *num.* 32. *verſ. de ſtylo*. Prætenſa verò nullitas ſententiæ Rotalis liquidatoriæ fructuum ex defectu iuriſdictionis, tanquam pendente cauſa reſtitutionis in integrum mihi commiſſa, ceſſat, quia
11 pars tunc non fuerat vſa dicta commiſſione, nec emanauerat citatio ad dicendum contra, & ſic non poterat dici effecta communis, ſed pars poterat pœnitere, & interim validè fuit proceſſum ad ſententiam liquidatoriam, & executoriam *cap. ex conqueſtione de reſtit. ſpol. cum alijs allegatis in Compoſtellana beneficij* 2. *Decembris* 1615. *coram me*.

Et ita fuit concluſum vtraque parte informante, reſeruato articulo iuſtitiæ ſententiarum.

ANNOTATIO.

A Adde tamen, quòd pupillo curator, vel actoe ad lites da-
22 ri non debet, niſi priùs citatis omnibus eius coniunctis, affinibus, & amicis, qui ſi tale munus ſuſcipere noluerint, tunc iudex ex officio illum deputabit, *Oſaſcb. poſt alios deciſ. Pedemont.* 89. *num* 6 *et ſeq. Afflict. deciſ.* 262. *num.* 2. *Neuizan. conſil.* 17. *num.* 20. *Pancirol. conſil.* 11. *num.* 15. *Marant de ord iudic. part* 4. *diſtinct.* 16. *num.* 36. *Maſtrill deciſ.* 73. *num.* 7. *cum alijs per Gratian. diſcept. forenſ cap.* 668. *num. vlt.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Rauellen. Beneficij.

Mercurij 5. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Attentata eſt poſſeſſio capta, pendente appellatione interpoſita ab inſtitutione ad beneficium iudicialiter conceſſa.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur ab inſtitutione, & prælatione ad beneficium, quando iudicialiter proceſſum fuit.*
2 *Attentata eſt poſſeſſio capta intra terminum ad appellandum, & num.* 4. *præſertim ſi in actu immiſſionis fuerit expoſitum, quòd ad eam fuit proceſſum, appellatione non obſtante, num.* 3.
5 *Sequeſtrum ſolet apponere Rota, quando poſſeſſio eſt attentata.*

DECISIO DXXV.

CONSTARE de attentatis vnanimiter dixerunt DD. quia D. Epiſcopus pro tribunali ſedens per decretum diffinitiuum ſub die 24. Decembris 1620. diffinitiuè etiam pronunciauit, (quæ verba leguntur in ſummario num. 1.) *Franciſcum vnum ex præſentatis præferendum eſſe Mutio alteri præſentato, et proinde immitten. in poſſeſſionem beneficij prout præſenti diffinitiuo decreto*, (quæ ſunt verba præciſa in ſcriptis prolata) *dictum Franciſcum inſtituimus, et confirmamus, et in eius poſſeſſionem immitti mandamus*; quod decretum erat appellabile, cum fuerit proceſſum iudicialiter, vt ex verbis prooemialibus dicti decreti. Et ideò non ſolùm ab in-
5 ſtitutione, ſed etiam à prælatione dabatur appella-
A tio A, *Rot. deciſ.* 6. *num.* 1. *par.* 2. *diuerſ.* cum alijs, de quibus infra; vndè cum eadem die fuerit interpoſita appellatio per Mutium, *vt dicto ſummario num.* 2. &
2 poſſeſſio capta pee Franciſcum die ſequenti, quæ erat feſtiuitas Natiuitatis D. Noſtri, *vt num.* 3. ſequitur, dictam immiſſionem fuiſſe omnino attentatam, ad vulgatum *text in cap. non ſolùm de appell. in* 6. *Rota in his terminis deciſ.* 6. *num.* 1. *et ſeq. par.* 2. *diuerſ.* Quod eo magis
3 dicebant DD. procedere, cum in ipſo actu immiſſionis fuerit per Promotorem fiſcalem, qui Franciſcum immiſit, facto narratiua dictæ appellationis interpoſitæ, *vt dicto ſummario num.* 3. ex quo apparet, quòd in ſpretum appellationis ad Sanctiſſimum interpoſitæ voluit immittere dictum Franciſcum vti exequutor Epiſcopi quod videtur eſſe grauius attentatum. Et fuit expreſſa cauſa d. immiſſionis, & mandati de immitten. quia videlicet, appellatio Mutij non ſuſpenderet exequutionem, quæ eſt euidenter friuola, & erronea, cum (vt ſu-
4 pra dictum eſt) fuerit iudicialiter proceſſum, & ideo ſententia eſſet appellabilis, proinde inſtitutio pendente appellatione, ſeu termino ad appellan. & poſſeſſio capta ſunt attentata *Rot. d. deciſ.* 6. *nu.* 1. *et ex trad. per Lancell. de atten. appell. pend. in præfat. nu.* 78. *et* 79. vbi quòd apud omnes eſt trita concluſio, & *limit.* 49. *per tot* vbi reprobatur, & declaratur auctoritas *Lambert. et plures Rotæ*
5 *deciſiones alleg.* Et propterea dixerunt Domini, eſſe apponen. ſequeſtrum in forma, vt perpetuò obſeruat Rota.

Et ita reſolutum ſolo Mutio informante.

A De quo dixi ſupra *ad deciſ.* 13. *lit. A.*

Firmana Cenſus.

Lunæ 10. Maij 1625.

ARGVMENTVM.

Cenſus retrouenditio facta per tutorem, non præcedente diſdicta, & abſque ſolemnitatibus,

Digitized by Google

bus, an ſit valida, & an cenſus extingui poſſit pro parte.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non poteſt, res immobiles pupilli abſque ſolemnitatibus alienare.*
2 *Cenſus retrouenditio vti actus neceſſarius, fieri poteſt à tutore abſque ſolemnitatibus.*
3 *Diſdicta bimeſtrali ante cenſus extinctionẽ requiſita à conſtitutione Pij V. renunciari poteſt.*
4 *Coactè, vel metu coactionis aliquid fieri, paria ſunt.*
5 *Coactè ſoluiſſe dicitur, qui ſoluit, ſciens ſe vigore ſtatuti poſſe compelli.*
6 *Cenſus dominus poteſt cogi ad extinctionem in duabus vicibus, præſertim ſi offeratur medietas pro qualibet vice.*
7 *Statutaria ſolemnitates in generali quietantia validant præcedentes ſolutiones, abſque ſolemnitatibus factas.*
8 *Tutoris geſta etiam non confecto inuentario, nec illi decreta adminiſtratione, dummodo ſe pro tutore geſſerit, tenent, et valida ſunt, licèt poſſit à tutela remoueri.*

DECISIO DXXVI.

RESOLVTVM fuit, decretum A. C.
reuocatorium mãdati relaxati pro fru-
ctibus cenſus, de quo agitur, eſſe confir-
mandum, quia cum eſſet extinctus, vt in
ſummario hæredum Sigiſmundi, & Fau-
ſtinæ num. 2. & 3. non poterat relaxari.
5 Non obſtat prætenſa nullitas extinctionis, ex eo quòd
facta fuerit à tutrice, non præcedente diſdicta, iuxta for-
mam Conſtitutionis fel. rec. Pij V. & ſic videatur alie-
natio voluntaria rei immobilis pupilli, & non valere
abſque ſolemnitatibus tam iuris communis, quàm con-
ſtitutionis Marchiæ, *vt in Anconitana cenſus, quæ eſt* 492.
& 535. *vbiquè nu.* 11. *par.* 1. *recent.* Quia fuit reſponſum,
2 retrouẽditionem eſſe actũ neceſſariũ, & propterea in ea
nõ requiri aliquas ſolẽnitates *l. 2. vbi Doct. C. quan. decret.
opus nõ eſt. Alex. conſ.* 215. *nu.* 7. *lib.* 6. *Tiraq. de leg. connub.
gloſ* 8. *num.* 187. *cum ſeqq. Lamberteng. ad ſtatut. Mediolan. gloſ.* 1. *num.* 2. *Modern. ad ſtat. Vrb lib.* 1. *cap.* 151.
num. 215. *& in his terminis Roderic. de ann. reddit. lib.* 2.
quæſt. 15. *num.* 80. *& ſeqq. Auendan. de cenſibus cap.* 106.
in princ. Modern. Peruſ. eod. tract. par. 3. *cap.* 1. *q.* 3. *art.*
7. *num.* 10. *& tenuit Rot. in Romana pecuniaria* 8. *Martij* 1604. *quæ ſunt deciſ.* 186. *num.* 5. *& deciſ.* 294. *num.*
1. *poſt dictum tractat. & late Modern. deciſ. Aragon.
prima num.* 9. *verſ. ſed ijs iudicauit Senatus*, quibus aucto-
ritatibus magis ſtandum videbatur, quam *Felician. de
Solis* contrarium tenen. qui mouetur falſa ratione, quòd
neceſſitas proueniat ex neceſſitate d. Conſtitutionis Pij
V. vt põderant *Modern. Peruſ. vbi ſupra.* Nec videbatur
releuare, quòd non præceſſerit diſdicta, de qua in dicta
conſtitutione, & quòd propterea retrouenditio fuerit
voluntaria; nam reſpondebatur primò, quòd cum ex na-
tura rei, veriſimilitudine, & communiter accidentibus
tutrix fuerit requiſita ad retrouendẽdum, & præceſſerit
tractatus, & concluſio retrouenditionis, d. retrouendi-
tio non fuit merè voluntaria, ſed neceſſaria, cum ſo-
3 lummodò facta fuerit ante lapſum bimeſtris, cui poterat
renunciari, *vt per Seraph. deciſ.* 1413. *num* 12. *& ſeqq.*
& ſic in omnem caſum renunciatio lapſus bimeſtris fuit
voluntaria, non autem ipſa retrouenditio. Secundò,
quòd cum tutrix ſciret, ſe compelli poſſe retrouendere,
antequam præuia diſdicta compelleretur, potuit dici
4 neceſſariò retrouendidiſſe; cum paria ſint, aliquid fie-
ri coactè, vel metu coactionis, *Bartol. in l. nouiſſimè
num.* 2. *ff. quod falſ. tut. Bolognet. poſt alios in l. ſi quis maior num.* 46. *& Bertazz. in repetit. num.* 302. *C. de tran-
5 ſact.* vndè qui ſoluit ſciens, ſe vigore ſtatuti poſſe com-
pelli, dicitur coactè ſoluere *Bart. in l. creditor num.* 3.
ff. de ſolut. Curt. iun. in d. l. ſi quis maior num. 8. *& fuit
latè dictum in Romana ſupplemẽti legitimæ* 10. *Iunij* 1619.
& 15. *Iunij* 1620. *coram me*, ex quibus non videbatur tu-
tum fundamentũ factum in dd. deciſionibus in *Anconitana cenſus*, quæ nec etiam ſunt ſuper eo principaliter
6 fundatæ. Nec facit, quòd d. cenſus fuerit in duabus vici-
bus retrouenditus, & tamen emptor cogi non poſſit,
pro parte illum retrouendere; quia cõtraria opinio ma-
gis placuit DD. præſertim quia retrouenditio facta fuit
qualibet vice pro medietate, & ſic parte valdè conſi-
derabili, quam tenuerunt *Foller. de contract. cenſus in
princip. verſ. vt vides ſub num.* 37. *poſt med. Nauar. in
comment. de vſur. num.* 78. *in fin. & num.* 95. *Boccat. de
cenſibus prima par. num.* 12. *&* 13. *Sot. de iuſt. & iur.
lib.* 6. *cap.* 5. *art.* 3. *ad fin. verſ. quarta concluſio, Felician.
de cenſibus cap.* 8. *num.* 16. *Roder, de. ann. reddit. lib.* 1.
quæſt. 18. *num.* 36. *&* 38. *Gutier. pract. quæſt. lib.* 2. *c.*
174. *num.* 3. *Lopez. de contract. lib.* 1. *cap.* 59. *verſ. igi-
tur, Modern. Peruſ. d. tract par.* 3. *cap.* 1. *q.* 3. *art.* 8. *num.*
16. *vt ſeqq. Auendan eod. tract. cap.* 107. *num.* 8. vbi la-
tè poſt alios, quos refert, hanc opinionem defendit, &
reſpondet contrarijs, & admiſit *Rot. in Romana cen-
A ſus* 16. *Nouembris* 1618. *coram Reuerendiſſimo Domino
7 meo Decano.* A Tertiò, ceſſare videbatur difficultas, quia
cum in prima retrouenditione facta pro medietate fue-
rit realiter per d. tutricem ſoluta pecunia, & ſecunda
facta fuerit cum decreto Iudicis, interuentu proximio-
rum, & alijs ſolemnitatibus neceſſarijs pro reſiduo, &
integrali ſatisfactione, & redemptione d. cenſus, cum
generali quietantia totius pretij, Floren. 2400. *vt in d.
ſummario num.* 3. Videtur, in neceſſarium antecedens
conualidata etiam prima retrouenditio *ad l. illud, ff.
de acquir. hæred. l. ad rem mobilem, de proc.* & in ſimilibus
terminis fuit dictum in *Romana Saluiani Interdicti* 23.
Iunij 1600. *coram Litta, & in Anconitana bonorum* 6. *Februarij* 1604. *coram bon. mem. Iuſto in fin.* Non obſtat,
quòd non conſtet, dictam tutricem inuentarium confe-
8 ciſſe, nec quòd illi fuerit decreta adminiſtratio; quia
licèt potuerit à tutela remoueri, ſufficit pro validitate
actorum, quòd ſe geſſerit pro tutrice, *Soccin. conſil.* 153.
num. 3. *lib.* 2. *cum allegatis in Romana pecuniaria de Donis* 25. *Iunij* 1618. *& latiùs in Ariminen. fideicommiſſi* 5.
Maij præteriti coram me.
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Cinc. in addit. ad tract. de cenſib. part.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 8. *num.* 2. *pag.* 102. vbi reprobat *Gratian.* contrarium poſt alios tenentem *diſcept. forenſ cap* 223. *num.* 4. *& cap.* 727. *num.* 20. *& ſequentib.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Carpentoraten. prioratus.

Veneris 14. Martij 1621.

ARGVMENTVM.

Manutentio non conceditur, quando poſſeſſio eſt turbida, ſed apponitur ſequeſtrum. Poſſeſſio prouiſi à Papa, capta, non citato prouiſo

ab

ab Ordinario de beneficio reſeruato, & poſ-
ſeſſore, non eſt manutenibilis: quando reſer-
uatio non eſt notoria, & iuſtificata.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio prouiſi ab Ordinario de beneficio reſeruato non eſt manutenibilis.*
2 *Poſſeſſio capta à prouiſo Apoſtolico de beneficio reſeruato, non citato intruſo, non eſt manutenibilis.*
3 *Poſſeſſio beneficij reſeruati ab Ordinario collati, tanquam infecta per decretum irritans regula* 8. *habetur pro vacua.*
4 *Citandus eſt detentator prouiſus ab Ordinario de beneficio reſeruato.*
5 *Reſeruatio notoria vt excludatur, ſufficit poſſibilitas acceptationis alternatiuæ per Epiſcopum.*
6 *Sequeſtrum apponitur, quando collitigantium poſſeſſio eſt turbida.*

DECISIO DXXVII.

POST reſolutiones factas ſuper vali-
ditate, & inſtificatione gratiæ Stepha-
ni, à Reuerend. Domino Vicelegato
Auenionen. impetratæ de prioratu,
de quo agitur, vti reſeruato per reg.
8. Stephanus petijt, de nouo audiri
ſuper manutẽtione, quam Rota vtriq.
parti denegauit 15. *Ianuarij* 1618. per appoſitionem ſe-
queſtri; & eodem dubio repropoſito, DD. non receſſe-
runt à dicta reſolutione, quibus viſa fuit turbida vtra-
que poſſeſſio, videlicet Antonij, licèt anterior, quia
1 de beneficio reſeruato propter decretum irritans regu-
læ ſibi intimatæ ex ordine Vicelegati, imò poſt illius in-
2 hibitionem; poſſeſſio verò Stephani, quia, non citato di-
cto Antonio, capta: quæ licèt poſſet dici infecta virtute
3 decreti irritantis, & ſic vacua, *vt in Beneuentana bene-
ficiorum* 18. *Decembris* 1601. *coram Reuerendiſſimo Do-
mino meo Decano*. Tamen Antonius, qui erat ſaltem
in detentatione, videbatur citan. cum certũ non eſſet, il-
li aliquam defenſionem non competere; & ita declara-
uit Rota dictam deciſionem *Beneuentanam in Boianen.
beneficij* 24. *Nouembris*, *&* 20. *Februarij* 1620. *coram
A eodem Reuerendiſſimo Decano* A, in qua prima deciſio-
5 ne conſiderata fuit ſola poſſibilitas acceptationis alter-
natiuæ per Epiſcopum, quæ excluderet reſeruationem;
& propterea decretum non poterat dici inſtificatum,
& conſequenter nec reſeruatio notoria, *ex alleg. in dictis
deciſ.* Tantòque magis, cum non poſſet pro parte Ste-
phani prætendi ignorantia: eum Capitulares ad ipſius
inſtantiam requiſiti pro traden. illi poſſeſſionem, dixe-
rint, ſe reſpondiſſe de fructibus Antonio, quem dede-
rant illi pro competitore, *vt in ſummario Stephani num.*
4. Et ideò locum eſſe d. ſequeſtro *iuxta deciſ. Put.* 362.
6 *lib.* 2. *in nou. quam Rota ſequuta eſt in d. Boianen.* Quo
verò ad cauſæ expeditionem per Stephanum petitam,
ad illam eſſe deuenien. iuxta reſolutiones factas, niſi ali-
quid releuans ex aduerſo deducatur.
Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Et ſecuta eſt Rota in his terminis *in Nullius, ſeu Spoletana beneficiorum* 20. *Martij* 1623 *coram R.P.D. Nauarro*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Taurinen. reductionis penſionis.

Veneris 14. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Penſionis diminutio, & reductio cum pacto, quòd reſiduum non extinctum intra certum tempus ſolui debeat, euaneſcit, non ſecuta ſolutione intra tempus conuentum.

SVMMARIVM.

1 *Penſio poteſt in totum, vel pro parte extingui, vel in perpetuum, & ad tempus reduci, abſque beneplacito Apoſtolico.*
2 *Penſio ſemel extincta vt reuiuiſcat in caſu non ſolutionis reſidui, fieri non poteſt, abſque nouo Papæ conſenſu.*
3 *Permiſſum ad tempus cenſetur poſt illud prohibitum, arguendo ex natura temporis limitati.*
4 *Penſio extinguitur per regreſſum reſignantis ad beneficium reſignatum: & quando procedat.*
5 *Penſio æquiparatur vſufructui.*

DECISIO DXXVIII.

CONTRA primum fundamentum
deciſionis in hac cauſa factæ 6. Aprilis
1 1620. deducebatur, concluſionem in
deciſione firmatam, quòd penſio poſ-
ſet remitti, & extingui ſinè conſenſu
Apoſtolico, procedere, non ſolùm in
remiſſione totius penſionis, & perpe-
tua, ſed etiam in extinctione, ſeu reductione partis, &
temporali, *Gig. de penſ. quæſt.* 41. *num.* 5. *verſ. iſtis ta-
men*, *& ſeq. Azor. inſt. moral. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 10.
quæſt 6. cum ſemper vigeat eadem ratio liberationis
Eccleſiæ in totum, vel in partem à grauamine, vel ſer-
uitute; & in caſu iſto reductionem fuiſſe, vel reſolui in
temporalem, ex pacto, & conditione adiecta, vt in caſu
non ſolutionis reſidui penſionis per biennium diminu-
tio eſſet nulla: adeo vt implicitè voluerit D. Archiepi-
ſcopus, tamdiù durare diminutionem, quamdiù ſolue-
2 retur reſiduum, & non retardaretur ſolutio per bien-
nium; & conſequenter caſus non videatur verſari in
penſione ſemel extincta, quæ reuiuiſcat in caſu non
ſolutionis reſidui: quod fieri non poſſet ſinè beneplaci-
to Apoſtolico, ex allegatis in deciſione: ſed in reductio-
ne facta ſub pacto, & conditione reddente illam tempo-
ralem. Ex hoc autem licèt corruat prædictum deci-
ſionis fundamentum: tamen ſequitur, ex alio ſtandum
3 eſſe in deciſis: quia nempe cum reductio fuerit tempo-
ralis, & valida, ex ſupra allegatis, dum ſequuta non
fuit ſolutio ſummæ reductæ per biennium, euanuit redu-
ctio ex defectu conſenſus D. Archiepiſcopi, penſionem
limitatè, & temporaliter reducentis *l. ſi vnus* §. 1. *vbi
Bald. Ang. & Caſtr. in ſummario ff. de pact. Oldrad. conſ.*
203. *nu.* 5. cum relatis *per Tiraquell. de retract. conuent.*
§. 1. *gloſ.* 2. *num.* 44. arguendo ex natura tempo-
ris limitati *iux. Bald. in l. obſeruare* §. *proficiſci, num.* 8.
ff. de offic. proconſul. Alex. conſil. 3. *num.* 6. *lib.* 7. *Tiraq.
vbi proximè num.* 47. & ſic ſiue reductio penſionis ad
ducentum fuerit perpetua, ſiue temporalis, D. Priori
ſuffragari non poteſt.
Et ita deciſum, vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A In hac materia extinctionis penſionis eſt notandum,
4 quòd per regreſſum reſignantis ad beneficium reſignatum penſio extinguitur: quia reſoluitur titulus reſignatarij, & conſolidatur in penſionarium; & ideo ſicut vſusfructus extinguitur, vbi vſurfuctuarius acquirit proprietatem, *l. ſi tibi fundi vſusfructus, ff quib. mod. vſusfruct. amitt cum alijs per Tiraquell. de retract. conſanguinit. ß. 1. gloſſ 7. num. 61. & ſequen.* ita etiam per aſſecutionem tituli ex-
5 tinguitur penſio, quæ æquiparatur vſufructui, *Creſcent. deciſ. 4. de locat.* & in terminis tradit *Gig. de penſion. quæſt. 49. num. 6. & 7.* adeo quòd non poteſt per ſimplicem concordiam inter reſignantem, & reſignatarium, abſque nouo Sedis Apoſtolicæ beneplacito reuiuiſcere, *Gambar. de offic. legat. lib. 6. num. 483. cum pluribus ſequentibus.* Verùm ad hoc, vt penſio extinguatur, non ſufficit, quòd reſignans reuertatur ad beneficium reſignatum, ſed requiritur, quòd hoc faciat titulo irreuocabili: aliàs titulo reuocato, penſio, quæ cum eo conſolidata fuerat, reuiuiſcit, *Gig. d. quæſt. 49. num. 7. in princip. Rota in Cæſaraugustana penſionis 13. Nouembris 1598. coram Cardinali Pamphilio ſeniori apud Marcheſ. de commiſſ. part. 1. pag. 568. num. 2. & ſeqq. & in Ciuitatis plebis penſionis 15. Iunij 1616. coram Cardinali Sacrato*, & de vſufructu tradit *Tiraquell. d. gloſſ. 7. num. 69.* Et ad hunc effectum requiritur, quòd regreſſus fuerit canonizatus per ſententiam, quæ eſt neceſſaria, etiam ſi adſit facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, *Caſſador. deciſ 4. de locat. Gig de penſion. quæſt. 78. Gambar. dict. lib. 6. num. 472. Rota in d. Cæſaraugustana penſionis coram Cardinali Pamphilio, & in d. Ciuitatis plebis penſionis coram Cardinali Sacrato*; quod intelligitur, dummodo ſententia canonizatoria regreſſus fecerit tranſitum in iudicatum: nam aliàs dici non poteſt, quòd reſignans adeptus fuerit beneficium reſignatum irreuocabiliter, cum ſententia per appellationem ſuſpendatur, & durante lite habeatur, ac ſi non eſſet, *vt fuit reſolutum in dicta Ciuitatis plebis penſionis coram Cardinali Sacrato.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Albanen. Clericatus.

Lunæ 17. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Poſſeſsio ad effectum manutentionis ex quibus probetur; Item poſſeſſio tradita ab executore mixto, abſque cauſæ cognitione eſt nulla, & attentata; & quando executor dicatur mixtus; & an beneficium reſignari poſſit, lite pendente ſuper illius priuatione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio inſtrumentalis ſufficit ad manutentionem, & quemcunque alium effectum.*
2 *Poſſeſsio probatur ex narratiuis aduerſarij, quòd quis illegitimè poſsideat: quia qualitas illegitimitatis reijcitur.*
3 *Poſſeſsio alicuius probatur ex citatione partis ad docen. quo titulo poſsideat.*
4 *Poſſeſsio poſterior præſumitur turbatiua, & clandeſtina.*
5 *Executor fit mixtus, quando literæ Apoſtolicæ ſunt expeditæ in forma,* dignum, *& cum clauſulis,* vocatis, *&c.* & amoto, *&c. adeo quòd tenetur, partes iudicis aſſumere, & ab eius ſententia datur appellatio.*
6 *Executor gratiæ impetratæ certo modo dicitur mixtus, & debet narrata in gratia diſcutere, citato poſſeſſore.*
7 *Poſſeſsio conceſſa ab executore mixto feſtinanter, non diſcuſſis narratis in gratia, eſt nulla, et attentata.*
8 *Reſignationis nullitas, vel validitas diſcutienda eſt in petitorio.*
9 *Beneficium poteſt reſignari, lite pendente ſuper illius priuatione, niſi priuatio incurratur ipſo iure, et num. 6.*

DECISIO DXXIX.

PRO manutentione Hieronymi in poſſeſſione beneficij ſimplicis Clericatus maioris nuncupati, reſponderunt DD. cum de illius adeptione conſtet
1 ex publico inſtrumento 22. *Decembris præteriti, in eius ſummario num. 1.* & licèt inſtrumentalis, ſufficit ad manutentionem, & quemcunque alium effectum, *ad l. prædia vbi Bar. & Doct. de acq. poſſeſſ. Rot. dec. 62. num. 1. par. 2. diuerſ. et 293. num. 4. par. 1 in recent.* & alibi paſſim; quæ probatur etiam ex propria confeſſione Io. Baptiſtæ aduerſarij, de qua in narratiua illius prouiſionis, quòd Hieronymus nulliter, & de facto in illius poſſeſſione per certum tempus, citra tamen annum re-
2 peritur: & in diſpoſitiua, Amoto exinde dicto Hieronymo, ac quolibet alio illicito detentore; quæ confeſſio probat, reiecta qualitate poſſeſſionis illegitimæ, ſeu reprobæ.
3 Et inſuper quia dictus Hieronymus ad inſtantiam dicti Io. Baptiſtæ fuit citatus ad docendū, quo titulo, ſeu iure poſſideat dictum beneficium: aliàs ad viden. mandari immitti in poſſeſſionem, *vt in ſumm. d. Hieronymi num. 3.* quæ etiam confeſſio ſufficit ad hunc effectum, *Rot. deciſ.*
4 *802. par. 1. diuerſ.* Non obſtat poſſeſſio Io. Baptiſtæ, quia tanquam poſterior præſumitur clandeſtina, &, turbatiua *cap. licèt cauſam de probat.* cum alijs *in dicta deciſ. 293. num. 8.* Nec facit, quòd ſit capta vigore mandati executoris gratiæ dicti Ioannis Baptiſtæ, ob priuationem Nicolai ex cauſa non reſidentiæ, de qua *in dicto ſummario Hieronymi num. 2.* Quia eadem die de hora in horā fuit capta, præcedentibus tribus citationibus domi dim. cop. executis, ad docen. quo titulo, ſeu iure poſſideat beneficium, aliàs ad viden. mandari immitti Io. Baptiſtam in vim literarum Apoſtolicarum, & relaxari mandatum ad ſtatim, ſeu infra horam, *vt in dicto ſummario Hiero-*
5 *nymi num. 3.* & pendente decendio ad appellan. prout appellari poterat, cum executor eſſet mixtus, propter literas expeditas in forma, *dignum*, & cum clauſulis, *vocatis, &c. & amoto, &c. in dicto ſummario num. 2.* à qua immiſſione dictus Hieronymus, vti anterior poſſeſſor, infra debitum tempus appellauit, & executor admiſit cum clauſulis, ſi, & in quantum, & ideo tene-
A barur partes iudicis aſſumere A, *Doct. in cap. exhibita vbi Felin. num. 9. de iudic. Rot. deciſ. 525. num. 7. & 701. num. 2. part. 2. recent.* præſertim cum ageretur
6 de executione gratiæ certo modo impetratæ *vt in dicta deciſ. 701. & in alia Seraph. 1471. num. 2. & 3.* quo caſu debebat executor narrata in gratia diſcutere, citato poſ-
7 ſeſſore: quod factum non fuit; & ideo poſſeſſio ſic feſtinanter relaxata, literis non iuſtificatis, eſt penitus nulla, & attentata, & ex ea Hieronymus non fuit ſua poſſeſſione priuatus, qui non habuit ſe pro ſpoliato, *Rot. d. deciſ. 802. num. 7. par. 1. diuerſ.* Non obſtat, quòd poſſeſſio fuerit per Hieronymum capta vigore prouiſionis ex cauſa reſignationis ſibi factæ à Nicolao, quæ ſupponitur nulla, tanquam facta poſt ſententiam priuatoriam dicti Nicolai, quæ dicebatur tranſiuiſſe in iudicatum;

&

& ſidicta reſignatio facta fuit poſt appellationem dicti Nicolai; videtur attentata, & conſequenter etiã poſſeſſio ſubſecuta. Nam reſponſum fuit, quòd an reſigna-
7 tio fuerit nulla, vel valida, reſpicit petitorium, & lis non eſt ſuper titulo beneficij, nec cadet attentata: imò li-
8 te pendente ſuper priuatione, beneficium poteſt reſignari, ex adductis *per Parif. de reſign. lib. 3. quaſt.* 16.
B *num.* 1. *& ſeq.* B, niſi priuatio incurratur ipſo iure, vt ibi per eum *num.* 23. Nec dicta ſententia priuatoria iuſtificatur ex actis, nec probatur, Hieronymum ha-
9 buiſſe ſcientiam dictæ litis motæ contra Nicolaum ſuper priuatione, & illius poſſeſſio non poteſt dici attentata, cum ſit tertius.

ANNOTATIO.

A De quo dixi ſupra *ad deciſ.* 171. *lit. A.*
B Rota *in Legionen. Canonicatus* 15. *Februarij* 1593. *coram Cardinali Arigonio.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana bonorum.

Lunæ 17. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Matrimoniũ, & filiatio legitima, ex quibus probentur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium probatur per duos teſtes, etiam mulieres.*
2 *Teſtimonium Religioſi præfertur teſtimonio laici.*
3 *Teſtis fides augetur per illius mortem.*
4 *Teſti vnico, accedente veriſimilitudine, eſt valdè deferendum.*
5 *Matrimonium contractum præſumitur ex traductione ſponſæ ad domum ſponſi.*
6 *Fama probatur per teſtes dicentes, quòd publicè dicebatur.*
7 *Fama plurimùm facit ad probandum matrimonium, & illud ſemiplenè probat.*
8 *Matrimonium probatur ex copula ſubſecuta poſt ſponſalia.*
9 *Copula probatur ex ſola fama, tanquam difficilis probationis.*
10 *Matrimonium præſumitur ex cohabitatione. Imò ad effectum legitimitatis ſola cohabitatio ſufficit ad probandũ matrimonium, num. 26. niſi conſtet de malo initio, nempe de concubinatu præcedenti num. 27.*
11 *Teſtis vnicus deponens de confeſſione alicuius, quòd matrimonium contraxerit, facit ad adminiculum.*
12 *Matrimonium non clandeſtinum, ſed in facie Eccleſiæ coram Parocho, & teſtibus contractum, probatur per ordinarias probationes.*
13 *Matrimonium primum, quando non agitur de dirimendo ſecundo, ſed ad effectum ſucceſsionis, probatur per ordinarias probationes, & etiam per leuiores; etiam ſi conſtet de concubinatu præcedenti, licèt tunc coniecturæ eſſe debeant plures, & fortiores, num. 28.*
14 *Concilium Tridentinum tempore, quo publicatum non erat, non afficiebat illos de Parochia.*
15 *Denunciationes non ſunt de ſubſtantia matrimonij, ſed ad bene eſſe, & illarum omiſsio non vitiat.*
16 *Denunciationum omiſsio probari debet ab allegante matrimonij clandeſtinitatem ob illarum defectum.*
17 *Matrimonium legitimè celebratur coram Parocho alterius ex coniugibus.*
18 *Matrimonium non probatur ex inſtrumento dotali, niſi præſumptiuè, etiam ſi de eo fiat mentio: maximè in præiudicium alterius matrimonij num. 19.*
20 *Filiatio legitima ad effectum ſucceſsionis probatur per teſtes de fama, & communi reputatione.*
21 *Filiatio probatur ex nominatione vtriuſque parentis, tanquam filij legitimi, & naturalis, maximè ſi nominationes ſint plures.*
22 *Filiatio probatur ex communi reputatione, & tractatu, tam parentum, quam aliorum, cum pluribus demonſtrationibus amoris erga ipſum filium.*
23 *Filiatio reſpectu matris probatur ex effigie valdè ſimili.*
24 *Effigies valdè ſimilis eſt fortiſsimum naturæ argumentum.*
25 *Filiatio legitima plenè probatur ex pluribus coniecturis ſimul iunctis.*
28 *Matrimonium contractum cum puella minore duodecim annorum eſt nullum; niſi malitia ſuppleat ætatem num. 29. Et quando malitia dicatur ſupplere ætatem, num. 30.*
31 *Matrimonium cum impubere contrahenti incumbit onus probandi, malitiam ſupplere defectum potentiæ coeundi, & iudicij ad obligationem neceſſarij.*
32 *Malitia quòd ſuppleat ætatem circa potentiam generandi ante pubertatem, ex quibus probetur.*
33 *Malitia ſupplere poteſt ætatem etiam in his, qui à pubertate pluſquam ſex menſium ſpatio diſtant.*

DECISIO DXXX.

CAPTA fuit reſolutio pro Tiberio informante, conſtare de eius legitima filiatione ex q. Franciſco, & Octauia, &c. Probatur enim matrimonium inter dictum Franciſcum, & Octauiam contractum de anno 1565. in Eccleſia Sancti Iacobi de Muratis per duas Moniales dicti Monaſterij, in quo dicta Octauia educabatur, deponentes de viſu, intereſſentia, & mutuo conſenſu ad interrogationem Parochi dicti Franciſci: & de ſubharratione per immiſſionem anuli, per eundem facta: & de interuentu etiam Cappellani Monaſterij, præſentia Abbatiſſæ, & aliarum Monialium, *vt in ſummario num.* 11. 18. *&* 20.
1 certum eſt autem, matrimonium probari per duos teſtes, licèt mulieres *cap. ſuper eo, il ſecondo, vbi Ioann. Andr. num.* 4. *Butr. num.* 7. *Abb. in* 3. *not. & Aretin. num.* 3. *de teſtib. Soccin. iun. conſ.* 31. *num.* 13. vbi de communi *lib.* 2. *Couar. de ſponſ. par.* 2. *cap.* 8. *§.* 12. *num.* 8. *poſt med. verſ. receptum tamen eſt*, qui etiam de cõmuni, *Verall. deciſ.* 205. *par.* 2. *&* de recepta in praxi *Triuiſ. de ſponſ. priu.* 9. *num.* 54. cum pluribus de communi, & magis communi atteſtantibus telaris per *Farin. de teſtibus quaſt.* 59. *num.* 33. à qua dicit in iudicando & conſulendo non eſſe receden. *Rot. deciſ.* 772. *ſub num.* 1. *part.* 2. *in recent. &* 273. *part.* 4. & quòd duæ mulieres plenè probent matrimonium, *Dec. conſ.* 342. *num.* 1. *Tiraq. de leg. conn. leg.* 9. *num.* 74. *Farin. vbi ſupra num.* 35. *&* 36. & de teſtibus monialibus *Ang. conſ.* 233. *num.* 1. Præſertim cum ſint nobiles, & Religioſæ, qua-
2 rum teſtimonium depoſitioni laicorum præfertur *gloſ. in cap. Monacus, verbo quorum diſt.* 77. *Alex. conſil.* 43. *num.* 5. *lib.* 7. *Dec. d. conſ.* 342. *num.* 2. *Rol. conſil.* 24. *num.* 54. *lib.* 1. *cum alijs per Menoch. conſ.* 92. *num.* 9.
3 & fides valdè augetur per illarum mortem, *Neuizan. conſ.* 26 *num.* 34. *Rot. deciſ.* 594. *num.* 1. *part.* 1. *diu. Farin. dicto tract. quaſt.* 67. *num.* 190. maximè cum earum depoſitionem morti proximæ confirmauerint, vt deponit confeſſarius *in ſummario num.* 30. cui tan-

quàm qualificato, accedente veriſimilitudine ex alijs re-
4 ſultan. eſt valde deſrren. Verall. deciſ. 27. part. 3. Caſ. de
Graſſ. deciſ. 3. num. 6. de prob. Rot. deciſ. 119. num. 4.
part. 2. in recent. Quæ matrimonij probatio confirma-
tur. Primò ex ſtatim ſecuta traductione Octauiæ ad
5 domum viri cum rheda permiſſu Abbatiſſæ, præſenti-
bus, & videntibus alijs monialibus, de qua teſtes in
ſummario num. 12. Abb. in cap. ex parte, num. 26. de
reſt. ſpol. Couarr. de ſponſal. par. 1. cap. 4. §. 2. num. 1.
verſ. ſecundò poteſt, latè Menoch. præſ. 1. num. 55. &
58. lib. 2. Guttier. de matrim. cap. 40. num. 48. quam
traductionem puellæ fuiſſe per Abbatiſſam, præſentibus
monialibus, extraneo factam ſinè matrimonio, impium
eſt cogitare. Secundò ex publica voce, & fama, de
huc matrimonio contracto inter prædictos, de qua be-
nè deponunt teſtes in ſummario num. 15. vbi 1. 2. & 3.
ſuper 1. & 5. Che il matrimonio ſi publicò per tutta Roma,
& ſi teneua, & reputaua Ottauia per moglie di Franceſco,
& de publica voce, & fama in vicinia, & Monaſterio;
alij verò deponunt, che ſi diceua publicamente, & ſic pa-
6 riter probant famam Caſtad. deciſ. 3. num. 7. de prob. Ve-
rall. deciſ. 7. part. 2. quæ plurimùm facit ad proban-
7 dum matrimonium cap. illud, vbi Abb. nu. 4. de præſumpt.
Dec. conſ. 163. num. 3. Grat. conſ. 58. num. 8. lib. 2. Sim.
de Prat. conſ. 134. num. 5. Menoch. conſ. 18. num. 12.
verſ. tertiò conſert Rot. deciſ. 273. num. 11. par. 4. diuerſ.
vbi conſideratur fama in ſolo Monaſterio, & in termi-
nis probationis primi matrimonij poſt contractum ſe-
cundum Nicol. Superan. conſ. 65. num. 4. Petr. Albignan.
conſ. 67. num. 9. tom. 1. conſ. matrim. & ex ſula fama,
ſemiplenè probari contractum matrimonij, fuit dictum
in vna Romana matrimonij 22. Iunij 1611. coram R. P.
D. Pirou. impreſſa poſt ſecundum vol. conſ. Farin. 337.
8 num. 4. Tertiò, facit copula ſubſecuta, de qua per te-
ſtes in ſummario num. 16. cap. is, qui fidem, cap. veniens,
el ſecondo, vbi Doct. de ſponſal. Dec. donc. 163. num. 2. in
fin. Couar. vbi ſupra §. 1. num. 1. Menoch. dict. conſ. 15.
num. 12. Modern. de prob. concl. 1029. num. 1. & ſeq.
9 quæ tanquam difficilis probationis ex ſola fama pro-
betur Socc. iun. conſ. 32. num. 20. et 23. lib. 2. Cephal.
conſ. 82. num. 30. Honded. conſil. 15. num. 39. lib. 1.
Quartò, ex cohabitatione Octauiæ in domo Franciſci,
10 de qua per teſtes in ſummario num. 13. et 17. Abb. in
cap. lator, num. 6. qui filij ſint legitimi, Alciat. reg. 2.
præſ. 5. num. 1. et 2. Paleott. de not. et ſpur. cap. 19. num.
11. cum pluribus per Modern. de prob. concl. 798. num.
A 1. A, Quintò, accedit confeſſio Franciſci de matri-
monio contracto in d. Eccleſia, de qua licèt deponat
vnicus teſtis in ſummario num. 20. facit tamen admini-
11 culum, Martin. de Garat. conſ. 61. num. 14. Iacob. Leon.
conſ. 51. num. 5. inter dicta conſ. matrim. lib. 1. Non ob-
ſtat, quòd videatur agi de præiudicio alterius matrimo-
nij per dictum Franciſcum poſteà contracti: & ſic re-
quirantur concludentes, & maiores probationes. Tùm
12 quia cum ſimus in primo matrimonio non clandeſtino,
ſed in faciem Eccleſiæ contracto coram teſtibus Monia-
libus, Parocho, & Cappellano: ſufficiunt ordinariæ pro-
bationes, Dec. dict. conſ. 163. num. 10. et ſeq. Rot. deciſ.
273. num. 12. et ſeq. par. 4. diuerſ. et in Toletana matri-
monij 26. Iunij 1619. coram Illuſtriſſimo Card. Sacrato.
Tùm quia non agitur de dirimendo ſecundo iã per mor-
13 tem diſſoluto, ſed ad effectum ſucceſſionis: licèt in con-
ſequentiam tendat in præiudicium ſecundi, Soccin. iun.
conſ. 31. num 16. et 17. lib. 2. et fuit reſolutum in dicta
Toletana matrimonij coram Illuſtriſſimo Sacrato: & ad di-
ctum effectum ſufficiunt etiam leuiores iuxta conſ. Ge-
min. 27. num. 8. quod perpetuò Rot. ſequitur, Caſ. de
Graſſ. deciſ. 6. qui fil. ſint legit. Seraph. deciſ. 1282. num.
6. et deciſ. 1099. num. 1. Rot. deciſ. 337. num. 1. & 10.
part. 1. & deciſ. 34. num. 19. par. 2. diuerſ. & deciſ. 198.
310. num. 1. & 406. num. 8. part. 1. in recent. in qui-
B bus plures aliæ ſunt relatæ. B, Neque videbatur con-
trouerti poſſe validitas matrimonij, ob non ſeruatas ſo-
14 lemnitates ſacri Concilij Tridentini; nam (omiſſo, an
de tempore matrimonij Concilium eſſet in dicta Paro-
chia publicatum, prout ex eius diſpoſitione requiritur,
& per Rot. deciſ. 429. num. 3. part. 1. diuerſ. Seraph. de-
ciſ. 189. num. 3. & fuit dictum in Pragen. matrimonij vl-
tima Februarij 1618. coram R. P. D. Pirouano) reſpe-
ctu denunciationum, illæ non ſunt de ſubſtantia, ſed ad
15 benè eſſe, & illarum ommiſſio non viriat, vt ſæpè Sacra
Concilij Congregatio declarauit, Sanchez de matrimonio
lib. 3. diſp. 5. num. 3. Seraph. d. deciſ. 1099. num. 4. Rot.
in Leodien. matrimonij 27. Iunij 1605. coram bon. mem.
16 Iuſto, & in alijs paſſim; nec probatur, illas fuiſſe o-
miſſas, vt opus eſſet Rot. in Barchinonen. matrimonij 15.
Martij 1604. coram bon. mem. Penia quæ eſt deciſ. 71. num.
11. part. 1. recent. & in Valentina, illegitimitatis 16.
Martij 1612. coram R. P. D. Pamphilio, quæ eſt 354.
num. 6. poſt dictum ſecundum vol. conſ. Farinac. Reſpectu
17 verò Parochi ſufficit, quòd interueniat Parochus vnius
ex coniugibus, vt ſæpè eadem S. Congregatio Conci-
lij declarauit Seraph. deciſ. 519. num. 3. Rot. deciſ. 390.
num. 6. part. 2. in recent. In hoc autem caſu quicquid
ſit, an Cappellanus Monaſterij, qui interuenit, diceretur
Parochus puellæ in eo degentis ad hunc effectum, de
quo per informantes: matrimonium fuit contractum
in præſentia Parochi viri, vt per dictas moniales dicto
num. 18. deponentes, ipſum ſe publicaſſe pro tali, &
pro tali fuiſſe ab omnibus tentum, & reputatum, ac
fuiſſe ſeruatas omnes ſolemnitates; quod confirmant
alij teſtes licèt de auditu d. num. 18. & vlteriùs, quòd
interuenerit etiam licentia Vicarij, & in actu celebra-
tionis matrimonij fuiſſe publicè dictum, deponunt ex-
dem moniales, & hoc habuerunt pro certo, quia Ab-
batiſſa non permiſiſſet, aliter matrimonium in dicta
Eccleſia celebrari, vt in d. ſummario num. 19. Obiectio-
ni autem, quæ ex aduerſo fieri poſſe dubitatur, quòd
cum ipſe Tiberius ſit natus anno 1566. & matrimonium
inter Octauiam, & Franciſcum contractum anno 1565.
dicta Octauia non poterat tunc eſſe pubes, & habilis ad
C contrahendum matrimoniũ C: cum ex alio inſtrumen-
to dicatur, conſtare, quòd matrimonium inter paren-
tes dictæ Octauiæ fuit contractum anno 1554. de men-
ſe Nouembris; plures dabantur reſponſiones, & præ-
ſertim, dicti inſtrumenti verba (cuius tamen ſumma-
rium non fuit datum) debere eſſe præciſa, & neceſſa-
ria, quòd dictum matrimonium de dicto anno 1554. &
non ante fuerit contractum: quæ tamen ſupponuntur,
& ponderantur, fuiſſe præteriti temporis, nempè, pro-
miſerunt, in faciem S. Matris Eccleſiæ matrimonium contra-
here, prout contraxerunt, cum dote infraſcripta, videlicet,
&c. quæ bona habuiſſe confeſſus fuit, &c. necnon ſeut. &c.
de quibus habuiſſe confeſſus fuit 700. videlicet 400 in vna
manu, iam eſt annus elapſus; alia verò de menſe Martij prat.
18. & nihil etiamſi eſſent præſentis, & de deſponſatio-
ne eſſet habita mentio, potuiſſe fieri iuxta Formularium
Placen cap. 22. verſ. item nota, ſecundùm quod in in-
ſtrumento dotali renouabantur ſponſalia, & matrimo-
nium in forma ad faciliorem illius probationem; & in-
ſtrumentum dotale non probare matrimonium, etiam ſi
18 de eo fiat mentio, niſi præſumptiuè, poſt Ioann. Andr. &
alios in cap. illud, de præſumpt. vbi Felin. num. 3. Roman. ſing.
451. & ibi Apoſtill. ad eum; ſed neque quoad tertium,
19 prout eſt Tiberius, & ſic quòd non in præiudicium
alterius matrimonij, Felin. d. cap. illud num. 4. verſ. ſe-
cun-

cundò intellige, & num. 5. multò minùs probare poſſe tempus matrimonij contracti; nec in omnem euentum excludi natiuitatem Octauiæ antè matrimonium, nec quin ipſa, tempore matrimonij contracti cum Franciſco, potuerit eſſe viripotens, licèt minor duodecimo: nec probari, quòd non eſſet pubertati proxima: vt pleniùs per informantes; quæ reſponſiones DD. placuerunt, &c. Probato igitur ex prædictis matrimonio, filiatio Tiberij ex dictis coniugibus faciliùs deducitur. Primò ex teſtibus de publica voce, & fama, ac communi reputatione deponentibus *in ſummario num.* 16. 17.
20 *&* 23. quæ probat legitimitatem ad effectum ſucceſſionis. *Alberit. in l. filium num.* 6. *verſ. item probatur, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Alex. de Neu. in cap. peruenit. num.* 9. *qui fil. ſint legit. Ruin. conſ.* 51. *num.* 18, *lib.* 1. *Pacian. de prob. lib.* 2. *cap.* 16. *verſ. in contrarium, latè Menoch. de arbitr. dict. caſ.* 89. *num.* 86. *lib.* 2. *Paleott. de not. & ſpur. cap.* 23. *num.* 3. *&* 4. vbi de communi *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 6. *num.* 2. *qui fil. ſint legit. Rot. deciſ.* 357. *num.* 2. *part.* 1. *diuerſ.* Secundò ex nominatione vtriuſque parentis tamquam legitimi filij, & naturalis, *vt in d. ſummario num.* 16. *&* 23. *Doct. in cap. per tuas, de prob. Rol. conſ.* 22. *num.* 26. *lib.* 3. *latè Surd. conſ.* 1. *num.* 47. *Seraph. deciſ.* 1282. *num.* 2. eoque ma-
21 gis, cum nominationes ſint plures *Rol. dict. conſil.* 22. *num.* 27. *Pariſ. conſ.* 10. *num.* 56. *lib.* 2. *Menoch. d. caſ.* 89. *num.* 81. Tertiò, ex communi reputatione, & tra-
22 ctatu, tàm dicti Franciſci, & Octauiæ, quàm aliorum, cum pluribus demonſtrationibus amoris erga ipſum; quia fuit ab ipſo Franciſco ſoluta merces nutrici, *vt in ſummario ſurſum num.* 10. & penes eandem fuit pluries viſitatus, retinebatur domi, alebatur à patre, & tractabatur ſicut alij filij, vt deponunt teſtes *in ſummario num.* 24. *&* 25. *Alex. latè conſ.* 88. *num.* 9. *lib.* 7. *Gozad. conſ.* 13. *num.* 34. *Pariſ. conſ.* 29. *num.* 9. *lib.* 2. *Menoch. d. caſ* 89. *num.* 69. *cum relatis per Surd. dict. conſ. primo num.* 46. & reſpectu matris accedit etiam effigies Ti-
23 berij valdè ſimilis, de qua teſtes, *ſum num.* 26. ponderata *per Alciat. reg.* 3. *præſ.* 37. *in fin. Pariſ d. conſ.* 10. *num.* 59. *lib.* 2. *Pacian. de probat. dict. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 34.
24 & eſſe fortiſſimum naturæ argumentum, *Mohrd. deciſ.* 2. *ſub num.* 1. *qui fil. ſint legit.* Quæ, & alia per informantes deducta, ſi ex ſe paterentur difficultatem, ſimul iun-
25 cta ſatis viſa ſunt probare legitimam filiationem dicti Tiberij, *Burſatt. conſ.* 88. *num.* 7. *in fin. Menoch d. caſ.* 89. *num.* 66. *Surd. d. conſ.* 1. *num.* 52. *verſ. & quamuis, cum alleg. per Modern. de prob. concluſ.* 796. *num.* 1. *&* 6.
Et ita deciſum, ſolo Tiberio informãte, parte aduerſa pluries monita, ac diù expectata.

ANNOTATIO.

A *Rot diuerſ. deciſ.* 79. *num* 1. *part.* 1. *Cardinal. Caualer.*
26 *deciſ.* 444. *num.* 2. *& in Veneta legitimitatis* 30. *Ianuarij* 1606. *coram Penia.* Imò ad probandum matrimonium ad effectum legitimitatis prolis ſola cohabitatio ſufficit, *Felin in cap. illud num* 13. *de præſump. Curt Iun. conſ.* 52. *n.* 3. *Put. deciſ* 103. *in fin. lib* 2 *in correct.* Verùm quando conſtat de malo initio, nempè de concubinatu præcedenti, cohabitatio eſt leuis coniectura, *per deciſ. Caput.* 19. 210. *part.* 2. *Rot. deciſ* 244. *num.* 2. *inter impreſſ. poſt* 2. *vol. conſil. Farinac* Videndus eſt in hac materia *Menoch qui plura ponit requiſita præſumpt.* 1 *à nu* 67. *vſq. ad* 80. *lib.* 3.
B *Rot coram Greg. XV. deciſ.* 247. *num.* 4. *& ibi Beltramin. qui alias refert. num.* 22. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 142.
27 *num* 1. quod procedit etiam, vbi conſtat de initio infecto, nempe de concubinatu; licèt tunc requiratur coniecturæ, & præſumptiones plures, & fortiores, *Cardinal. Seraphin. deciſ* 978. *num.* 7. *Card. Caualer. deciſ.* 79. *num.* 1.
C Regulariter matrimonium contractum cum minore duo-
28 decim annorum, eſt nullum, tàm ex defectu præſumpto naturalis vigoris ad coeundum, & generandum; quàm ex defectu coniugalis conſenſus, *cap fin. de deſponſat. impub cap. vnic.* §. *idem quoque eod tit in* 6. *Sanch latè comprobans de matrimon lib.* 7. *diſput* 104. *num* 1. *&* 8. Hoc
29 tamen non procedit, quando malitia ſupplet ætatem, *cap à nobis cap. fin. de deſponſ impub. Couarr. in epitom. de ſponſ par* 2 *cap.* 5. *num.* 3. *Sanch. d. diſput.* 104. *num.* 3 *lib.* 7. *& fuit reſolutum in Viterbien. matrimonij* 19. *Ianuarij* 1629 *coram R. P. D Pirouano.* Vt autem malitia
30 dicatur ſupplere ætatem, requiritur copulatiuè potentia ad carnalem copulam, necnon prudentia rationis ad ſufficienter diſcernendum vim coniugalis conſenſus: nec ſatis eſt, alterum tantùm adeſſe, *Couarruu. d num.* 3. *cum alijs per Sanch d diſput* 104. *num.* 21. *Rot. deciſ* 246. *num.* 16. *part.* 4. *diuerſ* Verùm quia præſumptio eſt in contrarium,
31 contrahenti matrimonium ante legitimam ætatem, incumbit onus probandi habilitatem, quæ ſuppleat vtrumque defectum prædictum, *Nauar. in manual. cap.* 22 *num.* 29. *Couar. d. cap.* 5. *num* 7. *cum alijs per Sanch. dicta cap.* 104. *num* 4 *in princ & admiſit Rota in allegata Viterbien matrimonij coram Pirouano.* Quòd malitia ſuppleat ætatem circa potentiam generandi antè pubertatem, probatur concludenter, ſi fœmina impubes ab alio cognita fuerit, vel puer impubes aliam fœminam cognouerit, *vt per tex in cap. de illis* 1. *il ſecondo de deſponſ impub.* firmant
32 *Abb. ibi num* 4 *Butr. num* 5. *Ancar num* 3. *Oſtien in cap puber num. penult. eod. tit cum. alijs per Sanch dicto cap* 104 *num* 25. *& per Rot. in d. Viterbien matrimonij coram R. P. D. Pirouano.* Copula verò ſubſecuta in muliere impubere probatur ex relatione obſtetricum deputatarum per iudicem ad id dignoſcendum, quæ probatio paſſim admittitur vrgente neceſſitate, ne matrimonium iam contractum diſſoluatur, *Oſtien. d cap. puber num.* 2. *de deſponſ. impub Alexand. de Neu in cap. continebatur, num.* 31. *eod tit. Sanch d cap.* 104. *num.* 31. *in fine.* quos ſecuta eſt *Rota in d Viterbien. matrimonij coram R P. D. Pirouano*: quicquid ſit, quando matrimonium nondum eſt initum, de quo videndus eſt *Sanch. d. num.* 23. *per tot.*
Supradicta exceptio, quòd malitia ſuppleat ætatẽ, admit-
33 titur etiam in his, qui pubertati adeo proximi non ſunt, vt ab ea plus quàm ſex menſium ſpacio diſtent; quia in iuribus in principio allegatis matrimonium declaratur inualidum ex defectu ætatis, ob præſumptionem impotentiæ ad generandum, & iudicij ſufficientis ad obligationem; at quandocunque accedit probatio veritatis, quòd adſit potentia coeundi, & iudicium ſufficiens ad ſe obligandum, ceſſat præſumptio in contrarium; & ideo ita tenent *Cardinal. in d cap continebatur, num.* 5. *& Alexand. de Neu. num.* 30. *&* 31. *de deſponſ impub. Sanch d. cap.* 104. *ſub num.* 31. *& Rota in d. Viterbien matrimonij coram R. P. D. Pirouano*, in qua ſuſtinuit matrimonium contractum cum puella annorum decem, & menſium nouem; licèt contrarium tenuerit *in dicta deciſ* 246. *num.* 5. *& ſeqq. part.* 4. *diuerſ.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana pecuniaria, ſeu nullitatis capturæ.

Veneris 21. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Captura debitoris pro ſuſpecto non conceditur, quando creditum non eſt liquidum; & an-

poſſit concedi ob ſolum iuramentum ſuſpicionis, & deteriorationis.

SVMMARIVM.

1 *Suſpicionis fuga mandatum non conceditur, niſi debitum ſit liquidum, & num. 3.*
2 *Negatiua non ſolutionis in terminis conuentis quando probari debeat per creditorem.*
4 *Captura ob ſolum iuramentum ſuſpicionis, & deteriorationis an poſſit concedi.*
5 *Mandatum ſuſpicionis fugæ ſi relaxetur, debet poſt capturam plenè, & concludenter probari deterioratio conditionis; & talis deterioratio debet eſſe inſignis num. 8.*
6 *Mandatum ſuſpicionis fuga non poteſt relaxari, niſi probetur, deteriorationem conditionis ſuperueniſſe poſt contractum celebratum; limita, vt num. 9.*
7 *Mandatum ſuſpicionis fugæ non conceditur, quando creditor non ignorauit de tempore contractus malam conditionem debitoris, & impotentiam ſoluendi.*

DECISIO DXXXI.

DOMINI, omiſſa prætenſa nullitate, tennerunt, capturam Ioannis Antonij fuiſſe iniuſtam. Nam ipſe fuit iuratus ſuſpectus de fuga per Nazarium pro credito, quod habere prætendit ſcutorum 2000. pro reſiduo ſcutorum 3800. occaſione ſocietatis officij, & fructuum, ex quibus dictus Nazarius remiſerat ſcuta 200. cum pacto expreſſo, vt ſi Ioannes Antonius deficeret in vna paga, teneretur ad duas: & ſi in duabus, huiuſmodi remiſſio, & condonatio, & omnia in inſtrumento contenta eſſent nullius roboris, & momenti, & iura Nazarij remanerent illæſa, & intacta: vt latiùs in inſtrumento. Vndè viſum fuit DD. quòd creditum Na-
1 zarij dictorū ſcutorum 20. remiſſorum non eſſet purum, & liquidum: prout eſſe debet ad obtinēdam capturā debitoris pro ſuſpecto, tàm de iure *Bald. in l. apertiſſimè num. 11. Salic. num. 9. verſ. cauſa ergo Sichard. num. 14. C. de iud. idem Bald. in l. conſentaneum num. 25. verſ quæro C. quomodo, & quando Iudex, & conſ. 318. num. 3. lib. 4. Iaſ. de act. in princ. num. 85. Alex. conſ. 90. nu. 8. lib. 3. & 241. num. 13. & per tot. lib. 6. Dec. conſ. 75. num. 11. verſ quintò ſuadetur, Neuiz. conſ. 52. num. 13. latè Rol. conſ. 65. num. 18. lib. 3. Rota deciſ. 490. num.*
A *5. par. 1. in recent. vbi alia referuntur*, A, Quàm ex forma Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 98.* & meliùs *ex reform. Sanct. mem. Pauli V. ſub Rubr. de Iudic. in cauſ. ciuil. in §. mandata ſuſpicionis fuga.* Quòd autem non do-
2 cuerit de credito ſaltem liquido, patet. Nam vltra quòd hæc negatiua non ſolutionis ſcutorum mille in terminis conuentis, quæ aliàs incumbit debitori, iſto caſu videbatur probanda per Nazarium, ad *l. in illa, & ibi Bart. de verb. oblig.* ipſe enim prætendit redire ad primęua iura ex eo, quòd Ioannes Antonius nō impleuerit, ſed defecerit in ſoluendo quantitatem promiſſam; & tamen hodie apparet, plures pecuniarum ſummas per eum ſolutas, tā de primo anno 1614. quo fuit inita inter partes concordia: quàm 1615. & pro Nazario, & de illius ordine Rodiano, *vt in ſummario Ioannis Antonij num.* 8. nec non de anno 1619. ſoluit ipſi Nazario ſcuta centum ad bonum computum, de quibus facta fuit quietantia, cum clauſula, *ſinè præiudicio iurium ſuorum*, de qua *in dicto ſummario num.* 6. & ideò non poterat dici conſtare de credito, niſi citato Ioanne Antonio ad calculan. & docen. ſe ſoluiſſe ſummas contentas: nec po-
3 terat ita ex abrupto, non præcedente liquidatione dictæ non ſolutionis, procedi ad mandatum ſuſpicionis, & capturam pro dicta ſumma ſcutorum 3000. quæ non erat debita, niſi in caſu non ſolutionis ſummæ promiſſæ *Bald. in l. ſi cauſam num. 7. in fine C. de execut. rei iudic.* Tanto minùs poteſt dici, liquidum fuiſſe dictum creditū, cum Io. Antonius prætendat, ne dum ex dictis ſolutionibus, & receptionibus factis per Nazarium, ſed etiam ex requiſitionibus, & petitionibus extraiudicialibus ſummæ non remiſſæ, fuiſſe in concordia perſeueratum, & ab ea ampliùs recedi non potuiſſe; vt ex quadam epiſtola dicti Nazarij directa Ioanni Antonio ex Ciuitate Venetiarum, *ſummario num.* 7. & ex teſtibus examinatis, *dicto ſummario num.* 8. & aliàs ſola petitio poteſt inducere remiſſionem moræ. Et propterea quicquid ſit, an ſit locus dicto pacto reſolutiuo, ſatis eſt, quòd de dicto credito, non potuit dici, liquidò conſtare de tempore capturæ: cum exceptio oriretur ex ventre, & lectura eiuſdem inſtrumenti. Secundum principale fundamentum fuit; quia, admiſſo etiam, quòd propter
4 ſolum iuramentum ſuſpicionis, & deteriorationis captura concedi poſſet: licèt ſit valde controuerſum, & negatiuam de iure veram dicat *Alex. conſ. 241. num. 5.*
5 *lib.* 1. Tamen debet ſaltem poſt capturam plenè, &
B concludenter probari deterioratio conditionis B, *Ang. in l. nemo C. de exact. trib. lib. 12. Imol. in l. 2. num. 11. ff. ſolut. matr. Alex. conſ. 19. num. 1. & 2. lib. 3. Dec. conſ. 75. num. 1. in fin verſ. ſeptimò aduerten. Caccialup. de debit. ſuſpect. quæſt. 6. num. 17. & 18. Pariſ. conſ. 99. num. 33. lib. 3. & fuit dictum in Romana Aluariorum 19. Decembris 1615. coram R. P. D. meo Caualerio, & in*
6 *Ciuit. Caſtelli, ſeu Romana ſequeſtri 30. Martij 1615.*
C *coram me*, & talis, quæ poſt contractum ſuperuenerit C, *Angel. in l. ſi ab arbitro num.* 2. vbi dicit, propter hoc feciſſe deſtrui mille capturas debitorum, *& ibi Caſtr. in fin. Iaſ. num. 5. Rimin. ſen. num. 3. Soccin. num. 6. ff. qui ſatiſd. cogant. Roman. conſ. 320. num. 3. Alex. dicto conſ. 241. num. 4. lib. 6. Dec. d. conſ. 75. num. 1. verſic. tertiò quia, Neuiz. d. conſ. 52. num. 12. in fine, Natt. conſ. 430. num. 12. lib. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 87.* & de recepta *Rolan. d. conſ. 65. num. 9. Menoch. de arbitr.*
7 *d. caſ. 87. num. 18.* Tantò magis, quia Nazarius non ignorauit de tempore contractus malam conditionem Ioannis Antonij, & impotentiam ſoluen. vt ex verbis inſtrumenti, ibi, *propter præſentem impotentiam*; & intrat *reg. vulg. l. qui cum alio de reg. iur.* & quia in inſtrumento etiam dicitur, quòd in ſocietate librariæ inter eos contracta de anno 1610. ad triennium fuerat amiſſum capitale ſcutorum 1000. per dictum Nazarium expoſitum, à cuius reſtitutione propterea illum liberauit. Et quamuis ex parte Nazarij adducantur nonnullæ probationes deteriorationis poſt dictam concordiam. Tamen vltra quòd illis ſigillatim ex aduerſo reſpondetur, quæ reſponſiones non diſplicuerunt DD. videtur, illas, ſi non ſublatas, ſaltem eliſas, & offuſcatas fuiſſe ex contrarijs probationibus: cum in effectu iuſtificetur ſolutio ſcutorum 500. vel circa ad computum ſcutorum 1800. ſolui promiſſorum, *ex datis in dicto ſummario Io. Antonij num. 5. & 6.* Prout etiam oſtenditur, Io. Antonium fuiſſe creditorem in pretio trium ballarum librorum, pro quibus reportauit tres ſententias fauorabiles, *dicto ſummario num.* 9. Et ex relatione periti, *ſummario Nazarij num.* 7. conſtat, ipſum habere in apotheca libros viliores ſcutorum 500. circiter de prædicto etiam pretio ſcutorum 444. Euangeliorum Arabicorum. Vndè iſta deterioratio non videtur probata, ſtante præſertim, quòd aliqua debitorum pars fuit

con-

contracta pro emendis libris, & ſic non inutiliter, vt
dicto ſummario num. 13.
Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A Secuta eſt Rota *infra deciſ. 595. num. 3. & deciſ. 653. num. 5. coram Domino meo.*

B Adde, quòd non ſufficit qualibet mutatio, & deteriora-
8 tio conditionis, ſed debet eſſe inſignis, & notabilis *Cornazan. deciſ. Lucen. 59. num. 5. vſque ad 12. Rolan conſ. 65. num. 9. lib. 3. cum alijs per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 875. num. 16.*

C Limita, vbi poſſet relaxari mandatum executiuum, quia
9 tunc faciliùs poſſet relaxari mandatum ſuſpicionis fuga, quod pro faciliori executione concedi ſolet, *Rota in Mediolanen. affictus coram Orano, apud Zacch. de obligat. Cameral. deciſ. 118. num. 5.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Romana, ſeu Ianuen. pecuniaria.

Veneris 21. Maij 1621.

ARGVMENTVM.

Interrogatus, an velit vti ſcripturis pro veris, & legalibus, ſufficit, ſi reſpondeat, ſe velle vti, donec contrarium probetur, ceſſante falſitatis ſuſpicione. Libri mercatorum quando cenſeantur, carere falſitatis ſuſpicione.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſio, quòd quis velit vti aliquibus ſcripturis pro veris, & legalibus, donec contrarium probetur, admittitur per Rotam, niſi adſit ſuſpicio falſitatis num. 2.*
3 *Liber dicitur carere falſitatis ſuſpicione, ſi abraſiones, cancellationes, abolitiones, & inciſiones non appareant.*
4 *Librum non vitiat quinternorum additio.*
5 *Liber non vitiatur, ſi contineat diuerſa negotia, quando vnum apparet ſeparatum ab alio.*
6 *Suſpiciones inuiſibiles in aliquo non onerant producentem.*
7 *Poſitionibus reſpondere poteſt procurator, abſque ſpeciali mandato, ſi fuit citatus per partem ad reſpondendum.*
8 *Cambia vt dicantur realia, quæ requirantur.*
9 *Cambiorum realitatem ad probandam non eſt neceſſarium, exhibere literas,* del'Andata, *ſed ſufficit exhibere literas,* del Ritorno.

DECISIO DXXXII.

RESPONSIO DD. Gentilis, & litis conſortium mercatorum Ianuen.
1 ſe velle vti quibuſdam libris Banchi Vrbis q. Hieronymi Spinolæ (qui exhibentur pro iuſtificandis literis, quas vocant, *dell'andata*, & ſic realitate
A cambiorum A, de quibus agitur) pro bonis, & legalibus, donec contrarium fuerit doctum, & iudicatum, *vt in ſummario vtriuſque partis*; fuit per DD. admiſſa, & habita pro ſufficienti, iuxta opinionem, & cautelam *Specul. de interdict. §. videndum reſtat, num. 3. & Alberic. in l. 2. num. 2. C. de fid. inſtr.* & aliorum,
2 quam opinionem Rota ſequitur, & ſeruat, quando non adeſt ſuſpicio falſitatis, *vt in deciſ. coram Verallo in manuſcriptis, & Capizucco*, quam refert *Gabr. de crim. concl. 7. num. 2. in fin. & coram Robuſterio*, quæ ſunt relatæ *in Lunen. Sarzanen.* 16. *Nouembris* 1612. *coram R. P. D. Pamphilio quæ eſt 364. num. 3. in impr. poſt ſecundum vol. conſ. Farinac.* Quòd autem ceſſet ſuſpicio
3 falſitatis, quæ in dubio non præſumitur, præſertim quia libri non ſunt proprij dictorum mercatorum, ſed ſupponitur d.q. Spinolæ, viſum fuit apparere ex dd. librorum diligenti inſpectione, & viſione facta per DD. ad quam ocularem inſpectionem vtraque pars ſe remittebat, & quæ omnes aliàs ſuperat probationes; non enim continent, & præſertim liber minor, ad quem reſtricta erat difficultas, intitulatus (regiſtro di lettere) vitium aliquod viſibile, & patens abraſionis, cancellationis, abolitionis, inciſionis, vel ſimilis: ex quo poſſit oriri ſuſpicio: & habet capirellum, ſeu ſignaturam in capite, & in fine: nec apparet, quòd fuerint ſub-
4 lati aliqui quinterni; prætenſa verò additio aliquorum quinternorum in alio libro, non reddit illum ſuſpectum; quia potuerunt colligari eodem tempore, quando liber fuit compoſitus: vel ſi poſt, ex contingentia neceſſitatis, vel opportunitatis librum ampliandi; & ceſſat omnis ſcrupulus, quia ſuper dictis quinternis additis non reperiuntur regiſtratæ aliquæ literæ *dell'andata*, hoc negotium concernentes. Aliæ verò oppoſitiones
5 præpoſterationis temporis, & ordinis ſcriben. & adnotan. partitas ſuper eodem libro, pertinentes ad negocia nundinarum, & cambiorum, non fuerunt viſæ DD. conſiderabiles; maximè quia ex viſione apparet, literas negociorum banchi, & alias nuncupatas, *di ſpaccio di fiere*, diſtinctè, & continuato ordine temporis ſcriptas,
6 ſeu regiſtratas: & iſtæ ſuſpiciones inuiſibiles in aliquo non onerant producentem, *Menoch. praeſ. 99. num. 20. verſ. quo circa, libro* 1. Denique omnes ſuſpiciones viſæ ſunt ſublatæ ex dicta viſione librorum, & reſponſionibus mercatorum. Nec ad rem pertinet, quòd non producantur literæ originales *dell'andata*: minùſque hoc ſuſpicionem inducit, præſertim quia fuit reſolutum *ſub die* 10. *Iunij* 1616. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Sacrato*, dd. mercatores non teneri ad illarum exhibitionem. Minùs facit, quòd reſponſio fuerit data per pro-
7 curatorem ſinè ſpeciali mandato. Nam vltra quòd idem defectus obſtaret procuratori interroganti, idem procurator mercatorum fuit citatus ad reſpondendum, & ideo approbatur vti talis, *Natt. conſ. 262. num. 7. & fuit dictum in Eugubina penſionis* 28. *Iunij* 1619. *coram me* in qua aliæ ſunt relatæ.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A. Cambia vt dicantur iuſta, & realia, & vti talia debeantur,
8 conſtare debet de literarum tranſmiſſione, illarumque acceptatione, ac effectuatione, vt in conſtitutione Pij V. 148. & tradunt *Rota Ianuen deciſ. 37. num. 11. Nauar. in Manual. cap. 17 tit de vſur. circa camb. verſ. quare, Rot. deciſ. 32. num 4. part 1. recent. & fuit reſolutum in Romana, ſeu Florentina cambiorum* 12. *Ianuarij* 1615. *coram bon mem. Dunozetto ſeniori, in Romana pecuniaria* 13. *Iunij* 1616. *coram Illuſtriſſ. Domino Card Pamphilio iuniori. in Romana pecuniaria de Falconerijs* 14. *Maij &* 3. *Iunij* 1618. *coram bon mem. Vbaldo ſeniori. in Romana frumenti* 20. *Nouembris* 1627. *coram R. P. D. Pirouano, in Ferrarien. pecuniaria* 12. *Iunij* 1627. *coram R. P. D. Vbaldo iuniori, & coram eodem in Anconitana cambiorum* 8. *Februarij* 1629.

Notandum autem, quòd ad probandam cambiorum rea-
9 litatem non eſt neceſſarium, exhibere literas, quas mer-
ca-

catores vocant, *dell'andata*; quia cum huiuſmodi literæ tranſmittantur ad correſpondales, impoſſibile eſt, illas per ſcribentes exhiberi; & ideo ſufficit, probare tranſmiſſionem per ſolas literas, quas vocant, *Del ritorno*, vt tenuit Rota *deciſ. 951. in fine lib. 3. part. 3. diuerſ. in Romana pecuniaria, ſeu cambiorum 10. Iunij 1616. coram Cardinali Sacrato, quam ſecuta eſt in d. Anconitana cambiorum coram R. P. D. Vbaldo iuniori.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Narnien. iuris paſcendi.

Lunæ 24. Maij 1621.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio iuris paſcendi probatur ex teſtibus deponentibus de viſu, & intereſſentia, necnon de viſu, ſcientia, & patientia dominorum, ſiue eorum factorum.*

2 *Teſtis nulliter examinatus facit adminiculum.*

3 *Manutentio conceditur in quaſi poſſeſsione paſcendi.*

DECISIO DXXXIII.

VISA fuit Dominis ſatis probata quaſi poſſeſſio Hominum Caſtri Montorij paſcendi in terris exiſtentibus in territorio dicti Caſtri, etiam proprijs Domini illius, vt infra; & ideo dixerunt, illos eſſe in ea manutenendos. Nam tres te-
1 ſtes in Curia examinati de anno 1619. & 1620. de quibus in eorum *ſummario num. 2. & 3.* ſatis benè de ea deponunt, videlicet, quòd animalia dd. hominum, quorum genera per eos ſpecificantur, paſculantur etiam in terris Dominorum d. Caſtri, & ſunt optimè informati, redduntque concludentes rationes, videlicet, de viſu, & de intereſſentia, necnon de viſu, ſcientia, & patientia DD. eorumque factorum, Agentium, & miniſtrorum, & præſertim ſecundus & tertius ſuper primo, qui dicunt à 10. 20. 30. & 40. annis citra ſemper continuò, & liberè. Quorum depoſitiones coadiuuantur ex alijs ſex teſtibus inter partes examinatis coram Prætore dicti Caſtri *in d. ſummario num.* 4. de anno 1598. ſimiliter de eadem quaſi poſſeſsione concludentes, dicentes, Primus ab annis 50. antea ſuper ſecundo, & quinto, Secundus ab annis 35. vel circa ſuper quarto, & quinto, Tertius tunc annorum 65. ſuper quarto ab annis 30. & ſuper ſeptimo, Quartus tunc annorum 50. ſuper quarto, & ſeptimo, Quintus eiuſdem ætatis ſuper quinto, & ſeptimo, & ſextus annorum 50. ſuper quarto 5. 6. & ſeptimo, & erant optimè informati, & dicunt de viſu, ſcientia, & patientia Dominorum, eorumque miniſtrorum, & Agẽtium, prout primi etiam deponunt. Et licèt iſti prætendantur nulliter examinati ex defectu iuriſdictionis, & citationis, de qua Rota dubitauit in deciſione coram Reuerendiſſimo D. Attrebaten. in hac cauſa facta die
2 14. Iunij 1610. tamen quatenus etiam examen fuiſſet nullum, ſaltem faciunt adminiculum; & ex ſupradictis probationibus lata fuit ſententia per D. Prætorem Caſtri Montorij dd. hominibus, & Communitati fauorabilis, qua pronunciatum fuit, eos eſſe manutenendos in dicta quaſi poſſeſſione paſcendi, à qua deinde appellatum fuit per dictum Marchionem, & cauſa appellationis in Rota introducta, & reſolutum pro Iuſtitia dictæ ſententiæ, vt in dicta deciſione; & præſertim cum omnes veriſimilia deponant; & omnium prædictorum teſtium dicta iuuantur ex locationibus herbarum factis per DD. de Montorijs ſucceſſiuis temporibus, de quibus allegatur conſtare per inſtrumenta, & ſcripturas relatas per informantes pro D. Marchione Federico. Et ampliùs deponunt de dicta quaſi poſſeſsione paſcen. nõ obſtan. dictis locationibus, & venditionibus herbarum factis per DD. quia animalia paſcebant, & paſcere ſolita fuerant in eiſdem terris, quarum herbæ venditæ, & locatæ fuerunt, *vt in ſummario num. 2. & 4.* Non obſtat, quòd dicti teſtes in Curia examinati non percutiant tempus litis, quæ cœpta fuit de anno 1598. vt partes conueniunt. Nam imò ſecundus, & tertius optimè concludunt, & percutiunt tempus ante dictum annum 1598. vt ex eorum lectura, & multò magis teſtes dicti anni 1598. deponentes aliqui de annis 30. 40. & 50. ante dictam cœptam litem; qui etiam omnes teſtes videntur deponere de publica voce, & fama ſuper dicta quaſi poſſeſsione paſcẽdi. Et propterea viſum fuit DD. huiuſmodi probationes ſuperabundare in hoc ſummariſsimo, in quo Rota contentatur ſatis leuioribus pro-
3 bationibus; & quòd manutentio debeatur in quaſi poſſeſsione paſcendi *Caſtr. conſ. 115. lib. 2. Socc. conſ. 96. in fin. Didac. pract. qq. cap. 18. num. 6. verſ. vndecimò eſt aduerten. & fuit dictum in Monaſterien. iuris paſcendi coram bon. mem. Penia*, & latiſsimè in ſimili quaſi poſſeſsione iuris lignandi, *in illa Tuſculana iuris lignan. corã R. P. D. meo Veroſpio 18. Maij & 6. Iunij 1616. & coram R. P. D. Caualerio 24. Nouembris 1617. & in hac cauſa coram*
A *Reuerendiſsimo Attrebaten.* A, Exceptiones verò datæ contra dictos teſtes, quòd aliqui ſint mendaces, aliqui verò contrarij, ex facto facilè conciliantur, & ab alijs declarationem accipiunt. Quia tamen ijdem teſtes excipiunt viridarium, vineam, ſyluam, plantones, & tertius iux. 44. excipit Pratum à tempore, quo incipi ſolet cuſtodiri, vſque ad fœni meſſem, in quibus non fuit ſolitum paſci. Ideò dixerunt DD. manutentionem ſuper iſtis bonis non eſſe dandam, prout nec etiam pro bubalis, de quibus ſecundus teſtis *in ſummario num. 1.* Nec pro ouibus, de quibus in eodem *ſummario num. 2. 3. & 6.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum.

A *Rot. coram Domino meo infra deciſ. 648. num. 10.*

Veneta ſequeſtri.

Lunæ 24. Maij 1621.

Argumentum ex ſummarijs colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio cedentis poſt ceſsionem non nocet ceſsionario: præſertim ſi fuerit facta ad ipſius ceſsionarij commodum, & incommodum.*

2 *Inſtrumentum non comprehendit perſonas non nominatas, maximè quando materia eſt ſtricti iuris.*

3 *Solutiones factæ iuxta conuentiones cedunt commodo debitoris, & pro illius liberatione.*

4 *Fideiuſſor liberatur ex ſolutione principalis.*

5 *Ceſsione non intimata, debitor non tenetur ſoluere ceſsionario.*

6 *Solutio facta per principalem conſtituit creditorem in quaſi poſſeſsione, quæ illum iuuat contra fideiuſſorem.*

7 *Solutio facta per fideiuſſorem conſtituit creditorem in quaſi poſſeſsione contra principalem.*

8 So-

8 *Solutio facta per campſorem vigore cedulæ banchariæ con-
ſtituit penſionarium in quaſi poſſeſsione contra titularem.*
9 *Fideiuſſor habet mandatum non ſolùm ad fideiubendum,
ſed etiam ad ſoluendum.*

DECISIO DXXXIV.

RECESSERVNT Domini à deciſis
ſub die 25. Maij anni præteriti; & quia
reſolutio pendet à facto, ideo præſup-
ponendum eſt, quòd Orpheus merca-
tor Venetus, vti ceſsionarius Aloyſij;
& Petri de Cimis Venetorum, erat
Creditor Io. Petri Stampæ principalis, cum fideiuſsio-
ne in ſolidum illorum de Lucatellis in ſumma duc. 8848.
monetæ Regni ſoluendorum quolibet anno in duabus
ratis, videlicet in Nundinis Lanciani de menſibus Maij,
& Auguſti, ex inſtrumento Venetijs celebrato 30. Au-
guſti 1603. Et quòd ſecunda Aprilis 1605. Io. Stepha-
nus Stampa de Grauedona ſub aſsertione dicti Io. Petri
Stampæ, quòd idem Orpheus ad eius inſtantiam con-
ſenſerat liberationi dictorum de Lucatellis, imò libe-
rationem fecerat a dicta fideiuſsione, ſub promiſsione
dicti Io. Petri infraſcriptæ acceſsionis, ſe obligauit ad
fauorem dicti Orphei abſentis, quodam Auguſtino pro
eo ſtipulante, pro duc. 5000. dictæ monetæ, ſoluendis
tamen, vt ſupra, & cum promiſsione indemnitatis per
dictum Io. Petrum facta ad fauorem d. Io. Stephani.
Idem Orpheus 30. Ianuarij 1606. ſoliditatis rationibus
diuerſorum negotiorum, & præſertim pro laboribus
proprio nomine, & aliàs impenſis pro dicto credito
ducat. 8848. vt infra dicetur, remanſit debitor Ioſephi
Cinquenie ducatorum 1500. curren. Regni, pro quo-
rum ſatisfactione dedit in ſolutum, & ceſsit eidem Io-
ſepho, acceptanti omnia eius riſico, & periculo, dictos
ducatos 1500. del credito, che eſso hà, come ceſsiona-
rio, vt ſupra, in maggior ſomma con li predetti Luca-
telli, e Stampa, cioè da eſſer però ſcoſsi per il detto
Cinquenia, nell'vltime rate da Lucatelli, e Stampa: de
cuius tamen ceſsionis intimatione facta dictis de Stam-
pis, & Lucatellis non docetur. Poſt quæ ſecutæ fuerint
diuerſæ ſolutiones factæ per dictum Stampam prin-
cipalem debitorem, ſeu hæredes dicto Orpheo per li-
teras cambij, tàm in Nundinis Lanciani, quàm alibi,
& aliàs diuerſimodè. Deinde die 27. menſis Iunij de
anno 1608. dictus Orpheus acceptando obligationem
Io. Stephani, vt ſupra factam ſecunda Aprilis 1605. libe-
rauit dictos de Lucatellis fideiuſſores dicti Stampæ, qui
erant principales debitores dictorum de Cimis, & ſuc-
ceſsiuè dicti Orphei eorum ceſsionarij. Et deinde idem
Orpheus, mediante Ludouico eius procuratore, fratre
dicti Ioſephi reportauit Mediolani duas ſententias ar-
bitramentales contra Io. Stephanum, & illarum exe-
cutionem, quæ fuit facta in bonis eiuſdem Io. Stepha-
ni. Et eodem Ludouico ſpecialiter conſtituto procu-
ratore mediante, cum licentia Senatus, fecit amplam
ceſsionem iurium reſidui eius crediti ad fauorem dicti
Ioſephi, pretio ducatorum 264. Venetorum, ſoluto, ſeu
confeſſo. Et in vim dictarum ſententiarum ſub nomine
dicti Orphei fuerunt ab A. C. ſequeſtrata, quædam lo-
ca Montium Vrbis dicti Ioann. Stephani, Interim
ſuperuenit declaratio d. Orphei facta 29. Aprilis 1618.
quòd ipſe non remanebat creditor Io. Stephani, niſi in
ducatis 598. vt in partitis, & computis debiti, & cre-
diti in dicta declaratione inſertis; & propterea non po-
tuiſſe dictum Io. Stephanum moleſtari pro duc. 5000.
quibus uſtis, & ſententijs expreſsè renunciauit. Et re-
uocati, ad fauorem Io. Stephani ſequeſtris in Rota,
commiſſaque pro intereſſe Ioſephi ceſsionarij cauſa,
fuit, vt ſupra, ſub dicta die 25. Maij reſolutum, dictam
1 declarationem Orphei non ſuffragari Io. Stephano, ex
clariſsima concluſione, quòd confeſsio cedentis poſt
ceſsionem non nocet ceſsionario: maximè quando eſt
facta ad ipſius ceſsionarij commodum, & incommodum:
prout eſt ceſsio, de qua agitur, quæ non ſolùm ex-
preſsis verbis fuit facta ad omne beneficium, riſicum,
commodum, & incommodum Ioſephi, ſed per viam
dationis in ſolutum; vt latiùs in deciſione, à qua ho-
die fuit receſſum ex inſtrumentis in facto deductis, quæ
ad duo potiſsimum reducuntur fundamenta. Primum
eſt, quòd dictus Ioſephus, licèt eſſet ceſsionarius Or-
phei dictæ ſummæ ducatorum 1500. Regni; tamen non
erat ceſsionarius alicuius ſummæ debitæ, ſeu debendæ
per Io. Stephanum, ſed per dictos principales de Stam-
pa, & Lucatellos, qui erant debitores dictorum de Ci-
mis, vt ſupra; & ſic non applicatur concluſio, quòd
confeſsio cedentis non noceat ceſsionario; cùm Ioſe-
phus non ſit ceſsionarius debiti, quod habebat Ioannes
Stephanus cum dicto Orpheo cedente. Quòd autem
hoc ſit verum, deducebatur, Primò; quia ex contextu,
a & lectura dicti inſtrumenti ceſsionis conſtat, Ioannem
Stephanum nunquam in eo fuiſſe nominatum per no-
men proprium; & ideo perſona extrinſecùs non poteſt
comprehendi in dicta ceſsione non nominata: & ex le-
ctura dicti inſtrumenti videtur reſultare probatio ne-
gatiuæ; & faciunt regulæ vulgares, quòd materia eſt
ſtricti iuris, & quòd non comprehendit perſonas non
nominatas. Secundò, ex verbis dictæ ceſsionis con-
ſtat, quòd ceſsio, ſeu datio in ſolutum fuit facta de cre-
dito, quod Orpheus habebat cum dicto Io. Petro, & illis
de Lucatellis eius fideiuſſoribus ante obligationem Io.
Stephani. Nam proœmialia ſunt inter alia negotia inter
Ioſephum, & Orpheum: ibi *Specialmente compreſe tutte
le mercedi preteſe per detto Cinquenia, per l'operationi fatte,
e ſeruitij preſtati a detto Magnifico Gianucci, come ſuo pro-
curatore nel Regno di Napoli, per le cautioni, & recupera-
tioni fatte, & ottenute à beneficio, e commodo di detto Ma-
gnifico Gianucci ſopra l'effetti de' Magnifici Lucatelli, e
Stampa, ſpettanti a eſſo Magnifico Gianucci, come ceſsiona-
rio de' Magnifici Luigi, e Pietro Cima di Venetia, in virtù
d'inſtrumento di ceſſione rogato nelli atti del Magnifico Par-
thenio Notaro di Venetia, ſotto li 30. Agoſto 1603. come
ancora, &c.* Quæ verba cum nullo modo poſsint refer-
ri ad Io. Stephanum, tum quia Ioſephus vti procura-
tor Orphei nihil egerat contra Ioannem Stephanum;
tum quia dicto Orpheo nullum ius competebat, vti ceſ-
ſionario dictorum de Cimis, virtute dicti inſtrumenti
del 1603. contra ipſum Io. Stephanum, ſed ſolùm con-
tra illum de Stampis, pro quo erant obligati Lucatelli:
tandem quia obligatio dicti Io. Stephani non fuit facta
niſi de anno prædicto 1605. & Orpheus noluit cedere,
niſi iura ſibi competentia virtute dicti inſtrumenti del
1603. ad quod expreſsè ſe retulit; conſequenter nec
verba diſpoſitiua ceſſionis poſſunt referri ad Io. Ste-
phanum, ſed ſunt neceſſariò referenda ad Io. Pe-
trum de Stampis principalem, vt ſupra obligatum: cum
dicta diſpoſitiua verba ſint repetitiua, & relatiua
proœmialium, ibi; *del credito, che eſſo Magnifico Gia-
nucci ha come ceſsionario*, vt ſupra, *maggior ſomma con
li predetti Locatelli, e Stampa*, & inferiùs, *Delli predetti
Locatelli, e Stampa ſuoi debitori per le cauſe ſopradette*.
Tertiò tandem, quòd Orpheus noluerit cedere Ioſepho
aliquam ratam crediti, pro quo acceſsit Io. Stephanus,
3 videbatur tollere difficultatem; quia cum ducati 1500.
ceſsi eſſent exigend. in vltima paga, & quatenus illa
non ſufficeret, in penultima, obligatio Io. Stephani
del

del 1605. de menſe Aprilis reſtricta ad ducatos 5000.,
non capiebat, nec capere poterat dictas vltimam, &
penultimam paghas; quia penultima iuxta dictum in-
ſtrumentum del 1603. ad quod etiam ſe retulit dicta
ceſsio, non debebat cedere, niſi de menſe Auguſti 1608.
reſpectu penultimæ, & de menſe Maij 1609. reſpectu
vltimæ; obligatio verò Io. Stephani finiebat de menſe
Maij 1608. nam ſi ſolutiones ſequebantur iuxta con-
uenta, ſemper cedebant ad fauorem Io. Stephani, &
pro illius liberatione, *l. & magis, & l. in ijs, ff. de ſolut.* ſi
verò non ſequebantur, nunquam remanebat obligatus
pro dictis penultima, & vltima paghis, ex quibus de-
bebat ſatisfieri Ioſepho ceſsionario. Non obſtat, quòd,
ex credito dictorum ducatorum 8848. de dicto anno
1605. de quo ſe obligauit Ioannes Stephanus, eſſent ſo-
luti ducati 3750. vel circa, adeo quòd obligatio Io.
Stephani pro ducatis 5000. poſſet capere penultimam,
& vltimam ratam, Nam vltra quòd id nõ iuſtificatur ex
partitis adnotatis in declaratione Orphei, conſtat, tunc
non fuiſſe ſolutos niſi ducatos 2250. & ipſum Orpheum
remanſiſſe creditorem in ducatis 6598. Nec veriſimi-
liter poſſunt præſumi ſolutiones maioris ſummæ, quia
paghæ non erant maturatæ, niſi pro dicta ſumma, cal-
culando à die 30. Auguſti 1603. ceſſionis factæ per di-
ctos de Cimis ad fauorem Orphei: & conſequenter in-
fertur, quòd obligatio Ioannis Stephani non poteſt ca-
pere dictas vltimam, & penultimam paghas, ex quibus
erat ſatisfaciendum Ioſepho. Et propterea ſuperfluum
eſt, laborare, an dicta declaratio Orphei fuerit erronea,
prout conantur oſtendere informantes pro Ioſepho.
Non obſtat etiam, quòd ſeconda ceſſio facta per Or-
pheum Ioſepho declaret, primam ducatorum 1500. cõ-
prehendere Io. Stephanum, & eſſe de parte ducatorum
5000. vt dicitur in deciſione verſ. 2. *dicebatur*. Nam
quicquid ſit de verbis dictæ ceſſionis, quæ non videntur
ſatis clarè hoc importare: difficultas videbatur ceſſa-
re, tàm ex eo, quòd procurator, qui fecit dictam ceſ-
ſionem, non videbatur habere ad hoc ſufficiens manda-
tum; quàm etiam ex eo, quòd ſicuti Orpheus non po-
tuit præiudicare Ioanni Stephano poſt ſolutiones per
principales factas, ex quibus conſequutus fuerat libe-
rationem; tantò minùs illius procurator. Addebatur
etiam per Dominos tertio loco, quòd Io. Stephanus
non eſſet comprehenſus in dicta ceſſione del 1606. Quia
licèt ſe obligaſſet de anno 1605. ad fauorem Orphei,
cum ſtipulatione, & acceptatione dicti Auguſtini; ta-
men dicta obligatio fuit facta, cum expreſsione cau-
ſæ, pro liberatione obtinenda ab eodem Orpheo de di-
ctis Lucatellis; & tamen dicta liberatio, imò nec acce-
ptatio obligationis Ioannis Stephani fuit facta niſi de
anno 1608. 27. Iunij, & poſt mortem dictorum de Lu-
catellis: vt etiam memoratur in mandato procuræ Or-
phei in Ludouicum 27. Octobris 1616. & in inſtrumen-
to ſecundæ ceſſionis dicti Orphei ad fauorem Ioſephi:
de quibus *in ſummario Ioſephi alterius poſitionis num.* 2.
& ideo de tempore ceſſionis ducatorum 1500. obliga-
tio Io. Stephani vel non erat nata, quia conditionalis,
ante purificationem conditionis; vel nullum poterat
producere effectum, & ex dicta liberatione del 1608.
non potuit dici ius aliquod quæſitum Ioſepho ceſſiona-
rio contra Io. Stephanum, ſed ipſi Orpheo; & opus fuiſ-
ſet noua ceſſione contra Io. Stephanum, vti ſurroga-
tum loco dictorum de Lucatellis pro dicta ſumma; quæ
tamen noua ceſſio facta non fuit. Nec videtur obſtare
aſſertio Io. Petri in inſtrumento obligationis Io. Ste-
phani, quòd liberatio facta fuiſſet; quia illa poteſt pro-
deſſe ad ſuſtinendam obligationem Io. Stephani, à qua
recedere non poterat, ſed non ad effectum, vt dicta li-
beratio in effectu facta fuiſſet, cum de contrario con-
ſtet ex ſupradictis inſtrumentis. Secundum principale
fundamentum Dominorum fuit, quòd ſtantibus ſolu-
tionibus factis per dictos de Stampa principales debi-
tores in ſumma ducatorum 5000. vel circa, de quibus
in ſummario Io. Stephani num. 5. 7. *&* 8. dictus Io. Ste-
phanus remanſit liberatus, ex concluſione, quòd per ſo-
A lutiones factas per principales liberatur fideiuſſor. *Au-*
4 *ſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ. l. ex perſona ff. de fideiuſſ.*
l. exceptiones, & l. omnes ff. de except. Quæ ſolutiones
potuerunt abſque dubio fieri per dictos de Stampis,
quibus ante dictas ſolutiones non fuerat intimata ceſſio
5 facta dicto Ioſepho, *ex alleg. in deciſ.* Et conſequenter in-
fertur, dictam declarationem per Orpheum fieri po-
tuiſſe ad fauorem dicti Ioannis Stephani, eidemque pro-
pterea ſuffragari.
Et ita recedendum à dicta deciſione, prout vtraque parte
informante fuit concluſum.

ANNOTATIO.

A Adde, quòd ſicut ſolutio facta per principalem iuuat fide-
6 iuſſorem quoad liberationem, ita etiam illi nocet in eo,
quòd per talem ſolutionem acquiritur creditori quaſi poſ-
ſeſſio contra eundem fideiuſſorem, vt reſoluit Rota *in*
Romana cenſus coram Penia, quæ eſt deciſ. 299 *num.* 6. *&*
7. *part.* 1. *recent. & apud Cenc. in addit. ad tract. de cenſib.*
deciſ. 69. *num.* 7. *& ſequitur Gratian. diſcept. forenſ. cap.*
310. *num.* 32. *&* 34. Sicut etiam ſolutio facta per fideiuſ-
7 ſorem conſtituit creditorem in quaſi poſſeſſione contra
principalem debitorẽ, *Rota in Cremonen. penſionis* 2. *Maij*
1622. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniore*, in qua fuit reſolu-
8 tum, per ſolutionem factam à campſore vigore cedulæ
banchariæ à titulari traditæ, penſionarium eſſe conſtitu-
tum in quaſi poſſeſſione exigendi contra ipſum titularem;
licèt campſor tunc dicatur ſimplex fideiuſſor; quia fide-
9 iuſſori non tantum cenſetur factum mandatum ad fideiu-
bendum, ſed etiam de ſoluendo *Gloſſ. in l. ſi quis in man-*
dato ff de negot. geſt. & in l. indebitum in verb. videri, per
illum tex. ff. de condit. indeb. Bald. in l. ſi pro ea, num. 4.
& ſeqq. & ibi etiam Salicet num. 9. vbi de communi, *C.*
mandat. gloſſ in cap. fin. & ibi Cardinal. in fin. de fideiuſſ.
Mantic. de tacit. lib. 16. *tit.* 22. *num.* 4. *Honded. conſil.* 17.
num. 34. *lib.* 2. qui refertur de communi, *Rot. in Spoletana*
liberationis a fideiuſſione 30. *Martij* 1626. *&* 21. *Aprilis*
1627. *coram R. P. D. Durano*, quæ ſunt impreſſæ poſt
dd. addit. *Cenc. ad tract. de cenſib. deciſ.* 124. *num.* 3. *&*
142. *num.* 10. *& optimè deducitur in d. Cremonen. penſio-*
nis coram Vbaldo.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Collen. Hæreditatis.

Veneris 28. Maij 1621.

Argumentum præbet

SVMMARIVM.

1 *Loca montium non vacabilia reputantur ſtabilia, & in*
eis competit immiſſio.
2 *Statutum excluſiuum fœminarum habet locum etiam in*
locis montium.
3 *Saluianum competit in locis montium tàm non vacabilibus,*
quàm vacabilibus.

DE-

DECISIO DXXXV.

FVIT ſub die 18. anni prçteriti firmatum, Mariettam neptem Marij, in Vrbe ab inteſtato defuncti, nçc excluſam à ſtatuto Vrbis, nec Collis, immittendam eſſe in poſſeſſionē ſextæ partis bonorum dicti Marij, & nominum debitorum in Vrbe relictorum, & illi deberi fructus per cohçredes perceptos; in qua reſolutio-
A ne hodie DD. perſtiterunt A, Nam quoad loca mon-
1 tium non vacabilium ſub nomine dicti q. Marij cantan-
B tia, quæ tanquam ſtabilia reputantur B, nihil ex aduerſo
opponebatur: ſed ſolùm aliqua deducebantur circa cenſum poſt mortem Marij in Vrbe emptum nomine duorum ex hæredibus de pecunijs hæreditarijs pretio ſcutorum mille, quæ in facto non iuſtificantur, nec viſa fuerunt DD. releuantia; imò pro Marietta oſtendebatur mandatum Marij factum del 1592. in Camillum vnum ex Marſupinis, ad ipſi Mario acquiren. loca, ſeu portionem creditorum Montium de pecunijs d. Marij ad manus eiuſdem Camilli peruentis, vel in poſterum peruenien. quæ animi deſtinatio eſt attenden. vt dictum fuit in deciſione. Quò verò ad fructus portionis hæreditatis Marietæ ſpectan. per cohæredes perceptos, & nomina debitorum in Vrbe per Marium relicta, nihil contra deciſionem ſaltem releuans dicebatur, cum qua DD. propterea tranſierunt, prætermiſſis conſultò alijs, quæ pro maſculis deducebantur, concernentibus reſolutiones iam factas, & hodie ſecundùm ſtylum Rotæ preſuppoſitis, videlicet, quòd Marietta non ſit excluſa à dictis ſtatutis, nec probatus incolatus in Vrbe Marij, de cuius ſucceſsione agitur.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Infra *deciſ 568. num* 14.
B Loca montium non vacabilia inter immobilia numerantur, & in eis haber locum ſtatutum excluſiuum fœmina-
2 rum *Peregrin. conſil 90 num 29. lib. 1. Bellon. iun. conſil. 74. num.* 111. *Alciat. in l mouentium ff. de verb. ſignific, Tiraquell de retract lignag. §. 1. gloſſ. 6 num. 5. & 7. Rota in Veneta pretij bonorum* 13. *Nouembris* 1602. *coram bon. mem. Cardinalis Pamphilio ſeniori. in Narnien. ſucceſſionis* 22 *Maij* 1628. *coram R P.D. Merlino, verſ. quo autem, & coram eodem in Auximana fideicommiſſi* 4. *Martij* 1630. *& ſupra coram Domino meo deciſ* 474. *num.* 1.
3 Ideo datur remedium Saluiani in huiuſmodi locis montium, vt reſoluit *Rota deciſ* 10. *in princ. in impreſſ. poſt tract. Pacific. de Saluian Gratian. diſcept. forenſ cap.* 943. *num.* 22. *& num ſeqq*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Placentina Caſtanearum.

Mercurij 2. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Audientia denegatur, ob recurſus ad iudices laicos, etiam ſi habiti fuerint per reum, & in diuerſa cauſa; & ad hunc effectum præſumuntur habiti ad inſtantiam illius, de cuius intereſſe agitur; & vbi plures habent intereſſe, afficiunt certam perſonam in illis nominatam: & probantur per ſcripturas etiam informes.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio incurritur ob recurſum ad Iudices laicos in materia decimali.*
2 *Recurſus ad Iudices laicos præſumuntur habiti, & expeditiones obtentæ ad inſtantiam illius, de cuius intereſſe agitur; maximè ſi fuerint factæ plures expeditiones, & ille, qui eas obtinuit, habebat mandatum procuræ generale: nec principalis illis renunciauit, num.* 3.
4 *Recurſus ad Iudices laicos, ad effectum denegandi audientiam, probantur leuioribus probationibus.*
5 *Reus originarius, & neceſſarius poteſt ſe defendere.*
6 *Excommunicatus, qui contemnit abſolui, non debet audiri, etiam ſi ſit reus neceſſarius.*
7 *Excommunicatus, qui monitus à Iudice differt petere abſolutionem, dicitur contemnere abſolui.*
8 *Audientia denegatio ob recurſum ad Iudices laicos eſt arbitraria iudici, ad effectum, vt excommunicatus ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ redeat.*
9 *Excommunicato in vna cauſa denegatur audientia in alia.*
10 *Recurſus habiti nomine plurium de Capitulo, non afficiunt Capitulum, niſi illud ſit in ſpecie, & principaliter nominatum. num.* 11.
12 *Iura poſſunt quandocunque recognoſci.*
13 *Iura etiam minus legitimè extracta probant ex ſtylo Rotæ, in odium recurrentium ad Iudices laicos.*

DECISIO CXXXVI.

POSTQVAM Rota in diſputatione præſentis dubij ſub die 10. Martij præteriti, cenſuit, tàm D. Epiſcopum, quam Capitulum inter ſe litigantes ſuper decimis Caſtanearum indigere abſolutione, propter recurſus ad Tribunalia Re-
1 gia habitos contra Bullam in Cœna Domini & partes
monuit ad obtinen. abſolutionem, quam non ſolùm non procurarunt, ſed inſteterunt pro dubij repropoſitione. Hodie DD. ſteterunt in eadem ſententia, videlicet recurſus obſtare vtrique parti. Namquò ad Epi-
2 ſcopum, de illis ſatis clarè conſtare viſum fuit, ex datis
in ſummario Capituli num. 3. & ſeqq. & præſumuntur obtenti ad inſtantiam eiuſdem Epiſcopi, de cuius intereſſe principaliter agitur *Rot. deciſ. 529. num. 4. part. 1. in recent. & 491. num. 6. par. 2. in eiſdem, in Tuden. beneficij 5. Aprilis 1604. coram Penia*, & fuit pluries dictum, & quotidie Rota ſeruat, & nouiſsimè plures deciſiones ſunt relatæ *in Romana legati, ſeu denegationis audientiæ 15. Ianuarij 1620. coram me*, & adminiculatur ex vehementi præſumptione, non ſolùm quòd duæ pro-
3 uiſiones eiuſdem tenoris fuerunt obtentæ nomine Epi-
ſcopi à duobus magiſtratibus, videlicet 1. *Febr.* 1620. à Conſilio Madriti, alia 13. Martij d. anni à Cancellaria Vallisoletan. quæ vltima fuit præſentata 7. Aprilis dicti anni coram Decano Ciuitaten. Iudice remiſſoriç à Rota delegato, per procuratorem Fiſcalem, *vt in dicto ſummario num.* 4. & ex mandato ſpeciali Epiſcopi in dictum procuratorem Fiſcalem, & alios de menſe Ianuarij dicti anni ad comparen in hac cauſa Decimarum coram quibuſcunque Regalibus Conſilijs, Curijs, & Cancellarijs, & quibuſcunque alijs iuſticijs, & iudicibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus, quorumcunque locorum, fori, & iuriſdictionis, vt fuit conſideratum *in dicta Romana*

mana legati, quibus debuiſſet Epiſcopus renunciare:
præſertim dum deſtinauit, & tranſmiſit agentem in Cu-
ria pro obtinen. ſubrogatione alterius Iudicis, loco di-
cti Decani per eum recuſati: & incontinenti fuit oppo-
ſitum de dictis recurſibus, & nihilominus perſeuerauit,
non curan. de dicta abſolutione; & propterea infertur,
4 illi denegan. eſſe audientiam, ad quem finem leuiores
ſufficiunt probationes, *Felin. in cap. prudentiam num.*
16. & 17. de off. deleg. Dec. in cap. dilectis num. 4. de ap-
pell. Rom. conſ. 349. num. 4. & in d. Romana legati, ſeu
denegationis audientia coram me. Non obſtat, quòd Epi-
ſcopus ſit reus originarius, & neceſſarius, & ideò poſ-
5 ſit ſe defendere, *cap. intelleximus de iudic. & cap. cum*
inter, & vtrobique Doct. de except. & in ſpecie proponen.
exceptionem recuſationis Iudicis eſt *text. in d. cap. cum*
inter. Nam quando excommunicatus contemnit abſol-
6 ui, non debet audiri, etiam ſi ſit reus, *vt poſt Io. Cald.*
in cap. ab excommunicato de reſcript. Gemin. in cap. 1.
num. 10. verſ. & facit de reſcript. in 6. Felin. dicto cap.
intelleximus num. 8. in 7. declaratione, & poſt *Bar-*
bat. in cap. ſacris, de his, quæ vi met. cauſ. Hippolyt de Mar-
ſil. ſing. 360. num. 2. Petr. de Baiſ. in direct. elect. part.
2. cap. 10 num. 2. Suarez. de cenſur. diſput. 16. ſect. 4.
interrogat. 2. poſt princ. prout videtur contempſiſſe pars
7 Epiſcopi, dum monita in alia poſitione diſtulit petere
abſolutionẽ; & hoc eſſe commiſſum arbitrio Iudicis Ec-
8 cleſiaſtici ad effectum, vt excommunicatus ſubmittas
ſe obedientiæ Sedis Apoſtolicæ, *Modern. Rom. tractat.*
de cenſur. tom. 1. lib. 2. diſput. 3. cap. 2. lit. E. in fin.
cum ſeqq. Quò verò ad Capitulum de recurſu apparet
ex datis *in ſummario Epiſcopi*. Non obſtat quòd fuerint
in alia cauſa coram prouiſore Placentino ſuper iure, ſeu
poſſeſſione eligen. Nuncium inter Capitulum, Perti-
gherios, & Officiales Eccleſiæ. Quia ſufficit, quòd ex-
9 cõmunicatio fuerit incurſa in vna cauſa, ad hoc vt poſ-
ſit denegari audientia in alia, *cap decernimus de ſent. ex-*
commun. cap. 1. de ſent. excomm. in 6. Feder. de Sen. conſ.
116. Vgolin. de cenſur. tab. 1. cap. 13. §. 2. num. 2. & per
tot. Minus obſtat, quòd dictus recurſus non afficiat Ca-
10 pitulum, tamquam habitus nomine plurium, & ſic ra-
tione incertitudinis, vt fuit dictum *in Calaguritana fru-*
A *ctuum 19. Martij 1608. coram bon. mem. Scotto* A, &
11 in alijs allegatis; quia cum Capitulum ſit in ſpecie, imò
principaliter nominatum, non excuſatur, *Rota in Pam-*
pilonen. Prioratus 5. Maij 1603. coram S. D. N. tunc
Rotæ Auditore, in Auxien. parochialis 10. Decembris 1606.
coram Reuerendiſſimo Lugdunen. impreſſ. inter recent. de-
ciſ. 191. num. 5. part. 2. & mandatum, ſeu quòd recur-
ſus habitus fuerit nomine Capituli, præſumitur ex præ-
dictis. Non obſtat denique, quòd ſcriptura recurſus
non ſit in forma probanti; nam quoad recognitionem,
12 illa poteſt fieri quandocunque, *Caputaq. deciſ. 5. num.*
5. part. 3. Seraph. deciſ 1407. num. 3. part. 2. cum rela-
tis in Romana cenſus 4. Iunij 1618. coram me; quatenus
verò opponebatur de non legitima extractione, Rota
13 de ſtylo ſolet in his adhibere fidem ſcripturis etiam in-
formibus, & minùs legitimè extractis, propter difficul-
tatem illas extrahen. ſeruatis ſeruan. *Seraph. deciſ. 1094.*
num. 2. & fuit dictum in dicta Romana legati, ſeu dene-
gationis audientiæ 15. Ianuarij 1620. coram me; vbi plures
aliæ referuntur.

Et ita fuit vtraque parte informante deciſum.

A *Rot. deciſ. 534. num. 8. in fin. part. 1. recent.*

Bononien. Dotis.

Mercurij 2. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Cauſæ executiuæ in Vrbe cognoſci nequeunt ab alijs iudicibus, quàm Auditore Cameræ: niſi per commiſſionem, in qua tradita ſit ſpecialis facultas executiuè procedendi.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè procedi non poteſt in tribunalibus Vrbis, niſi in tribunali A. C. & quòd inſtrumentum, cuius vigore agitur, contineat pactum agendi executiuè, vel ſit guarantigiatum, & num. 4.*

2 *Cauſæ executiuæ cognoſci nequeunt ab alijs, quàm ab A. C. niſi per commiſſionem, in qua tradita ſit ſpecialis facultas executiuè procedendi.*

3 *Obligationem Cameralem exequendi facultas non venit ſub clauſulis generalibus, ſed requirit ſpecialem expreſſionem.*

4 *A. C. non reaſſumit cauſas agitatas extra Vrbem vigore Cameralis obligationis.*

6 *A. C. facultates non comprehendunt ſolùm obligationem Cameralem, ſed quamcunque aliam, cuius vigore agi poteſt executiuè.*

DECISIO DXXXVII.

1 RECESSERVNT DD. à deciſione
facta 16. Martij 1620. in qua fuit re-
ſolutũ, quòd Co. Aloyſius poſſet age-
re executiuè in Rota contra hæredes
Claudiæ eius vxoris, pro lucro dotali
in inſtrumento conuento, in quo ex-
preſsè fuit actum de illud conſequen.
via executiua; & dixerunt, obſtare facultates A. C. in
§. ita, vt tu. Conceditur enim illi ſoli facultas cogno-
ſcen. & deciden. cauſas obligationis Cameralis, & alias
executiuè, ibi relatas, cum indiuidua, & ſpeciali inhi-
bitione quibuſcunque Iudicibus, etiam Romanæ Curiæ,
in illis proceden. ſeu ſub quouis quæſito colore directè,
vel indirectè ſe intromitten. ſub cenſuris, & pœnis in
dd. facultatibus contentis: & cum facultate illas reaſ-
ſumen. & clauſula annullatiua proceſſuum, & aliorum, &
decreto irritanti. Quæ iuriſdictio priuatiua in obliga-
tionibus Cameralibus confirmata fuit per reformatio-
nem fel. rec. Pauli Quinti ſub *Rubr. de Aud. Cam. in §.*
2 *vt tollantur fol.* 11. Ideoque cum in commiſſione Ro-
tali, de qua infra, non adſit clauſula, executiuè proceden.
vtique obſtant dictæ facultates, *Rot. in Rom. fructuum*
24. Maij 1599. corã Litta, quæ eſt 73. impreſſ. per Modern.
poſt. tract. de oblig. Cameral. & 31. Ianuarij. 1600. quæ
3 *eſt 75. vbi ſupra*; & facultas exequen. Cameralem obliga-
tionem non venit ſub clauſulis generalibus, ſed requirit
ſpecialem expreſſionem *Rot. coram Sanctiſſimo D. N.*
tunc Rotæ Auditore in Bononien. cenſus 10. Decembris
1607. in d. tract. 122. & ſeqq. & dd. facultates A. C.
4 non ſunt reſtrictæ ad obligationem Cameralem, ſed cõ-
prehendunt etiam guarentigiatam. *Rota in Romana*
attentatorum *coram Penia 4. Iulij 1601. quæ eſt deciſ.*
5 *120. num. 6. inter impreſſ. vbi ſupra*. Non obſtant fun-
damenta deciſionis. Nam primum, quòd facultates A. C.
non ſe extendant ad tribunalia extra Vrbem, in quibus
exequutiuè proceditur, & à quibus A. C. non reaſſumit,

& quod cum iam fuerit ad inſtantiam hæredum auocata à Tribunali Gubernatoris Cenci, in quo erat locus viæ executiuæ, tàm ex forma dicti pacti, quàm etiam instrumenti, non intrant dd. facultates, ex regula ſubrogatus, &c. Quia non ſubſiſtit, quòd Rota fuerit ſubrogata loco Gubernatoris Cenci; cum de tempore datæ commiſsionis Rotalis nullum eſſet cœptum iudicium coram Gubernatore: ſed de tẽpore executæ citationis, & inhibitionis Rotalis erat cœptum ad inſtantiã Cõmunitatis ſuper immiſſione, ſeu aſſociatione ad poſſeſſionem bonorum Claudiæ, vigore clauſularum, de quibus in inſtrumento, pro conſequen. d. lucro dotali. Et ideo commiſſio non poteſt dici auocatoria cauſæ, quæ non pẽdebat, & eſt tanquam in prima iactationũ, & diffamationum, cum clauſula, *dummodo non ſint iudiciales*, nec vllam facit mentionem obligationis, ſeu clauſulæ executiuæ. Minùs, quòd facultates A. C. ſint reſtrictæ ad obligationem Cameralem in forma iuris, Ripæ, Ripettæ, & non comprehendant alias obligationes executiuas, prout eſt iſta, de qua agitur, vigore pacti. Nam imò verba facultatum in dicto verſic. *ita vt tu*. vlterius progrediuntur, ibi, *ac etiam in alijs obligationibus, in quibus etiam abſque obligatione in forma Cameræ debitores conſentiunt in mandatum executiuum, &c. & quarum obligationum, vel conſenſum vigore in alijs tribunalibus executiuè per relaxationem mandatorum proceditur*.

Et propterea ita deciſum.

Veliterna bonorum.

Veneris 4. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Teſtes ad probandum valorem, ad effectum læſionis, qualiter deponere debeant,

SVMMARIVM.

1 *Læſionem debet plenè, & concludenter probare, qui in ea ſe fundat, præſertim ad reſciſſionem contractus.*
2 *Contractus habet pro ſe præſumptionem iuſtitiæ reſpectu pretij.*
3 *Decretum Iudicis in ſubhaſtatione interpoſitum, habet præſumptionem pro ſe.*
4 *Teſtis deponens de valore plurium corporum terrarum in confuſo non probat læſionem, ſi iſta corpora fuerint de per ſe per diuerſa inſtrumenta deliberata.*
5 *Valorem totius rei teſtis ſcire non poteſt, niſi ſciat partium integralium.*
6 *Aeſtimatio ſumi debet à tota re, non à ſingulis partibus.*
7 *Teſtis deponens ſuper valore, reddendo rationem,* per hauerui lauorato, e metuto, *non probat valorem, ſed potiùs fertilitatem.*
8 *Valor vt ex fructibus per teſtes concludatur, eſt probanda quantitas fructuum percipi ſolita, computato vno anno cum alio, & quòd aliæ tenutæ eoſdem fructus reddentes in eadem regione communi æſtimatione vendi, & emi conſueuerunt pro tanto pretio.*
9 *Læſionem ad probandam teſtis debet percutere tempus ſubhaſtationis, non autem tempus litis.*
10 *Valor non probatur per teſtem deponentem per verba,* poteua valere, *& per verba,* in circa, *tanquam dubitatiua.*
11 *Valor rei vt probetur, teſtis debet deponere, quòd res tanti empta, & vendita fuiſſet.*
12 *Valor non probatur per teſtes deponentes de proprio iudicio; etiam ſi eſſent periti, num. 23.*
13 *Teſtis vnicus non probat.*
14 *Valorem rei probare non poteſt, ignorans illius quantitatem.*
15 *Valor terrarum temporis ſpatio præſumitur mutatus.*
16 *Teſtis deponens de valore, debet etiam non interrogatus reddere ſui dicti rationem, quæ concludat communem æſtimationem. Declara, vt num. 24.*
17 *Valor non probatur per teſtes, qui in eorum depoſitionibus non habuerunt rationem, quòd bona vendita fuerunt ad ſubhaſtationem, & quòd debitor erat inuolutus debitis, nec fuit datus fideiuſſor ad defenſam.*
19 *Locatio non probat valorem.*
20 *Statutum Vrbis non attenditur quando in loco adeſt ſtatutum particulare.*
21 *Statutum Veliternum poſt decennium excludit læſionis remedium.*
22 *Valor rerum, ad effectum reſciſſionis contractus ex capite læſionis, de quo tempore probari debeat.*

DECISIO DXXXVIII.

COMMISSA per fel. mem. Paulum V. ad inſtantiam Arthemiſiæ, & Oroſiæ ſororum, filiarum & hæredum q. Petri Pauli cauſa in Rota in petitorio tantùm ſuper recuperatione terrarum, de quibus agitur, & reſoluto 15. Nouembris 1619. quòd dictæ mulieres dd. terras prætendentes ex perſona patris haberent intentionem fundatam, bona videlicet fuiſſe d. Petri Pauli; & propoſito 26. Iunij anni præteriti dubio, an ſubhaſtatio illorum q. Dario eſſet nulla, vel læſiua, reſtricta fuit difficultas ad læſionem, & hodie reſolutum fuit de illa non conſtare. Nam dictæ mulieres actrices
1 tenentur illam concludenter probare ex regulis communibus, & vulgaribus in hac præſertim materia, in qua agitur de reſciſſione contractus *ad gloſ. & Doct. in l. 2. C. de reſcind. vend. in cap. 3. de empt. & vend. Natt. conſ.* 650. *num.* 8. cum contractus habeat pro ſe præ-
2 ſumptionem iuſtitiæ pretij, *Rot. in Romana Caſalis 19. Iunij* 1595. *coram Litta, quæ eſt deciſ.* 553. *par.* 4. *diuerſ. Card. Seraph. deciſ.* 1462. *in princ.* & præſumptio fit pro
3 Iudicis decreto in ſubhaſtatione interpoſito, *Pantaleon de Crem. in d. l.* 2. *poſt num.* 308. *Rot. deciſ.* 648. *in princ. par.* 1. *recent.* Quòd autem talis læſio non fuerit probata, ſatis viſum fuit DD. conſtare. Nam quatuor teſtes, ſuper quibus conſiſtit potiſſimum fundamentum, non probant, vt ex diſcurſu eorum depoſitionum. Primus enim iuxta 18. & ſuper articulis dicit, quòd bona articulata, quæ ſunt tria corpora, videlicet, hortus, pratum, & ager, nuncupatus *Collepouero*, omnia videlicet, ſimul iuncta de tempore ſubhaſtationis, *poteuano valere ſcudi* 750. *in circa*, & reddit rationem, *per hauerui lauorato & metuto in detti terreni*, & iuxta 27. *perche ſono in buon luogo, fruttano bene, & ſono tenuti buoni publicamente, & ſono della medema bontà, che erano* 30. *anni ſà*. Primò deponit de valore omnium dictorum
4 trium corporum in genere, & in confuſo, quæ tamen diſtincta, & ſeparata, ſubhaſtata fuerunt per diuerſa inſtrumenta, & diſtinctis pretijs; & ideo, cum non deponat de valore diſtincto, non poteſt ſcire valorem omnium corporum: ſicuti teſtis non poteſt ſcire valo-
5 rem totius, niſi ſciat partium integralium, *Aldobr. conſ.* 60. *num.* 23. *&* 25. *in fin.* & ſicuti, quando res eſt æſti-
6 manda, tota æſtimatio eſt facienda ſimul, & non per partes, *l. Mauius §. fin. ff. famil. hercisc. Surd. deciſ.* 155.

num. 5. Secundò, non reddit rationem ſufficientem,
7 per hauerui lauorato, & mituto, iſta enim ratio poſſet
concludere quoad ſœcunditatem, & fertilitatem dd.
terrarum, ſed non quoad valorem. Alia verò ratio
iux. 27. che ſono in buon luogo, fruttano bene, & ſono tenu-
ti buoni publicamente, nihil concludit; quia ad hoc vt te-
8 ſtes ex fructibus concludat, valorem, eſt proban. quan-
titas fructuum percipi ſolita vno anno cum alio com-
putato: & quòd in regione, in qua poſitæ ſunt terræ,
predia ſimilis redditus conſueuerunt emi, & vendi com-
muni æſtimatione ad rationem tanti iuxta Practic.
Bart. in d. l. 2. C. de reſcind. vend. num. 19. verſ. eſt ergo
& num. 23. poſt Odofr. num. 2. & Bellapert. in fin. Bald.
num 55. Imol. in cap. cum cauſa num. 17. verſic. ſi au-
tem, de empt. & vendit. poſt Butr. ibi, Felin. in cap. cum
cauſam num. 1. de teſtib. Gabr. conſ. 168. num. 114. lib.
1. Aldobr. d. conſ. 60. num. 25. Rota in dicta Romana ca-
ſalis coram Litta; inſuper teſtis loquitur inſpecto præ-
ſenti tempore, ibi, ſono in buon luogo, fruttano bene,
& ſono tenuti buoni publicamente: cum tamen debeat
A percutere tempus ſubhaſtationis A, iux. gloſ. & com-
9 muniter Doct. in d. l. 2. & ibi Bart. & quatenus dicit,
ſono della medeſima bontà, che erano 30. anni ſa, vltra
quòd non deponit de valore, nec de fructibus 30. annis
elapſis, non percuteret etiam tempus ſubhaſtationis,
quæ fuit del 1593. nec etiam de communi valore. Ter-
10 tiò deponit per verba dubitatiua ibi, poteua valere,
& de ſimilibus verbis Seraph. deciſ. 1462. num. 3. circa
fin. & per alia verba, in circa, quæ reddunt probatio-
nem dubiam cap fin. vbi Butr. num. 4. Abb. num. 3. Alex.
de Neu. num. 2. de deſponſ. impub. Alex. conſ. 149. num.
17. lib. 5. & 217. num. 10. lib. 7. & valorem non pro-
bant Curt iun. conſ. 144. num. 3. & 4. lib. 1. & dum
11 dicit, quòd dictæ terræ ſimul iunctæ, communemente
ſi teneua in detto luogo, che foſſero del valore ſodetto, inſie-
me con li ſodetti prati, & pezzo di terra, nihil facit: quia
teſtis debet deponere, non ſolùm de communi valore,
ſed quòd communiter tanti emptæ, & venditæ fuiſſent
iuxta not. in dicta l. 2. & dicta l. pretia rerum.
Secundus verò teſtis deponens de valore communi,
inſpecto tempore ſubhaſtationis, & diſtinctè cuiusli-
ber corporis reſpectu agri nuncupati, Collepouero, de-
ponit, quòd per annos 3. 4. 5. 8. 10. ante ſubhaſta-
tionem, & poſt, ſi diceua communemente, che valeua
ducento ſcudi in circa, & che communemente ſi ſarebbe an-
co venduto: & ſic de auditu de d. tempore, & non de
communi æſtimatione, & quòd tanto pretio commu-
niter fuiſſet emptus, & venditus: & dum dicit de pu-
blica voce, & fama in Ciuitate Veliterna, loquitur
per verba præſentis temporis, ibi, & di ciò n'è publica
voce, & fama, alia verò ratio, quòd fuit laborator di-
uerſis annis, tanto à legare il fieno, quanto à mieter il gra-
no, non videtur concludens ex ſupradictis. Et quicquid
dicat teſtis ſuper articulis, videtur deſtruere totam il-
lius depoſitionem, dum iuxt. 24. dubitatiuè loquitur
12 per hæc verba, poteua valere ex ſupradictis, & à mio giu-
ditio, qui non probat, Card. Seraph. deciſ. 1377. in princ.
& deciſ. 836. num. 3. & 4. & deciſ. 1462. num. 3. & in
B Spoletana prediij deciſ 648. par. 1. in recent. num. 3. B,
13 & in omnem caſum ſi aliquid concludenter deponeret,
remaneret vnicus, & non probaret, ad cap. licèt, de teſtib.
Tertius verò teſtis nihil penitus concludit, imò expreſ-
sè negat, ſcire valorem de dicto tempore, ſed ſolùm,
quòd publicè dicebatur, quòd Darius emerat viliori
pretio. Quartus etiam deponit de proprio iudicio:
vt in d. ſummario de Torrutijs num. 6. & ſumm. mulie-
14 rum num. 1. vbi quartus dicit, ſe ignorare quantitatem
horti, & ideo non poteſt probare valorem, Alex. conſ.
54. num. 4. & 5. lib. 6. & fuit dictum in Anconitana
terrarum 17. Martij & 21. Aprilis 1589. coram Platto,
Seraph d. deciſ. 1377. num. 4. & 5. et 1462. num. 4. et
fuit dictum in Romana domorum 4. Iulij 1612. coram
C Sanctiſsimo D. N. C, nec quòd bona fuerint minori,
vel maiori pretio vendita, quàm fuerit repertum. Ad-
ditur etiam contrarietas in iſtis omnibus teſtibus, quia
15 duo ex ipſis, videlicet primus, & quartus deponunt, dd.
bona mutaſſe valorem à pluribus annis citra; ſecun-
dus verò, & tertius totum oppoſitum, vt in d. ſumm.
de Torrutijs num. 1. quæ contrarietas fuit in puncto cõ-
ſiderata in d. deciſ. 553. circa princ. part. 4. & eſt alie-
num ab omni veriſimilitudine, quòd terræ tanto tem-
poris ſpatio valorem non mutauerint, vt conſideratur
in dicta Romana domorum coram Sanctiſſ. D. N. Ad-
16 debatur etiam, quòd teſtes in hac materia ſenſu non
perceptibili debent reddere rationem ſui dicti, etiam
D non interrogati D, Bart. in tract de teſtib. nu. 6. Caſtren.
in lege falcidia, §. corpora num. 3. ff ad l. falcid. Alex. in l.
pretia rerum, num. 12. ff eod. tit. Abb. in cap. cum cau-
ſa 42. num. 3. verſ. faciet ergo, Aretin. num. 6. Felin.
num 1. de teſtib. Caſſad. deciſ. 19. num. 3. ſuper reg. et
Rota in dicta Spoletana 648. num 4. quæ ratio debet cõ-
cludere communem æſtimationem, vt poſt omnes in d.
l. 2. & d l. pretia rerum, Abb. in d. cap cum cauſam, de
17 teſtib. et ibi Felin. num. 1. verſ. in gloſ. 2. prout etiam,
quòd teſtes non habuerunt rationem, quòd bona ven-
dita fuerunt ad ſubhaſtationem, & debitor erat im-
plicitus debitis, nec fuit datus fideiuſſor ad defenſam
ex cumul per Surd. conſil. 451. num. 33. & ſeq. & vlte-
riùs Darius emptor fuit coactus vigore Bullæ fel. rec.
Clementis VIII. & literarum Congregationis; quorum
omnium erat haben. ratio, ex prædictis, & fuit dictum
in Romana fideiuſsionis 15. Martij 1617. coram bon.
mem. Andrea. Et hoc innuit ſecundus teſtis, dum de-
ponens de horto ſuper primo dicit, ſi ſarebbe anco venduto
per queſto prezzo, quando foſſe ſtato venduto da particolari;
quaſi quod voluerit dicere contrariũ in venditione per
18 ſubhaſtationem. Non obſtant duæ locationes, quę dan-
tur in ſumm. mulierum n. 9. quia (præterquàm quòd ſunt
de horto tantùm ad rationem ſcut. 15. ſingulis annis)
certum eſt, locationem non probare valorem, vt fuit
dictum in dicta Romana domorum circa fin. coram San-
ctiſſimo 9. Aprilis, & dicta die quarta Iulij 1612. in Ro-
mana reſtitutionis domuncularum 22. Iunij 1609. coram
Reuerendiſsimo Attrebaten. Rot. deciſ. 65. num. 24. par.
19 2. diuerſ. Non obſtat, hortum eſſe quantitatis Capi-
ciorum 27. & 15. prout fuit venditus. Nam id ſolùm
peritus mulierum deponit, qui cum diſcordet ab alio
perito, & à teſtib. necnon ab inſtrumentis, & articulis
productis per dd. mulieres, non videtur attendendus,
& fuiſſet locus electioni tertij; & quatenus etiam at-
tendenda eſſet hæc relatio, non dicit, quòd ſit 27. Ca-
piciorum, ſed tantum 19. ſummario mulier. num. 4. di-
cit enim, hortum eſſe Capiciorum 19. & il foſſo, &
macchia di Capezzi otto in circa, quæ relatio reſpectu foſ-
ſati, & macchiæ non eſt attenden. cum nulla ex eis vti-
litas deſumatur, & venditio non fuerit facta ad menſu-
ram capiciorum, ſed non expreſſo eorum numero, vt
ex lectura inſtrumentorum. Neque hoc caſu videtur
20 intrare ſtatutum Vrbis, quod contentatur læſione in
tertia tantùm parte: cum in Ciuitate Veliterna adſit
ſtatutum particulare, quòd in materia l. 2. C. de reſcind.
vend. procedatur ſeruata forma iuris, & ſtatuti; & fa-
cit deciſ. 330. num. 3. part. 2. diuerſ. imò quòd ſtatutum
21 Veliternum poſt decennium excludit remedium d. l. 2.
vt d. ſummario mulierum num. 7. Accedunt teſtes pro
Torrutijs examinati, qui deponunt de valore iſtorum
ho-

bonorum ferè iuſt. quantitatem, qua fuerunt ſubhaſtata, vt in ſummario teſtium datorum in alia poſitione num. 4. quibus licèt ſigillatim reſpondeatur pro mulieribus, quatenus ſunt contrarij teſtibus ipſarum: tamen ſat eſt, quòd ex eis reddatur turbida, & minùs concludens probatio læſionis; cum præſumptio ſtet pro inſtrumento ſubhaſtationis publicè factæ, poſſeſſio emptorum per tot annos, approbatio etiam mulierum, quando petierunt, ſolui ſibi reſiduum, quod ſupererat de dicto pretio, poſtquam Communitas creditrix erat ſatisfacta, prout dictum reſiduum obtinuerunt in ſummario dictorum de Torrutijs num. 8.

Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A Quando agitur de reſciſſione cõtractus ex capite læſionis,
22 valor fructuum probari debet de tempore contractus, *Bart. in l. 2 num 16. Caſtren in fin. & Cagnol num 218. C. de reſcind. vendit. Pariſ. conſil. 128. num. 35. lib. 1. Aldobrand. conſil. 60. num. 24. cum alijs per Rot deciſ. 18. num. 4. part. 2. diuerſ & in Tiburtina læſionis 3. Martij 1625. coram bon. mem. Dunozetto ſeniori*; nec ex probatione valoris de vno tempore infertur ad aliud, *Seraphin. deciſ. 1073. num. 9. Gregor. XV. deciſ. 570. num. 6.* in hac tamen materia diſtinguendi ſunt duo caſus, prout diſtinxit *Rota in illa Tiburtina caſtri Arſularum coram Penia, quæ eſt deciſ 825. part. 4. diuerſ* Primus eſt, quando agitur de probando valore rerum mobilium: & tunc debet præcisè probari de tempore venditionis ad effectum reſciſſionis, vt docuit *Bart. in l vnic num. 31. C. de eo, quod int. & ibi Rebuff. num. 503.* non eſt tamen neceſſarium, quòd teſtes referant ſe in indiuiduo ad diem contractus, *vt per Rot. d. deciſ. 825. n. 2. ad fin.* Secundus caſus eſt, quando agitur de probando valore rerum immobilium, & tunc non eſt præcisè inſpiciendum illud tempus, quo celebratus fuit contractus, ſed etiam tempus anterius, & poſterius per aliquot annos, *Bart. in l. pretia rerum, num. 3. & Alexand. num. 10. ff ad leg falcid idem Bart. in l ſi ſeruus, l. 2. num. 7. ff. de condict. furt. & in d l. vnic. num. 31. C. de eo, quod int Afflict deciſ 316. num 6.* egregiè *Rota deciſ. 65. num. 13. & duob ſeqq part. 2. diuerſ.* in qua reprobatur Cagnol. *contrarium ſentiens d l 2. d. num 218. & nu. 238. C. de reſcind. vendit & d deciſ. 825. num. 3. par. 4. diuerſ. in Romana reſciſsionis contractus 30. Octobris 1602. coram bon. mem Cardinali Pamphilio ſeniori, apud Marcheſ. de commiſſ. part. 3. pag. 20. num. 1. & in Anconitana terrarum 28. Maij 1608. coram Illuſtriſsimo Cardinali Pamphilio iuniori, quæ eſt deciſ. 256. num. 2. poſt. 2. vol, conſil. Farinac.* non eſt tamen inſpiciendus valor vnius anni tantùm, ſed per quinque annos ante, & per quinque poſt *Achill deciſ. 24. de probat. Put. deciſ. 374. num. 3. lib. 3. in correct. Sarnen. in reg. de valor. quæſt. vlt. Mandoſ. in reg. 22. de vnion. quæſt. 5. num. 2. Seraphin. deciſ 1340. num. 1. & fuit dictum in Cremonen. prioratus 28. Iunij 1627. coram Reuerendiſsimo D. Decano, & in Bononien legati de Mareſcottis 30. Aprilis 1629. coram R. P. D. Dunozetto iuniori*, Verùm Rota etiam tenet, ſufficere probationem per aliquot annos ante, & poſt, etiam ſi non ſit quinquennium, cum id potius remittatur arbitrio Iudicis, vt per *Gregor. Lopez. tit. 5. leg. 56. gloſ. 5. & 6. Rot. d. deciſ. 825. num. 4. part. 4. diuerſ. & in Romana nullitatis permutationis 24. Martij 1628. coram R. P. D. Vbaldo iuniori*, in qua fuit dictum, quando agitur de probatione valoris fructuum, & reddituum beneficij, ad effectum videndi, an poſſit ex illis rector ſuſtentari, non eſſe neceſſarium decennium, ſed ſufficere probationem de tempore datæ gratiæ, & per duos annos ante, & annum poſt. Quando tamen materia eſt obiectiua, vt quando agitur de priuando aliquem beneficio, requiritur probatio decennalis, *Seraphin. deciſ. 485. num 1. Rot deciſ 189 num. 1. & 4. part. 1. diuerſ & in d. Romana nullitatis permutationis coram R. P. D Vbaldo.*

B *Gregor. XV. deciſ. 553. num 9. Rot. deciſ 742. num. 4. in fin. par. 2. recent & in d Bononien legati de Mareſcottis 30.*
23 *Aprilis 1629. coram R. P. D. Dunozetto iuniori*, in qua fuit dictum id procedere, etiam ſi teſtes eſſent periti: & allegantur aliæ deciſiones *in Eſina damnorum, & intereſſe 3. Decembris 1601. coram Cardinali Lancellotto iuniori, & in Romana reſciſsionis contractus 30. Octobris 1602. coram Cardinali Pamphilio ſeniori.*

C *Rot. deciſ. 20. num. 3. part. 2. recent. & deciſ. 100. num. 5. poſt 2. vol. conſil. Farinac. & in d. Bononien. legati de Mareſcottis 30. Aprilis 1629. coram R P. D. Dunozetto iuniori.*

D Declara id procedere, quando teſtes deponunt ſuper va-
24 lore domus, vel fundi, vel alicuius rei mobilis pretioſæ, quorum æſtimatio intellectu potiùs, quàm ſenſu corporis colligitur; ſecus verò, ſi deponant ſuper valore, & æſtimatione frumenti, vini, victualium, & ſimilium rerum conſiſtentium in numero, pondere, & menſura, in quibus non eſt opus magno diſcurſu; & ideo in his teſtis probat deponens, quòd res tantum communiter valuit, abſque alia ratione, ſi non fuerit interrogatus, *vt per Bart. in tract. de teſtib col 2. verſ. teſtis dixit in fin. num. 7. Aretin. & Felin in cap. cum cauſa. in princ. de teſtib. Cagnol. in d. l. 2. num. 237. C. de reſcind. vendit.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Hiſpalen. voti.

Veneris 4. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Liber Capituli an & quando probet.

SVMMARIVM.

1 *Iura approbaſſe cenſetur, qui contra ea nihil oppoſuit.*
2 *Liber ſcriptus ab inſtitore, & miniſtro probat contra principalem.*
3 *Liber officialis probat contra* Capitulum.
4 Capitulum *tenetur reddere rationem ſucceſſori de adminiſtratis Epiſcopali Sede vacante.*
5 *Liber priuati probat etiam pro ſcribente quoad veriſimilia.*
6 *Legalitas libri probatur ex teſtibus deponentibus, librum eſſe authenticum, eique plenam fidem fuiſſe adhibitam, & adhiberi: & vlteriùs ſi eum vti talem Iudex canonizet, & pars non contradicat.*
7 *Libri officialium* Religionis *Hieroſolymitanæ probant ad fauorem ipſius* Religionis.
8 *Libris* Capituli *circa intereſſentiam canonicorum ſtandũ eſt.*
9 *Libri* Capitulares *probant pro ipſo* Capitulo, *ſi Secretarius fuerit notarius.*

DECISIO DXXXIX.

ALIAS 11. *Decembris 1613. fuit coram R. P. D. Manzanedo* reſolutum, teſtes probare in dicto quadragenariam excludendi à voto familiares D. Archiepiſcopi in negotijs illum tangen. ſed quia pro D. Archiepiſcopo prætenditur, deductis temporibus, de quibus ſedes Archiepiſcopalis vacauit, non

conſtare de dicta quadragenaria, ad docen. de dictis tem-
poribus ſedis vacantis fuerunt compulſatæ partitæ li-
bri retenti penes computatorem Capituli, & ſub die
14. Februarij anni præteriti fuit deciſum, iura compul-
ſata eſſe in forma proban. & reſeruatum videri, An liber
originalis, à quo dicta iura fuerunt extracta, probet con-
tra Capitulum; DD. hodie affirmatiuè reſponderunt, &
in primis firmarunt, librum, de quo agitur, eſſe Capituli.
Quod probatur per citationem per Iudicem compulſo-
rem commiſſam contra Capitulum, & illius Procurato-
rem, cui fuit perſonaliter executa ad videndum peti, &
expediri mandatum compulſoriale contra Ioannem
Baptiſtam Herrera computatorem dictæ Eccleſiæ, ad
hoc, vt in die aſſignan. exhibeat coram dicto Iudice
librum originalem, in quo ſunt ſcripti introitus DD.
Archiepiſcoporum Hiſpalen. de qua *in ſummario Ar-
chiepiſcopi nu.* 1. & de dicto mandato *in ſummario Capi-
tuli num.* 4. In cuius citationis termino, & mandati cō-
pulſorialis deinde commiſſi executione Capitulum, cum
non oppoſuerit, dictum librum non eſſe ſuum, nec de
eius ordine cuſtodiri penes dictum Herreram compu-
tatorem, ſed eius nomine fuerint factæ aliæ, & diuerſæ
1 proteſtationes, videtur, vti ſuum approbaſſe; vt de
non contradicente ſcripturæ productæ *Cagnol. poſt alios
in auth. ſi quis in aliquo num.* 59. *C. de eden. Aym. conſ.*
150. *num.* 2. *Caputaq. deciſ.* 234. *num.* 2. *par.* 3. & in
his terminis *fuit dictum in Taruiſina Canonicatus* 1.
Martij 1599. *coram Corduba*; imò comparuit Procu-
rator dicti Io. Baptiſtæ allegan. eſſe impoſſibile, ſuo
principali dictum librum exhibere ſinè expreſſa licentia
Decani, & Capituli, cuius dixit Ioannem Baptiſtam eſ-
ſe ſolum miniſtrum: & nihilominus incontinenti metu
cenſurarum illum exhibuit, petendo extrahi id, quod de-
bebat, & reſtitui, &c. deinde fuit facta extractio parti-
tarum in primo folio deſcriptarum ad cauſam facien.
præſente procuratore Capituli; & vltra ſupradicta pro-
bant explicitè duo teſtes *in ſummario Archiepiſcopi num.*
4. qui deponunt etiam, ipſum eſſe notarium publicum
Apoſtolicum: & deducitur ex eiuſdem atteſtatione in
dicto ſummario num. 6. nec ex aduerſo controuertitur.
2 Hoc præſuppoſito ſuccedit concluſio, quòd liber ſcri-
ptus ab inſtitoribus, & miniſtris probat contra princi-
palem *Bald. in rubr. C. de fid. inſtr. num.* 6. *verſ. ſed hic
quæro, latè Stracch. de mercat. part.* 2. *num.* 65. *Pariſ.
conſ.* 47. *num.* 4. *lib.* 1. *Menoch de arbitr. caſ.* 92. *num.*
8. *& fuit dictum coram me in Romana participationis in-*
3 *ter recent.* 641. *num.* 6. *part.* 1. & de libro officialis con-
A tra Capitulum A, *Anchar. conſ* 44. *num.* 4. *verſ. reſtat
& num.* 5. *Felin. in cap. ad audientiam num.* 16. *de præſcr.
Aym. de antiq. temp par.* 1. *verſ. quod in libro, lim.* 2. *nu.*
6. *& fuit dictum in dicta Taruiſina feudi prima Martij*
1599. *coram Corduba, & R. P. D. Pamphilio, & in Hi-
ſpalen. Quintorum* 27. *Nouembris* 1617. *coram Reueren-
diſſimo Seleucien.* Cuius libri exiſtentia, & fides coadiu-
4 uatur ex veriſimilitudine, quia vacante ſede Capitulum
per ſe, & eius officiales gubernat, & adminiſtrat bona
totius Archiepiſcopatus, & tenetur reddere rationem
ſucceſſori, *cap. quia ſæpe, de elect. in* 6. *Clem. ſtatutum eo-
dem tit. latè Pauin. de off. & pot. Capituli ſed. vacant. quæſt.*
8. 2. *par. princ. num* 15. 16. *&* 17. & propterea ex ne-
ceſſitate officij computator debet adnotare tempus ſe-
dis vacantis, & repletæ, vt videatur quanto tempore
durauerit adminiſtratio; & ita ceſſat obiectum, quòd ſu-
per libro ſcripta fuerint non pertinentia ad officium
computatoris: & certum eſt, quòd libri etiam aliàs pri-
5 uati, fidem ex veriſimilibus in eo deſcriptis recipiunt
etiam pro ſcribente *Bald. in l.* 1. *num.* 11. *C. de eden.
Iaſ. in l. admonen. num.* 121. *ff. de iure iur. cum relat.
per Tiraq in præfat. l. ſi vnquam num.* 51. *C. de reuoc.
donat. Surd conſ.* 563. *num* 6. *& dictum fuit coram me*
6 *in illa Romana pecuniaria de Donis* 25. *Iunij* 1618. & tā-
dem legalitas prædicti libri ſatis viſa fuit probata ex
depoſitione duorum teſtium *in d. ſummario Archiepiſcopi
num.* 4. qui deponunt, dictum librū extitiſſe penes dictū
computatorem, & eſſe authenticum, & originalem,
in eoque ſcriptis adhibitam fuiſſe, & adhiberi plenam
fidem, & creditum: vt fuit etiam pronunciatum per
Iudicem compulſorem *in dicto ſummario num.* 5. cui
pronunciatæ pars Capituli præſens non contradixit, nec
ab ea reclamauit: quod pro legalitate fuit conſideratum
in dicta Taruiſina feudi, & in deciſione in hac cauſa fa-
cta 14. Februarij anni præteriti, & facit doctrin. *Bart.
in l.* 1. *num.* 5. *&* 6. *C. de relat. lib.* 11.

Et ita deciſum.

ANNOTATIO.

A Libri officialium Religionis Hieroſolymitanæ probant ad
7 fauorem ipſius Religionis, *Seraphin. deciſ* 1390. *num.*
2. *fuit dictum in Campanien Prioratus* 18. *Maij* 1618.
coram bon. mem. Seleucienſi in Aquitanien. Prioratus 19.
Aprilis 1624. *coram R. P. D. Pirouano, & in Meleuita-
na Prioratus Nauarræ* 18. *Februarij* 1628. *coram Illu-
ſtriſſimo Domino Cardinali Verili*, & libris Capituli circa
8 intereſſentiam Canonicorum pariter ſtandum videtur *Fe-
lin. in cap ad audientiam, num.* 16. *de præſcript. Anchar.
conſ.* 44. *num.* 5. *& deciſ* 619. *circa med. par.* 2. *recent.
& fuit dictum in Elnen diſtributionum* 25. *Iunij* 1629.
coram R. P. D. Durano, & fortius libri Capitulares
9 etiam pro ipſo Capitulo fidem facient, ſi fuerint tenti,
& rogati per Secretarium Capituli, qui fuerit Notarius,
vt firmauit *Rota in Burgen. quindenniorum* 9. *Martij*
1599. *coram Litta, & ſequuta eſt in Burgen. expen-
ſarum* 31. *Ianuarij* 1625. *coram R. P. D. Merlino.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Cappellaniæ de Toledo.

Lunæ 7. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Gratiam eſſe iuſtificatam, deducitur ex pluri-
bus, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Obitus probatur ex libro Parochi.*
2 *Gratia iuſtificatur ex confeſsione partis.*
3 *Literæ teſtimoniales probant clericatum, & diœceſim.*
4 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*
5 *Patrono Eccleſiaſtico ſex menſium ſpatium datur ad præ-
ſentandum.*
6 *Præſentandi ius poteſt diuidi inter canonicos.*
7 *Tabella retenta in ſacriſtia, in qua ſunt adnotata nomina
hebdomadariorum, & per Secretarium Capituli ſub-
ſcripta probat.*
8 *Teſtes de fama probant valorem per non exceſſum, præſer-
tim ſi redditus conſiſtat in diſtributionibus quotidianis,
& num.* 10.
9 *Valor iuſtificatur ex probatione ſemiplena.*
11 *Valor probatur etiam per vnicum teſtem, præcipuè ſi bonā
reddat rationem, & de publica voce, & fama atteſtetur.*
12 *Narratiua Papæ non debet iuſtificari, & an, & quando
pro-*

procedat num. 18. & ſeqq.
13 *Supplicatio producta probat diſpenſationẽ ſinè literis, quando non agitur de canonizanda gratia, & num 18.*
14 *Vitæ, & morum honeſtas probatur ex relatione examinatorum.*
15 *Valor per non exceſſum non probatur per teſtes affirmatiuè deponentes.*
16 *Beneficium non probatur vacaſſe apud Sedem, ex eo, quòd quis obijt in Vrbe, nam requiritur, quòd eſſet Curialis, & num. 21. & non ſufficit, quòd ſemel fuerit Curialis, niſi probetur continuatio Curialitatis vſque ad mortem, num. 25.*
17 *Subreptionis, vel obreptionis articulus debet diſputari ſeparatim à dubio aſsignato, an gratia ſit iuſtificata.*
19 *Supplicatio ſola, abſque literis, ſufficit ad obtinendam ſimplicem abſolutoriam.*
20 *Supplicatio ſola ſufficit, quando non agitur de cauſa terminanda, ſed ad effectum diſputationis dubiorum.*
22 *Beneficia vacantia in Curia ratione obitus, vel alterius reſeruationis, non dicuntur vacare apud Sedem, niſi concurrat ſimul qualitas Curialitatis.*
23 *Curialis quis dicatur.*
24 *Prothonotarij Apoſtolici creati à Legatis de latere non dicuntur Curiales.*
26 *Curialitas ſemel acquiſita præſumitur continuata vſque ad obitum, niſi probetur mutatio; ſufficit tamen aduerſus huiuſmodi præſumptionem leuior probatio, etiã per coniecturas, & alias præſumptiones, num. 27.*

DECISIO DXL.

GRATIAM Flaminij dixerunt Domini eſſe iuſtificatam. Primò, quoad
1 obitum Franciſci, qui Cappellaniam, de qua agitur, obtinebat de menſe Iulij anni præteriti, ex libro parochi *in ſummario Flaminij num. 7. Rot. deciſ. 605 num. 4. & 776. ſub num. 2. par. 2. in recent.* cũ adductis *in Panormitana Archipresbyteratus 5. Iunij præteriti coram me*, & ex teſtibus *dicto ſummario nu.* 8. quia Octauianus aduerſarius venit ex eadem va-
2 catione, euius cõfeſſio releuat ab onere iuſtificandi gratiam, *Aegid. deciſ. 268 Mantic. deciſ. 132. num. 1. Rot. inter recent. deciſ. 700. num. 2. part 1. & 309. num. 1. part. 2. & fuit dictum in eadem Panormitana Archipre-*
A *sbyteratus 27. Nouembris 1620. coram me.* A Secundò, quoad Clericatũ, & diœceſim Aſſiſien. ex qua fuit ortus, per literas teſtimoniales ſui Ordinarij, iuxta quas fuit
3 à Vicario Vrbis promotus ad presbyteratum *cap. 1. vbi Abb. num. 1. de cleric. peregr. Gram. deciſ 81. num. 1. Felin. in cap. poſt ceſsionem. num. 3. de præb. Seraph. deciſ. 713. num. 1. cum alleg. in Licien. beneficij 15. Ianuarij 1613. coram R. P. D. meo Verоſpio.* Tertiò, quoad nominationem de illo factam per Canonicum Turna-
4 rium infra legitimum tempus, ex publico inſtrumento *num.* 4. quod facie probationem probatam *iuxta vulg. doctr. Bald. in l. Imperator, num. 3. ff. de ſtat. hom. & in l. intereſt in vlt. not. C. de ſolut.* quod erat ſex menſium,
5 cũ ius præſentandi ſpectaret ad Eccleſiam *cap. vnic. §. fin. de iurepatr. in 6.* & ius præſentandi fuit inter Cano-
6 nicos diuiſum, vt fieri potuit, *Clem. plures*, vbi etiã *gloſ. verb. alternis vicibus, Anchar. num. 13. Imol. num. 2. de iurepatronatus.* Quartò, Canonicum Tedellinum, qui nominauit, ſeu præſentauit, fuiſſe in turno, ex cõfeſſione
7 aduerſarij, qui acceptauit nominationẽ eiuſdem Canonici, illius ius magnifaciendo: & ex tabella retenta in ſacriſtia ſubſcripta per Secretarium Capituli, ſuper qua ſunt adnotata nomina Canonicorum hebdommadariorum, cui creditur de ſpectantibus ad officium, *Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 45. §. 3. in fin. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 99. num. 3. & 4. Seraphin deciſ. 1390. cum alleg. in Campanien. Prioratus 18. Maij 1618. coram Reuerendiſsimo D. Seleucien.* & de ſimili tabella conſiderauit *Rota in Auguſtana Canonicatus 18. Aprilis 1603. coram Reuerendiſsimo D. Attrebaten. & in Baren. iuriſdictionis 16. Februarij 1609. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Sacrato.* Quintò, quoad valorem Cappellaniæ, ex teſtibus *in dicto ſummario num.* 10. qui licèt de fama, ſuffi-
8 ciunt ad proban. valorem per non exceſſum, *Put. deciſ. 29. lib. 1. Rot. deciſ 298. num. 1. part. 1. diuerſ. deciſ. 572. num. 3. & deciſ. 613. num. 2. part. 1. recent.* cum ſufficiat ſemiplena *Aegid deciſ. 675. Caputaq. deciſ. 277. num. 7. part. 1. Rot. deciſ. 436. part. 1. diuerſ. et deciſ. 17 num. 1. & 435. num. 8. part. 2. in recent. & fuit dictum in Carpentoraten. Prioratus 1. Iunij 1619. coram me*, & alias ſæpiſſimè. Præſertim quia redditus conſiſtunt in diſtributionibus, & ita communiter ſolet ex-
10 primi eorum valor in ſupplicationibus Apoſtolicis, vt ijdem teſtes deponunt; quod ſufficit ad ſatisfacien. regulæ de valore *Rot. in Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coram Cardinali Pamphilio. in Calaguritana penſionis 20. Decembris 1589. coram Penia, in alia Calaguritana deciſ. 572. ſub num. 3. part. 1. recent.* Sextò, quoad valorem trium beneficiorum obtentorum per non exceſ-
11 ſum in 68. ducatis, probatur ex teſte, quamuis vnico *in ſummario num.* 9. qui reddit bonam rationem, & etiam de publica voce, & fama: & ſufficit leuior, & qualis qualis probatio, *Aegid. deciſ. 683. Mantic. deciſ. 182. num. 8. Rot. deciſ. 10. num. 4. par. 2. recent. & fuit dictum in Ampurien. beneficij 4. Decembris præteriti coram me.* Nec videbatur obſtare, quòd non fuerit iuſtificata diſpenſatio narrata ſuper eo, quòd Flaminius eſſet natus ex ſoluto, & coniugata; quia vltra quòd iſta
12 fuit narratiua Papæ de facto propriu, ibi, *cum quo aliàs te diſpenſauimus, vt dicto num.* quæ probat, nec videtur indigere iuſtificatione, *clem. 1. de prob. Rot. deciſ 171. num. 3. part. 1. diuerſ. & deciſ. 361. num. 1. & 612. num. 3. in fin. part. 2. in recent. & fuit dictum in dicta Ampurien. coram me*, adhuc iuſtificabatur ex ſupplicatione ipſa diſpenſationis ſignata, & ex bulla diſpenſatio-
13 nis, quæ dantur *in ſummario num.* 12. & 13. & ſola ſupplicatio producta probat diſpenſationem ſinè literis,
B cum non agatur de canonizanda gratia, B *Caſſad. deciſ. 35. num. 2. ſuper reg. & deciſ. 8. de reſtit. ſpol. & deciſ. 2. de ſent. & re iudic. Caputaq. deciſ. 235. par. 3. Put. deciſ. 337. lib. 1. in nou. Rot. deciſ 503. num. 4. part. 1. in recent.* Cumque Papa de nouo ſecum diſpenſet ſuper iſto defectu, & pluralitate beneficiorum, & hęc gratia ſit anterior nominatione Octauiani facta: ſequitur, quòd Flaminio fuit plenè ius quæſitũ, quod non fuit ſublatum per poſteriorem nominationem *ex vulg.* Quoad vitæ, & morum honeſtatem ſufficiebat relatio examinato-
14 rum, ad quam ſe refert Papa ibi, *a dilectis filijs examinatoribus idoneus repertus fuit, dicto num.* 3. Nec facit in contrarium *deciſ. 257. num. 7. part. 1. in recent.* quia ſolùm dicit, vitæ, & morum honeſtatem, & idoneitatem fuiſſe ibi probatam ex examine, & teſtibus, non autem firmat, iſtam probationem per teſtes neceſſariò requiri: & accedit teſtimonium aduerſarij in literis dimiſſorialibus, quæ dantur *num.* 6. Sed tamen valor aliorum quinque obtentorum, necnon quatuor penſionum non iuſtificabatur, quia teſtes de penſionibus nihil
15 dicunt, de valore autem beneficiorum deponunt affirmatiuè, & ſic non probant, cum fuerit narratus per

non exceſſum, *Alex. conſ. 64. num. 7. lib. 1. Rot. deciſ. 589. num. 3. & 4. part. 1. in recent. & deciſ. 442. num. 1. part. 2. in eiſdem, & fuit dictum in Veliterna beneficij 11. Decembris* 1619. *coram me*, vbi aliæ referuntur. Excitabat etiam difficultatem vnus ex DD. quòd nar-
16 ratiua vacationis Cappellaniæ apud Sedem non probetur; quia licèt Franciſcus obierit in Vrbe, non tamen ſequitur, quòd beneficium Vrbis dicatur vacare apud Sedem, ſed requiritur, vt vacet per obitum Curialis, *Aegid. deciſ.* 655. qui loquitur in Cappellania Sancti Petri, *Simonetta de reſeruat. quæſt.* 30. *num.* 3. & in terminis noſtris allegabat deciſionem *in Romana Clericatus Sancti*
C *Petri* 17. *Nouembris* 1602. *coram Cardinali Pamphilio*. C
Quæ autem dicebantur de ommiſſa expreſſione, quòd Flaminius non eſſet verſatus in cantu firmo, iuxta for-
17 mam à fundatore præſcriptam, & quòd eſſet reprobatus à magiſtro Cappellæ iuxta ſtatutum Capituli, non fuerunt viſa DD. reſpicere dubium iuſtificationis gratiæ, ſed potiùs ſubreptionem, vel obreptionem, de qua erit particulariter viden. & in ſimilibus terminis, *fuit dictum in Illerden. Canonicatus* 5. *Iunij anni præteriti coram R. P. D. Vbaldo*, in qua fuit reſeruatus articulus ſubreptionis.

Et ita, vtraque parte informante, deciſum.

ANNOTATIO.

A Hac deciſione allegata dixit Rota *in Nullius Caſtri Durantis parochialis* 26. *Iunij* 1624. *coram bon. mem. Remboldo*.

B Sola ſupplicatio ſinè literis ſufficit, quando non agitur
18 de canonizatione gratiæ, vt præter hic allegatos *Gabr. conſil.* 190. *num.* 13. *lib.* 1. *Cardinal. Seraphin. deciſ.* 538. *num.* 4. & 775. *num.* 3. *Gregor. XV. deciſ* 540. *num.* 6. & *ibi Beltramin. lit.* C. & *infra deciſ.* 707 *num* 1. ſicut
19 etiam ſola ſupplicatio abſque literarum expeditione ſufficit ad effectum obtinendi ſimplicem abſolutoriam, licèt ſecus ad effectum adiudicationis, *Garz. de benefic. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 23. & 24. *Rot. deciſ.* 645. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* & *in Illerden. Canonicatus* 19. *Aprilis* 1624. *coram R. P. D. Pirouano*. Item Rota procedit ad diſputatio-
20 nem dubiorum cum ſola ſupplicatione abſque literis, etiã ſi in ea derogatum non fuerit regulæ 27. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis; quia derogatio prædictæ regulæ eſt neceſſaria, quando cauſa foret terminanda, & ferenda ſententia: ſecus verò ad effectum diſputationis dubiorum, quæ eſt actus merè extraiudicialis. Ita fuit reſolutum *in Conchen. beneficij* 10. *Iunij* 1624. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, vbi quòd ita ſeruatum fuerat in pluribus cauſis, & *in Neocaſtren. parochialis* 28. *Februarij* 1630. *coram R. P. D. Durano*, in qua aliæ ſunt relatæ.

C Beneficia Vrbis non dicuntur vacare apud Sedem, niſi va-
21 catio contingat per obitum Curialis Curiam ſequentis, vel occaſione illius in eadem morantis, non autem ratione originis, beneficij, aut domicilij, *vt eſt tex. in cap. præſenti* §. *ſanè, de præbend in* 6. & præter hic allegatos tradunt *Gonz. ad regul.* 8. *gloſſ* 13. *num.* 18. & 19. *Garz. de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 83. *latiſſimè Rota in Romana beneficiatus Sancti Petri* 8. *Aprilis* 1622. & 20. *Nouembris* 1624. *coram R. P. D Pirouano*, & *coram eodem in Romana Cappellania* 20. *Nouembris* 1628. licèt enim
22 beneficia vacantia apud Sedem dicantur etiam vacare in Curia; non tamen quæ vacant in Curia, vel ratione obitus, vel alterius reſeruationis, dicuntur vacare apud Sedem: ſi deficiat qualitas Curialitatis. *Sarnen. in reg de triennal. quæſt.* 31. *verſ.* & *ideo pro clariori Gonzal. ead. gloſſ.* 13. *num.* 49. & 50. *Rot. in Corduben. Cappellaniæ* 25. *Octobris* 1596. *coram Corduba*. & *in d. Romana beneficiatus Sancti Petri* 8. *Aprilis* 1622 *coram R P. D Pirouano*, & *coram eodem in dicta Romana Cappellania*. Curiales autem ad effectum prædictum dicuntur illi, qui Pa-
23 pæ, aut Cardinalibus, aut Officialibus Romanæ Curiæ inſeruiunt, aut aliàs occaſione Curiæ in Vrbe commorantur, *Mandoſ. ad reg.* 5. *Cancellar quæſt.* 1. *num.* 18. *verſ. concludo igitur*, *Rota deciſ* 616. *num.* 2. *part.* 4. *diuerſ in d. Romana beneficiatus Sancti Petri* 20. *Nouembris* 1624. *coram R. P. D. Pirouano*, & *coram eodem in d. Romana Cappellania*, in qua propterea fuit reſolutum, Prothono-
24 tarios Apoſtolicos creatos à Legatis de latere non dici Curiales; quia nullum officium, neque ſeruitium in Curia habẽt, ſed creati ſunt Notarij honoris cauſa tantùm; poteſtas enim omnimoda tàm in ſcribendis actis Martyrum, quàm in alijs functionibus, quæ priùs ad iſtos prothonotarios ſpectabat, ex conſtitutione Sixti Quinti, & aliorum Pontificum ſucceſſorum, conceſſa fuit Collegio Prothonotariorum participantium, priuatiuè quoad alios. Non ſufficit autem ad effectum prædictum, quòd quis ſemel fuerit
25 Curialis, niſi etiam probetur Curialitas continuata vſque ad mortem, *Ancharan. Archidiac.* & *Ioann. Monach. in d.* §. *ſanè Mandoſ in reg* 5. *Cancell. quæſt.* 3. *in fin. Rota in dicta Romana beneficiatus Sancti Petri* 20 *Nouembris* 1624. & 30. *Martij* 1626. *coram R. P. D. Pirouano*;
26 præſumitur tamen continuata vſque ad obitum, niſi mutata probetur, vt de familiaritate tradunt, *Sarnen. de impetr. benefic. per obit. famil quæſt* 13. *num.* 6. *Rot. deciſ.* 145. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* & de ciuitate *firmat Bart. in l. aſſumptio* §. *vlt. ff ad municip. Menoch. præſumpt.* 25. *num.* 3. & *præſumpt* 42 *num.* 12. *lib* 6. & in terminis de curialitate. *Mandoſ ſuper d reg.* 5. *quæſt.* 4. *in fin.* & *num.* 6. *verſ ad illud*, & *Rot. in d. Romana beneficiatus Sancti Petri coram R. P. D Pirouano*; verùm ad-
27 uersùs hanc præſumptionem admittitur leuior probatio, etiam per alias præſumptiones, & coniecturas, *vt poſt Alciat. de præſumpt reg.* 2. *præſumpt* 21. *num* 12. & 13. *Menoch. præſumpt.* 64. *num.* 65. *lib.* 4. *Rot in d. Romana beneficiatus Sancti Petri* 20. *Nouembris* 1624. & 30. *Martij* 1626. *coram R. P. D. Pirouano*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Cremonen. Penſionis.

Lunæ 7. Iunij 1621.

Argumentum ex ſummarijs colliges.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non præſumitur ſatisfactus, ex quo habuit in manibus bona debitoris, niſi probetur fuiſſe ad ſatisfactionem ſufficientia.*
2 *Clauſula præſeruatiua*, Saluis iuribus, &c. *intelligitur de non expreſſis.*
3 *Clauſula*, ſinè præiudicio, *intelligitur de alio præiudicio, quàm expreſſo.*
4 *Dictio, per altro, quid importet.*
5 *Solutio applicatur in debitum antiquius, & num.* 6. & *quando procedat.*
7 *Debitum antiquius quod dicatur.*

DE-

DECISIO DXLI.

DOMINI perſtiterunt in deciſis 27.
Ianuarij anni præteriti, videlicet D.
Epiſcopum, & modò illius hæredes
teneri RR. Monialibus S. Ciciliæ hæ-
redibus bon. mem. Cardinalis ad pen-
ſionem decurſam in feſto Natiuitatis
Dominicæ anni 1610. & placuerunt
rationes, & fundamenta deciſionis. Nam in confeſſo
eſt inter partes, quòd idem bon. mem. Cardinalis 9. Iu-
lij dicti anni 1610. reſignauit in manibus Sanctiſſimi Ec-
cleſiam Cremonen. de qua eadem die prouiſus fuit idē,
vt fuit firmatum *in Rota coram R. P. D. meo Pirouano*,
quæ eſt 278. *part.* 2. *in recent.* Prout etiam indubita-
tum eſt, quòd Kalen. Auguſti dicti 1610. fuit reſeruata
eidem Cardinali annua penſio ſcutorum 5000. ſoluen.
in feſto Natiuitatis Dominicæ, & S. Ioannis Baptiſtæ
anni ſubſequentis, & ſic deinceps; & quòd dictus Car-
dinalis obijt de menſe Februarij 1618. Vndè quemad-
modum D. Epiſcopus tenebatur ſoluere D. Cardinali
dictum terminum Natiuitatis Dominicæ del 1610. ita
& eius hæredibus, ſtantibus ampliſſimis facultati-
bus D. Cardinalis teſtan. vt dictum fuit in alia deciſio-
1 ne. Nec obſtat repetita exceptio, quòd D. Cardinalis
habuerit fructus dicti anni 1610. vſque ad feſtum ſancti
Martini, ex quibus ſatisfactus præſumitur. Nam hæc
ſatisfactionis præſumptio non habet locum, niſi con-
ſtet, dd. fructus poſt reſignationem ex ceſſione facta per
Epiſcopum perceptos fuiſſe ſufficientes ad ſoluen. pen-
ſiones antiquas Illuſtriſsimo D. Cardinali debitas de-
curren. in feſtis Natiuitatis Dominicæ dicti anni, & S.
Ioannis Baptiſtæ 1611. quæ importabant ſcut. 5000. &
ampliùs, ac ſcuta mille, & quingenta eidem Epiſcopo,
qui onera in ſe dicti Cardinalis accollauit; & ſic quòd
ſibi de propria penſione poſteriori ſatisfacere potuerit,
Seraphin. deciſ. 1455. *num.* 5. *Rota in Romana tutelæ de*
Boncompagnis 10. *Maij* 1616. *& S. Seuerini dotis* 18. *De-*
cembris 1619. *coram R. P. D. meo Vbaldo*. Imò ex diui-
ſione fructuum facta per deputatos à parte, & in con-
cordia inſerta, conſtat, perceptos à die 19. Iulij vſque
ad feſtum S. Martini, qui ad Epiſcopum ſpectabant, &
ceſſi fuerunt Cardinali, non fuiſſe æquiualentes dictis
oneribus: cum fuerint liquidati ad libras 25452. quæ
non efficiunt dictam ſummam ſcutorum 6500. vt ſupra,
& a Cardinali ſolutam Illuſtriſsimis penſionarijs, & ei-
dem D. Epiſcopo. Quæ tamen difficultas ceſſat ex cla-
riſſimis verbis eiuſdem concordiæ, in qua expreſsè fuit
conuentum, quòd D. Epiſcopus non poſſet prætendere,
ſe liberatum à ſolutione dictæ penſionis reſeruatæ, vt
in alia deciſione fuit dictum. Non obſtat alia clauſula
præſeruatiua: *Reſtando per altro le raggioni dell'vna, &*
l'altra parte per conto di detta penſione di ſcudi 5000.
nell'iſteſſo termine, che erano auanti la preſente concordia,
ſalue, & illeſe. Nam illa non corrigit expreſſam con-
2 uentionem factam ad fauorem Cardinalis ſuper ſolutio-
ne penſionis, ſed intelligen. eſt quoad alia non expreſſa,
Oldrad. conſ. 330. *in fin. Soccin. conſil.* 43. *num.* 6. *lib.* 4.
Alexand. conſil. 193. *num.* 6. *lib.* 6. *Sarnen. ſuper regula*
de iure quæſit. non tollen. quæſt. 1. *num.* 41. ſicut intelli-
3 gitur clauſula præſeruatiua, ſinè præiudicio, *Corn. con-*
ſil. 151. *num.* 29. *Creſcen. deciſ.* 4. *in fin. de iurepatrona-*
tus, Rot deciſ. 192. *num.* 5. *par.* 2. *in recent.* & expreſsè
4 demonſtrat illa dictio, *per altro, ad l. cum prætor, ff. de*
iudic. Ad aliam exceptionem, quòd, quatenus dicta
rata fuiſſet debita, obligatio D. Epiſcopi fuiſſet extin-
5 cta per ſolutiones deinde factas D. Cardinali per œco-
A nomos, quæ debent applicari in antiquius debitum; A
fuit in deciſione reſponſum, quòd etiam ſi dictus ter-
minus poſſet dici ſolutus, quod pro nunc non fuit per
DD. examinatum: nihilominus Cardinalis remanſiſſet
creditor vltimarum ratarum non ſolutarum, qui eſt ef-
fectus dubij primo loco diſputati; An in calculan. cre-
dito reſidui penſionis ſit habenda ratio termini Nati-
uitatis del 1610. quia nihil referre videtur, quòd Epi-
ſcopus remaneat debitor pro dicto primo, vel vltimis
terminis: maximè quia œconomi renunciaruut de men-
ſe Octobris 1618.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Solutio applicatur in debitum antiquius. *l in his, & l.*
6 *cum ex pluribus, ff de ſolut cum alijs per Corn conſ* 295.
num. 1. *verſ item concurrit, lib* 3. *& conſil* 128. *num.* 1.
lib. 4. *Pariſ conſil* 122. *num.* 7. *lib* 4. *Menoch præſumpt.*
136 *num.* 10. *& ſequen lib* 5 *Surd. deciſ* 186 *num.* 5. *&*
169. *num.* 9. *Rot deciſ* 113. *num* 3. *verſ. aut ſaltem, &*
7 *deciſ* 679 *num.* 6. *part.* 1. *diuerſ* Debitum autem antiquius
non conſideratur reſpectu celebrati contractus, ſed ſolu-
tionis faciendæ, *Bart in dict. l cum ex pluribus ſub num.*
2. *verſic & intelligo cauſam antiquiorem. ff. de ſolut Ruin.*
conſil 126. *num* 5. *lib.* 4 *cum alijs per Menoch conſil* 121.
num. 56 Verùm prædicta concluſio procedit, quando res
eſt omnino dubia, non autem quando adſunt aliquæ con-
iecturæ, ſeu circumſtantiæ in contrarium, *Roman. conſ* 94.
num. 2. *Rot. deciſ* 92. *num* 2. *&* 3 *& d. deciſ.* 679. *num* 6.
in fin. part. 1. *diuerſ. Gratian. diſceptat forenſ cap* 962.
num. 46.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Oſcen. penſionis.

Mercurij 9. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Penſionario datur manutentio in quaſi poſſeſ-
ſione exigendi penſionem, probata vnica ſo-
lutione, etiam contra ſucceſſorem, qui non
conſenſit reſeruationi. de qua ſufficit conſta-
re per ſolam ſupplicationem; & an impedia-
tur exceptione nullitatis, & qualis eſſe de-
beat huiuſmodi exceptio ad hunc effectum.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis, vel partis illius vnica ſolutio ſufficit pro quaſi poſſeſſione exigendi, non ſolùm contra titularem, ſed etiã illius ſucceſſorem.*

2 *Supplicatio ſola ſinè literis ſufficit, quando agitur poſſeſſorio pro manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, & num.* 3.

4 *Penſio ſoluta ante expeditionem literarum eſt nulla.*

5 *Nullitatis exceptio reſultans ex ventre literarum reſeruationis penſionis obſtat penſionario, ſiuè penſio petatur vigore literarum, ſiuè per viam manutentionis.*

6 *Decretum irritans inficit poſſeſſionem.*

7 *Nullitatis exceptio vt impediat ſolutionem penſionis, qualis eſſe debeat, & num.* 8.

9 *Nullitatis exceptio, quando agitur poſſeſſorio, debet eſſe talis, vt de ea conſtet ex eiſdem literis.*

10 *Manutentio exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, non denegatur exceptione nullitatis, de qua non*

con-

conſtat ex eiſdem literis.

11 *Penſionis ſolutio, ſufficit, quòd fiat literis expeditis, etiam quòd partes illarum expeditionem neſciuerint: quia ſatis eſt, quòd illam opinatæ fuerint.*

12 *Ignorantia, quæ verſatur circa modum, non circa potentiam purificatæ conditionis, non nocet.*

13 *Opinio concurrit cum veritate, & pro veritate habetur.*

14 *Exceptio, quòd penſio ſoluta fuerit paucos dies ante mortem titularis, reijcitur ad petitorium.*

15 *Morti proximus nō præſumitur, quòd voluerit Eccleſiam, ſiue ſucceſſorem grauare.*

DECISIO DXLII.

1 NON fuit dubitatum, quin ex vnica pē-
ſionis ſolutione facta per quondam
Petrum titularem, fuerit quæſita quaſi
poſſeſſio exigendi, ex trita concluſio-
ne, quòd vnicus actus ſufficit in in-
corporalibus; & in hac materia illam
tenet indiſtinctè Rota, etiam ſi agatur
contra ſucceſſorem, *vt in Regien. coram Orano* 26. *Iulij*
1598. & nouiſſimè *in Spoletana penſionis coram R. P. D.*
meo Vbaldo ſub die 11. *Iunij* 1619. *&* 1. *Iulij anni præ-*
teriti, in quibus etiam firmatur, ſolutionem partis con-
ſtituere in quaſi poſſeſſione totius. Quæ ſolutio fuit ve-
ra, & realis per numerationem pecunię coram Nota-
rio, & teſtibus; vt ex publico inſtrumento. Nec etiam
2 fuit dubitatum, quin ex ſola ſupplicatione, ſinè literis,
poſſit agi poſſeſſorio pro manutenen. in poſſeſſione exi-
gen. penſionem, *Rota in Antonitana penſionis* 10. *Iunij*
1587. *coram Platto relata per Garz. de benef. par.* 1. *cap.*
5. *num.* 446. & atteſtatus fuit Reuerendiſſimus D. meus
Decanus, ita audiuiſſe, & adnotaſſe de tempore ſui in-
greſſus in Rota à DD. Auditoribus antiquioribus, &
præſertim à bon. mem. Cardinali Pamphilio, & deinde
A ſeruari vidiſſe. A, Non obſtat *deciſ.* 4. *Achill. de reſcr.*
3 quia dixerunt, illam intelligen. quando nec ex ſupplica-
tione, nec ex literis conſtat de reſeruatione, vt per
Garz. ibid. num. 446. & ſuadetur etiam, dum ibi dicitur,
A. C. ſemper velle videre reſeruationem, & tamen in
dicto Tribunali, ſufficit de illa conſtare ex ſupplicatione,
vt tradunt *Modern. in praxi lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 5. *&* 6. *&*
Garz. vbi ſupra, & ita etiam ipſe obſeruaui dum eram
d. A.C. Locumtenens; ſed ceſſat omnis difficultas, quia in
actu diſputationis fuerunt exhibitæ literæ reſeruatio-
nis. Ideò principalis exceptio Antonij titularis erat tantū
nullitatis, ſeu reſolutionis d. penſionis; quia cum ſolu-
tio, ex forma tàm ſupplicationis, quàm literarum, eſſet
facien. vigore dd. literarum, in quibus eſt appoſitū de-
cretum, quòd aliàs penſio eſſet nulla eo ipſo: & ſolutio
fuerit facta in Ciuitate Oſcen. per ſex dies poſt tranſ-
miſſionem ſupplicationis ad regiſtrum, infra quod tem-
poris ſpatium, vel literæ non potuerunt expediri, vel
impoſſibile ſit, partes habuiſſe notitiam dictæ expedi-
4 tionis; dicebatur propterea, d. ſolutionem eſſe factam
contra formam reſeruationis, & reſultare notoriam
B nullitatem B, ad *deciſ. Card. Mantic.* 286. & 300. & pro-
5 inde nullitatem tanquam ex vētre reſultantem obſtare,
ſiue penſio petatur vigore literarum, *Caſſad. deciſ.* 10. *de*
6 *reſcr.* ſiue per viam manutentionis, cum decretum infi-
ciat poſſeſſionem *Rot. deciſ.* 617. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.*
7 *cum alleg.* Quam tamen exceptionem dixerunt DD. non
obſtare petitæ per Gaſparem manutentioni: tum quia
ad hoc, vt exceptio nullitatis impediat ſolutionem pen-
ſionis, etiam quando non agitur pro manutentione, illa
debet eſſe euidens, clara, & apparens ex facie, & con-
textu literarum, & talis, ex qua non poſſit Iudici non
liquere, *Caſſad. d. deciſ.* 10. *de reſcript.* & de exceptione
extinctionis *Rota in Calagurritana* 12. *Martij* 1598. *co-*
8 *ram Corduba*. Nec ſufficit probatio extrinſeca, quæ
probatione contraria excludi poteſt, *Put. deciſ.* 32. *l.* 1.
Rot. deciſ. 301. *num.* 3. *par.* 1. *diu.* Tùm etiam, quia
9 quando agitur poſſeſſorio, debet eſſe talis, vt de ea con-
ſtet ex eiſdem literis, *Caſſad. d. deciſ.* 10. *num.* 8. *&* 16.
Put. d. deciſ. 32. *l.* 1. *Rota d. deciſ.* 301. *num.* 3. *par.* 1. *diu.*
Moder diſcept. forenſ. cap. 454. *num.* 3. & contra ſuc-
ceſſorem *Rota in Salamantina* 24. *Maij* 1602. *coram*
10 *Giptio, & in d. Calagurritana coram Corduba*, aliàs reij-
citur ad petitorium, & donec de ea cognoſcatur, non
debet denegari manutentio exiſtenti in quaſi poſſeſſione
exigen. *Rota in Cæſaraugustana penſionis* 30. *Ianuarij &*
25. *Maij* 1589. *coram Giptio, & in Forolivien. penſionis* 24.
Octobris 1592. *coram Penia, & in dicta Spoletana*, vbi
plures aliæ ſunt relatæ. Quòd autem hæc exceptio re-
ſultet ex ſupplicatione, vel literis reſeruationis, ita
vt non ſit opus alia extrinſeca probatione, non ſolùm
non probatur, ſed probatio contraria deſumitur ex di-
cto inſtrumento ſolutionis: in quo expreſſis verbis le-
gitur, quòd ſolutio fuit facta in vim, & iuxta tenorem
Bullarum Apoſtolicarum. Nec releuat, quòd literæ per
11 ſex dies non potuerint expediri, quia hòc non probatur,
& quòd in partibus non potuerit haberi notitia expedi-
tionis dd. literarum: quia ſatis eſt, illas fuiſſe ante ſolu-
tionem expeditas, & partes potuiſſe credere, vel reſer-
uationem fuiſſe puram, & ignorantia, quæ verſatur cir-
12 ca modum, & non circa potentiam purificatæ condi-
tionis non nocet, *gloſ. in l. ſi quis extraneus, §. fin. ff.*
de acq. hered. vbi Din. Alberic. Bar. Ang. & Alex. & cete-
ri, & eſt tex in l. ſed & ſi de ſua, §. fin. ff eod. & notant
ſcribentes in l. multum intereſt, ff. de condit. & demonſtrat.
vbi præſertim Caſtr. num. 2. *& de communi Soccin. num.* 5.
Siue etiam partes ſciuerint conditionem, ſeu modum,
de quibus in reſeruatione de expedien. literis, & ſoluen.
penſione illarum vigore: quia ſatis eſt, quòd opinatæ
13 fuerint illarum expeditionem: cū opinio concurrat cum
veritate, & pro veritate habeatur, vt in *d. l. ſi quis ex-*
traneus, §. fin. notant Alberic. Bart. Bald. Ang. Caſtr.
& Iaſ. quam concluſionem ad aliud propoſitum tenuit
Rota in Parmen. penſionis 10. *Martij* 1621. *coram R. P.*
14 *D. meo Vbaldo*. Alia exceptio, quòd ſolutio fuerit ſu-
ſpecta, tanquam facta per ſex dies ante mortem titula-
ris, viſa fuit pariter reſpicere petitorium, vt dictum
fuit in *d. Spoletana* 1. *Iulij* 1620. vltra quòd non proba-
15 tur infirmitas de tempore ſolutionis; & nihilominus
non eſſet præſumen. quòd titularis morti proximus
fuerit immemor ſalutis æternæ, & voluerit ſucceſſorem,
imò Eccleſiam grauare.

Et ita fuit concluſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Idem fuit dictum *in Troiana penſionis* 14. *Maij* 1629. *coram R. P. D Quepo*.

B De hac materia, an penſio exigi poſſit, literis nondum expeditis, latè agit D. *Lotter. de re beneſi. libro primo cap.* 37. *per tot.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Co-

Colonien. ſponſalium.

Mercurij 9. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum an, & quando ſit in forma probanti.

SVMMARIVM.

1 *Copia etiam à Notario rogato extracta non probat.*
2 *Inſtrumentum non probat ſinè teſtibus.*
3 *Inſtrumentum non probat ſinè loco, & ſinè loco loci, niſi adſit conſuetudo in contrarium num. 14.*
4 *Inſertum non probat, ſi inſtrumentum, in quo eſt inſertum, non eſt in forma probante.*
5 *Inſtrumẽtũ ſinè rogitu, & ſubſcriptione Notarij nõ probat.*
6 *Inſtrumentum redditur ſuſpectum, ſi teſtis in eo deſcriptus deponat, in eo non interfuiſſe.*
7 *Teſtis ſecunda depoſitioni in iuditio factæ, & iuratæ magis ſtandum eſt.*
8 *Inſtrumentum redditur ſuſpectum, ſi teſtis deponit, aliter fuiſſe ſcriptum, quàm partes dixerint, & voluerint.*
9 *Iudici multum eſt deferen. maximè de geſtis coram illo.*
10 *Inſtrumentum poteſt reprobari etiam per teſtes non inſtrumentarios.*
11 *Proœmium inſtrumenti mentem contrahentium declarat.*
12 *Inſtrumentum redditur valde ſuſpectum, ſi originale non reperiatur penes notarium.*
13 *Recognitio in partibus lite pendente, et ſinè citatione facta non ſuffragatur.*

DECISIO DXLIII.

RECESSVM fuit à deciſis *ſub die 14. Ianuarij* 1619. quæ fuerat reſolu-
tum, Cornelium non poſſe contrahe-
re matrimonium cum alia, quàm cum
Eliſabetha; fundamentum fuit, quia
aut pars Eliſabethę vtitur inſtrumen-
to primo loco producto, & celebra-
to 18. Nouembris 1617. videlicet confirmationis offi-
cialis Colonien. & internuntiorum Cornelij, & paren-
tum, ac repetitionis pactorum (vt dicitur) initorum die
16. dicti menſis, ſuper quo ad eiuſdem Eliſabethæ fauo-
rem fuit facta reſolutio cum præſuppoſito, quòd dictum
inſtrumentum eſſet in forma probanti, de quo poſt pro-
poſitionem cauſæ 26. Aprilis præteriti in relationibus
cauſarum DD. dixeruot, quòd poſſet etiam in hac diſpu-
tatione videri, & illud non eſſe in forma probanti, quam-
1 uis eſſet extractum à Notario rogato, cum ſit copia, vt
in fine illius atteſtatur Notarius *Socin. in auth. ſi quis in
aliquo num. 15 circa fin. verſ. aliquando et ſecundò, C. de
eden. Caputaq. deciſ. 224. num. 2. part. 2.* & careat te-
2 ſtibus, ſinè quibus inſtrumentum non probat, *ad gloſ. in
l. generali verb. ſeruituti C. de tabul. lib. 11. et Doctor. in
cap. 1. de fid. inſtr. Seraph. deciſ. 1236. num. 1.* Et careat
3 etiam loco, qui non ſolùm eſt neceſſarius, ſed etiam
A locus loci, A *Specul. de inſtr. edit. §. inſtrumentum num. 5.
Aym. conſ. 216. num. 2. verſ. item caret Pat. deciſ. 256.
num. 1. lib. 1. in nou. Caputaq. deciſ. 98. part. 2. Rot.
deciſ. 701. lib. 3. par. 3. diu.* cum alijs adductis *in Romana
pretenſi legati 18. Iunij* 1617. *coram me*. Et ſemota
forma probanti dictæ confirmationis, minùs probat in-
4 ſertum in ea, vt dicitur celebratum d. die 16. Nouem-
bris *Gloſ. in cap. Abbate S. Silaani verbo ſiat de verb. ſi-
gniſ. Afflict. deciſ. 273. num. 4. in fine, et fuit dictum
in Ferrarien dotis 4. Maij 1615. coram me*. Nec appa-
ret de rogitu, & ſubſcriptione Notarij, quamuis in
5 principio dicti inſerti enunciantis, & ſimiliter neceſſa-
rijs *gloſ. & Specul. vbi ſupra §. breuiter num. 12. Angel.
B conſ. 220. in princ. Verall. deciſ. 104. num. 2. part. 2.* B
Prætenſa verò ſubſcriptio partium, amicorum, & te-
ſtium, quæ in inſerto legitur, non eſt recognita, & ſic
non probat, vt infra. Secundò, quatenus eſſet in forma
probanti, illi fides non videtur adhibenda, cum vnus
ex duobus teſtibus deſcriptis pro inſtrumentarijs, no-
mine Antonius *in ſummario num. 2.* expreſsè dicat, con-
tractui non interfuiſſe, & interrogatus, quare ergo ſub-
ſcripſerit, reſpondit, ſe fuiſſe vocatum à Glaterio No-
tario, & ſibi ab eodem dictum eſſe, partes inter ſe ali-
quid contraxiſſe, & vt tanquam teſtis contractum
ſubſcriberet: ad cuius mandatum, ſeu requiſitionem,
putans, tamquam Domino obediendum eſſe, contra-
ctum non legens, nec legi audiens, ſicque eiuſdem con-
6 tenta ignorans, ſubſcripſit; ex cuius depoſitione, quòd
illi non interfuerit, inſtrumentum redditur ſuſpectum
*Innoc. in cap. cum Ioannes num. 2. verſ. ſi verò de fid. in-
ſtrum. Oſtien. num. 6. circa medium verſic. ſi verò vnus
Ioann. Andrea num. 7. eodem verſic. Henric. Boic. num.
11. in fin. verſ. in 1. caſu & num. 14. verſ. aut non ſunt
Bellam. num. 29. ante med. verſ ſi autem ipſe ſolus Abb.
num. 14. verſic. ſi verò non probatur*, vbi de communi
Felin. num. 50 qui pariter de communi; *Bellencin. num.
163. circa medium verſ. ſi verò vnus*, vbi de communi,
& veriori, reprobato Imola contrarium tenente, *Bart.
in l in exercendis num. 7. Bald num. 10. Sichard. num. 51. in
fin.* vbi quòd ita tenent communiter Canoniſtæ, & Legi-
ſtæ, *C. de fid. inſtr.* cuius depoſitio comprobatur ex no-
no teſte altero ex inſtrumentarijs, qui dicit, dictum An-
tonium non interfuiſſe; & ſic inſtrumentum remaneret
cum vnico teſte. Non obſtat illorum ſubſcriptio, tum
quia non eſt recognita, vt ſupra; tũ quia ſtatur magis ſe-
7 cundæ depoſitioni, factæ in iudicio, & iuratæ, *Alex. conſ.
122. num. 13. vol 2.* vbi poſt plures de vera, & communi
*Io de Amat. conſ. 13. num. 11. et 12. conſ 44. num. 12. et
conſ. 137. num. 27. et 28. Gabr. conſ. 31. num. 11. l 2.
Caſal. Manent conſil. 9. num. 44. verſic. et in terminis.*
Si verò pars dictæ Eliſabethæ vtitur inſtrumento pro-
ducto poſt propoſitionem cauſæ dicta die 26. Aprilis,
& illi pariter non videtur adhiben. fides, quia nonus te-
ſtis vnus ex dd. inſtrumentarijs illi expreſsè contradi-
cit in ea parte, in qua dictum fuit, quòd Cornelius pro-
mittebat, non contrahere matrimonium cum alia, non
ſolùm durante abſentia Canonici VValdeaſ, qui profe-
ctorus erat Bruxellas, ſed etiam poſt eius reditum,
& ampliùs totam narratiuam inſtrumenti non fuiſſe ve-
ram, nec intentionem partium fuiſſe aſſecurandi Eli-
ſabetham, quòd Cornelius nullo tempore contraberet
matrimonium cum alia, & quòd illa verba, *poſt reditum
dicti Canonici*, &c. non fuerunt lecta, nec intellecta,
ſed quòd conuentio fuit facta pro interim, & teſtis in-
8 ſtrumentarius deponens, aliter fuiſſe ſcriptum, quàm
dictum, inſtrumenti fidem facit vacillare; ſicut quando
dicit, ſe non interfuiſſe; vt tradunt omnes ſupradicti *in
d. cap. cum Ioannes de fid. inſtrum. et in cap. tertio loco de
probat. Bart. in l. 2. §. ſi quis neget num. 6. verſic. quæro
quid ſi vnus, Bald. num. 3. verſ. deinde nota ff. quemadm.
teſtam. aper. Grat. conſil. 56. num. 20. Boer. deciſ. 118.
num. 14. et 15.* cum alijs relatis *per Menoch. de arbitr.
caſu 105. num. 13.* & de communi *Rota deciſ. 251. num.
1. part. 1. in recent.* Et idem deponit Tilmaldus vnus
ex dictis amicis communibus deſcriptis in inſtrumen-
to, qui eſt ſecundus *in ſummario num. 2.* in cuius do-
mo

Digitized by Google

mo ſuit celebratus contractus, & reddit certam cau-
ſam ſcientiæ. Et comprobatur ex depoſitione officia-
lis, coram quo ſuit exhibitus contractus per inter-
nuncios Cornelij, & ad eorum inſtantiam confirmatus:
qui dicit, illum intellexiſſe tanquam ſactum pro interim,
& vſque ad reditum dicti Canonici VValdraf, vt etiam
ab eodem Canonico audiuit, *vt in ſummario num.* 2.
9 cui officiali multum eſt deferen. maximè de geſtis co-
ram ſe, *Aegid. deciſ.* 183 *num.* 1. *Rota in Romana locorum
montium* 13. *Nouembris* 1613. *coram R. P. D. meo Vbal-
do*, & certum eſt, inſtrumentum poſſe reprobari etiam
10 per teſtes non inſtrumentarios. *Innoc. in cap. tertio loco
in fin. de probat vbi Bald. num.* 12. *ante medium verſic.
quia propter Dec. conſ.* 101. *num.* 3. *verſ. tertiò adſunt te-
ſtes*. Et ſuadetur ex verbis proœmialibus dicti inſtru-
menti, in quibus fit mentio ſolummodò de abſentia d.
11 Canonici: quæ mentem contrahentium declarant *Bart.
in l. fin. num.* 3. *ff. de hered. inſtit. et in l. ambitioſa
num.* 27. *ff. de decret. ab ord. facien. Oldrad. conſ.* 105.
num. 1. *Rot. deciſ.* 466. *num.* 1. *part.* 1. *in recent. et fuit
ſæpiſſimè dictum*. Et tandem dictum inſtrumentum red-
12 ditur valde ſuſpectum, quia originale non reperitur
penes Notarium de eo rogatum, qui iuſſus à Iudice ad
illud exhiben. allegauit, ſe id non habere, ſed reſtituiſſe
dicto Canonico VValdraf, *vt in ſummario num.* 3. *in fin.*
cum tamen apud ipſum deberet cuſtodiri *cap. quoniam
contra, de prob. Doctor. in l fin. C. de edict. Diu. Adr. vbi
Achil perſonal. num.* 150. *verſ. neque, Zaccard. num.* 92.
l. 3. *Pedam. deciſ.* 117. *num.* 12. Non obſtat ſubſcriptio
13 Cornelij: tum quia non conſtat, quòd ſit legitimè reco-
14 gnita: & recognitio facta in partibus lite pendente, &
ſinè citatione, non ſuffragatur *cap.* 2. *de teſtib. Caputaq.
deciſ.* 4. *num.* 2. *part.* 3. tom quia illius fides adhuc va-
cillaret ex prædictis. Conſiderabat etiam vnus ex Do-
minis, quòd cum ex teſtibus datis *in ſummario num.* 2.
probata fuerint ſponſalia primo loco contracta per
Cornelium cum alia Eliſabetha, ſecunda, (quatenus pro-
barentur) non eſſent attendenda, ex latè adductis in alia
deciſ. 1. *Iunij* 1619. ex cuius fundamenti releuantia fuit
conceſſa remiſſoria ad dictos teſtes examinandos.
Et ita deciſum Cornelio tantùm informante.

ANNOTATIO.

A Locus loci eſt neceſſarius pro validitate inſtrumenti, vt
præter hic allegatos, *Menoch. lib.* 2. *præſumpt.* 84. *num.*
2. *Farinac. conſ.* 109. *num.* 17. *& ſequen. lib.* 2. cum alijs
adductis ſupra *ad deciſ* 265. *lit. A* Hoc tamen limitatur,
14 niſi adeſſet conſuetudo in contrarium, quæ eſſet valida
Put. deciſ 7. *de fid. inſtrument. Caputaq. deciſ.* 98. *part.* 2.
vbi, quòd inſtrumenta, quæ carent loco loci in Hiſpania,
ſunt valida, ſtante conſuetudine illarum partium non ap-
ponendi locum loci in inſtrumentis. Nec contrarium
dicit *Menoch. d. præſumpt.* 84. *ſub num.* 2. *verſ. & hunc
quidem*, prout illum allegat *Farinac. d. conſil.* 109 *num.*
20. ſed malè: videtur enim loqui de conſuetudine non ap-
ponendi locum, non autem locum loci, & ita loquuntur
Doctores ab ipſo relati.
B *Pariſ conſ.* 26. *num.* 5. *lib.* 2 *Bertazol de clauſul in præ-
em. num.* 12. *Gregor. XV. deciſ.* 393. *num.* 1. *& fuit di-
ctum in Leodien. dominij de Hollonia* 5 *Maij* 1625 *coram
R. P. D. Merlino*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana ſeu Tiburtina Caſtrorum.

Lunæ 14. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Immiſſio hæredi non impeditur per fideicommiſſarium, qui non docet incontinenti, & concludenter de iure ſuo; & quando fideicommiſſarius dicatur incontinenti ius ſuum probare.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio hæredi non impeditur per fideicommiſſarium, qui non docet incontinenti, & concludenter de iure ſuo; præſertim ſi hæres concludenter intentionem ſuam fundauit, num.* 2.

3 *Subſcriptio facta in conuentione circa aliquem actum iuriſdictionalem non probat dominium nec poſſeſſionem.*

4 *Fideicommittentis poſſeſſio debet probari de tempore fideicommiſſi, & num.* 10. *& tempus debet concludenter, & non præſumptiuè probari, num.* 11.

5 *Aditio hæreditatis eſt concludenter probanda ab illo, qui in ea ſe fundat.*

6 *Aditio non probatur ex poſſeſſione rei communis niſi probetur vſus in totare.*

7 *Bona, quæ frater poſſidet, in dubio à fratribus ſibi promiſſe non præſumuntur.*

8 *Exemplum informe, non authenticum, nec ſubſcriptum à Notario non probat.*

9 *Pertinentiarum nomine quænam intelligantur.*

12 *Adnotatio, & deſcriptio multorum arguit excluſionem eorum, quæ ſi fuiſſent inter alia conprehenſa fuiſſent veriſimiliter deſcripta.*

13 *Sententia inter alios lata facit adminiculum.*

14 *Probationes fortiores requiruntur, vbi cauſa eſt minùs veriſimilis.*

15 *Exceptio an requirat altiorem indaginem remittitur arbitrio Iudicis.*

16 *Probatio an dicatur fieri incontinenti, remittitur arbitrio iudicis.*

DECISIO DXLIV.

AD impedien. petitam pro hæredibus
q. Catherinæ immiſſionẽ in poſſeſſio-
nem Caſtrorum Cantalupi, & Bor-
dellæ, ex remedio quorum bonorum,
ſeu Iudicis officio allegabatur pro Illu-
ſtriſs. DD. Cardinali, & fratribus de
Vrſinis exceptio fideicommiſſi, anno
1487. (vt dicebatur) conuenti inter eorum maiores, &
& auctores, videlicet q. Cardinalem Latinum, Neapo-
lionem, & Robertum fratres. Verùm quia impugna-
batur ex parte actorum dictum fideicommiſſum, ac inſu-
per negabatur, d. Caſtra in eo, quatenus extitiſſet, com-
prehenſa fuiſſe: DD. pro faciliori reſolutione prætermiſ-
ſo pro nunc artic. fideicommiſſi, ſuper quo multa hinc A
inde deducebantur, mandarunt ſtrictè videri, An. dd.
DD. de Vrſinis ſint in probatis, videlicet quòd d. Ca-
ſtra eſſent d. tempore in bonis, aut aliàs per dd. fratres
1 paciſcentes poſſeſſa: ſuper quo hodie fuit capta reſolu-
tio negatiua. Fundamentum fuit, quòd dd. DD. de
Vrſinis volentes dictam immiſſionem impedire, debent
incontinenti probare de eorum iure, iuxta not. in ter-
mi-

minis huius remedij, *in l. fin. C. quorum bon. Dec. conſ.*
424. num. 18. 19. *& in fin. Rol. conſ.* 1. *num.* 73. *lib.* 1.
1 *Soccin. iun. conſ.* 75. *num.* 18. *lib.* 1. cum alijs per *Me-*
noch. remed. 1. *adipiſc. num.* 102. *& Peregr. art.* 46. *num.*
35. *& in deciſ.* 15. *Mart.* 1619. *in cauſa facta*, quæ pro-
batio debet eſſe neceſſaria, & concludens ex vulgar.
Tantò magis, quia pars actrix iam plenè, & conclu-
2 denter fundauit intentionem ſuam circa poſſeſſionem
Catherinæ defunctæ dictorum Caſtrorum de tempo-
re eius vitæ, & obitus, circa alia eis incumbentia, &
vt in reſolutionibus iam factis *Bart. in l. admonendi,*
num. 50 *ff. de iur. iuran. Aegid. deciſ.* 617. *num.* 2.
Rot. deciſ. 628. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ. Mantic. deciſ.*
131. *num.* 7. *& deciſ.* 274. *num.* 4. Huiuſmodi autem
probatio clara, & incontinenti, quòd Caſtra prædi-
cta eſſent in bonis de tempore aſſertarum conuentio-
num anni 1377. quod tempus percutere neceſſariò
debet probatio, cum ſcriptura conuentionum reſtri-
cta ſit ad bona, & Caſtra præſentia, ex infra allegandis;
viſa fuit DD. ex deductis non reſultare. Dum enim
primò deducebatur, quòd Ioannes (qui fuit Archiepi-
ſcopus Tranen. frater dictorum Cardinalis Latini,
Neapolionis, & Roberti) de anno 1464. eſſet dominus
Caſtri Vicouarij ex inſtrumento dicto anno inter eum
ex vna, & Communitatem Viconarij ex alia celebrato,
in quo ipſe conceſſit, & promiſit eidem Communita-
ti, etiam nomine dd. fratrum, quòd Vicarius pro iure
redden. reſideret in d. Caſtro Vicouarij, & quòd alia
Caſtra, & loca circumſtantia haberent recurſum ad di-
ctum Vicarium, & Caſtrum Vicouarij. Iſtæque con-
uētiones fuerint ſubſcriptæ per dictos Ioannem & Nea-
polionem, qui ita conuenire non potuiſſent, niſi fuiſ-
ſent Domini Caſtrorum circumſtantium. Deduceba-
turque, dicta Caſtra Cantalupi, & Bordellæ eſſe de cir-
cumſtantibus, & adiacentibus Viconario ex teſtibus
in ſummario DD. de Vrſinis num. 3. & ex alijs *dicto*
ſummario num. 4. deponentibus, dicta duo Caſtra ſemper
fuiſſe de pertinentijs Vicouarij, & ſub illius iuriſdictio-
ne. Reſpondebant DD. Primò in dicta ſcriptura anni
1464. nullum prorſus verbum haberi de Caſtro Bor-
3 dellæ. Secundò ex ſubſcriptione dictorum Ioannis, &
Neapolionis non poſſe inferri ad ius aliquod dominij,
vel poſſeſſionis in dictis duobus Caſtris, quicquid ſit
quoad Caſtrum Vicouarij; ſicque non reſultare rele-
uantem probationem dominij, vel poſſeſſionis dicto-
rum fratrum in dictis duobus Caſtris, nec de tempo-
re facti fideicommiſſi, nec ante *vulg. l. non hoc C. vnde*
legit. & cap. in præſentia, de probat. Tertiò, potiùs re-
ſultare, Caſtrum Cātalupi eſſe diſtinctum, ac ſeparatum,
quàm de pertinentijs Vicouarij: dum illorum vigore
4 non licebat hominibus Cantalupi, lignare, nec paſcere
animalia in territorio Vicouarij. Ex quibus videtur
confundi depoſitio teſtium, quòd de pertinentijs dican-
tur; vel ſaltem reddi valdè æquiuoca, & dubia, cum
non percutiat tempus del 1464. nec prætenſi fidei-
commiſſi 1477. ſicut eſt neceſſarium, vt infra; ſed ſo-
lùm dicant de publica voce, & fama ante litem motam.
Dum ſecundò ad proban. d. Ioannem Archiepiſcopum
fuiſſe dominum dd. duorum Caſtrorum, adducebantur
tria inſtrumenta anni 1464 & anni 1474. *in ſummario*
DD. de Vrſinis num. 6. 7. *&* 8. in quibus enunciatur
dominus vtriuſque videlicet *in* 1. *et* 3. Cantalupi, vti
talis donando certa bona; *in* 2. Bordellæ, in quo eius
ſcriba de ſpeciali commiſſione, vti ipſe enunciat, præ-
ſtat conſenſum cuidam venditioni cum receptione cer-
5 tæ pecuniarum ſummæ, inſerendo, quòd licèt dicta in-
ſtrumenta nullam faciant mentionem de dictis fratri-
bus fideicommitten. tamen cum conſtet de ſubſecuta
dicti Archiepiſcopi morte de menſe Maij 1477. ex Bul-
la Sixti IV. *in dicto ſummario num.* 9. præſumatur ab in-
teſtato, & ſinè prole deceſsiſſe, Caſtraque in dictos fra-
tres ſuperſtites, quibus hereditas erat delata, perueniſ-
ſe: maximè cum ex poſt per eos fuiſſe poſſeſſa, ſuppo-
natur. Reſpondebatur, ſuppoſita etiam morte dicti Ioan-
nis ab inteſtato, quòdque illius hæreditas delata eſ-
ſet fratribus, non probatam eſſe illius aditionem ante
menſem Auguſti 1477. de quo fuerunt factæ dictæ
conuentiones, prout erat concludenter proban. *l. ne-*
ceſſarijs, vbi *Bart. ff. de acquir. hered. Mantic. de coniect.*
A *vlt. volun. lib.* 12. *tit.* 9. *num.* 4. A, De expreſſa enim adi-
tione non apparet, neque de tacita reſultante ex actibus,
qui citra ius, & nomen hæredis fieri non potuerint.
6 Nec ex poſſeſſione totius Caſtri Vicouarij prius per
dictos Ioannem, & fratrem pro indiuiſo poſſeſſi, dici
poſſe inductam aditionem, cum non probetur, fratres
Ioan. poſt eius mortem vltra eorum partem vſos fuiſ-
ſe, iuxta terminos *l. duo fratres* 77. & ibi *gloſ. in ver-*
bo interponeret, Alberic. Odofr. Bart. Bald. Ang. Caſtr.
& Rom. ff. de acq. hered. Bar. in l. gerit num. 27. *ff. eod.*
Maran. in l. is poteſt num. 63. *eod. tit.* Caſtr. *conſ.* 114.
num. 2. *vol.* 1. *Ang. conſ.* 173. *Mantic. de coniect. & c.*
lib. 12. *tit.* 9. *num.* 17. *Menoch. lib.* 4. *præſ.* 101. *num.*
79. Dum tertiò afferebantur Statuta Cantalupi anno
1507. condita, & publicata eodem *ſummario. num.*
10. in quorum procemio enunciatur illius Dominus Io.
Iordanus. Ex iſto procemio viſum fuit, inferri nihil poſ-
ſe ad dominium, vel poſſeſſionem dictorum fratrum
de anno 1477. vel antea, cum ſit per 30. annos poſt, &
non reſpiciat perſonas fideicommittentium; potuit enim
7 Io. Iordanus, Cantalupum aliunde habere, vt in ſortio-
ribus terminis latè *Surd. deciſ.* 339. *num.* 9. *& ſeq. et num.*
19. Dum Quartò fiebat fundamentum ſuper ſententijs
Gubernatoris Vrbis contra fiſcum latis, altera ad fauo-
rem Franciſci Abbatis Farſen. anno 1534. altera ad
fauorem Pauli Iordani Senioris ann. 1543. per quas fuit
declaratum, Vicouarium, eique annexa Caſtra ad illos
vti fideicommiſſarios ex conuentionibus anni 1477.
ſpectare: quòdque in executionem vltimæ fuit nomine
d. Pauli capta poſſeſſio dictorum duorum Caſtrorum
tanquam adiacen. & pertinen. ad Caſtrum Vicouarij,
vt in dicto ſummario num. 12. Omiſſo, quòd dubitabant
aliqui ex Dominis, an dictæ ſententiæ latæ eſſent vigore
dictæ ſcripturæ conuentionum inter dictos fratres, cum
loquantur de conuentionibus inter dictos fratres, &
8 Carolum Seniorem. Dicebatur Primò, quòd proceſ-
ſus ſententiæ, aliaquè prædicta non erant in forma
proban. ſed quædam copia ſatis informis, & non au-
thentica, nec ſubſcripta ab aliquo Notario, quæ pro-
pterea fidem non merebantur, *auth. ſi quis in aliquo* C. *de*
eden. Secundò, in dictis ſententijs non fieri mentionem
dictorum duorum Caſtrorum, & poſſeſſionem fuiſſe
captam per quemdam aſſertum procuratorem, de cu-
ius mandato non conſtat, neque etiam conſtare de
commiſſione data illi, qui in poſſeſſionem immiſit, &
non ſequi, fuiſſe iſta Caſtra anno 1477. deputata ſtatu-
to, vel conſuetudine, vt accederent Vicouario: cum
9 tamen pertinentiarum nomine iſta tantùm intelligantur
Bald. conſ. 420. *lib.* 1. *Roſental. de feud. cap.* 12. *concl.* 15.
nu. 75. Quintò, fuerunt examinati teſtes, quorum duo de
publica voce, & fama deponunt, dicta duò Caſtra fuiſſe
à dictis Card. Latino, Roberto, & Neapolione poſſeſſa,
vt in dicto *ſummario num.* 17. quibus reſponſum fuit,
10 non percutere d. annum 1477. nempè quòd fuerint
tunc, vel ante per dictos fratres poſſeſſa: idque colligi-
tur

tur etiam ex eo, quòd ipſi expreſsè dicunt neſcire, an dicti fideicommittentes eſſent viui de d. anno 1477. & ideo cum vis ſit in tempore, ex quo fideicommiſſum eſt reſtrictum ad bona præſentia, debet probari præcisè de tempore fideicommiſſi, *Doct. in l. matrem* 17. *C. de prob. gloſ. in l. cum actum, in verbo non poteſt*, & ibi *Bart. ff. de neg. geſt, Bald. conſ* 106. *num.* 1. *verſ. primum eſt, lib.* 1. cum alijs per *Surd. conſ.* 407. *num.* 14. *& conſ.* 483. *num.* 4. *Rota deciſ.* 308. *num.* 3. *par.* 1. *di-*
11 *uerſ.* vbi, quòd tempus probari debet concludenter, & non præſumptiuè, & præcisè *deciſ.* 361. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* Alia quædam prætenſa adminicula neque ipſa pere uticbant tempus dictæ ſcripturæ, prout eſt neceſſarium ex proximè dictis, ijsque ſigillatim reſpondebatur per informantes. Sed quatenus aliqua probatio ex prædictis de per ſe, vel ſimul iunctis elici poſſet, ex contrarijs probationibus pro hæredibus Catherinæ conſideratis, & præſertim quòd dicta duo Caſtra non fuerunt nominata in dicta ſcriptura fideicommiſsi anni
12 1477. prout fuerunt alia, quæ dicuntur per teſtes de pertinentijs Vicouarij, & veriſimiliter deſcripta, & adnotata fuiſſent, vt de alijs Caſtris factum fuit, arguendo ab vſu diſponentium *iux. l. ſi quis donaturus ff. de vſufr. Alex. conſ.* 14. *num.* 5. *lib.* 7. *Surd. conſ.* 173. *num.* 88. *Menoch. conſ.* 498. *num.* 38. *verſ. tertiò*; Et ex ſententia Rotali bon. mem. Giptij declarante, illa nulli ſubia-
13 cuiſſe, nec ſubiacere fideicommiſſo. quæ licèt inter alios facit præſumptionem *Alexand conſ.* 190. *num.* 16. *lib.* 2. & in *l ſæpe num.* 70. *ff. de re iudic. Menoch. conſ.* 390. *nu.* 39. *verſ. reſpondetur* 4. *&* 40. *Rot. deciſ.* 266. *ſub num.* 2. *par.* 2. *recent.* duo inferebant DD. alterum, & primum,
14 quòd vbi aliàs ſatis fuiſſent leuiores probationes, quia in antiquis: fortiores exiguntur in propoſito, ſtantibus prædictis reddentibus minùs veriſimile, iſta Caſtra eſſe ſubiecta fideicommiſſo *Abb. in cap. quia veriſimile num.* 2. *de præſumpt.* vbi *Felin. num.* 4. *in fin. Aym. conſ.* 6. *num.* 43. *Rot. deciſ.* 504. *ſub num.* 8. *par.* 1. *recent.* Alterum, & ſecundum, quòd ex illis, ſi non confunditur probatio dictorum DD. de Vrſinis, redditur ſaltem imperfecta, ac turbida, & talis, quæ altiorem requirit indaginem, non retardans propterea immiſſionem: ad quem effectum probatio debet eſſe clara incontinenti, & in prompto, ex allegat. in principio. Cumque ar-
15 bitrio Iudicis committatur, an exceptio requirat altiorem indaginem *Soccin. conſ.* 59. *num.* 2. *lib.* 3. *Menoch. de arbitr. caſ.* 20. *num.* 3. *Rota* quæ de communi *deciſ.* 103. *num.* 5. *par.* 2. *diuerſ.* vel an dicatur fieri probatio
16 incontinenti, *gloſ. in l.* 3. *in verbo hodiè ff. vt in poſſ. leg. Menoch. de arbitr. caſ.* 12. *num.* 4. *Peregr. de fideicom. art.* 46. *num.* 35. *cum alijs in Peruſina hæreditatis* 28.
B *Nouembris* 1616. *coram me* B, Viſum DD. fuit ad effectum, de quo nunc agitur, retardandæ immiſſionis non conſtare de identitate. Et ita ter cauſa vtraque parte informante ſtrictè ſuper hoc propoſita, reſoluerunt.

ANNOTATIO.

A Sequitur Rota *in Reatina iuris redimendi* 27. *Martij* 1624. *coram R. P. D. Merlino*.

B Sequitur etiam Rota *in Bononien de Maluetijs* 27. *Martij* 1624. *coram R. P. D. Pirouano*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Vlixbonen. penſionis.

Lunæ 14. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum an, & quando apponatur ſuper fructibus beneficij ad fauorem penſionarij, non facta liquidatione eius crediti.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum relaxari non debet, niſi priùs facta liquidatione crediti.*

2 *Penſionario ſunt obligati fructus beneficij.*

3 *Sequeſtrum apponi poteſt poſt ſententiam condemnatoriam, ac relaxationem executorialium.*

4 *Ad intereſſe poteſt iudex condemnare, etiam ſi de illius quãtitate præcisè non conſtet, nam in executione fit liquidatio.*

5 *Sequeſtrum apponitur, ſi recuperatio fructuum eſſet difficilior.*

6 *Excommunicari poteſt contumax, poſt relaxationem executorialium, & ſi creditum non ſit liquidum, & num.* 7.

8 *Declaratoria datur contra adminiſtratorem, qui renuit exhibere libros ſuæ adminiſtrationis, etiam non facta liquidatione, necnon & contra ſequeſtratarium.*

9 *Sequeſtratarius tenetur conficere librum rationum, ſicut quilibet adminiſtrator.*

DECISIO DXLV.

FVERAT vſque de anno 1587. ad fauorem Emanuelis reſeruata penſio medietatis omnium fructuum ſimplicis beneficij in Eccleſia Beatæ Marię de Auida, quod tunc per reſignationem eiuſdem Emanuelis obtinuit à felic. record. Sixto V. Pereira; cumque mortuo d. Pereira de anno 1596. penſio iſta per Antonium eius ſucceſſorem non ſolueretur: Emanuel egit contra illum priùs coram A. C. & poſtea in Rota, vbi à bon. mem. Martino Andrea, præuijs deciſionibus, obtinuit ſententiam fauorabilem, per quam fuit declaratum, reſeruationem penſionis fuiſſe validam, & Antonius fuit condemnatus ad illius ſolutionem à die, quo fuit de beneficio prouiſus, & poſt huiuſmodi ſententiam, quę ob non interpoſitam appellationem tranſiuit in iudicatum, & intimatis executorialibus, cum non fuerit paritum, fuit excommunicatus, *vt in ſummario Emanuelis num.* 1. *&* 2. & deinde appoſitum ſequeſtrum ſuper fructibus d. beneficij, & aliorum à dicto Antonio poſſeſſorum. Propterea fuit dubitatum, an eſſet eidem Emanueli concedendum mandatum de conſignando pecunias ſequeſtratas, vel potiùs reuocandum ſequeſtrum; & DD. reſponderunt, ſequeſtrum non eſſe reuocandum, quoad dictum beneficium de Auida penſione grauatum, ſed fructus illius eſſe conſignandos dicto Emanueli pẽſionario, facta illorum liquidatione. Quamuis enim ante relaxa-
1 tionem ſequeſtri d. liquidatio non præceſſerit, & regulariter præcedere debuiſſet iux. *not. per Bald. in cap.* 1. *col. penult. num.* 9. *in* 3. *ratione de ſequeſtr. poſſeſſ., & fruct. cum alijs allegatis*. Cum tamen reſeruatio d. penſionis non controuertatur, cumque quodlibet benefi-
2 cium præſumatur habere aliquos redditus, & illi ſint pen-

penſionarij obligati. *Roman.conſ.* 388. *per tot. Felin in cap. ad audientiam il 2. num.* 6. *de reſcript. Gig. de penſ quæſt.* 51. *num.* 1. *&* 2. *&* 13. *&* 17. *cum ſeq. Rot. deciſ.* 99. *num.* 2. *par.* 1. *in recent.* cumq. etiam pro parte Antonij, ad quem tanquam titularem ſpectat exactio dd. reddituum, non doceatur de aliqua ſolutione in tot annis, quibus dictum beneficium poſſedit; vtique ſatis vi-
3 detur conſtare de credito ipſius penſionarij, cuius ratione, præcedente ſententia condemnatoria, & relaxatione executorialium, ac illarum non paritione, potuit apponi ſupradictum ſequeſtrum *iux. tex. in l. ab executione vbi DD. C. quorum appel. non recip. Abb. in cap.* 2. *num.* 8. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Seraph. deciſ.* 1096. *num.* 3. & deinde etiam facta liquidatione conſignari poterunt fructus eiuſdem beneficij; ſicuti quando probatur intereſſe, ſed nõ præcisè illius quantitas, Iudex poteſt ad illud condemnare reum conuentum, & deinde fit liquidatio eius quantitatis in executione *l.* 2. *cum ibi not. per Bart. Bald. & alios C. de ſent. quæ ſin. cert. quant* & ita ſeruari in praxi teſtatur *Cagnolus rubr. C de ſent. quæ pro eo quod inter. ſub num.* 6. *& in l. vnica num.* 53. *&* 54. *C. eod.tit. Moder. de commerc. & camb. lib.* 1. *quæſt.* 7. *par.* 2. *ampl.* 8. *num.* 241. ſi enim reuocaretur ſeque-
5 ſtrum, dictus Antonius titularis acciperet fructus, quos poſtea difficile eſſet penſionario ab illo recuperare, qua ratione alias apponi ſolet *Rot. deciſ.* 13. *num.* 1. *&* 3. *par.* 2. *diuerſ. &* 136. *num.* 3. *par.* 2. *in recent.* Quæ tanto
6 magis viſa fuerunt procedere, ſtante contumacia eiuſdem Antonij, qui nunquam comparuit, nec petijt dictam liquidationem: nam ob huiuſmodi contumaciam potuiſſet, etiam ſinè iſta liquidatione de nouo excõmu-
A nicari A, *Mil in repert. in verb. excõmunicatus iuſtè, Rot. deciſ.* 5. *de re iudic. in nou. Achil. deciſ.* 1. *in princip. de ſent. excom. & fuit dictũ in Dertuſen. decimarum* 11. *Maij* 1609. *coram Reuerendiſſimo Lugdunen.*
Ex quibus fuit vt ſupra deciſum, reſeruato, quòd videatur quoad alia beneficia Antonij non grauata penſione.

ANNOTATIO.

A Declaratoria ferri poteſt, etiam abſque liquidatione,
7 quando pars, quæ aliquid præſtare tenetur, non comparet, ſed perſiſtit in contumacia, vt præter hic allegatos *Marc Anton Genuen in prax Cur. Archiepiſc. Neapolit. cap* 23 *num.* 25. *& Rota in Arboren. ſpolij* 28. *Iunij* 1627. *coram bon mem. Patriarcha Marzanedo, & dixi ſupra ad deciſ.* 17 *ſub num* 6. Datur item declaratoria, non facta liquidatione, contra adminiſtratorem, qui renuit ex-
8 hibere libros ſuæ adminiſtrationis, vt fuit reſolutum *in Ianuen Parochialis* 20 *Decembris* 1628. *coram Reuerendiſſimo Domino Decano*. in qua non obſtante, quod liquidatio facta non fuiſſet, data fuit declaratoria contra ſe-
9 queſtratarium, qui tenetur conficere librum rationum ſicut quilibet adminiſtrator. *ex Bald. conſil.* 157. *lib* 5. *Roman. conſil* 434. *Soccin conſil.* 46 *lib.* 1. *Dec conſil.* 533. iſtorum enim debitum non poteſt dici illiquidum, cum videatur certum per relationem ad libros ſuæ adminiſtrationis, *Caſ. de Graſſ. deciſ* 3 *num* 7. *de reſtitut ſpoliat.*

Ioannes Franciſcus Perentillus.

Romana adminiſtrationis fundaci.

Veneris 18. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Errorem in adminiſtratione capſæ rationis fundacariæ non probari, reſoluitur ex pluribus, de quibus in ſummario. Socij quando ſimul adminiſtrarunt, an teneantur ſinguli rationem reddere.

SVMMARIVM.

1 *Cedula, ſeu ordines inter mercatores habentur pro pecunia numerata.*
2 *Periti relationi in eo, quod ad eius peritiam ſpectat, deferen. eſt, etiam ſi referat per coniecturas, & præſumptiones, quando agitur inter mercatores.*
4 *Verſio in vtilitatem alicuius probatur per coniecturas, & num.* 9.
5 *Error calculi non videtur veriſimilis, ſi per plures annos poſtea durauit ſocietas, nec inter ſocios fuit reclamatum.*
6 *Clauſula,* ſaluis erroribus, *in ſubſcriptione appoſita, non tollit certitudinem ſummæ calculatæ, niſi contrarium probetur.*
7 *Socij quando ſimul adminiſtrarunt, an teneatur alter alteri rationem reddere, & num. ſeq.*
10 *Pecunia præſumitur verſa in vtilitatem, quando fuit habita tempore indigentiæ, & ille, ad cuius manus peruenit, ſuis neceſſitatibus conſuluit; maximè quando modicum tempus inter receptionem pecuniæ, & verſionem interceſſit.*

DECISIO DXLVI.

MOTIVA deciſionis in hac cauſa factæ 6. Nouembris 1619. placuerunt DD. qui propterea in ea vnanimi voto perſtiterunt; & potiſſimum, quòd pars de Albanis appellans & actrix, & quæ etiam ſumpſit onus probandi, & dedit articulos, ſuper quorum admiſſione, & receptione teſtium, particulari reſolutione dictum fuit eſſe admittendum, & examinandum ſub die 13. Martij 1620. non probat prætenſos errores cõmiſſos in adminiſtratione Capſæ rationis fundatariæ, conſiſtentes in non dando illi debitum ordinum 63. conſignatorum dictæ rationi per debitores, pro exigen. ſummis per eos reſpectiuè debitis, vel à banchis, vel mercatoribus; & nihilominus fuerit datum eidem Capſæ creditum in exitu; nam hæc negatiua non probatur ex libro intitulato *dell' Entrata, & Vſcita*, vt dictum fuit in deciſione, & firmatur etiam in alia coram R. P. D. meo Pirouano 12. Iunij 1617. Nec ſufficit ad illam probandam, quòd quando fuerunt conſignati ordines, non fuerint ſuper dicto libro adnotatæ partitæ ad introitum Capſæ, prout in pluribus alijs ordinibus ſeruatum fuiſſe dicitur. Nam vltra quòd iſte vniformis ſtylus non verificatur, & præſertim in omnibus participibus, & miniſtris fundaci, & qui ſuper dicto libro ſcribebant, imò ex illius inſpectione, & etiam vt Periti referunt, conſtat de contrario: in omnem euentum negatiua non dati debiti Capſæ non iuſtificatur, niſi probetur, quòd in partitis introitus Capſæ, & adnotatis ad eius debitum non ſint comprehenſæ ſummæ dictorum ordinum. Ordines enim delati acceptabantur per mercatores, quibus erant directi, & fundaco ſuper eorum libris dabatur creditum, prout ſuper libris fundaci dabatur illis debitum; & deinde debitores, qui tranſmiſerant ordines fundaco, adnotabantur ſuper libro nuncupato, *Giornale di debitori*, ad partitas eorum debiti creditores, & in omnibus iſtis partitis dicebatur,
1 *per contanti*. Vndè perinde eſt, ac ſi pecuniæ in ordini-

bus contentæ ſuiſſent actualiter numeratæ, & effectiuè
poſitę in Capſa, prout in fundaco pro talibus habitæ fue-
runt; notiſſimum autem eſt, cedulas, ſeu ordines ha-
A beri inter mercatores pro pecunia numerata A, & de
eorum ſtylo in iſtis terminis *Gabr. conſ. 155. num. 21.
circa fin. & num. 26. in fin. lib. 1.* Non ſolùm autem
non probatur dicta negatiua, ſed contrarium, videlicet
ſummas dictorum ordinum ſuiſſe comprehenſas in par-
titis pecuniæ numeratæ adnotatis ad introitum, & ſic
debitum Capſæ, ex relationibus trium inſignium merca-
torum per Rotam de partium conſenſu electorum quo-
rum primi duo concludunt in genere, non fuiſſe com-
miſſos aliquos errores præiudiciales, & præſertim in
adminiſtratione Capſæ: & vltimus eorum per me ele-
ctus, qui maxima cum diligentia, & maturitate vidit
omnes libros, & partes audiuit, in ſpecie retulit ſuper
immiſſione bullettinorum memoriæ dictorum ordinum
in capſa parua, ea qua deinde extrahebatur pecunia
numerata, & dicti bullettini, ſeu ſumma in eis conten-
ta, computabantur pro pecunia numerata, & adnota-
batur partita vnius ſummæ includens dictos bullettinos,
& ſic ordines; & in eumdem finem conueniunt omnes
2 tres Periti, vt ex eorum relationibus, quibus in hac ma-
teria dixerunt DD. eſſe deferen. & fuit in hac cauſa di-
ctum coram R. P. D. Pirouano 12. Iunij 1617. in qua
relationes primo loco factæ fuerunt per Rotam ap-
probatæ, & ab oppoſitionibus illis datis defenſæ, vt
latè in alia deciſione huius cauſæ. Et licèt Puteobonel-
lus, & Albericus referant per coniecturas, & præſum-
3 ptiones, tamen illæ fuerunt viſæ DD. ſufficere; tùm
quia inter mercatores proceditur de æquo, & bono, vt
in alia deciſione; tùm quia ſatis eſt, probare immiſſio-
4 nem per coniecturas, ſicuti probatur verſio in vtilita-
B tem alicuius, B, *Bart. in auth. hoc nisi porrectum, num.
17. C. de ſacroſ. eccleſ. Bal. in l. vltic. in fin. C. ſi aduerſ.
cred. & fuit dictum in Romana grani coram R. P. D. meo
Vbaldo ſub die 23. Iunij* 1614. & de verſione inter ſo-
cios latè *Menoch. conſ. 375. num. 12. lib. 4.* Et reſpon-
ſiones datæ rationibus, & coniecturis per peritos con-
ſideratis non placuerunt DD. cum dicti periti ſint con-
formes, & illis non obſtantibus, vt ſupra retulerint,
quibus propterea tanquam de eorum peritia tractan-
tibus magis eſt ſtandum. Nec etiam probatur negati-
ua non immiſſionis bullettinorum per quatuor teſtes
pro Albanis examinatos ſuper articulis; nam ſolùm
duo deponunt ſuper dictis bullettinis, qui ſuper ſecun-
do articulo non concludunt, vt ex eorum lectura: ter-
tius, & quartus admittunt poſſibilitatem immiſſionis il-
lorum ipſis inſcijs; nec ſuper dictis teſtibus videbatur
fieri fundamentum pro Albanis; imò de contrario con-
ſtat ex depoſitione duorum teſtium in cauſa criminali
examinatorum, & atteſtationibus mercatorum; de
quibus fuit dictum in alia deciſione coram me. Com-
probatur, quia (vt periti retulerunt, & firmat dicta
deciſio D. Pirouani 12. Iunij 1617.) non ſolùm non con-
ſtat de diminutione, ſed de augmento Capſæ in ſumma
ſcutorum 2208. 56. & quòd dictum augmentum non
proceſſit ex aliquibus omiſſionibus & erroribus, &
præſertim dando creditum Capſæ in computo introi-
tus, ſed ex alijs cauſis per eos optimè aſſignatis, quod
5 augmentum fuit commune. Et non eſt veriſimile, quòd
ſi adfuiſſent dicti errores in bilancijs ſingulis annis du-
rante ſocietate factis, & manu eiuſdem Alexandri ſub-
ſcriptis, non deueniſſent ad notitiam ſociorum, vt fuit
in dicta deciſione conſideratum. Non obſtat clauſula
6 in dicta ſubſcriptione appoſita, *ſaluis erroribus*; quia di-
cta reſeruatio nō tollit certitudinem ſummæ calculatæ,
donec contrarium probetur; iuxta *doctr. Soccin. in l.
qui pecuniam, num. 10. ff. ſi cert. pet. in l. quibus diebus,
§. quadam, num. 10. ff. de cond. & dem. Vrſill. ad Aſ-
flict. qui in computis ſocialib. deciſ. 205. num. 7. latè Ber-
tazzol. clauſ. 38. gloſ. 2. num. 1. & fuit dictum in Peru-
ſina pecuniaria 16. Iunij* 1613. *coram me.* Vltra quòd
errores in adminiſtratione capſæ non magis poſſent ad-
ſcribi Attilio, quàm alijs ſocijs; quia pluries reſolutum
fuit, ipſum non fuiſſe ſolum Capſerium, & præſertim
ſub dicta die 12. Iunij 1617. imò nec fundacum habuiſſe
particularem Capſerium, ſed librum, & Capſam fuiſ-
ſe in manu omnium: & quòd ſuper dicto libro Capſæ
etiam iuuenes banchi deſcribebant rationes, & compu-
ta ſinè aliqua perſonarum diſtinctione; & quòd clauis
Capſæ non cuſtodiebatur penes aliquem, ſed retineba-
tur publicè in fundaco in manu omnium: quod omnes
periti concluſerunt, & præſertim Puteobonellus, qui,
(vt alias dictum eſt) optimè deſcribit, & repræſentat
ſtatum d. fundaci, & modum illius adminiſtrationis, &
7 præſertim capſæ. Et ideo, vel alter ab altero rationem
adminiſtrationis petere non poteſt ratione tacitæ com-
penſationis, *Caſtr. conſ. 126. num. 1. vol. 2. Alex. conſ.
47. num. 11 lib. 1. Crauett. conſ. 159. num. 6. argumento
8 l. ſi ambo. ff. de compenſ.* Vel ſi conſtaret, quòd plus ex
communi pecunia, ſeu mercibus peruenerit ad manus
Attilij, & in illius vtilitatem conuerſum, prout ex ſu-
pradictis non conſtat; non magis Attilio, quàm alijs in-
cumberet onus redden. rationis fundaci, & Capſæ, vt
vltra prædictos tradit *Soccin. conſ. 24. num. 42. in fin.
lib. 1. Bero. conſ. 191. num. 39. lib. 1.*
Ex quibus, & alijs in deciſionibus coram dicto R. P. D.
Pirouano, & coram me conſideratis DD. ſteterunt in
deciſis vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Cedula bancharia an, & quando habeat vim ſolutionis, di-
xi ſupra *ad deciſ. 500. lit. A.*
B Verſio in vtilitatem alicuius probatur ex præſumptioni-
9 bus, & coniecturis, vt vltra hic adductos *Menoch. de ar-
bitr. caſu 432. num. 32. & lib. 3. præſumpt. 55. num. 4. &
fuit dictum in Romana pecuniaria 29. Nouembris 1627.
coram Illuſtriſſ. Domino Cardinali Virili,* præcipua autem
10 coniectura eſt, quando pecuniæ fuerunt habitæ tempore
indigentiæ, & ille, ad cuius manus pecuniæ peruenerunt,
ſuis neceſſitatibus conſuluit *Gloſſ. in auth. hoc nisi porre-
ctum, verb. probat, & Bald. num. 8. C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ. Rip. in l. ſi ventri §. fin. num. 11. & ſeq. ff. de pri-
uileg. credit. cum alijs per Surd. deciſ. 55. num. 6. & 7. &
8. Federic. de Sen. conſil. 119. num. 4. Menoch. d. præſumpt.
55. num. 5. & d. caſ. 432. num. 37. Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 107. num. 20. & ſeqq. & cap. 360. num. 32. Gre-
gor. XV. deciſ. 21. num. 2. Rot. in dicta Romana pecunia-
ria coram Illuſtriſſimo Cardinali Virili.* & hæc coniectura
maxime procedit, quando inter receptionem pecuniæ,
vel alterius rei, & verſionem modicum tempus interceſſit
*Rip. in d. l. ſi ventri §. fin. num. 10. Menoch. d. caſ. 432.
num. 38. & d. præſump. 55. num. 8. Surd. d. deciſ. 55. num.
8. Gregor. XV. d. deciſ. 21. num. 3. Rota in d. Romana pe-
cuniaria coram Illuſtriſſimo Cardinali Virili* alias conie-
cturas, & præſumptiones vide apud *Menoch. locis citat.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Digitized by Google

Romana iuriſdictionis.

Lunæ 21. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Electio, & nominatio Aromatarij tranſmittendi cum Viceprothomedico ad viſitandas Aromatarias ſtatus Eccleſiaſtici, ſpectat ad Collegium Aromatariorum: approbatio verò ad Prothomedicum; & Aromatarij poſſunt vnũ tantùm eligere, & nominare, nec ad plures nominandos tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Electio perſonæ facienda eſt ab eo, cui intimatur actus, in quo perſona interuenire debet.*

2 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*

3 *Verba*, quòd ſi, *denotant diuerſificationem facti, & iuris.*

4 *Electio ſpectans ad aliquem in certo caſu, illi non competit, extra talem caſum.*

5 *Verbum*, debet, *importat neceſſitatem.*

6 *Præſentato à patrono, & idoneo Ordinarius non poteſt inſtitutionem denegare, & num. 8. etiam ſi præſentatus fuerit ab vno tantùm ex pluribus patronis, ſi alij non præſentent num. 9.*

7 *Obſeruantia ſubſequuta declarat dubiam diſpoſitionem.*

10 *Iuſpatronatus reſidet apud vnumquemque patronorum quòad omnes effectus.*

11 *Ordinario tempus aliquod, ad inſtituendum præſentatos, præfinitum non eſt.*

12 *Ordinarius ſi præſentatum inſtituere negligat, poteſt adiri ſuperior, qui ipſi terminum præfigat, quo elapſo, inſtitutio ad ſuperiorem deuoluitur.*

13 *Inſtitutio vt ab Ordinario ad ſuperiorem deuoluatur, quæ requirantur.*

DECISIO DXLVII.

SENTENTIA Prælati ab A.C. deputati inter Collegia DD. Phiſicorũ, & Aromatariorum viſa fuit Dominis confirmanda tanquam iuſta, & quidem in omnibus capitibus, quæ tria ſunt. Primum videlicet, quòd ſola, & ſimplex electio, & nominatio Aromatarij trãſmitten. Viceprothomedico ad viſitan. tabernas Aromatariorum ſtatus Eccleſiaſtici, iuxta conſtitutionem Clementis VII. & aliorũ ſummorum Pontificum ſpectet ad collegium dd. Aromatariorum: in hoc enim iuſtificatur dicta ſententia ex alia bon. mem. Cardinalis Io. Saluiati de anno 1534. inter eaſdem partes lata, in qua expreſsè habetur, quòd Prothomedicus Vrbis intimare debeat Aromatarijs, an inter eos aliquis idoneus, & peritus inueniatur, qui huiuſmodi onus viſitationum ſuſcipere velit: quo inuento, Prothomedico Vrbis intimare, qui ab eo, vnà cum alio Prothomedico electo ad huiuſmodi viſitationem faciendam mitti debeat, quæ deinde motu proprio Clementis VII. nec non Pauli III. & IV. & Iulij III. confirmata fuit. Et idem in ſubſtantia, & effectu continetur in concordia inter partes inita del 1575. & per ſanctæ mem. Gregorium XIII. confirmata. Nam
1 primò certioratio, ſeu denunciatio per Prothomedicum aromatarijs facienda præſupponit perſonam aromatarij mittẽdi cum Viceprothomedico viſitatore eſſe ab aromatarijs nominan. ad *tex. in l. 1. §. de inſpicien. & ibi Odoffr. in princ. & §. denunciare vbi gloſ. in verb. oportet ff. de ventr. inſpic.* Secundò dicitur in dictis literis Clementis VII. & Gregorij XIII. quòd ad Prothomedicũ electio Viceprothomedici viſitatoris competit; er-
2 go non electio Aromatarij: ad regulam, quòd vnius incluſio, &c. *l. cum prætor ff. de iudic.* Tertiò, quia perquiſitio, & inuentio aromatarij idonei, & periti Viceprothomedicum aſſocian. eſt iniuncta aromatarijs; ergo & nominatio: quia fruſtratoria, & ſuperuacua eſſet inuentio ſinè nominatione. Quartò iux. dictam ſententiã Cardinalis Saluiati Aromatarius idoneus, & peritus eſt præſentan. Prothomedico. Quintò, idem aromatarius mittitur cum Viceprothomedico electo, & ſic electio Prothomedici viſitatoris pertinet ad Prothomedicum Vrbis, & quòd electio Aromatarij ſpectet eidem prothomedico, nec verbum quidem; ergo ad Collegium Aromatariorum. Sextò, expreſſa ſunt verba tam d. ſententiæ, quàm concordię, quòd electio aromatarij ſpectet ad Prothomedicum ſolùm in caſu negligentiæ aromata-
3 riorum, quod denotant illa verba, *quòd ſi*, quæ ſignificant diuerſitatem iuris, & facti *§. Inſula verſ. quod ſi aliqua, & §. quòd ſi naturale in princ. verſ. quòd ſi poſt aliquod, & §. quòd ſi præſertim, Inſtit. de rer. diuiſ. l. 1. ff. quòd ſi diuiſio C. com. diuid.* Et quia in caſu negligentiæ ele-
4 ctio ſpectat ad Prothomedicum; ergo, ceſsãte dicto caſu, non ſpectat ad eum, conſequenter ad Aromatarios: quod argumentum procedit etiam in contractibus *Io. Andr. poſt Alber. & Odoffr. in addit. ad Specul. de locat. §. iam dicendum verb. prima poſt med. verſ. adhuc ſcire debes Alex. conſ. 3. num. 2. & 3. lib. 1. Dec. conſ. 62. num. 1. & 2. Surd. deciſ. 33. num. 10.* etiam in priuilegijs Principum *Signorol. conſ. 33. num. 7. in fine.* Tandem, & Septimò, ratio expreſſa in dicta ſententia, ne Prothomedicũ viſitatorem imperitum rerum Aromatariæ aſſociari contingat, quæ eſt repetita in dicta concordia, quam rationem ad alium effectum ponderauit Rota inter eaſdem partes *in illa Romana pœnarum 13. Decembris 1618. coram Illuſtriſſimo Sacrato*; & ideo magis eſt nota idoneitas, & peritia conſulibus, & Aromatarijs aſſocian. cum viſitatore, quàm Prothomedico: cum conſules, & Collegium ſit eiuſdem artis, & magis notas habeant perſonas idoneas, & peritas, quam ſolus Prothomedicus.

Cõprobatur ex obſeruantia ſubſecuta: cũ prædicti Aromatarij fuerint nominati, & electi à Collegio aromatariorum, vt infra dicetur circa tertium caput. Secundum verò caput d. ſententiæ eſt, quod approbatio dicti Aromatarij ſit facienda à Prothomedico, ad quem ſpectat electio vice Prothomedici viſitatoris: & licèt iſta approbatio verbis expreſſa non legatur in dicta ſententia Cardinalis Saluiati, & concordia, tamen virtualiter etiam in expreſſorum conſequentiam venit: & ideo perinde eſt, ac ſi eſſet expreſſa. Quòd autem, veniat pater quia de ſententia mandat, quòd Aromatarius præſentatus vnà cum Prothomedico electo ad viſitationẽ faciẽdus mitti debeat; & idem habetur in concordia, quòd Prothomedicus vtrique prouinciam delegat. Nam huiuſmodi prouincia non poteſt per Prothomedicum delegari, niſi præcedente approbatione, tam vice Prothomedij, quam Aromatarij delegati. Item ponderando verbum, *debeat*, relatum ad Prothomedicum, de quo in
5 ſententia Saluiati, quod importat neceſſitatem *l. 1. vbi Doct. ff. de eden. gloſ. in clem. 2. verbo, debet, de ſtat. monac. Io. de Anan. conſ. 85. in princ.* Itaque Prothomedicus mittere debea, ergo & approbare. Et in
6 hoc videbatur Dominis ad rem facere exemplum, quòd licèt præſentatio competat patrono: tamen eſt facienda

de idoneo, & ideo ſi ſit præſentatus idoneus, Epiſcopus non poteſt denegare collationem, ſeu inſtitutionem: licèt ſecus, quando non idoneus fuit præſentatus, *c. decernimus, & c. monaſterium, vbi gloſ. in fin. 16. quaſt. 7. c. paſtoralis de iurep. Paul. de Cittad. de iurep. part. 6. num. 5. in 6. quaſt. Bertach. de Epiſcop. par. 2 lib. 4. num. 65. Lambert. de iurepatr. part. 2. lib. 2. quaſt. 8. art. 15.*
A *num. 1. & per tot.* A, Tertium verò caput, quòd Aromatarij poſſint vnum tantùm eligere, & nominare, nec ad plures nominan. teneantur: hoc pariter dixerunt Domini, non ſolùm non contradicere ſed conuenire tàm verbis, quàm menti nedum d. ſententiæ vt ſupra confirmatæ, ſed & dictæ cõcordiæ verbis ſententiæ, quæ ſunt concepta in ſingulari ibi (an inter eos aliquis idoneus, & imperitus inueniatur, & quòd huiuſmodi onus ſuſcipere velit): & ibi, *quo inuento*; & eiſdem verbis in ſingulari numero pluries repetitis vtitur concordia, præſertim in illis verbis (Prothomedicus, qui viſitatores deſignandi ius obtinet, Aromatarijs id denunciet, atque ab eis exquirat, habeantne aliquem peritum, & idoneum, qui medico illi in huiuſmodi viſitationis munere comes, & miniſter eſſe velit, &c.) & ibi, *quo inuento Prothomedicus, &c.* Et propterea non applicatur, quòd electio non cadat, niſi de pluribus, & inter plures: quia hæc verba repugnant, & mens tàm contrahentium quàm Summorũ Pontificum, qui confirmarunt concordiam. Tandem omnem difficultatem (quatenus res du-
7 bia dici poſſit, cum tamen ſatis clara viſa fuerit) tollit obſeruantia ſubſecuta, quòd vnus tantùm fuit nominatus, de qua conſtat ex datis *in ſumm. Aromatariorum num. 5. Abb. in cap. cum dilectus, num. 7. de conſuet. Gabr. conſ. 66. num. 24. lib. 2. Seraph. deciſ. 600. num. 3. Rota deciſ. 571. num. 3. part. 1. diuerſ. in Anglicana Prioratus 19. Octobris 1592. coram Litta, & in Nullius, ſeu Squillacen. iuriſdictionis 4. Martij 1616. coram bon. mem. Andrea.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Rota deciſ. 337 num. 1. part. 2. recent. in Feltren. Canoni-*
8 *catus 5. Decẽbris 1603. coram Ortembergo apud Marcheſ. de commiſſ. part. 2 pag. 83 & in eadem coram eodem 22. Martij 1604. & in Ianuen. iuriſpatronatus 25. Iunij 1607. coram Cardinali Lancellotto iuniori, in Veliterna Cappellania 27. Aprilis 1612. coram bon mem. Patriarcha Manzanedo, in Burgi Sancti Sepulchri beneficij 26. Maij 1626. coram R. P. D. Merlino, & in Gerunden. beneficij 21. Februarij 1628 coram R P. D. Pirouano.*

Quod procedit etiam in præſentato ab vno tantùm ex
9 pluribus patronis, cui denegari non poteſt inſtitutio ſi alij non præſentent, vel vtantur iure ſuo; vt fuit reſolutum *in Firmana beneficij 13. Maij 1596. coram bon. mem. Cardinali Pãphilio ſeniori apud Garz. de beneficijs par. 5. cap. 1. num. 591. paulò ante fin. et in d. Veliterna Cappellania coram Patriarcha Mãzanedo: &* ratio eſt quia iuſpatronatus reſidet
10 apud vnumquemque patronorum quoad omnes effectus. *iuxt. Gloſſ. in cap. 1. verb. vide, de iurepatr.* quàm ibi ſequitur *Abb. num.* 7. & dicit communiter receptam, & menti tenendam, *& fuit dictum in Piſtorien. parochialis 27. Iunij 1619 coram R. P. D. Pirouano & in dd. Firmana beneficij, & Veliterna Cappellania.* Ideo licèt Or-
11 dinario tempus aliquod ad inſtituẽdum præſentatum à iure præfixum non reperiatur, *Gloſſ. & Doct. in cap. cum in cunctis, §. 1. de elect. Rot. deciſ. 4. de iurepatr. in nou. Abb. in cap. 2. num. 12 de conceſſ. praben. & in cap. paſtoralis num. 6. de iure patr. Roch. de iurepatr. verb. honorificum quaſt. 25. Rebuff. in praxi tit. de deuolut. num. 6. & ſuper concordat. de nominat. reg. §. 1. verb. intra ſex menſes. verſ. in inſtitutione, Rota in Iacen. Vicaria coram Cardinali Platto apud Garz. de benefic. part. 6. cap. 2. num. 170. al. med. in Lunen. Sarzanen. Cappellania 29 Iunij & 5. Decembris. 1601. coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & coram eodem in Beneuentana Vicaria 18. Iunij 1617.* poteſt
12 nihilominus adiri Superior, qui inſtituere habenti præfigat terminum ad inſtituendum, quo elapſo, inſtitutio ad Superiorem deuoluitur, *Rot. d. deciſ. 4. de iurepatr. in nou. Abb. d. cap. 2. ſub num. 12. de conceſſ. prabend. & conſil. 28. ſub num. 2. part. 2. Roch. d. quaſt. 15. num. 55. Rebuff. ſuper concordat. d. §. 1. verb. intra ſex menſes. verſ. in inſtitutione*; eſt tamen neceſſaria trina interpellatio, ad effectum, vt Ordinarius habens inſtituere conſtituatur in mora, & inſtitutio ad Superiorem deuoluatur, ex adductis per *Seraphin deciſ. 454 num. 4.* & in terminis *Rota in d. Feltren. canonicatus 5. Decembris 1603. coram Ortembergo, apud Marcheſ. vbi ſupra num. 3.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Giennen. Theſaurariæ.

Lunæ 21. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Infirmitas expreſſa in coadiutoria quomodo ſit intelligenda, & qualiter probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Liber Chori, & Punctatoris probat deficientiam, & perſeuerantiam in ſeruitio.*
2 *Infirmitas narrata in coadiutoria probanda eſt talis, quæ per ſe corpus aggrauaret, ſinè probabili ſpe futuræ proſperitatis, & valetudinis, & quæ præſtaret impedimentum perpetuum, licèt cum aliquo interuallo quietis.*
3 *Infirmitas in coadiutoria expreſſa debet plenè, & concludenter probari; limita, vt num. 5.*
4 *Coadiutoria cum futura ſucceſſione, tanquam exorbitans à iure communi, concedi non debet, abſque vrgenti neceſſitate, & cauſa non priùs diligenter cognita.*

DECISIO DXLVIII.

EX narratis in gratia coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, de qua agitur, conceſſa ad fauorem Vitalis per fel. rec. Paulum V. non fuit verificatum, quòd Chriſtophorus coadiutus ita aſſiduè cõtinuis capitis doloribus grauaretur, quòd non poſſet vlteriùs per ſe ipſum deſeruire, & onera Theſaurariæ incumbentia perferre Teſtes enim dati *in ſummario Vitalis num.* 8. & Promotoris fiſcalis *num.* 9. vltra quòd multi ex eis attendendi non ſunt, cum aliqui deponant de auditu ab eodem Chriſtophoro, vt primus 4. 8. 9. & 10. aliqui de auditu ab eius Patre, vt quintus, & aliqui de auditu ab alijs, vt ſecundus omnes deponunt, eumdem Chriſtophorum ſolum per aliquot vices, non autem continuò, & frequenter dictis doloribus laboraſſe: videlicet, ſecundus per vnam, vel duas vices: tertius, & quartus per vnicã poſtquã fuit Theſaurarius: ſextus per aliquas vices: ſeptimus, qui eſt illius medicus, per tres vices in vno anno, ſubdens, quòd ab vna ad alteram tranſierunt duo, aut tres menſes; octauus per duas vices ſimiliter in vno anno: nonus per duas, vel tres: & duodecimus per plures.

res ; primus autem expreſsè dicit, ſe illum vidiſſe labo-
rantem leui infirmitate, quæ durauit (ſi benè meminit)
ſpatio trium hebdommadarum: ſed quòd iſti non fuerunt
dolores capitis continui, qui illum impedirent venire
ad Eccleſiam per plures hebdommadas, quàm illas, quas
dimiſit venire : & quòd multis vicibus non audet deſer-
uire ſuam hebdomadam, quamuis hoc non ſit ordina-
riè : & quòd de hoc aliquoties ſe excuſat propter dictos
1 dolores. Et tolli viſa fuit difficultas ex libris Chori, ſeu
punctatoris Eccleſiæ, in quibus adnotantur deficientes in
ſeruitio, & quibus in hac materia ſtandum eſt, vt exal-
legatis per Rotam *deciſ.* 629. *num.* 1. *par.* 2. *in recent.*
cum in eis appareat, Chriſtophorum defeciſſe de anno
1617. ſolùm pro vna die, & del 1618. pro tribus tan-
tùm, & demum del 1619. ſolùm pro quatuor, vt in par-
titis dictorum librorum datis *in dicto ſummario Promo-*
2 *toris fiſcalis num.* 4. Sicque patet, ſupradictam narrati-
uam non poſſe dici verificatam, cum iuxta illam, ac
etiam ſecũdùm naturam huiuſmodi gratiarum eſſet pro
bãda talis infirmitas, quæ per ſe corpus aggrauaret, ſinè
probabili ſpe futuræ proſperitatis, & valetudinis, ſecun-
dùm *Felin. in cap. quoniam frequenter num.* 6. *ad fin. verſ. &*
quando Innoc. vt lit. non conteſt. quem in iſtis præciſis ter-
minis ſimilis coadiutoriæ ſequuta eſt Rota apud *Caputaq.*
deciſ. 240. *num.* 1. *par.* 1. *& Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 5. *§.*
9. *num.* 88. & quæ præſtaret impedimentum perpetuum,
licèt cum aliquo interuallo quietis, vt in eiſdem termi-
nis *not. poſt alios Imol. in cap. fin. ſub num* 9. *de Cleric.*
ægrot. & Caputaq. d. deciſ. 240. *num.* 2. *& Gonzal. loco cit.*
3 *num.* 89. Quæ etiam infirmitas eſſet iuxta omnes iuris
A regulas plenè, & concludenter probanda, A, præſertim
cum eſſe ſoleat potiſſima cauſa, & fundamentum hu-
4 iuſmodi coadiutoriarum cum futura ſucceſſione, quæ
ſunt exorbitantes à iure communi, & quæ ſinè vrgenti
neceſſitate, & cauſa non priùs diligenter cognita, prohi-
bentur à Sacroſancto Tridentino Concilio ſeſſione 25.
cap. 7. & à Motu proprio fel. record. Pauli Quarti.
Et ideo ex hoc, alijs ommiſſis, DD. reſponderunt, gratiam
prædictam non eſſe iuſtificatam.

ANNOTATIO.

A Limita quando eſſet iam ſemel iuſtificata, & ageretur de
5 ſecunda coadiutoria tunc enim leuiores probationes ſuffi-
ciunt, *Seraphin deciſ.* 262 *num* 2. *Rota in Vlixbonen. quar-*
tanariæ 13. *Iunij* 1625. *coram Reuerendiſſimo D. Coc-*
cino Decano.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana de Cangijs.

Veneris 25. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Exceptio non adimplementi an, & quando ob-
ſtet.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non implementi poteſt opponi contra creditores per tertium, qui noluit ſe illis eſſe obligatum, niſi certis conditionibus adimpletis.*
2 *Tertius poteſt ſoluere, & fundum liberare ab aliquo onere vt ſibi ius acquirat vtilis actionis pro negotijs geſtis.*
3 *Exceptio non implementi non habet locum, niſi quando agitur ex contractu, ex quo oritur exceptio.*

4 *Diuidua res dicitur, quando pars reſpectu partis tantam affert vtilitatem, quantam omnes reſpectu omnium.*
6 *Exceptio non implementi pro parte, circa quam poteſt dici adimpletum, non poteſt opponi adhoc vt quis non teneatur ad illam ratam.*
7 *Conſtitutum pactum non liberat ab actuali traditione.*
8 *Traditio præſumitur quando de ea non fuit oppoſitum.*

DECISIO DXLIX.

EXCEPTIONEM non implementi,
ſeu rei non traditæ, concluſerunt Domi-
1 ni, non obſtare creditoribus Blaſij; illa
enim deducitur ex eo, quòd non conſtet,
mobilia, & argenta, de quibus in dona-
tione per Blaſium facta nepotibus, &
alijs, fuiſſe actualiter tradita donatarijs, qui propte-
rea dicunt, ſe non fuiſſe obligatos ſatisfacere credito-
ribus donatoris iuxta conditionem, ſeu modum dictæ
donationis *ad l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt.* Quæ
tamen exceptio non videtur ſuffragari donatarijs, quia
teneantur actione negociorum geſtorum Blaſio dona-
tori, qui ſatisfecit creditoribus ipſius, quibus ipſi ſa-
tisfacere tenebantur. Tum quia cum vinea illis dona-
ta tranſierit cum hypothecis anteriorum creditorum,
vt in hac cauſa *fuit deciſum coram Illuſtriſſimo D. Cardi-*
nali Sacrato 16. *Ianuarij* 1619. & à dictis hypothecis
fuerit, per ſolutiones à Blaſio factas, liberata; ideo re-
2 ſpectu huius liberationis, quam potuit Blaſius facere
vti tertius, *iux. l. ſoluendo de neg. geſt. cum allegatis in de-*
ciſionibus in hac cauſa factis, *& in illa Roman. legitimæ dei*
Columna coram me ſub die 23. *Ianuarij præteriti*, ſicut
Blaſio agenti non ex contractu donationis, ſed vtili ne
A gotiorum geſtorum A, ex eo, quòd tanquam tertius, vt
ſupra, vineam à dictis hypothecis liberauit, non pote-
rat opponi de non implemento, iuxta diſpoſitionem *di-*
cti §. offerri, cum illa non habeat locum, niſi quando
3 agitur ex contractu, ex quo oritur exceptio, vt colli-
gitur ex verbis textus, latè *Surd. conſ.* 101. *num.* 25. *lib.*
1. *Mantic. deciſ.* 238. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 389. *num.* 3.
par. 2. *in recent. in Romana melioramentorum* 16. *Ianua-*
rij 1612. *inter impreſſ. per Pacific. deciſ.* 286. *num.* 1. *&*
fuit dictum in Roman. concordiæ 21. *Maij* 1614. *coram*
B *me* B, Ita neque creditoribus habentibus omnia iura
Blaſij hypothecata, & proinde eadem actione agenti-
bus, vt agere poſſe firmatum fuit *in dicta deciſione coram*
Illuſtriſſimo Sacrato. Tum quia dicti donatarij, licèt
non eſſet ſequuta traditio mobilium, & argentorum,
(quod tamen non admittitur, vt infra) non poſſunt pro-
pterea dici liberati à ſolutione æris alieni ſaltem pro ra-
ta Vineæ actualiter traditæ, cum res donatæ ſint diui-
duæ, & diſtinctè donatæ, & tantum afferat vtilitatem
pars tradita reſpectu partis, quantam omnes reſpectu
4 omnium : qui eſt modus cognoſcendi, quando res ſunt
diuiduæ *Bart. in l. cui vſusfructus num.* 4. *in fin. verſ. præ-*
terea ff. de vſufr. leg. Bald. conſ. 32. *num.* 1. *in fin. lib.* 2.
Aret. conſ. 129. *in prin. Alex. conſ.* 143. *num.* 2. *verſic.*
hoc tamen lib. 7. *latè Tiraquel. de retr. lign. §.* 23. *gloſ.*
1. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 709. *num.* 4. *par.* 1. *diuerſ. & fuit*
dictum in Mediolanen. penſionis 12. *Maij* 1614. *coram*
R. P. D. meo Vbaldo. Ideoque duriſſimum videtur, &
5 contra naturalem æquitatem (ſecundùm quam non de-
bet quis cum aliena iactura locupletari) quòd etiam ſi
mobilia, & argenta (quæ tamen reſpectu vineæ tradi-
tæ ſunt ſatis vilioris valoris) tradita non fuiſſent, dona-
tarij eſſent liberati, etiam pro rata valoris traditorum,
vt in terminis valde proximis reſpondendo *dict. §. of-*
ferri, tradit Cagnol. in l. 2. *C. de pact. int. empt. & vend.*

num. 164. *verſ. obijciens*, cuius doctrina, & rationes hoc in caſu placuerunt Dominis, tanquam ſuper magna æquitate fundatæ, quòd ex capite inobſeruantiæ donatoria ipſi donatarij conſequantur liberationem à toto; & faciunt etiam rationes conſideratæ per *Surd. d. conſ.* 101. *num.* 25. *in fin. & num.* 26. Conſiderabant etiam
7 Domini, quòd in dicta donatione adeſt pactum conſtituti, quod licèt non liberet ab actuali traditione facti: tamen non ſolùm non docetur de non traditione, ſed præſumptiones videntur vrgere in contrarium; de illa
8 enim nunquam fuit oppoſitum per primos donatarios in donatione nominatos, nec in vita, nec poſt mortem Blaſij, ſed hodie poſt donatoris, & donatariorum mortem per vnum ex filijs donatariorum opponitur poſt longum tempus, ac cæptam exequutionem, & poſtquã lis fuit tanto tempore ventilata, & diſcuſſæ omnes exceptiones, & præſertim oppoſitæ vltimo loco, quòd donatarij ſoluerint creditoribus Blaſij, & ſatisfecerint eorum obligationi, quæ fuit reiecta per Rotam, *vt in deciſione coram dicto Illuſtriſſimo Domino Sacrato ſub die* 4. *Maij anni præteriti*, & quia Blaſius donans commorabatur in Vrbe, donatarij verò in Ciuitate Foroſempronien. & ſic vbi erant mobilia, & argenta donata. Ex quibus ſimul iunctis non leues reſultant præſumptiones actualis traditionis.

Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A Hanc deciſionem ſequuta eſt Rota infra *deciſ.* 637 *num* 2.

B Vide quæ dixi ſupra *ad deciſ.* 54. *lit. A & hac deciſione allegata Beltramin.* alijs relatis *ad deciſ. Greg XV.* 261. *num.* 6. *& infra deciſ.* 571.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Taurinen. Theſaurariæ.

Veneris 25. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Agitur de iuſtificatione gratiæ, ſi neutri, quòd narratiuam conſuetudinis obtinendi duo beneficia incompatibilia in eadem Eccleſia necnon quoad valorem, & litem.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatum, & dignitatem in Cathedrali obtinens à Papa, præſumitur obtinuiſſe ex Apoſtolica diſpenſatione.*
2 Forſan. *dictio nihil, in certo ponit.*
3 *Statutum vnius Eccleſiæ aliam Eccleſiam non ligat.*
4 *Conſuetudo contra ius debet probari* 40. *annorum ſpatio, cum duobus actibus ad minus num.* 5.
6 *Conſuetudo retinendi beneficia incompatibilia debet probari per* 40. *annos, & per duos actus.*
7 *Narratiua*, Conferri conſueuit, *quomodo ſit iuſtificanda.*
8 *Valor per non exceſſum* 150. *non iuſtificatur per narratiuam aduerſarij non exceſſus* 180.
9 *Gratia ſi neutri ſinè lite non conſiſtit.*
10 *Lis debet iuſtificari de tempore datæ in gratia ſi neutri.*

DECISIO DL.

CVM ſub die 15. Maij anni præteriti fuerit reſolutum, gratiam ſi neutri, qua nititur Ioann. Baptiſta, eſſe iuſtificatam quoad vacationem Theſaurariæ, de qua agitur, & reſeruatum videre quoad alia; hodie fuit negatiuè reſolutum. Et omiſſa iuſtificatione non iuris eiuſdem, pro qua ſufficit ſola eius confeſſio: necnon qualitatum eius perſonæ, videlicet Doctoratus, Prothonotariatus, Canonicatus in eadem Eccleſia: quæ verificatur *ex datis in ſummario num.* 12. & exaduerſo non controuertuntur. Viſum fuit Dominis, defectum iuſtificationis aliorum conſiſtere in infraſcriptis. Primò, narratiua, quòd dicta Theſauraria conſueuit obtineri per vnum ex dictæ Eccleſiæ Canonicis vnà cum canonicatu, & præbenda abſque diſpenſatione Apoſtolica, non probatur. Nam inſtrumenta del 1509. 1510. & 1518. *in ſummario Ioann. Baptiſtæ num.* 3. *&* 5. & prouiſio Apoſtolica ex cauſa reſignationis del 1509. *num.* 4 continent ſimplices enunciatiuas perſonarum, de quibus in eis, quæ eodem tempore obtinuerunt Theſaurariam, & canonicatum; ſed quòd obtinuerint ſinè diſpenſatione Apoſtolica, in quo ſtat punctus, nihil in eis dicitur: imò præſumitur, quòd potiùs ex diſpenſatione Apoſtolica Canonici ſic enunciati Theſaurariam obtinuerint, *Anchar. conſ.* 11. *num.* 2. *verſ. pro hoc facit*, & facit *lap. alleg.* 89. *num.* 17. *verſ. item probatio, & in his terminis Hoped. de benef. incomp. cap.* 20. *num.* 10. *& ſeqq.* Minùs probat poſſeſſio Capitularis del 1572. Theſaurariæ & Canonicatus, tradita procuratori prouiſi Apoſtolici *in dicto ſummario num.* 6. quia cum ſit data vigore literarum Apoſtolicarum, & proceſſus fulminati, quorum tenor non eſt inſertus, non poteſt concludi, quòd Canonicatus, & Theſauraria obtinerentur ſinè diſpenſatione Apoſtolica: imò ille Emus prouiſus Apoſtolicus recipitur in canonicum in executionem literarum Apoſtolicarum, ad effectum dumtaxat dictam Theſaurariam obtinendi, quaſi quod eſſet neceſſarius Canonicatus ad obtinendam Theſaurariam; quòd tamen non ſubſiſtit, nec enunciatur, quòd Franciſcus, qui dictam Theſaurariam reſignauit ad fauorem Octauij, eſſet Canonicus, ſed ſolùm dictæ Theſaurariæ vltimus poſſeſſor. Imò in collatione Archidiaconatus facta Canonico per Gregorium XIII. dicitur, *Ac forſan per vnum ex dictæ Eccleſiæ Canonicis etiam vna cum illis canonicatu, & præbenda, abſque diſpenſatione Apoſtolica, obtineri conſueuit*,
2 & ſic cum illa dictione, *forſan*, quæ regulariter nihil certum ponit, *Felin. in cap. accedens il primo num.* 10. *verſ melior reſponſio vt lit. non cont. Iaſ. in l. fin. num.* 5. *C. de tranſact. Barbat. in cap. ſuper literis num.* 247. *&* 248. *de reſcript. Mandoſ. de ſignat. grat. in prin. verb. prouiſiones verſic. ſi in prouiſione.* Bulla autem erectionis Theſaurariæ de tempore Syſti Quarti *de qua in ſummario num.* 7. nullum quidem verbum de hoc facit; nec fundamentum deſumi poteſt ex clauſula in ea appoſita, quòd erectio ſit facta cum omnibus præeminentijs, honoribus oneribus, & emolumentis conſuetis, ad inſtar aliarum Theſaurariarum partium illarum Eccleſiarum. Nam quicquid ſit de dicta clauſula, quæ nullo modo videtur referri poſſe, quòd importet, conceſſam eſſe diſpenſationem obtinendi Theſaurariã nõ probatur quòd iſta veniat ſub honoribus, & emolumentis Theſaurariæ conſuetis: neque probatur, quòd iſta ſint emolumenta, ſeu honores ſoliti aliarum Theſaurariarum illarum partium. Et quòd dicta erectio Theſaurariæ non contineat diſpenſationem, illam obtinendi cum Canonicatu,

pro-

probari videtur ex illius lectura, cũ de ea prouiſus fuerit prima vice Ioannes, tunc Sereniſſimi Sabaudię Ducis in Romana Curia procurator, qui non enunciatur canonicus, & ſupptimitur quedam præbenda ad eius vitam: qua ſuppreſſione vſus non fuiſſet, ſi illam cum canonicatu obtinere potuiſſet. Nec etiam probatur, Theſaurarias Eccleſiarum dictarum partium habere conſuetum hoc, imò reſpectu Eccleſiæ Hipporegien. pro qua datur collatio canonicatuum, & Theſaurariæ, & atteſtatio Capituli *in ſummario num.* 10. dicta Eccleſia habet particulare ſtatutum, quòd aliquis non promoueatur ad dignitates in dicta Eccleſia, niſi ſit canonicus præbendatus, de quo *in dicto ſummario num.* 10. & de ſimili ſtatuto *fuit dictum hac eadem die coram Reuerendo Padr. D. Remboldo in Dertuſin. Ar-*
3 *chidiaconatus*; & conſuetudo, vel ſtatutum dictæ Eccleſiæ non poteſt, nec debet extendi ad Eccleſiam Taurinen. cum ſit contra ius commune, *Calder. conſ.* 5. *nic. ut lit. pend verſ per prædicta, Caſſad. deciſ.* 23. *num.* 6. *de praben. et de communi poſt alios Simon. de Pret. conſ.* 119. *num.* 31. *Rota deciſ.* 513. *num.* 11, 524. *num.* 2. *par.* 4. *& deciſ.* 302. *num.* 3. *par.* 2. *in recent* neq; hoc dicunt verba dictæ erectionis. Collationes verò Theſaurariæ Eccleſiæ Saluciatum factæ duobus Canonicis *in ſummario num.* 10. vltra quòd non faciunt ad iſtam Eccleſiam, habent eamdem clauſulam, de qua in gratia, de qua agitur. Teſtes *in ſummario num.* 8. nihil penitus concludunt, quia primus dicit, neſcire, an eadem perſona canonicatum, & Theſaurariam ſinè diſpenſatione potuerit obtinere; ſecundus iuxta 13. & ſuper primo de auditu à canonicis: tertius verò nullum verbum facit de diſpenſa-
4 tione. Ex quibus ſequitur, non eſſe probatam hanc conſuetudinem, nec quò ad tempus, quæ cum (vt ſupra) ſit contra ius commune, debet eſſe ad minus annorum 40. iuxta notata *in cap. fin. de conſuet. Bart. in l. de quibus num.* 14. *ff. de legibus Roman. conſ.* 378. *num.* 5. *& in his terminis Hoted vbi ſupra cap.* 11. *num.* 14. *Rota*
5 *deciſ.* 497. *num.* 4 *par.* 1. *in recent.* nec quò ad actus, qui non debent eſſe minus duobus *gloſ. in rub. & Bart. in l.* 1. *num.* 12. *C. quæ ſit longa conſuetudo, & in l. mela §. ſed & ſi alimenta ff. de alim. & cib leg.* & traduut *Doct. in l.* 3. *& præſertim Bald. num.* 5. *C. de Epiſcop. aud. Bero conſ.* 121. *num.* 16. *lib.* 3 *late Gonzal. ſuper reg.* 8. *gloſ.* 36. *num.* 85. *Seraph deciſ.* 381. *num.* 2. & in conſuetudine reti-
6 nen. beneficia incompatibilia *Hoted. d. tract. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 17. & in iuſtificatione narratiuæ, *conferri*
7 *conſueuit, Mandoſ. de ſignat. grat. in princip. verb. prouiſiones verſ præceptoria Creſcen. deciſ.* 1. *de conſuetud. Rota in Taraſonen. iuris præſentandi coram Cardinali, Blanchetto, & in Salamantina Parochialis coram Cardinale Arigonio relat. per Garz. de benef. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 37.
8 Secundò, deficit iuſtificatio valoris, qui fuit narratus ducatorum auri de Camera per non exceſſum 150. *in ſummario num.* 1. & tamen non probatur per narratiuam Pettini in ducatis 180. quia valor poteſt excedere ducatos 150. & tamen non excedere 180. vt patet ad ſenſum. Tertiò, dicebat vnus ex DD. non iuſtificari litem narratam inter Io. Baptiſtam, & D. Epiſcopũ, cum illa cœpta fuerit per citationem (vt ſupponitur) executam die 8. Octobris 1615. contra D. Epiſcopum, qui tamen die 6. Iulij præcedentis Theſaurariam reſignauerat in manibus Sanctiſſimi ad fauorem Pettini, *vt in eius ſummario num.* 1. *&* 3. & ſinè lite certum eſt, gratiam, ſi neutri, non conſiſtere, *Capat. deciſ.* 34. *num.* 1. *& ſeq. par.* 2. *Rota deciſ.* 455 *num.* 1. *&* 226. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. *in recent. & in Tridentina beneficij* 8. *Octobris* 1593. *&* 12. *Decembris* 1594. *coram Penna, & in alijs relatis per*
9 *Modern. de benefic. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 17. *& latius*
A *num.* 210. *& ſeq.* A, Et debet iuſtificari de tempore datæ *cap. cum te vbi Felin. num.* 18. *de reſcript. Imol. in Clem. fin. num.* 20. *eod tit. Anchar. conſ.* 188. *num.* 4. *Gig de penſ. quæſt.* 22. *num.* 16. *& ſeq. Rota deciſ.* 28. *num.* 2. *de reſcript. in antiq. & deciſ.* 443. *num.* 2 *par.* 2. *in recent.* quæ tamen ex prædictis non videbatur probata.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Cardinal Caualer. deciſ.* 572. *num* 8. *& fuit dictum in Aſten. Canonicatus* 16. *Aprilis* 1627. *coram R. P. D. Dunozetto iuniore, vbi quòd lis debet eſſe ſuper titulo beneficij*

B *Garz. de benefic. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 218 *Gregor. XV. deciſ.* 94 *num.* 1. *& ibi Beltraminus latè ſub lit. A.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Comen. parochialis de Brenta.

Veneris 25. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria quando denegetur ad probandam immemorabilem pro iuſtificatione iuriſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis probari non poteſt, dum conſtat de initio per productionem alterius tituli; & ſufficit productio facta in alia cauſa, quæ vertebat inter eaſdem partes, & per procuratorem habentem generale mandatum nu.* 11.

2 *Productio facta per procuratorem cenſetur approbata per principalem, qui per multos annos non reclamauit.*

3 *Confeſſio procuratoris, re integra, non reuocata præiudicat.*

4 *Teſtes ad proban. immemorabilem debet eſſe. annorum* 54. *& deponere de viſu per* 40.

5 *Mors præſumitur ſpatio centum annorum.*

6 *Beneficium curatum conferri non debet perſonis non gratis populo, & parochianis.*

7 *Collatio fit tantum de beneficijs liberis, inſtitutio autem de beneficijs iuriſpatronatus, & num.* 14.

8 *Iuſpatronatus a perſonis, in quibus cadit ſuſpitio vſurpationis, debet probari vltra immemorabilem per præſentationes continuatas, & effectum ſortitas per ſpatium* 50. *annorum, quæ præſentationes debent reſultare ex publicis ſcripturis.*

10. *Iuriſpatronatus vſurpatio præſumitur etiam in Communitatibus paruis, & num.* 15. *Limitatur num.* 16.

10 *Remiſſoria denegatur, quando teſtes potuerunt examinari in pluribus inſtantijs in partibus factis.*

11 *Productio facta per procuratorem habentem generale mandatum ad lites nocet principali.*

12 *Productio facta per procuratorem cenſetur approbata a principali, qui poſtea comparuit, petens ſcripturas à procuratori productas.*

13 *Confeſſio reuocari non poteſt, vbi eſt iam alteri ius quaſitum, niſi ipſo volente.*

DECISIO DLI.

PRO parte Vniuerſitatis de Brenta, &
ab ea præſentati, fuit petita remiſſo-
ria ad proban. immemorabilem re-
quiſitam ex forma Concilij pro iuſtifi-
catione iuriſpatronatus, in Eccleſia
parochiali per dictam Vniuerſitatem
prætenſi; & DD. dixerunt, eſſe dene-
gandam ex capite irreleuantiæ, & calumniæ: ex quo
immemorabilis viſa fuit improbabilis, cum conſtet de
dotatione dictæ parochialis ex teſtamento q. Ioannoli
del 1484 *in ſummario Antonij num.* 3. quo viſa fuit dicta
Communitas, illud magnificando tanquã titulum, & fun-
damentum dicti iuriſpatronatus, in duabus inſtantijs,
in quibus latæ fuerunt ſententiæ contra eam, *in ſumma-
rio num.* 1. & 2. & etiam in hac inſtantia Rotali; vndè
1 ſequitur, immemorabilem, dum cõſtat de initio, probari
non poſſe *Put. deciſ.* 426. *num.* 3. *lib.* 2. *in nou. Seraph.
deciſ.* 454. *num.* 4 *Rot. in Cremen. decimarum* 22. *Apri-
lis* 1602. *coram Penia, & in Conchen. decimarum dell'In-*
A *fantado* 11. *Martij* 1616. *coram bon. mem. Andrea* A, &
in alijs paſſim. Non obſtat, quòd productio dicti tituli
dotationis facta fuerit per compulſum; quia in parti-
bus coram Vicario Comen. & Papien. fuit producta
2 ſimpliciter. Minùs obſtat, quòd facta fuerit à procura-
tore; quia vltra quòd, ſtante productione proceſſus, &
longitudine temporis, pars Communitatis cenſetur cer-
B tiorata, & illã ratificaſſe B, vt in ſimilibus *Put. deciſ.* 386.
3 *num.* 2. & 3 *lib.* 2. *in nou.* præiudicat, dum confeſſio
ex illa reſultans non fuit re integra renouata *gloſ. in
cap.* 1. *verb non negauit num.* 14. *vt lit. non conteſtat. Rota
in Cæſaraugustana penſionis* 4. *Iulij* 1618. *coram R. P. D.
meo Manzanedo, in Pampilonen. penſionis* 16. *Ianuarij*
1613. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, & in Anconi-
tana de Fanellis* 21. *Maij* 1618. *coram R. P. D. Vbal-*
C *do.* C Tantoque magis viſa fuit improbabilis, quia te-
4 ſtes ad concludendã immemorabilem debent eſſe ætatis
annorum 54. & deponere de viſu per annos 40. iuxta
gloſ. cap 1. *verbo memoria*, & ibi *Lap. num.* 8. *Franc num.*
16. *de præſcr. in* 6. *Rot. deciſ.* 254 *num.* 1. & 2. *part.* 1.
in recent. & 248. *num.* 3 *vbi de obſeruantia Rota* & 360.
num. 3. *par.* 2. *in eiſdem*: ideoque cum dentur collatio-
nes de dicta Eccleſia, vti de libera, ſpatio annorum 50.
vel circa, videlicet ab anno 1568. vſque ad annum
1618. quo vltimo loco vacauit: dempto dicto tempore
eſſet neceſſe, quòd teſtes excederent annos centum: &
5 ſic veriſimiliter per teſtes probari non poteſt, cum vl-
tra dictum tempus nemo viuere præſumatur *l. an vſuſ-
fructus ff. de vſufruct. l. vt inter diuinum* §. 1. & *l. fin.
C. de ſacroſ. Eccleſ.* Non obſtat, quòd prima collatio non
ſit vti de libero, ſed ad præſentationem hominum dictæ
terræ, tanquam facta cuidam Bariotto grato, & acce-
pto incolis loci Brentæ, vt in eadem collatione enun-
ciatur. Quia dicta verba non important præſentatio-
nem, ſed potiùs demonſtrant prudentiam Epiſcopi, qui
6 aliàs non debet beneficia curam animarum habentia,
quantùmuis libera perſonis populo, & parochianis non
gratis conferre *Abb. in cap. quod Dei num.* 1. *de ſtat. mo-*
7 *nach. idem Abbas in cap.* 1. *num.* 8. *de elect.* & ſi dicta ver-
ba pro præſentatione deſeruire potuiſſent, ſecuta eſſet
inſtitutio, non autem ſimplex collatio, quæ propriè fit
tantùm de liberis, vt tradunt *Doct. in cap. cum in illis* §.
cum autem de præben. in 6. vbi præſertim *Archid. num.* 4.
D *Rot. deciſ.* 308. *num.* 8. *par.* 1. *in recent.* D, Secundò
articuli viſi fuerunt irreleuantes, quia cum à dicto an-
no 1568. non dentur aliquæ præſentationes, ſed bene-
ficium fuerit in ſtatu libertatis, vt ſupra, ſola immemo-
8 rabilis non ſufficeret; nam ſacrum Concilium vltra il-
lam in Vniuerſitatibus, & perſonis, in quibus præſu-
mitur vſurpatio, requirit etiam præſentationes conti-
nuatas, & effectum ſortitas ſaltem annorum 50. quæ
authenticis ſcripturis probentur, vt ſunt verba *ſeſſ.* 25.
cap. 9. *de reform.* & *tradit Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 18. *num.*
63. & *ſeq Modern. de benefic. part.* 5. *cap* 9. *num.* 98.
Mantic. deciſ. 234. *num.* 1. & fuit pluries reſolutum.
9 Non obſtat, quòd in Vniuerſitatibus paruis, vt eſt Com-
munitas Brentæ, non præſumatur vſurpatio, quia con-
trarium eſt verum, vt per *Gonz. vbi ſupra num.* 68.
Mantic. dicta deciſ 234. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 481. *num.* 1.
par. 1. *in recent.* & *in Illerden. benenefícij* 11. *Martij*
1596. *coram Penia*, & *in Cremonen.* Cappellaniæ 2. *Apri-*
E *lis* 1611. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.* E, Accede-
10 bat etiam pro remiſſoriæ denegatione, quòd teſtes po-
tuerunt in duabus inſtantijs factis in partibus examina-
ri, *Veſtr in prax. lib.* 6. *cap. fin. num.* 3. *Seuerol. de remiſſ.
cap.* 7. *nu.* 1. vbi Romæ receptam teſtatur *Boccat. de lit. re-
miſſ. cap.* 3. *nu.* 32. *Caputaq. deciſ.* 63. *num.* 1. *par.* 3. *Rot.
deciſ.* 424. *num.* 1. *par.* 1. *in recent.*
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Rota *in Pampilonen beneficiorum* 21. *Maij* 1618. *coram
bon. mem. Dunozetto ſeniori*, in qua denegata fuit remiſ-
11 ſoria petita ad probandam immemorabilem pro iuſtifica-
tione iuriſpatronatus; de cuius initio conſtabat per pro-
ductionem alterius tituli; & in eadem cauſa 29 *Nouem-
bris* 1623. *coram bon. mem. Remboldo*, in qua hanc de-
ciſionem Domini mei ſequitur; & ſufficit productio fa-
cta in alia cauſa, quæ tamen vertebat inter eaſdem partes;
vt in d. Pampilonen coram Dunozetto, in qua fuit etiam
dictum, ſufficere, quòd productio facta ſit à procuratore
habente generale mandatum ad lites, quod regulariter fa-
tis eſt, vt productio facta per procuratorem principali
præiudicet *Aym. conſ* 80. *num.* 6. *Roman conſ* 433. *num.*
10. *Verall. deciſ* 193. *num.* 3. *part.* 1. Præſertim quia in
12 dicta Pamphilunen. principalis approbauerat productio-
nem factam à procuratore petendo ſibi reſtitui ſcriptu-
ras ab ipſo productas.
B Rota *coram Domino meo infra deciſ* 593. *num.* 9.
C Rota *coram Domino meo infra deciſ.* 566. *num* 13. & 795.
num. 14. & regulariter confeſſio reuocari non poteſt,
vbi ex ea iam eſt alteri ius quæſitum, niſi ipſo conſentien-
te, *Aym. conſil* 80. *num* 6. *Guidopap. quæſt* 131. *num.* 2.
in fin Rot deciſ. 419. *num.* 7. *part.* 2. *recent.* & *in Roma-
na dotis de Ballapanibus* 13. *Nouembris* 1628. *coram
R. P. D. Dunozetto iuniori.*
D Et quòd inſtitutio propriè conueniat prouiſioni factæ ad
14 patronorum præſentationem, *Garz. de benefic. part.* 4.
cap. 1. *num.* 4. & *Rota in Piſcien.* Cappella 25. *Iunij* 1622.
coram R. P. D. Merlino.
E *Garz. de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 102. *Rota deciſ.* 581.
15 *num.* 2. *part.* 4. *diuerſ.* vbi quòd hanc opiniunem ſequa-
tur Sacra Congregatio Concilij, & fuit dictum *in Lucana
iuriſpatronatus de Podijs* 31. *Ianuarij* 1620. *coram bon.
15 mem. Dunozetto ſeniori*; licèt contrarium dictum fuerit
deciſ. 569. *num.* 2. *part.* 4. *diuerſ.* Hoc tamen non habet
16 locum, quando Vniuerſitas nullam habet iuriſdictio-
nem, aut publicam auctoritatem, ſeu potentiam in loco
Put deciſ. 55. & 56. *lib* 1. *in correct. Menoch. lib* 3. *præ-
ſumpt* 90. *num.* 60. *verſ eſt obſeruandum*, *Gonzal. ad reg.*
8. *gloſſ.* 18. *num.* 69. & in Collegijs, Capitulis, & perſo-
nis Eccleſiaſticis iuriſdictione carentibus *Rot. deciſ.* 798.
ſub num 4. *verſic non obſtat Concilium part.* 1. *diuerſ.* &
deciſ. 219. *part.* 1. *recent.* quæ loquitur de iurepatronatus
pro

by Google

pro parte ſpectante ad Vniuerſitatem parochianorum; *& in Cracouien parochialis 24. Ianuarij 1628. coram R. P. D. Merlino*, quæ loquitur de Vniuerſitate Iuriſtarum non habentium publicam auctoritatem, vel iuriſdictionem, *& in Bergomen. Cappellania* 18. *Maij 1629. coram eodem*, quæ loquitur de Confraternitate laicorum pariter iuriſdictionem non habentium. Sicut etiam ceſſat præſumptio vſurpationis, quando non tota Vniuerſitas, ſed certa illius pars, vel plures familiæ prætenderent iuſpatronatus, *Gonzal. d. gloſſ.* 18 *num. 69.* vbi quòd ita declarauit ſacra Congregatio, *& Rota in d. Lucana iuriſpatronatus de Podijs coram bon mem. Dunozetto ſeniori.* Item ceſſat præſumptio vſurpationis in Vniuerſitate, quæ viſitatur, & corrigitur ab Ordinario. vt ſunt vt plurimùm Confraternitates laicorum, *Rota in dicta Bergomen. Cappellania coram Reuer. P. Domino Merlino*. Ceſſat etiam præſumptio vſurpationis, quando Vniuerſitas habet tertiam, vel quartam tantùm partem iuriſpatronatus, & reliquæ partes ſpectant ad alios patronos diſtinctos, qui non ſint perſonæ potentes, *Gonzal dicta gloſſ. 18. ſub dicto num. 69. verſic. & ſimiliter, & Rota deciſ. 154 ſub num. 7. ad med. part. 2. recentior.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Neapolitana beneficij.

Lunæ 28. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Quænam ſufficiant ad probandum iuſpatronatus priuatorum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus priuatorum probatur eiſdem modis, quibus probabatur ante Concilium.*
2 *Iuſpatronatus priuatorum probatur ex centenaria, vel quadragenaria in antiquis, & num. 5.*
3 *Fama probatur, vel per teſtes, vel per plures enunciatiuas in inſtrumentis antiquis.*
4 *Iuſpatronatus priuatorum ex coniecturis, & præſumptionibus, & ex Ordinarij atteſtationibus probatur, & nu. 5.*

DECISIO DLII.

PRÆTERMISSA prima parte deciſionis Reuerendiſſimi Seleucien. nullitatis ſentētiæ Ordinarij Neapolitani ex defectu citationis, quam pars non impugnat: & reſeruata inſpectione vltimæ partis concernentis pertinentiam iuriſpatronatus; Domini amplectentes ſecundam partem, in qua firmata fuerat iuſtitia dictæ ſententiæ pro libertate beneficij, de quo agitur, ab ea receſſerunt, ex infraſcriptis concluſionibus veris, & quotidie per Rotam ap-
1 probatis. Prima, quòd iuſpatronatus priuatorum non
potentium probatur non ſolùm ex fundatione, vel do-
tatione, ſed alijs modis, quibus ante Sacr. Concil. pro-
A babile erat, quod nihil in eo immutauit A. Secunda,
2 quòd inter ceteros modos præcipua eſt probatio cente-
nariæ, vel quadragenariæ cum fama, in iurepatrona-
tus antiquo. Tertia, quòd fama probatur, vel per te-
3 ſtes, vel per plures enunciatiuas inſtrumentorum anti-
quorum. Quartò admittuntur etiam adminicula, &
B præſumptiones, B & præ ceteris atteſtationes factæ per
4 Ordinarios, & alia, de quibus infra, non ſolùm de per ſe,
ſed ſimul iuncta ad plenam probationem. Quæ conclu-
ſiones comprobatæ ſunt iuribus, & auctoritatibus in
5 pluribus deciſionibus cumulatis *in Lancianen Archipreſ-*
byteratus 2. Maij 1616. coram me & in illa Lucana coram eodem Reuerendiſſimo Saleucien. ſub diebus 14. Ianuarij & 2. Decembris 1619. & 13. Ianuarij 1620. quæ fuerunt confirmatæ *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano ſub diebus 20. Nouembris dicti anni* 1620. & 21. *Aprilis præteriti, & pluribus alijs, & nouiſſimè in Sancti Seuerini iuriſpatronatus coram R. P. D. meo Remboldo ſub die 9. præſentis menſis Iunij.* Modò illas caſui noſtro applican. In primis certiſſimum eſt, iuſpatronatus eſſe priuatum, laicale, & non familiæ potentis; ſolùm enim contenditur, an beneficium ſit liberæ collationis, vt prætendit Riccius ab Ordinario prouiſus: vel iuriſpatronatus, vt prætendit Montonorius. Item videtur probata quadragenaria, nam prima præſentatio eſt facta del 1527. *in ſummario num.* 2. de Ioanne de Iudicibus, quæ habuit effectum, vt ex eius reſignatione del 1550. *in dicto ſummario num.* 7. & fuit præſentatus Fabius de Iudice, & per obitum dicti Fabij del 1552. fuit inſtitutus Carolus Brancatius, *vt in ſummario num. 7. &* 8. quæ prouiſio ſortita eſt effectum vſque ad annum 1569. de quo dictus Brancatius reſignauit, & ex cauſa reſignationis prouiſus fuit Io. A. de Mauro, cum conſenſu medietatis patronorum, poſſeſſione ſubſecuta, *vt in d. ſummario nu.* 10. Ex quibus conſtat de præſentationibus vltra 40. annos effectū ſortitis. Fama verò probatur ex infraſcriptis enunciatiuis antiquis. Prima, quæ eſt in teſtamento Io. de Cicino 6. Auguſti 1379. in quo teſtator diſpoſuit de hoc iurepatronatus in tres ſuas filias, & deinceps in alios, *vt in ſummario num. 1. &* 12. Secunda in extractione facta à notario del 1409. ex quodam Archiuio dicti teſtamenti ad inſtantiam quarumdam mulierū patronarum Eccleſiæ S. Angeli de Cecino, *vt in dicto ſummario num.* 4. Tertia eſt deſumpta ex Chronicis Rogerij del 1408. in quibus enunciantur nonnullę perſonæ nobiles, quę erant de Seggio, vt dicitur de Montagna inter alias, *ci fù Giouanni Cicino, che fece S. Angelo del Pennino, vt in ſummario num.* 5. Accedunt duo teſtes *in ſummario num*, 6. examinati del 1552. deponentes, dictam Eccleſiam eſſe de iurepatronatus laicorum, quorum primus ſuper ſecundo vlteriùs dicit, à 40. annis ſemper vidiſſe dictam Cappellam teneri, & reputari de iurepatronatus. Ex quibus Domini receſſerunt à deciſis, ſolo Montanorio informante; reſeruato, vt de pertinentia d. iuriſpatronatus videatur.

ANNOTATIO.

A *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 18. num. 50. Rot deciſ. 798 num. 4. part. 1. diuerſ in Romana iuriſpatronatus 9. Decembris 1619. coram bon memor. Vbaldo ſeniori. & in Bergomen. Cappellania 18. Maij 1629. coram R. P. D. Merlino*, in qua hanc deciſionem ſequuta eſt, & in alijs adductis ſupra *deciſ. 142. num. 2. & in annot. ibid. num. 14.*

B Quod pertinentia iuſpatronatus priuatorum probetur ex coniecturis, & adminiculis, vnà cum fama, *Rota deciſ. 360. num. 5. part. 2. recentior. & in dicta Romana iuriſpatronatus coram bon. mem. Vbaldo*, in quibus fuit inſuper dictum, id procedere etiam quando Ordinarius eſt in cauſa.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Si-

Signina pœnarum.

Lunæ 28. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Teſtes de Vniuerſitate, an, & quando probent ad eius fauorem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes de Vniuerſitate non repelluntur, ſi commodum non diuidatur inter ſingulos, & quid in paſcuis, & nemoribus num. 13. & ſeqq.*

2 *Teſtes de Vniuerſitate in cauſa ardua, & magni præiudicij repelluntur.*

3 *Teſtes de Vniuerſitate reijciuntur, ſi ex introitu, & commodo, quod litigatur, ſoluantur onera ipſius Communitatis, & eo ceſſante imponi poſſit collecta; quod procedit ſi onera ſint præſentanea, ſecùs ſi incerta, & de futuris contingentibus num. 4. Vel ſi Communitas habeat introitus ſufficientes ad ſoluen. debita, & onera, etiam ſi ſuccumberet in cauſa, ſuper qua litigatur num. 5. & 6.*

6 *Teſtis per aliquem inductus non poteſt quò ad eius perſonam reprobari.*

7 *Teſtis officialis illius, ad cuius inſtantiam inducitur, non probat ad eius fauorem.*

8 *Teſtis homicida, & crimi noſus non probat.*

9 *Teſtis de Vniuerſitate non repellitur, etiã ſi interuenerit in concilio, in quo fuit ſolummodò propoſitum, vt lis inchoetur, & ad finem perducatur.*

10 *Teſtis inductus, etiam ſi ſit inimicus, non poteſt quò ad perſonam reprobari.*

11 *Teſtis ruſticus, & pauper admittitur, niſi ſit malæ conditionis, & famæ.*

12 *Teſtis cæcus eſt idoneus in his, quæ alio ſenſu, quam viſus percipiuntur.*

DECISIO DLIII.

OPPOSITIONES perſonales datæ
teſtibus Communitatis non fuerunt
viſæ Dominis releuantes, & ideo eas
minimè obſtare dixerunt. Nam pri-
1 ma, quòd iſti quatuor teſtes, ſuper qui-
bus Communitas fundat probationem
immemorabilis, ſint ciues, & habita-
tores ciuitatis, & ideo repellen. in cauſa Vniuerſitatis,
non ſubſiſtit cum emolumentum pœnarum, de quibus
agitur ſpectent Communitati, & non ſingulis, & ideo
ipſi ſunt idonei teſtes *iux. not. in l. in tantum §. vniuerſitatis ff. de rer. diuiſ. in cap. cum nuntius, in cap. inſuper de teſt. Bald. con. 445. num. 9. lib. 5. Marſil. in l. 1. §. ſeruum municipum num. 1. ff. de quaſt. & tenuit Rota in pluribus cauſis, & præſertim in Narnien. confinium 10. Decembris 1603. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano impreſſ. poſt 2. vol. conſ. Farin. 204. num. 1. in Sabinen. Alluuionis 19. Nouembris 1607. coram Sanctiſſimo D. N. tunc Rota Auditore ibidem impreſſ. 245. num. 4. et in Carpen. bonorum 16. Martij 1612. corã Illuſtriſſimo Card. Sacrato eodem loco 353. num. 1.* in quibus plures aliæ ſunt
A relatæ. A, Non obſtant limitationes; nam illa, quando
2 cauſa ciuilis eſt ardua, quæ æquiparatur criminali, in
qua teſtes de Vniuerſitate repelluntur: nõ applicatur, cũ
nõ agatur de exercenda iuriſdictione pro exactione pœ-
narum, nec de cauſa omnium, vel maioris partis bono-
rum, nec cõueniant exẽpla Doctorũ arduitatis cauſę, nec
etiam conſtat, quòd pœnæ, quæ annuatim exiguntur ra-
tione delictorum, aſcendant ad aliquam grauem ſum-
mam, ita vt hac ratione cauſa dici poſſit ardua, ſed
potiùs parua, vt in cauſa pœnæ pecuniariæ *Caſtr. in l. Iudices num. 1. verſ. & licèt C. de fid. inſtrum.* prout &
Iudicis arbitrio relinquitur, *Caſtr. vbi proximè Iaſ. in l. admonendi num. 272. ff. de iure iur. Menoch. de arbitr. caſ. 106. & fuit dictum in dicta Narnien. confinium coram Reuerendiſſimo Decano.* Non obſtat alia limitatio,
quòd ex iſtis pœnis Communitas ſuſtinet onera, & ex-
3 penſas Viceducis, & alias ſpecificatas, & quòd ſinè di-
ctis pœnis poſſent imponi collectæ ſingulis: conſequen-
ter ea ſit ſingulorum, & ideò inhabiles ad teſtificandũ.
Nam iſtud præſuppoſitum non verificatur, videlicet,
quòd Communitas non habeat aliunde, vt onera, & ex-
penſas huiuſmodi ſuſtinere valeat: & teſtes Excellentiſ-
ſimi D. Ducis *dati in ſummario num.* 3. nihil probant, vt
ex lectura: imò expreſsè dicunt, quòd emolumentum,
ſeu damnum Communitatis non eſt præſentaneum, ſed
futurum, & euentuale, quatenus contingeret, nouas ſu-
peruenire impoſitiones, & noua onera; vndè cum dam-
4 num, vel emolumentum non ſit certum, ſed de futuris
contingentibus, & habeat ſe ad eſſe, & non eſſe, atten-
dendũ nõ eſt ad effectum teſtes repellen. *Iacob. Butrig. in l. riparum num. 4. in fin. ff. de rer. diuiſ. Alberic. in l. non tantum §. vniuerſitatis num. 8. ff. eodem tit. Bald. conſil. 443. in fin. lib. 5. Alex. conſ. 99. num. 16. lib. 5. Aym. de antiq. part. 1. §. quid in libro num. 22. Menoch. de arbitr. caſ. 106. num. 15. in fin. lib. 2. Caſ. de Graſſ. deciſ. 5. num. 8. & deciſ. 9. num. 2. de teſtib. & fuit dictum in alleg. Narnien confinium coram Reuerendiſſimo Decano, & Sabinen. alluuionis coram Sanctiſſimo Domino noſtro.* Imò
videtur ceſſare omnis timor nouæ collectæ, cum probatũ
ſi, quòd Communitas nedũ ſit ſoluen. pro ſuſtinen. oneri-
bus ordinarijs, ſed quòd habet redditus, & introitus
annuos lõgè illos excedẽtes, vt ex teſtibus; & nota introi-
tuum datis *in ſummario num.* 2. ex quibus noua colle-
cta veriſimiliter ſolui poſſet; & non eſſet neceſſe, ma-
nus ponere ad marſupium ſingulorum, qui propterea
5 à teſtifican. non repelluntur *Iacob. de Sancto Georg. in l. nullus num. 8. ff. de teſtib. Bald. in cap. tertio loco num. 6. & ſeq. de teſtib & d. conſ 443. nu. 1. lib. 5. Marſil. in dicta l. 1. §. ſeruum municipum num. 10. Felin. in dicto cap. inſuper num 6. Card. in cap. cum nuntius num. 2. eod. tit. Affflict. deciſ. 400. num. 6. verſ. & ideo. Pedem. deciſ. 99. num. 38. & 39. Rot. deciſ. 518. num. 7. par. 2. diuerſ.*
Secunda verò exceptio, quòd nonnulli ex dd. teſtibus fe-
cerint partem formalem in hac cauſa, cum interuenerint
in concilio generali Vniuerſitatis pro mouẽda lite cõtra
Dominum Ducem, & aliqui etiam informauerint Sa-
cram Conſultam: viſa fuit DD. non obſtare. Nam quoad
3. teſtem ſecundi examinis, qui dicitur interueniſſe in
concilio, in quo vocatur Antonius Priorius, ille non
fuit inductus in teſtem, ſed alius nominatus Marcus An-
tonius Priorius *in ſummario num.* 4. & ita diuerſi: cum
etiam oſtendatur eos diuerſo tẽpore, & anno fuiſſe mor-
tuos, *vt in dicto num.* 3. *& 4.* Et licèt Horatius Brunus
6 tertius teſtis primi examinis interuenerit in concilio,
tamen fuit poſtea productus, & examinatus pro D. Du-
ce *in ſummario num.* 5. & ita quò ad perſonam appro-
batus ad *l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. cap. præſentium, vbi gloſ. & Doct. & præſertim Felin. num. 7. de teſtib. Boer.*
7 *deciſ. 245. num. 2. latè Surd. conſ. 390. num.* 18. Vltra
quòd teſtes D. Ducis, qui deponunt contra dd. teſtes,
patiuntur oppoſitiones ponderatas per informãtes pro
Communitate: quia videlicet primus eſt Procurator Fi-
8 ſcalis D. Ducis, *vt in ſummario num.* 6. Secundus ve-
rò fuit homicida, & criminoſus, vt deponunt teſtes D.
Ducis

Digitized by Google

Ducis *dicto ſummario Communitatis num.* 7. & ſic non
probant, vt de primo *Franc in cap. Romana num.* 9. *&
verſ. niſi cauſa de teſtib.* & de criminoſo, *Specul de teſtib
§.1.num. 25. Felin. in cap. teſtimonium num.* 1. *eodem tit.*
9 Tandem in dicto Conſilio nihil aliud fuit actum, & reſo-
lutum, niſi quòd videretur cauſa prout de iure, vt in co-
pia dicti Conſilij, & decreti hinc inde data, in cuius
conclusione ſubiungitur, *Acciochè poi chiarite le coſe li-
beramente, ſi poſſi ſeruire con più ſodisfattione di S. Eccel-
lenza*, vt in *ſummario* Communitatis *num.* 3. & propte-
rea prædicta exceptio intereſſentiæ in Conſilio, etiam
pro introducen. lite non videtur conſiderabilis, vt in
fortioribus *fuit dictum in prædicta Carpen. bonorum
coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato*. Tertia verò exce-
ptio dicti Horatij cum D. Duce ex cauſa relegationis
10 eius filij tollitur ex dicta inductione eiuſdem in teſtem
pro dicto D. Duce, ex ſupra allegatis, & de teſte inimico,
Seraph. deciſ. 289. *num.* 2. *Farinac. de teſtib. quæſt.* 53.
11 *num.* 71. Alia exceptio ruſticitatis, & paupertatis non
reijcit teſtes, dummodo ſint bonæ conditionis, & famæ,
cap. ſi qui, vbi Butr. & Felin. num. 8. *de teſtib. Specul. eo-
dem tit. §.* 1. *num.* 61. *Caſ. de Graſſ. d. deciſ.* 9. *num.* 5.
& deciſ 12. *num.* 1. *Rot. d. deciſ.* 444. *num.* 1. *&* 2. *par.*
1. *in recent. & in Parmen. ſtatus* 16. *Martij* 1594. *coram
Card. Seraphin. impreſſ. poſt dictum* 2. *vol deciſ.* 83. *num.*
3. Non obſtat denique vltima exceptio cœcitatis vnius
ex dd. teſtibus; quia vltra quòd non dicitur abſolutè
cœcus, ſed ferè cœcus, *vt in ſummario Communitatis
num.* 9. fuit reiecta in deciſionibus *R. P. D. mei Manza-
nedi* 21. *Maij* 1612. *verſ nec obſtat, quòd tertius teſtis &* 19.
Aprilis verſic. minùs obſtat; & quia, cum exactiones
12 pœnarum poſſint percipi per alium ſenſum, quàm
viſus, cœcus etiam poteſt teſtificari, *Gloſſ. in §. ſi ve-
rò, verb. vidiſſe, Authen. de hæred. & Falcid. Specul. dicto
tit. de teſtib. Nell de teſtib. verſ. cœcus num.* 24. *Alex. conſ.*
24. *num.* 10. *in princ & verſ. nec inſuper lib.* 2. *Aufrer.
eodem tract. verb. cœcus num.* 16. *cum relatis per Facian. de
prob. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 37. 38. 39. Et tanto minus
prædictæ exceptiones viſæ ſunt DD. obſtare concurren-
tibus adminiculis latè deductis in deciſ. facta ad fauo-
rem Communitatis *ſub die* 20. *Nouembris* 1609. *coram
Reuerendiſſimo Attrebaten.*

Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A An, & quando teſtes de Vniuerſitate admittantur ad teſti-
ficand. pro Vniuerſitate, dixi ſupra ad *deciſ* 314. de quo
etiam latè *Farinac de teſtib q* 60. *illat.* 17 *per tot.* & quòd
teſtes de Vniuerſitate non ſint idonei in cauſis paſculorũ,
tradunt *Vinc. de Franch. deciſ.* 301. *num.* 3. *Surd deciſ* 236.
num. 2 *Honded. conſ* 79. *num* 27. *lib* 1. *Pariſ. conſ.* 27.
num. 103. *vol.* 4. *Menoch. de arb caſ.* 106. *num.* 13. *Cepoll.
de ſeruit. ruſt. præd. cap* 2. *num.* 10. *&* 28. *Afflict. deciſ.*
400. *num.* 5. *Caualer deciſ* 140. *&* 143. *Greg XV. deciſ.*
340. *& ibi Beltramin num.* 14. *Reuerendiſſ. Coccin deciſ.*
140. *ſub num* 4. *quæ ſunt eadem allegata in hac deciſione
poſt ſecundum vol. conſ Farinac.*

Limitatur primò hæc concluſio, vbi Vniuerſitas paſcua ven-
deret, & pretium in arca communi deponeretur, quia tunc
ſolùm de intereſſe Vniuerſitatis ageretur *Felin in cap. inſu-
per num.* 2. *verſ. ſi quæſtio de teſtib Couar. pract. qq cap.* 18.
nu 4. *verſ qua ratione Farinac. alijs relatis d quæſt* 60. *illat.*
17. *num.* 502. *& ſeq. Caualer. d. deciſ.* 148. *num.* 3. *Greg.
XV. d deciſ* 340 *num.* 12. *Reuerendiſſimus Coccinus poſt
plures, quos refert d. deciſ.* 140. *num.* 5.

Limitatur ſecundò, vbi Vniuerſitas haberet animalia propria,
quæ paſceret *Caualer. d. deciſ.* 140. *num.* 2. *& deciſ.* 143.
ſub num. 3.

Limitatur tertiò, vbi teſtes paſcerent animalia Vniuerſitatis,
vel propria de eius mandato *Caualer. d. deciſ* 140. *ſub num.*
2. *Rot deciſ* 330. *num.* 3. *par.* 2. *recent.*

Limitatur quartò, vbi ſoluerent mercedem pro paſculo *Bald.
in l parentes propè fin. C. de teſt. Hieron de Mont. fin.
regund cap.* 58. *num.* 8. *Roland. conſ.* 72. *num.* 15. *lib.* 2.
Alex. conſ. 99 *num.* 15. *& ſeqq. lib.* 5. *Menoch. de arbitr.
d caſ.* 106. *num.* 13. *& ſeq. Capicius deciſ.* 152. *num.* 6.
Reuerendiſſimus Coccinus d. deciſ. 140. *ſub. num.* 8. *Greg.
XV. d. deciſ* 340. *num* 11.

Limitatur quintò, vbi alibi paſcua commodè habere non
poſſint *Bald. in cap cum nuncius ante numerum primum
verſ nam iuramenta, de teſtibus*, quem ſequitur *Socc. reg.*
519. *in* 6 *fallent verſ. Bald tamen, & tenuit Rota coram
Reuerendiſſimo* Coccino *in d. deciſ* 140. *num.* 8.

Limitatur ſextò, vbi teſtis eſt pauper, & non habet animalia,
cum quibus poſſit paſcendi commodum ſumere *Rot. co-
ram Caſ de Graſſ deciſ* 81. *alias* 12. *de teſtib. quam ſequi-
tur Farinac d. quæſt.* 60. *illat.* 17. *ſub num.* 502. *in fin
verſ. & vltra*.

Limitatur ſeptimò, vbi Vniuerſitas eſt magna, & agitur de
paſcuis modici valoris, ex quibus parum vtilitatis teſtes
percipere poſſent *Alex. conſ* 99. *num* 19 *lib.* 5.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Salernitana prætenſæ contributionis.

Lunæ 28. Iunij 1621.

ARGVMENTVM.

Compulſoriales literæ ſpeciales an, & quando concedantur.

SVMMARIVM.

1 *Literæ compulſoriales ſpeciales conceduntur, docto de exi-
ſtentia iurium, & illorum releuantia.*

2 *Iura extracta coram Iudice compulſore recuſato fidem non
merentur.*

3 *Remiſſoria non conceditur. ſtante re iudicata, niſi fuerit
commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum num.* 4.

5 *Compulſoria ſpecialis, & remiſſoria ſunt æquiparata in-
ter ſe, & à pari procedunt.*

6 *Reſtitutio in integrum non impedit exequutionem iam pe-
titam.*

7 *Reſtitutionis in integrum cauſa finienda eſt intra quadrien-
nium.*

8 *Quadriennij lapſus non attenditur in Curia pro terminan-
da reſtitutione in integrum. præſertim ſi conſtet de bono
iure illius, qui reſtitutionem obtinuit.*

9 *Remiſſoriam non ſolet Rota denegare ſub prætextu calum-
niæ, niſi adſit vehemens præſumptio, & num.* 11.

10 *Remiſſoria conceditur, ſi teſtes vigore primæ fuerint nulli-
ter examinati.*

12 *Compulſoria ſecunda non denegatur, quando iura vigore
primæ fuerant nulliter extracta.*

13 *Compulſatio iurium fieri debet coram Iudice ſubdelegato.*

14 *Notarius non poteſt ſubdelegari à Iudice ſubdelegato pro
compulſandis iuribus, ſi acta iuriſdictionalia ſunt per ip-
ſum explenda.*

15 *Notarius non poteſt Iudicis, & notarij munere fungi.*

16 *Compulſorialium copia ſi petatur, & non fuerit tradita,
reddit compulſationem nullam.*

17 *Compulſorialium copia tradenda eſt expenſis illius, qui eas
exequi petit.*

18 Com-

18 *Compulſatio facta vno, eodemque die, eſt nulla.*
19 *Compulſatio eſt nulla, ſi teſtes non fuerunt examinati ſin-
guli diſiunctim, ſed inſimul, & per eundem præmedi-
tatum ſermonem.*

DECISIO DLV.

1 VISVM fuit DD. eſſe Monialibus con-
cèden. compulſoriales ſpeciales: con-
currunt enim ſolita requiſita, videli-
cet exiſtentia iurium extrahendorum,
& releuantia, *iux. deciſ. Cotta in Cra-
couien. pecuniaria*, quæ datur; exiſten-
tia autem non reuocatur, nec reuoca-
2 ri poteſt in dubium, cum iam ſemel fuerint extracta, li-
cèt ſuppunatur nulliter, quia coram Iudice compul-
A ſore recuſato A, vt fuit reſolutum *coram bon. mem.
Cardinali Pamphilio* 12. *Februarij* 1601. coram quo fuit
firmata releuantia, prout etiam *coram Reuerendiſſimo
Seleucien.* 22. *Iunij* 1615. *& coram R. P. D. meo Vero-
ſpio* 10 *Nouembris* 1617. ex dictis enim iuribus præten-
dunt moniales probare annuam præſtationem grani,
& hurdei ſibi traditam per 30. & 40. & vltra centum
annos ex ſcripturis antiquiſſimis, debitam per Mona-
ſterium illarum aduerſarium, quæ probatio eſt baſis,
3 & fundamentum cauſæ. Non obſtat prætenſa res iudi-
cata ex eo, quòd a ſententia Rotali abſolutoria Mona-
ſterij non fuerit appellatum, vel legitimè, vt fuit bis
reſolutum coram d. Reuerẽdiſſimo Seleucien. & ideo lis
finita ſit, nec ampliùs ſint recipien. probationes, nec
conceden. remiſſoria *Caputaq. deciſ.* 11. *par.* 3. *& fuit
deciſum corã fel. record. Clemente VIII. in Romana, ſeu
Aquilana reſeruationis die* 23. *Iunij* 1581. *& coram San-
ctiſſimo D. N. tunc Rota Auditore in Pampilonen. paro-
chialis* 4. *Februarij* 1609. Primò, quia pendet cauſa re-
ſtitutionis in integrum aduerſùs omiſſam appellatio-
4 nem, & ideo non denegatur remiſſoria, ſicuti nec in gra-
du appellationis *Boccac. de lit. remiſſ. cap.* 3. *num.* 43.
idem Caputaq. deciſ. 67. *num.* 1. *par.* 3. *Rota in Rauen-
naten. cenſus* 8. *Iunij* 1618. *coram R. P. D. meo Man-
5 zanedo*; conſequenter nec compulſoria ſpecialis, quia
à pari procedunt, *Caputaq. deciſ.* 176 *lib.* 1. *in manuſcr.
Veſtr. in prax. lib* 6. *cap.* 1. *n.* 12. *verſ. ampliùs & n.* 13. *in
fin. Modern. in tract. de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 803.
6 Nec dicatur, quòd fuit præuentum in peten. executio-
ne in Rota, quia ex hoc non retardatetur exequutio, in
qua fuit præuentum, vt *firmatur in dictis deciſionibus
Reuerendiſſimi Seleucien.* non exinde tamen impeditur
proſequutio cauſæ reſtitutionis, conſequenter nec pro-
bationes pro illius inſtructione, & ideo Rota in d. ca
vltima deciſione Reuerendiſſimi Seleucien. dixit, Monia-
les eſſe audiendas ſuper bono iure, prout & ſuper de-
ciſione Rotali ad fauorem Monaſterij, quæ fuit facta
vna tantùm parte informante, in contumaciam procu-
ratoris Monialium, & eſt fundata ſuper dicta deciſione
Cardinal. Pamph. quòd illarum extracta non eſſent in
7 forma proban. Minùs obſtat lapſus quadrienij ad finien.
cauſam reſtitutionis in integrum iux *l. fin. C. de temp.
8 reſt. in integ. & cap.* 1. *de reſt. in integr.* Quia, vltra quòd
de huiuſmodi lapſu non conſtat, in Curia non attenditur;
& præſertim quando conſtat de bono iure, ſuper quo
iam Rota mandauit Moniales audiri, & in hoc reuideri
deciſionẽ, *Rot. deciſ.* 1359. *par.* 3. *lib.* 3. *& fuit dictum in
Bergomen. legati* 15. *Ianuarij* 1610. *coram Ortembergo, &
fuit ſeruatum in Romana pignoris* 10 *Martij* 1607. *coram
Reuerendiſſimo Decano, in Vicentina parochialis* 26. *Iunij*
1618. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, & in Leodien.
hæreditatis* 13. *Nouembris* 1617. *coram me*, ita cauſa re-
ſtitutionis pendente, & data releuantia iurium, debet
dari compulſoria ex prædictis. Non obſtat ſecundò
9 prætenſa calumnia, quia vltra quòd Rota non facilè ſo-
let denegare ex hoc capite remiſſoriam, niſi ſit vehe-
mens præſumptio: illa viſa fuit ceſſare ex releuantia
dictorum iurium, nec poſſe Monialibus imputari diutur-
nitatem temporis, & negligentiam procuratoris in in-
formando, & appellan. Tandem non obſtat, quòd com-
10 pulſoria fuerit ſemel, atque iterum conceſſa, quia
neque ex hoc eſt deneganda compulſoria, ſicut nec re-
miſſoria, quando teſtes ſunt nulliter examinati *Boccac. in
dicto tract. cap.* 9. *num.* 28. *Farin. de teſtibus quæſt.* 77.
cap. 1. *num.* 32. *in fin.* & fuit pluries reſolutum; & ſic
non applicatur deciſio *coram Bubalo in Bergomen. Abba-
11 tia* 4. *Iulij* 1586. quæ fundata eſt ſuper præſumpta ca-
lumnia; quia per longum tempus, quo lis pependit, non
fuerunt extracta iura in vim compulſoriæ generalis:
quæ calumnia ceſſat ſtante releuantia; & ſic tollitur
etiam deciſio *Caputaq.* 169. *par.* 1. in qua conſtabat de
calumnia, quia iura extrahenda erant fruſtratoria. Con-
12 ſiderabat etiam vnus ex DD. quòd in propoſito non vi-
detur nos verſari in ſimplici conceſſione compulſoriæ
ſpecialis, cum iura fuerint compulſata; ſed verſamur in
caſu, quo prima fuit nulla, & ideo petitur ſecunda
pro extrahendis eiſdem iuribus, ſed exiſtẽtibus in actis,
licèt minus legitimè compulſatis: & ideo iniquum pror-
ſus eſſet, Moniales ſuccumbere ob defectum, non iuris,
ſed compulſationis non bene factæ. Tandem non obſtat
defectus ſpecialis mandati, quia compulſoria non ex-
pediretur ſinè ſufficienti mandato. Ideòque non receſ-
ſerunt Domini a regula, & ſolito Rotæ, præſertim quia
materia eſt valdè arbitraria, & omnis æquitas ſuadet
pro dilatione vt ſupra.
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Compulſatio fieri debet coram Iudice, nec valet extractio
iurium, ſi fiat à Notario de eius mandato, niſi priùs ipſe Iu-
dex ſcripturas inſpexerit *Abb. in cap. fin. num* 2. *verſ. nota
13 officiũ Iudicis Felin ibidẽ nu.* 11. *verſ. not tertiò de fid. inſtr.
fuit dictum in Toletana, ſiue nullius iuriſdictionis* 14. *De-
cembris* 1620. *coram R. P. D Pirouano*, & licet eadem
cauſa repropoſita 29. Nouembris 1621. *coram eodem*
Rota quoad nudum miniſterium extrahendi, & cognoſcen-
di vitia ſcripturarum, contrarium admittere videatur;
attamen firmatur, extractionem iurium factam à Notario
de mandato Iudicis nullo modo ſuſtineri poſſe, quia pro
14 validitate compulſationis non ſufficit ſimpliciter iura ex-
trahere, & recognoſcere, ſed requirebantur vlteriùs de-
creta circa ea, quæ continebantur in citatione pro valida
compulſatione: & ideo, vel decreta deficiunt, & com-
pulſatio non ſuſtinetur: vel fuerunt à Notario interpo-
ſita, & non valent propter incompatibilitatem officio-
rum, ne ſcilicet eodem tempore munere Notarij, & Iu-
15 dicis fungatur, vt aduertit *Abb. in cap. ex literis num.* 17.
& cap. quoniam contra num. 30. *de probat.* Eſt etiam
nulla compulſatio, ſi in prima citatione fuit petita copia
compulſorialium, & non tradita *Achill. deciſ.* 10. *&* 11.
16 *de dol. & cont. Rot. deciſ.* 22. *de reſcript. in nou. Felin. in
cap. cum M. Ferrarien. num.* 71. *de conſtit. Veſtr. in prax.
lib.* 3. *cap.* 6. *& ibi Grauat. num.* 13 *& fuit dictum in
Pacen. Cappellaniæ* 27. *Iunij* 1625 *coram R. P. D. Dura-
no*, quando autem non fuit petita Rota dubitauit *in dicta
Pacen. Cappellania*, in qua vlteriùs fuit firmatum, quòd
17 copia debuit dari expenſis illius, qui petijt remiſſoriam.
& ita vſu, & conſuetudine receptum eſſe *Bart. in l.* 1 *num.*
3. *ff. de eden. & in auth. auferatur, C. de lit. conteſt. gloſ.
in*

in verb. oblatos, in clem. 2. de appell. & gloſ. in clem. cauſam verb. porrecto de elect. & in clem. ſæpè in verbo pronunciatio, & ibi Io. Andr. de verb. ſignif. Marant. de ord. Iud. 4. par. diſtinct. 19. num 15. Aſin. in praxi ſ. 5. cap. 3. num. 1. Cappell. Tholoſ. deciſ. 81. Boer. deciſ. 803 num. 7. Viui. deciſ. 358 num. 1. & Veſtr. vbi ſupra. Item nulla
18 erit compulſatio, ſi omnia acta vno, eodemque die geſta fuerint, quia citationes ad viden. compulſari ex ſtylo fieri debent vna die pro alia, *Veſtr. in praxi cap. 1. num. 14. verſ. his omnibus lib. 6. Rota in d. Pacen. Cappellæ coram R. P. D. Durano.* Nulla præterea eſt compulſatio, quando
19 teſtes non fuerunt examinati ſinguli disiunctim, ſed inſimul, & in confuſo in eadem ſcriptura, & per eundem præmeditatum ſermonem per hæc verba, *interrogati dixerunt, etc.* & ideo nulla eis adhibenda eſt fides *l. 3. ſ. ideoque Diuus ff. de teſt. & ibi Bart. Io. Andr. in cap. nihil obſtat, de verb. ſignif.* & in puncto *dixit Rota in prædicta Pacen. Cappellaniæ coram R. P. D. Durano.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Aſten. fructuum.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Apoſtoli peti debent intra 30. dies, ſi fuit datus à Iudice terminus iuris: aliàs appellatio dicitur deſerta; & quando procedat.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio dicitur deſerta, ſi in termino iuris non fuerit reditum pro Apoſtolis.*
2 *Apoſtoli petendi ſunt expreſsè infra 30. dies, nec ſufficit, ſi fiat noua comparitio abſque ſpeciali illorum petitione.*
3 *Terminus iuris datur pro commoditate Iudicis, vt poſſit determinare, quam reſponſionem dare velit.*
4 *Præſentata obtenta intra iuris terminum non excuſat à deſertione appellationis ob non reditum pro Apoſtolis.*
5 *Præſentationes, quæ fiunt Regenti, ſolent ſubſcribi.*
6 *Appellatio non dicitur deſerta ob non reditum pro Apoſtolis, ſi intra terminum fuerit commiſſa cauſa appellationis.*
7 *Apoſtolos petendi tempus currit a die appellationis.*
8 *Deſertionem cauſæ non excuſat impedimentum ſuperueniens infra 30. dies, ſi non fuit reditum pro Apoſtolis.*
9 *Deſertio non euitatur, ſi procurator fuit negligens in redeundo pro Apoſtolis.*
10 *Commiſſionis præſentatio coram Regente Cancellariæ non excuſat a deſertione, quando fuit datus terminus iuris, ſed tantùm Iudex reſpondit reuerentiales.*
11 *Deſerta non eſt cauſa, quando reperitur commiſſa infra terminum iuris, etiam ſi appellans non redierit pro Apoſtolis, dummodo Apoſtoli fuerint in appellatione petiti. num. 12.*
13 *Apoſtolorum petitio eſt de ſubſtantia appellationis.*
14 *Apoſtoli non ſunt amplius petendi, ſi Iudex appellationi detulit.*
15 *Apoſtolos reuerentiales ſi dederit Iudex, cenſetur detuliſſe appellationi.*
16 *Apoſtoli reuerentiales in forma à Iudice dati, ſi appellationi locus non ſit, videntur continere refutatorio, & operatur talis conceſſio effectum deuolutiuum tantùm, nec Iudex facit hoc modo cauſam appellabilem in præiudicium partis.*
17 *Iudex, qui dedit Apoſtolos, non poteſt exequi ſententiam ſed exequenda eſt per Iudicem ad quem, & ſi exequeretur, eſſet attentata.*
18 *Apoſtolorum loco in Hiſpanijs ſufficit petere teſtimonium appellationis.*

DECISIO DLVI.

PRIMA pars dubij fuit per DD. reſoluta, videlicet, conſtare de re iudicata: ſecunda verò reſeruata. An ſcilicet conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum. Nam licèt à ſententia Rotali fuerit intra debitum tempus appellatum, & Reuerendiſſimus D. meus Decanus Iudex, à quo, dederit terminum iuris, & interim quandocunque pro Apoſtolis: tamen pars appellans ampliùs nõ rediјt infra 30. dies pro reſponſione, & Apoſtolis: & ideo dictæ appellationi videtur renunciatum *iux. text. in verbis in cap. ab eo, de appell in 6. & in clem. quamuis rigor, ſ. verùm, eodem tit. & vtrobique ſcribentes Bart. in l. 1. num. 3. verſ quæro quid ſi Iudex, ff. de libell. dimiſſ. Rot. deciſ. 357. alias 41. fuit dubitatum de appell. in nou. Creſcent. deciſ. 2. alias 65. de appell. Rot. deciſ. 144. in princ. par. 2. diuerſ. & in Ariminen. Canonicatus 17. Iunij 1597. coram Iuſto, & Marant. Veſtr. Lan-*
A *cell. & alij alleg. à Soccin. iun. conſ. 31. in princ. vol. 3.* A.
2 Non obſtat prætenſus reditus pro Apoſtolis 6. Auguſti, & ſic infra 30. dies, quia non ſufficit noua comparitio, ſed eſt neceſſaria ſpecialis petitio Apoſtolorum *gloſſ. dicta Clem. quamuis, ſ. verùm, in verb. nec petat, vbi Cardin. in princ. & num. 2. in fin. Imol. in 2. Anchar. in 6. Franc. in vlt. notab. Anchar. dicto cap. ab eo in 3. not. Archid. cap. 1. de appell. in 6. col. 4. verſ. & ſi petierit.* Qui Apoſtoli non ſolùm non fuerunt petiti, ſed quòd daretur alius terminus iuris ad redeundum, quæ petitio videtur contraria petitioni reſponſionis Apoſtolorum,
3 cum terminus iuris detur pro commoditate Iudicis, vt poſſit deliberare pro reſponſione danda, *vt not. Doctor. in dicto cap. ab eo, & in d. clemen. quamuis rigor, & in d. ſ. verùm* & ideò rectè fuit reſponſum per Reuerẽdiſsimũ D. Decanum, non eſſe ſolitum concedi ſimilem termi-
4 num; imò nec excuſatur appellans, ſi infra terminum obtineret præſentatam à D. Regente, niſi quando ſunt dati reuerentiales, *Rota in Peruſina de Vbaldis corã Card. Pamphilio 17. Iunij* 1576. Quæ dicuntur de diligentijs adhibitis, & de præſentata commiſſione Regenti Cancellariæ non iuſtificantur, quia tales præſentatio-
5 nes ſubſcribuntur à Regente, prout quotidie practicatur, & latè per *Lancell. de attent. appell. pend. 2. par. cap. 12. in præfat. num. 63. & ſeq. Modern. Rom. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 14. num. 36. poſt Veſtr. in praxi lib. 7. cap. vlt. num. 5. & 6. Marcheſan. de commiſſ. tit. de offic. Vicecanc. par. 1. cap. 4. num.* 27. Et ideo non applicantur deciſiones Rotæ 54. *de appellat in antiq. Caputaq. deciſ. 115. par. 2. Creſcen. deciſ. 2. aliàs 65. Caſſad. deciſ.*
6 *4. num. 1. de appell.* quæ procedunt, quando pendente termino ad redeundum pro Apoſtolis fuit commiſſa cauſa appellationis.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Rota deciſ. 178. par. 1. & 144 num. 1. par. 2. diuerſ. & deciſ. 420. num. 2. par. 2. recent.* in qua aliæ allegantur, latè *Scacc. de appell lib. 2 quæſt. 13 num. 24. & ſequentib. ſanct. mem. Gregor XV. deciſ 573. num. 1. & Beltram ibi num. 12. & fuit dictum in Leodien parochialis 20. Maij 1622. coram bon. mem Cardinali Caualerio, in Caſtren pecuniaria 25. Aprilis 1627. coram R. P. D. Merlino, &*

in alijs, Tempus autem triginta dierum ad redeundum pro
7 Apoſtolis currit à die appellationis, *Rot. dec. 5. de appellat. in nou. in fin.* vbi quòd Palatium ita ſeruat. Nec excuſatur quis à deſertione propter impedimētū infirmitatis ſuper-
8 uenientis in dicto termino, vt per *Bal in l. eos. §. Apoſtolos, in princip. C. de appellat. Boer conſil. 43. num. 9 Lancellott. de attent. par. 2. cap. 14. num. 8. Veſtr in praxi lib. 7 cap. 3. num. 19. Creſcent. deciſ 7. de appellat. Rot. deciſ. 17. eod. tit. in antiq. & dicta deciſ 144 num. 2. par. 2 diuerſ. fuit dictum in Forolinien fideicommiſſi 21. Aprilis 1581. coram Cantuccio, in Salutiarum penſionis 14. Nouembris 1616. coram Illuſtriſsimo Cardinali Veroſpio, quam ſequuta eſt Rota in Meten. Canonicatus 21. Iunij 1628 coram R. P. D. Veroſpio.*

Minus excuſat procuratoris negligentia, quia ſibi imputare
9 debet, qui procuratorē negligentem elegit, vt in his terminis dixit *Rota in dicta Salutiarum penſionis coram Illuſtriſſimo Cardinali Veroſpio*, quam refert, & ſequitur *Beltramin ad d. deciſ. Greg num. 13. & in alijs, quas adduxi infra ad deciſ. 565. lit. A.*

Nec etiam ſuffragatur præſentatio commiſſionis coram Do-
10 mino Regente, quia illa ſuffragaretur quando fuiſſent dati reuerentiales, quo caſu ſufficit oſtendere diligentiam pro cauſa committenda infra 30. dies; ſecus quando datus fuit terminus iuris, quia tunc appellans omnino tenetur redire pro Apoſtolis *Caſſad. deciſ. 4. de appellat. et in hac deciſ. num. 4. Rota in Forolouien de Torellis impreſſ per Marcheſ. de commiſſ tom. 2 fol. 79 & in d. Caſtren. pecuniaria coram R. P. D. Merlino.*

At ſi cauſa fuerit commiſſa infra terminum iuris, non eſt deſer-
11 ta, etiam ſi appellans pro Apoſtolis non redierit *Creſcen. deciſ. 2. de appell Caputaq deciſ 38. lib 8. par. 1. & deciſ 115. par. 2. Rota deciſ 734. par 4. diuerſ. et Beltramin. d. deciſ. Gregor. 573 num. 14.* refert, ita fuiſſe reſolutum *in Ariminen bonorum 21 Maij 1606. coram Litta et ita dixit Rota in Veneta ſequeſtri 26 Iunij 1626 coram R. P. D. Durano.* Quod intellige verū, ſi Apoſtoli fuerint in ipſa appellatio-
12 ne petiti, vt ad declarationem dictæ deciſionis, *Caputaq. aduertit Rota in Legionen parochialis 1. Februarij 1589. coram bon. mem. Comitulo*, ea ratione, quòd petitio Apo-
13 ſtolorum eſt de ſubſtantia appellationis, vt per *Grauatium ad Veſtr lib 7 cap. 3 num 63. in fin. Marant. in Specul. par 6 tit et quandoque appellatur num 417. Rota deciſ 41. de appell in nou. & deciſ. 50 num. 3. eodem tit* & fuit dictum in ſuperius allegata *Meten. Canonicatus 21. Iunij 1628. coram R. P. D. Veroſpio.*

Et ſi Iudex appellationi detulit, non eſt ampliùs pro Apoſto-
14 lis redeundum, *Lancell de attent par 2. cap 50. num 203. Seraph deciſ. 565. num. 1. & fuit dictum in Compoſtellana parochialis 26. Iunij 1619. coram bon. mem Seleucienſi.*

Prout ſi dederit Apoſtolos reuerentiales, quia defert appel-
15 lationi, & abdicat à ſe omnem iuriſdictionem, *cap cum appellantibus, §. ſi verò & ibi gloſ verb remittenda, Anchar. num 1. in tertio not de appellat. in 6. gloſ. in cap. 1. in verb. exhiberi eod tit. & lib. Lancell. de attent appell. pend. lim. 6. num. 25. & lim. 53. & 55. Rot deciſ 5. de appell in nou. Gabr. conſil 35. num. 10. lib. 1. & fuit dictum in Romana damnorum. & intereſſe 10. Iunij 1591. coram Penia.*

Limita quando ſumus in caſu non appellabili, quia ſub reue-
16 rentialibus in forma continentur etiam refutatorij, quatenus appellationi locus non ſit, *Caſſad deciſ. 7. num. 5. de appellat. Rot. deciſ. 61. eodem tit. in antiq Veſtr. in praxi lib 7. cap. vlt num 2. Rota in Anconitana de Gozzis 2. Iulij 1592. coram* Cardinali *Pamphilio ſeniori*, & hoc caſu conceſſio reuerentialium non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſed ſolum deuolutiuum, *Benintend deciſ. 17. fuit dictum in proximè allegata Romana damnorum, & intereſſe coram Penia, & in Vlixbonen. penſionis 23. Maij 1603. coram Cardinali Pamphilio ſeniori. Gabr. conſil. 34. num 5. lib 1 vbi num. 3 ad fin et ſequent. b.* quòd non
17 facit cauſam appellabilem in præiudicium partis: imò Iudex, qui conceſſit reuerentiales in caſu non appellabili, non poteſt exequi ſententiam, ſed exequenda eſt per Iudicem ad quem, *vt in dicta Romana damnorum. et intereſſe*, & ſi exequatur dicitur attentata, *vt in Tullen. bonorum, et attentatorum 6. Nouembris 1600 coram Litta.* In reliquis vide latè ad materiam *Scacc de appellat. lib. 3. quæſt. 13. et 14. per tot.*

Notandum autem eſt, quòd in Hiſpanijs de ſtylo illarum
18 partium loco Apoſtolorum ſufficit petere teſtimonium appellationis, *Seraph deciſ 1261. num 2. et fuit dictum in Calaguritana beneficij de Querenna 28. Maij 1625. coram R. P. D. Durano.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana redditionis rationis adminiſtrationis tutelæ.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Minor poteſt agere contra hæredes tutoris pro recuperatione bonorum ab eo alienatorum, necnon ad reſtituendum bona in inuentario tutelari deſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes tutoris non tenentur de leui eius culpa.*
2 *Minor pro recuperatione bonorum à tutore alienatorum duo habet remedia, alterum contra emptorem, alterum contra tutorem ipſum.*
3 *Curator impuberi datus durat vſque ad pubertatem.*
4 *Tutor tenetur ex actibus geſtis tutorio, & curatorio nomine.*
5 *Minor nequit pro libito ſe à tutela, ſeu cura liberare.*
6 *Inuentarium plenè probat contra tutorem.*
7 *Inuentarium habet præſumptionem iuris, & de iure, nec admittit probationem in contrarium.*
8 *Tutor poteſt conueniri ad reſtituendum bona in inuentario deſcripta, etiam ante redditionem vniuerſalem rationis.*
9 *Hæredes tutoris, vel curatoris tenentur reddere rationem tutelæ, & curæ.*
10 *Hæredes tutoris tenentur actione tutelæ, ac ſi ipſimet adminiſtraſſent, licèt ab initio, procurator generalis tutelæ datus fuerit.*

DECISIO DLVII.

RESPONDERVNT Domini ſingulis partibus dubij propoſiti, vt infra. Ad primum, quòd Hieronymus vti filius, & hæres quondam Fabritij tutoris, & curatoris quondā Octauij non tenetur reſtituere hæredibus dicti Octauij domos hæreditarias liberas ab omni onere ſuper illis per dictum Fabritium tutorem impoſito. Nam duæ domus d. q. Octauij, de quibus agitur, videntur liberæ ab omni onere: cum ſub die 28. Iunij 1619. fuerit reſolutum, cenſum ſuper vna impoſitum, venditionem verò alterius nullius fuiſſe roboris ex

de-

drſectu ſolemnitatum iuris communis, & ſtatutorum Vrbis, & cauſæ in alienationibus bonorum immobiliũ ad pupillos, & minores ſpectantium, vt in deciſione, cuius copia data fuit. Quæ tantò magis procedere dixerunt Domini reſpectu domus venditæ per d. quondam Octauium ſinè præſentia, & autoritate dicti Fabritij tutoris, imò & ſinè illius licentia: cum in inſtrumento aſſeruerit ſe maiorẽ annorum 20. & pretium receperit: & aliqua culpa in hoc tutori non poſſit imputari, nec
1 quidem leuis, de qua tamen hæredes tutoris non tenentur *l. 1. vbi Bar. Salic & Caſtr. C. de hæred. tut.* quamuis hoc videatur extra dubium, quod quærit ſolùm de liberatione ab omni onere per tutorem impoſito. Reſpectu verò dicti cenſus eum autoritate tutoris, ſeu curatoris impoſiti, licèt fuerit, vt ſupra, nullus: tamen eſt in electione dicti Octauij agere, vel excipere cõtra emptorem illius, vel hæredes, vel aduersùs ipſum tutorem, ſeu curatorem, *l. 1. C. ſi tutor. vel curator, interu. & in l. fin. eodem tit. & in dicta l. 1. notat Alberic. Odofred. Caſtren. & Iacobus num. 5. in dicta l. fin. Salic late Surd. conſ. 576. num. 28.* & ideo pro fructibus dicti cenſus ſolutis, aut alijs damnis paſſis poſſunt ſe hæredes dicti Octauij reualere contra hæredes dicti tutoris, vel curatoris. Et hinc reſultat reſolutio alterius partis dicti dubij, in qua quæritur de fructibus perceptis, ſeu qui percipi potuerunt: quia reſpectu domus venditæ hæredes tutoris, ſeu curatoris in nihilo tenentur: reſpectu verò cenſuatæ ad fructus ſolutos, & damna paſſa, vt ſupra. Nec refert quòd de tempore impoſitionis dicti
3 cenſus tutela finita eſſet per pubertatem Octauij, & cura in teſtamento Federici eius patris relicta nõ valuerit, ſed indigeret confirmatione *l curatorem ff. de tut & curat.* Quia nihilominùs Fabritius in dicto inſtrumento cenſus
4 autoritatem, & conſenſum interpoſuit tutorio, & curatorio nomine: & ſic tenetur, cum geſſerit ſe pro tutore, & curatore ad *tot. tit. ff. de eo qui pro tut. vel cur. ſe geſſ.* iuncta *d. l. 1. C. ſi tut. vel cur.* vel actione negociorum geſtorum *l. curatorem vbi Butrig. Odofr. Bar. Bald. Caſtr. & alij in princ. C. de neg. geſſ. Rot. decis. 47. num. 1. par. 1. recent.* Nec viſa fuerunt Dominis applicari quæ dicebantur de deſertione tutelæ, ſeu curæ, ſeu
5 quòd minor ab ea ſe liberare non potuerit, iuxta *l. 2. C. quand. tut. vel cur. &c. Abb. conſ 91. num. 9. lib. 1.* quia non conſtat de huiuſmodi deſertione, neque quòd minor à cura ſe liberauit conſentiente dicto tutore, ſeu curatore. Quò vero ad reſtitutionem bonorum, de quibus in
6 inuentario tutelari *in ſummario num. 4.* indubitatũ eſſe dixerunt DD. quia inuentarium plenè probat contra tutorem, *ad l. fin. vbi gloſ. Bar. Bal. Salic. & alij C. arbitr.*
7 *tut.* & habet præſumptionẽ iuris, & de iure, nec admittit probationẽ in contrarium *Bar. in l. tutor. qui repertorium, ff. de admin tut. Salic. in l tutores C. eod. cum cumulatis per Surd. decis. 184. num. 2. in fin. & num. 3. & ſeqq.*
8 vbi tenet, tutorem poſſe conueniri ad reſtituen. bona in inuentario deſcripta etiam ante redditionem vniuerſalẽ rationis. Tandem vltima pars dubij viſa fuit Domi-
9 nis omni carere difficultate, videlicet, hæredes tutoris,
A vel curatoris teneri reddere rationẽ tutelæ & curæ, A, iuxta *d l. 1. & tot. tit. C. de hæred. tut. & curat.* Nec poſſunt excuſari ſub prætextu, quòd fuerit ſubſtitutus
10 initio procurator generalis, quia non propterea fuerunt liberati à redditione rationis, ſed tenentur actione tutelæ, ac ſi ipſimet adminiſtraſſent, *l. ita autem, §. geſſiſſe, & l. tres tutores, §. non ſolùm, ff. de admin. tut. Rot. decis. 355. num. 4. in fin. par. 1. recent.* Quòd autem Hieronymus ſit hæres Fabritij, probatur ex inſtrumento aditionis *in ſummario num. 7.* Legitimatio verò perſonæ Ioannis Pauli actoris iuſtificatur ex teſtamento Octauij *in ſummario num. 8.* in quo inſtituit hæredes Io. Paulum, & Federicum eius filios, & eos ad inuicem ſubſtituit: & de morte Federici conſtat ex partita extracta ex libro Parochi *num. 9.* & hodie Io. Paulus venit vti hæres tam patris, quàm fratris pro recuperatione bonorum paternorum, & ſic facit etiam ſe hæredem Octauij, mediante etiam perſona Federici eius fratris.

ANNOTATIO.

A Et quòd filij, & hæredes tutoris teneantur ad reddendam rationem adminiſtrationis, quam geſſit illorum pater, *Roman. conſil. 423. num. 2. Montan de tut & curat. cap 38. num. 50. vſque ad 55. et fuit reſolutum in Caſenaten prædij 30. Aprilis 1627 coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in eadem cauſa 30. Ianuarij, & 5. Iulij 1628. coram R. P. D. Dunozetto iuniori.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Maceraten. Saluiani.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Fructus quando veniant in iudicijs contra poſſeſſorem bonæ, vel malæ fidei,

SVMMARIVM.

1 *Fructus in omni iudicio veniunt à die motæ litis.*
2 *Fructus reſtituere tenetur malæ fidei poſſeſſor à die, quo poſſidere cœpit.*
3 *Fructus reſtituere, quando actum fuit remedio adipiſcendæ, etiam malæ fidei poſſeſſor non tenetur niſi à die litis motæ.*
4 *Sententia eſt ſtricti iuris, & propterea non poteſt exequi, niſi pro ſpecificatis in ea.*
5 *Fructus melioramentorum debentur malæ fidei poſſeſſori.*
6 *Melioramenta liquidantur capiendo minimam, vel mediam ſummam.*

DECISIO DLVIII.

FIRMARVNT DD. primò, pen-
1 ſiones domus non deberi, niſi à die motæ litis, à quo fructus veniunt in omni iudicio *Rot. decis 7. de dol. & contum. in nou* cum alijs *per Surd. decis. 298. num 10. & ſeqq & conſil 514. num. 3 & ſeq. & in Romana vſusfru-*
A *ctus 1. Iulij 1615. coram me.* A Nec obſtare, quòd cum
2 firmatum fuerit in deciſionibus in cauſa factis, Colettã, cuius Eliſabeth eſt filia, & hæres, fuiſſe in mala fide; cum ſcienter emerit à Burgio domum, tanquam non ſuam, ſed alienam: & conſequenter fructus omnes deberi, nec illos ſuos facere potuiſſe *l. ſi fundum 17. C. de rei vend.* cum alijs allegatis. Quia cum actum fuerit
3 Saluiano, & ſic interdicto adipiſcen. in eo fructus venire non poſſunt, niſi à die motæ litis *iux. l. 3. ff de interd. vbi gloſ. in verbo non retrahi*, quam procedere, etiam quòd fructus fuerint mala fide percepti, relato *Bart.* firmat *Rota in Calaguritana liquidationis 4. Maij 1611. coram Illuſtriſſimo Card. Sacrato*, quæ eſt 317. *part. 1. in recent. & apud Seraph. decis. 170.* Secundò, quòd fuerint in ſententia omiſſi, eaque ſit ſtricti iuris, neque
4 comprehendat, niſi quantum verba ſonant: non poſſunt fructus venire in illius executionẽ, ſed neceſſaria eſt no-

na ſententia, *Abb. in cap. grauis num.* 20. *de reſt. ſpol. Dec. conſ.* 43. *num.* 4. *Seraph. deciſ.* 835. *num.* 4. *&* 5. *& deciſ.* 5255. *num.* 2. quam tamen in conſequentiam ferri poſſe, dicit *Seraph. d. deciſ.* 835. *num.* 6. Tertiò, penſiones liquidandas eſſe, deductis fructibus melioramentorum,
5 quos ſuos facit etiam malæ fidei poſſeſſor *Rom. ſingul.* 336. *Afflict. deciſ.* 87. *num.* 6. *Garc. de expen. & melior. cap.* 23. *num.* 54. *Surd. deciſ.* 294 *num.* 11. *Rota in Lucana bonorum de Gatteſchis* 11. *Decembris* 1619. *coram Reuerendiſſimo D. Decano*, & ſic in annuis ſcutis 35. in quibus 35. vel 40. locabatur antequam melioraretur, vt deponũt teſtes pro Eliſabetha examinati *in eius ſum-*
6 *mario num.* 3. capiendo minimam ſummam, vel mediam, *iux. deciſ. Verall.* 299. *part.* 3. *Caſ. de Graff deciſ.* 10. *num.* 6. *& ſeq. de teſtibus*, *& fuit dictum in Firmana, ſeu Maceraten. dotis* 24. *Ianuarij* 1618. *coram R. P. D. Pirouano*. Iſta tamen deductio facienda non eſt à die depoſitarum pecuniarum pro refectione melioramentorum, ſed ab ea die penſiones liquidandæ erunt in annuis ſcutis 75. in quibus vel 80. locari deponunt dicti teſtes.

Et ita deciſum, &c.

A Vide quæ dixi ſupra *ad deciſ.* 194 *litera A.*

Valentina beneficij,

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Ex ſola oppoſitione an, & quando ius ad rem acquiratur; & quando cenſeatur probata maior proximitas, & deſcendẽtia à fundatore.

SVMMARIVM.

1 *Oppoſitio ſola tribuit ius ad rem proximiori vocato à fundatore.*

2 *Proximior præſumitur quis, dum alius non comparet, qui ſe proximiorem contendat.*

3 *Deſcendentia à fundatore præſumitur, ſi doceatur de præſentatione aliqua effectum ſortita, & præſentator fuerit eiuſdem cognominis, & ius patronatus ſit antiquum.*

4 *Mandatum præſumitur, quando fuit enunciatum in inſtrumento antiquo, & quando procedat num.* 5.

DECISIO DLIX.

RESPONDERVNT DD. ſententiã Rotalem pro inſtitutione Pauli informantis latam eſſe confirmandam. Conſtat enim, beneficium, de quo agitur, eſſe ex fundatione, & dotatione de iure patronatus Rectoris Eccleſiæ de Vendrell, & deſcendentium à nepotibus Bernardi primi fundatoris, ipſumque Paulum vti proximiorem præſentari debere à dictis patronis, deficiẽtibus alijs de genere, vel nomine teſtatoris, vt ex inſtrumento codicilli dato prima Iulij anni præteriti *coram R. P. D. meo Pirouano*. Vndè cum, ſuccedente vacatione, vti proximior ſe oppoſuerit, *vt in dicto ſummario num.* 4. dicitur ius acqui-
A ſiuiſſe, ac ſi à patronis fuiſſet præſentatus A, *Sarnen. ſuper reg. de iur. quæſit. non tollen. quæſt.* 1. *num.* 18. *Put. deciſ.* 252. *num.* 3 *lib.* 3. *in nou. impreſſ.* & comprobatur *in deciſ. huius cauſæ* 5. *Martij præteriti coram d. R. P. D. meo Pirouano*. Quòd autem dictus Paulus ſit proximior, ſatis conſtat ex probatione illius deſcendentiæ per gradus diſtinctos vſque ad Marcum Bernardinum ex teſtibus datis d. die prima Iulij & 5. Martij præteriti, quæ
2 ſufficit, cum non appareat alter, qui ſe proximiorem contendat *Alex. in l. ſi poteſt num.* 15. *verſ. concludo*, *vbi Iaſ. num.* 8. *ff. de acqu. hæred. Cuman. conſ.* 43. *per tot. vbi circa fin.* quòd non vidit aliter practicari, *Crauet. conſ.* 299. *poſt princ. verſ. quæ probatio*, *Couar. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 6. *cum alijs congeſtis per Tiraq. de retract. lignag. §.* 11. *gloſ.* 1. *num.* 5. *& per Peregr. de fideicom. art.* 43. *num.* 60 vbi in fine de recepta in praxi, *&*
B *num.* 62. *Rota deciſ.* 693. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.* B, & fuit dictum in d. deciſione 5. Martij præteriti. De-
3 ſcendentia verò dicti Marci Bernardini à Bernardo fundatore, vel eius nepotibus deducebatur, quia cum fuerit reſeruatum ius præſentan. Rectori Eccleſiæ de Vendrell. & nepotibus teſtatoris, illorumque ſucceſſoribus maſculis de ſuo genere, & nomine, dictuſque Marcus Bernardinus eſſet eiuſdem cognominis teſtatoris, & præſentauerit vna cum dicto Rectore anno 1512. ſub commemoratione fundationis dicti Bernardi, dictaque præſentatio ſortita fuerit effectum ex permutatione facta de anno 1519. ab eius præſentato, & de eiuſdem conſenſu, *vt in ſummario dato* 1. *Iulij num.* 8. *&* 9. cum ſimus in antiquis, præſumitur à fundatore diſcendere, quia aliàs ius præſentan. non haberet, vt in ſimilibus arguit *Lamber. de iurepatr. lib.* 2. *par.* 2. *quæſt.* 10. *art.* 4. *nu.* 11. *in fin. Gaſpar. Anton. Theſaur. quæſt. forenſ.* 61. *num.* 9. *verſ. niſi*. Non obſtat, quòd dicta præſentatio fuerit facta à procuratore, ſicut fuit præſtitus conſenſus in dicta permutatione, de cuius mandato non conſtat; quia cum in vtroque actu mandatum fuerit
4 enunciatum, concurrente diuturnitate temporis nonaginta, & vltra annorum, & alijs adminiculis, quia mandatum fuit enunciatum relatiuè, & ad dictam præſentationem fuit facta inſtitutio, & collatio, præſumitur interueniſſe *Dec. conſ.* 36. *num.* 7. *& ſeq. Gabr. de procurat. concl.* 1. *num.* 9. *&* 10. *Rota deciſ.* 187. *num.* 1. *&*
C *ſeq. par.* 1. *diuerſ.* C.

Et ita deciſum, dicto Paulo tantùm informante, in contumaciam Marci Antonij moniti, & expectati.

ANNOTATIO.

A *De quo dixi ſupra ad deciſ.* 55 *lit. B.*

B *Cardinal Seraphin deciſ.* 1219 *num.* 1. *& deciſ.* 1265. *in fin. verſ quod dicitur Cardinal. Cauaier. deciſ* 575. *num.* 7. *Reuerendiſſ D. Coccin. Decan. deciſ* 250. *num* 4. *& fuit dictum in Bononien pecuniaria de Maluetijs* 15. *Decembris* 1617. *coram bon mem Patriarcha Mãzanedo & coram eodem in Barchinonen tertij beneficij S. Thecla* 17. *Ianuarij* 1623 *in Segobien Cappellania* 18. *Februarij* 1625. *corã bon. mem Vbaldo ſeniore, & in Romana fideicommiſſi de Cruciarijs* 14. *Ianuarij* 1628. *coram R. P. D. Durano*.

C *Menoch. lib.* 2. *præſumpt.* 33. *nu.* 25. *Caſſador deciſ* 3. *num.* 4. *de procurator. Creſcent. deciſ* 7. *nu.* 4. *de probat. Maſcard.*
5 *de probation concluſ* 1006. *num.* 13. hoc tamen procedit in iudicialibus, & quando de mãdato in inſtrumẽto fit expreſſa mentio, vt ſi diceretur *talis ſindicus*, *vel procurator*, *de cuius mandato fuit rogatus talis*. *vel prout conſtat in actis mei Notarij*; aliàs enim mentio generalis, & obſcura non ſufficeret, *Verall. deciſ.* 196. *part.* 2. *Put. deciſ* 363. *num.* 2. *&* 5. *lib.* 3. *in correct. & fuit dictum in Vicen. beneficij* 11. *Decembris* 1619. *coram bon mem. Vbaldo ſeniore*, item procedit quando agitur inter eoſdem contrahentes, & habentes cauſam ab eis, ſecus contra teſ-

tium

ſium, vt declarant *Menoch. conſil. 1. num. 80. Maſcard. d. concluſ. 1006. num. 14.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Hydruntina bonorum.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Contractus initus cum reſeruatione aſſenſus Apoſtolici, cum clauſulis reſolutiuis, reſoluitur, ſi aſſenſus non fuerit obtentus in tempore conuento.

SVMMARIVM.

1 *Conditione non adimpleta, factum pro non facto habetur.*

2 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur, non ſolum in derogatione, ſed etiam in commutatione voluntatis teſtatoris.*

3 *Poſſeſſionis, & dominij illius, à quo cauſam habemus, controuerſiam facere non poſſumus.*

4 *Confitere non poteſt, qui alienare prohibetur. Amplia vt num. 13.*

5 *Confeſſio donantis poſt factam donationem non nocet.*

6 Feder. de Sen. doctrina conſil. 9. *non procedit, quando agitur fauore Eccleſiæ.*

7 *Prælatus nequit Eccleſiæ in iure quæſito præiudicare.*

8 *Confeſſio Prælati, ex qua ſibi, & Eccleſiæ præiudicium oritur, ſi præiudicium ſit indiuiduum, ſicut non nocet Eccleſiæ, ita nec ipſi Prælato, & quando præiudicium dicatur indiuiduum num. ſeq.*

10 *Bona cum onere Miſſas celebrandi acceptata licèt quis renunciet, non tamen ſe eximit ab onere.*

11 *Bona donata cum onere celebrandi Miſſas poteſt quis recuperare, ſi in alium nulliter tranſtulit, vel ſi conditio in translatione appoſita non fuit adimpleta.*

12 *Commutatio vltimarum voluntatum ad ſolum Papam ſpectat.*

DECISIO DLX.

TENVERVNT DD. concordiam non obſtare Marcello agenti pro recuperatione bonorum ſibi donatorum per Philippum. Nam dicta concordia fuit inita ſub expreſſa conditione beneplaciti Apoſtolici, cum iſtis formalibus verbis, *con patto però, e conditione, che quatenus nel preſente contratto di renuntia vi foſſe neceſſario l'aſſenſo Apoſtolico, che in tal caſo, & non altier, nec alio modo Franceſco l'habbia da procurare frà termine di meſi trè à ſue proprie ſpeſe, & non procurandolo, che in tal caſo, paſſato detto termine, le ragioni dell'vna, & l'altra parte reſtino, e s'intendino reſtare in ſuo robore, & efficacia, non oſtante la detta renuncia, &c.* Quæ conditio
1 cum defecerit, quia aſſenſus Apoſtolicus non fuit obtentus per Franciſcum, perinde eſt, ac ſi dicta concordia non fuiſſet facta ad reg. vulg. quòd paria ſunt, aliquid non facere, vel ſub conditione, quæ non purificetur, imò deficiat, *l. neceſſariò, §. quòd ſi pendente ff. de peric. & commod. rei vend. latè Seraph. deciſ. 838. num. 3. & ſeqq.* & clara ſunt verba concordiæ, ibi, *le ragioni dell'vna, e l'altra parte reſtino in ſuo robore, & efficacia, non oſtante detta concordia.* Non obſtat, quòd aſſenſus Apoſtolicus fuerit promiſſus ſi, & quatenus eſſet neceſſarius, & non aliter, qui neceſſarius non erat. Tum quia bona donata durante vita Marcelli donatarij, & alterius ab eo nominandi, pro celebratione miſſæ qualibet hebdomada ad Altare Sanctiſſimæ Conceptionis familiæ donatoris in Matrice Eccleſia, pro ſalute animæ eiuſdem donatoris remanebant ex forma donationis laicalia, nec debebant deuenire in dominium dictæ Cappellæ, niſi poſt mortem dicti Marcelli, & ab eo nominandi: & ſic poterant ſine ſolemnitate cedi, & alienari ſaltem pro iure, & intereſſe Marcelli donatarij. Nàm quicquid ſit, an dicta bona antequam deuenirent ad d. Capellam eſſent laicalia, vel Eccleſiaſtica. Tamen cum fuerint donata eidem Marcello acceptanti cum onere celebrationis dictæ Miſſæ pro ſalute animæ dicti Philippi, & poſſeſſionem adeptus fuerit, non potuit deinde renunciare, tanquam relicta in certum, & determinatum vſum pium:
a cum hæc non ſolùm ſit commutatio, ſed expreſſa derogatio voluntatis donatoris, quæ ſinè conſenſu Apoſtolico non ſubſiſtit *Clem. quia contingit vbi gloſ. verbo non ad alium, Petr. de Anch num 2. & Ioann. de Imol. in 3. not. de relig. domib. Paul. de Caſtr. conſ. 187. num. 2. lib. 1. latè Tiraq. de priuil. pia cauſ. priuil. 135. vbi alios refert, Redoan. de reb. Eccleſ non alien. rubr de cauſ. propt. quas*
A *fiunt alien. num. 78. 80. et 109.* A, Nec dicatur, bona donata non fuiſſe Philippi donatoris, ſed Franciſci, & per 20. annos, & vltra ante dictam donationem poſſeſſa, vt ex confeſſione dicti Marcelli, necnon depoſitione iudiciali dicti Philippi, ac alijs teſtibus examinatis in partibus; & ideò potuit Marcellus bonam fidem agnoſcendo illa renuntiare. Nàm imò conſtat, dicta bona fuiſſe dicti Philippi, & illa vti talia per eum donata,
3 & per Marcellum acceptata, & poſſeſſa, qui propterea non potuit controuerſiam facere dominij, & poſſeſſionis dicti Philippi donatoris, à quo cauſam habet *Angel. in l. ſiuè autem, in fin. princip. ff. de publ. in rem act.* imò nec dictus Franciſcus prætendens ſimiliter cauſam ab eodem Philippo ratione prætenſi crediti pecuniarij, & executionis pro eo ſuper dictis bonis factæ, & potioritatis iurium ſuper illis; quæ omnia in dicta concordia fuerunt inter partes narrata, & enunciata, & ſuper illis fundata ceſſio per d. Marcellum facta ad fauorem Franciſci. Et ideò nihil nocet prætenſa confeſſio dicti Mar-
4 celli, quòd creditum Franciſci cum Philippo donatore abſorberet valorem bonorum: quia qui non poteſt alienare, non poteſt etiam confiteri *Bal. in cap. fin. num. 7. de confeſſ. & in conſ. 496. num. 7. lib. 1. cum relatis per*
B *Tiraq. de leg. connub. part. 16. gloſ. 5. num. 116.* B. Nec etiam attenden. eſt depoſitio dicti Philippi ſuper
5 prætenſa poſſeſſione Franciſci: nam quatenus valida eſſet, vt facta poſt dictam donationem nihil noceret, *l. poſt perfectam, vbi Doct. C. de reuoc. donat. Caſtr. conſil. 237. num. 1. lib. 2. & latè fuit dictum in Veneta ſequeſtri 25. Maij 1620. coram me.* Alij autem teſtes ſuper hoc deponentes non dantur, & ideò ſuper illis fundamentum fieri non poteſt. Ex quibus patet, non applicari *conſil.*
6 *Feder. de Sen. 9. caſus talis eſt*, & alia exaduerſo allegata. Tùm quia non ſumus in Prælato, qui valeat præiudicare in quæſitis: & dictum Conſilium non procedere, quando agitur de fauore Eccleſiæ, cuius intereſt, non ſolùm bona non diminui, ſed augeri debere, latè declarat *Lambert. de iurepatr. lib. 3. quæſt. 2. princ. art. 9. num. 2. verſ. quinta concl. per tex in l. magis puto, §. ſi fundum, ff. de reb. eorum*; tùm etiam, quia dictus Marcellus poſt dictam acceptationē non potuit renunciare, & cedere, ſicuti nec Prælatus poſt ius quæſitum Eccleſiæ poteſt illi præiudicare. Non obſtat, quòd confeſſio Marcelli donatarij ad fauorem Franciſci ſuſtineatur in præiudicium ipſius Marcelli. Nàm reſponſum

fuit, præludicium tàm Eccleſiæ, ſeù Capellæ, in qua erat
celebran. Miſſa qualibet hebdomada, ac præiudicium
Philippi donatoris, pro cuius anima celebratur, erat
inſeparabile a præiudicio Marcelli; quia vſus bonorum
donatorum non poterat eodem tempore eſſe penes Frã-
ciſcum, & penes Marcellum, & ab eo nominatum, qui
debebat celebrare Miſſam; & ideò quemadmodum
concordia non valet reſpectu Philippi, & Eccleſiæ, ita
8 etiam nec reſpectu Marcelli, cum præiudicium ſit indi-
uiduum, *gloſ. in cap. tum veniſſent, in verbo abiuraſſet
de inſtitut. & ibi Butr. num. 32. & in verſic. videtur
Ioann. de Anan. num. 10. circa fin. Imol num. 31. verſ.
creditur Abb num. 16. idem Butr. in cap peruenit l. 1. in fin.
& ibi Abb. num. 4. verſ. D Antonius, Bellam. num. 6. Anch.
in fin. Imol. num. 2. in fin Pelin. nu. 5. de iure iur. Aret. conſ.
314. num. 2. & 3. Rom conſ. 369. num. 24. vbi Apoſtilla lit.
V. teſtatur de communi. Rip. in l. fin. num. 175. C. de reuoc.
donat. Menoch. de recup. rem. 9. num. 121.* Quòd autem
præiudicium ſit inſeparabile, patet; quia Marcellus re-
9 nunciauit, & ceſſit bona donata: & licèt quò ad iura ad
eum ſpectantia, tamen quia vſus dd. bonorum (vt ſupra
dictum eſt) non poteſt eſſe eodem tempore penes Franci-
ſcum, & penes alium, qui celebret Miſſam pro anima
Philippi, dicitur inſeparabile, & hoc modo conſiderant
Doctores *in d. cap. cũ veniſſent, et in d cap. peruenit, vbi Bel-
lam. d. nu.* 6. Non obſtat, quòd dictus Marcellus non ſe li-
10 berauerit à celebratione Miſſę, licèt bona renunciauerit,
ad latè tradita, *per Surd. de alim, tit. 9. quaeſt. 23. per tot.*
Quia imò apparet, cũ noluiſſe bona dimittere Franciſco,
& renunciare, niſi ad effectum ſe liberandi à dicto onere
celebrationis Miſſarum; quia renunciauit non ſimpli-
citer bona, ſed iuribus quibuſcunque vigore donationis
competen. & ſic voluit totam donationem priùs acce-
ptatam cum dicto onere renunciare: quod cum facere
non poſſet ex *trad. per Surd. vbi ſupra num. 8. & ſeq.*
non præſumitur voluiſſe renunciare bona, onùs retinen-
do: & propterea conſultò appoſuit conditionem bene-
placiti Apoſtolici, cum clauſula præciſa, *& non aliter,
nec alio modo*. Non obſtat tandem, quòd Marcellus
11 non poſſit dare de hac nullitate cum Epiſcopus, vel Ec-
cleſia poſsint bona recuperare, vt Miſſa celebretur *ad
not. in d. cap. cum veniſſent, & in d. cap peruenit*. Nàm
vltra quòd iſta procederent, ſi Marcellus purè, & non
ſub dicta conditione bona tranſtuliſſet, ex hoc non fit,
quin præiudicium ſit inſeparabile, cum ſemper bona
corporalia poſsint recuperari, & nihilominus conſide-
ratur, quòd vſus non poteſt eſſe eodem tempore penes
duos, & ideò agere poteſt etiam qui bona alienauit, ne
illa tranſeant in deteriorem vſum, vt conſiderant *Doct.
vbi ſupra, & præſertim Bellam. d. cap peruenit num.* 6.
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Soli enim Romano Pont. licet pias defunctorum volun-
12 tates commutare, vt vltra citatos in deciſione tradunt
*Cened. practic. canon quaeſt. lib. 1. quaeſt. 35. num. 12.
Melch Phab. Luſitan deciſ 47. num. 2. tum ſequentibus
tom 1. plures citati per Auguſt. Barboſ de officio, & poteſtate
Epiſcopi par. 3. alleg 83. nu. 1.* vbi numeris ſequentib. alios
caſus percurrit, in quibus piarum diſpoſitionum commu-
tationes Epiſcopo conceduntur.
B *Creſcent deciſ 2. de confeſſ.* Gratian *qui plures refert di-
ſcept. 660 num. 3. 4. & 5. Rot. diuerſ deciſ 607. num. 2.
part. 1. & in Treueren. bonorum 15. Martij 1621. coram
13 bon mem. Dunozetto ſeniori* Amplia primò, tàm in con-
feſſione expreſſa, quam in tacita ex productione iurium
reſultante, *Grauet. conſil. 175. num. 5. et 6. Riminald. iun.
conſ 19. num. 171. et ſeq.*
Amplia ſecundò in Eccleſia, quæ cum non poſſit alienare, ſic
etiam nec confiteri, quando per indirectum alienatio indu-
ceretur, *gloſ verbo de veritate dicenda, circa med. verſic.
ſed nunquid crederetur in cap dudum il 2. de elect.* Roman.
conſ 389. in princip.
Amplia tertiò in patre reſpectu filij, ſi enim ille confiteatur
ſe debitorem, vel recepiſſe pretium, non præiudicat filio
in legitima, *Alexand. conſ. 45. in fine lib. 1. Maſcard. de
probat. concluſ. 364. per tot. latè Oſaſcb. Pedem deciſ 170.
num. 11. cum ſeq. et ex num 16. vbi à num 17.* extendit
procedere in omni contractu prohibito ſinè certa ſolem-
nitate, quamuis adſit iuramentum; & omnium ſupra-
dictorum ea eſt ratio, quia prohibitus alienare, dicitur
etiam prohibitus facere actum, per quem alienatio ſequa-
tur, vt cum multis reſoluit *Fuſar. de ſubſtitut. quaeſt.
694. ex num* 1. & in fine ampliat, ſiue immediatè, ſiue me-
diatè ex actu proueniatur ad alienationem.
Limitatur tamen concluſio in confeſſionibus aliundè admini-
culatis, quibus ſtatur, *vt ex deciſ. 1. Achill. de confeſſ Gra-
tian. diſceptat. 555 num 31. & Rota deciſ. 24. num. 5. poſt
tract. Zacch de Societ. offic.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Valentina penſionis.

Lunæ 5. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Cameralis obligatio non habet locum, niſi ex-
preſsè legatur in inſtrumento, & ſufficit, rem
eſſe dubiam an intret: nec habet locum, quan-
do priùs actum fuit via ordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Procurator intelligitur habuiſſe mandatum ad faciendam
conditionem domini meliorem.*
2 *Cameralis obligatio non venit, niſi expreſsè ſit appoſita, tan-
quam ſpecialis nota digna.*
3 *Cameralis obligationi vt locus non ſit, ſufficit, quòd in
dubium reuocari poſſit, an in inſtrumento contineatur.*
4 *Appellatio datur ad vtrumque effectum ab extenſione obli-
gationis Cameralis, quando illa non legitur expreſſa in in-
ſtrumento, vel dubium eſt, an fuerit adiecta.*
5 *Obligatio Cameralis ceſſat, quando cœptum fuit agi via
ordinaria.*

DECISIO DLXI.

DIXERVNT Domini, mandatum A.
C. non eſſe exequen. Nam illud fuit
fundatum ſuper obligatione Camerali
de ſoluen. penſionem, de qua agitur,
cuius vigore fuit actum, ſub prætextu
quòd procurator ita obligauerit Ca-
pitulum; quæ tamen obligatio non
legitur in inſtrumento conſenſus per dictum procura-
torem dati reſeruationi penſionis; & quamuis pro-
curator haberet hoc in facultatibus, tamen illis vſus
1 non fuit, ſed ſinè illis conſenſum præſtitit, vt meliorem
Capituli conditionem faceret, ad quod intelligitur
mandatum habuiſſe *l. diligenter, §. fin. & ibi Bart. ff.
mand. ff. is qui exequitur in fin. Inſt. eod. tit. & ibi Aret.
in princ. Io. Andr. in add. ad Specul. de inſtr. edit. §. com-*
pen-

2 *pendioè*, & non venit, niſi expreſsè ſit appoſita, tan-
quam ſpeciali nota digna, *Rota in Bononien. cenſus, ſeu
attentatorum* 10. *Decembris* 1607. *coram Sanctiſſimo D.
N. & in alia* 24. *Aprilis* 1600. *coram Penia*. Nec ſubſi-
ſtit in facto, quòd procurator præſtiterit conſenſum
iuxta formam mandati, neque quòd ad illud ſe retule-
rit, minùſque quòd fuerit inſertum in conſenſu; ſed de
mandato, fuit tantùm facta mentio ad docen. de legiti-
matione perſonæ præſtantis ipſum conſenſum, vt ex
eius inſpectione, & lectura, & præſertim dum dicitur,
quòd de procuratoris mandato fuit in Cancellaria Apo-
ſtolica legitimè facta fides. Ad hoc autem, vt non ſit
3 locus obligationi Camerali, ſufficit, rem eſſe dubiam, *Se-
raph. deciſ.* 53. *Lancell. de attent. poſt inhib. cap.* 20. *num.*
7. *Rota in Romana attentatorum* 4. *Iunij* 1601. *coram
bon. mem. Penia, quæ eſt* 120. *num.* 6. *impreſſa poſt tract.*
4 *Zacch. de oblig. Cam.* & tunc ab extenſione obligationis
Cameralis datur appellatio quò ad vtrumque effectum
Galleſ. de oblig. Cam. par. 3. *tit. de inſtr. quæſt.* 2. *part.* 1.
conſid. prima num. 8. prout hic, *facit deciſio Achill.* 4. *num.*
7. *de ſent. excom.* nec applicatur *deciſ. Mohed.* 8. *de
5 procur.* Placuit etiam vni ex DD. motiuum, quòd obli-
gatio Cameralis ceſſabat, cum fuiſſet actum priùs via
A ordinaria, A, vt in terminis *Rota in Romana pecunia-
ria* 28. *Iunij* 1593. *coram Litta*.

A De quo dixi ſupra *ad deciſ.* 208. *ſub lit. A.*

Ampurien. beneficij.

Lunæ 5. Iulij 1621.

Argumentum patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Valor narratus per non exceſſum non probatur per teſtes
deponentes affirmatiuè.*

DECISIO DLXII.

AD maiorem iuſtificationē gratiæ Ioan-
nis Auguſtini, qui obtinuit reſolutio-
nem fauorabilem ſub die 4. Decem-
bris præteriti, examinauit nonnullos
teſtes, quos, cauſa iterum propoſita,
fuit reſolutum, non probare narrata
in literis, vt infra; videlicet, quòd
valor beneficij, de quo agitur, non excedat ducatos
160. & D. Ioannem Auguſtinum obtinere canonicatum,
& præbendam in Eccleſia Ampurien. non excedentes an-
nuum valorem ducatorum 400. auri de Camera; quia
dicti teſtes dati *in ſummario num.* 4. & 6. deponunt af-
1 firmatiuè, & ſic non probant valorem narratum per
non exceſſum, *Alexand. conſil.* 64. *num.* 7. *lib.* 2. *Felin.
in cap. ad aures, num.* 4. *de reſcript. Rot. deciſ.* 443. *num.*
1. *part.* 2. *in recent. & fuit dictum in Veliterna beneficij*
11. *Decembris* 1619. *& in Romana Cappellaniæ de Toledo*
7. *Iunij præteriti coram me*. In reliquis DD. ſteterunt
indeciſis, tàm ex deductis in alia deciſione, quàm ex di-
ctis teſtibus nouiter examinatis *in ſummario nu.* 3. & 5.
Et ita reſolutum D. Ioanne Auguſtino tantùm infor-
mante.

Panormitana Archipresbyteratus.

Mercurij 7. Iulij 1621.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Mors probatur ex partita libri mortuorum ad verbum
extracta.*

2 *Partita libri Parochi extracta per aduerſarium contra
ipſum probat mortem, etiam ſi ſit extracta, lite pendente.*

DECISIO DLXIII.

1 CVM ſub die 29. Martij præteriti fue-
rit dictum, non obſtare Nicolao haben-
ti gratiam, ſi neutri, regulam de annali
& reſeruatum videre, an eſſet neceſſaria
iuſtificatio narratiuæ mortis Petri de
menſe Nouembris 1612. Nicolaus ex-
hibuit fidem mortis per partitam ex-
tractam de verbo ad verbum ex libro mortuorum Ec-
cleſiæ, de qua agitur, cuius erat Archipresbyter dictus
A Petrus, quem modum proban. mortem A ſæpius ad-
miſit *Rota, vt in deciſ.* 202. *num.* 1. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.*
605. *num.* 4. *par.* 2. *in eiſdem*, in quibus plures aliæ re-
2 feruntur. Quæ partita cum ſit extracta, etiam ſi lite pen-
dente, per Iulium aduerſarium, qui in poſſeſſione dicti
Archipresbyteratus reperitur, contra ipſum plenè pro-
bat, ex vulg. & tanto magis cum ſit munita literis le-
galitatis in forma. Quæ cum retuliſſem in relationibus
cauſarum, Domini mei mandarunt, vt cauſam expedi-
rem iuxta reſolutiones factas in ea, non attenta appoſi-
tione Iulij, quòd diſputaretur dubium reſeruatum nunc,
vt ex prædictis apparet, ſublatum.

A De quo dixi ſupra *ad deciſ.* 11. *lit.* C.

Romana cenſus.

Veneris 30. Iulij 1621.

ARGVMENTVM.

Cenſus ex defectu mandati procuratoris, qui il-
lum impoſuit, non annullatur, quando man-
datum fuit enunciatum in inſtrumento anti-
quo, & concurrunt coniecturæ.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non poteſt opponere contra actum, quem eius auctor
approbauit; maximè ſtante ipſius auctoris obligatione
Camerali, & iuramento.*

2 *Mandatum præſumitur concurrentibus coniecturis.*

3 *Obligatio Cameralis trāſit ad hæredes quò ad omnes effectus,
excepto reatu periurij.*

4 *Iuramenti virtus quò ad validitatem contractus, & obli-
gationis efficaciam tranſit in hæredes, licèt ſecus quò ad
reatum periurij.*

5 *Obligatio Cameralis regulariter comprehendit bona hære-
dum.*

6 *Obligatio Cameralis vt operetur ad fauorem hæredis, de-
bet priùs conſtare, eum eſſe hæredem.*

DE-

DECISIO. DLXIV.

CVM in Rota memorialium 7. præſentis
menſis habuiſſem ordinem à Dominis
expediendi cauſam, non obſtantibus op-
poſitionibus D. Iſabellæ contra deciſio-
nes, & nihilominus dilata fuerit vſque
modò expeditio, iterum Domini manda-
runt expediri, dicentes, obiectiones minimè obſtare. Nam
quæ deducebantur pro ſubſtinenda correſpectiuitate in-
ſtrumenti cenſus, & ſcripturæ priuatæ eadem die, &
coram eiſdem teſtibus celebratæ ſuper non integra pre-
tij ſcutorum mille numeratione; & ſic dictam ſcriptu-
ram, & non inſtrumentum eſſe attendendum: tolluntur
ex facto; quia non fuit iuſtificata præſentia Blondi in
confectione dictæ ſcripturæ priuatæ, qui procuratorio
nomine Celſi impoſuit cenſum: nec etiam quòd illa ſit
eius manu ſcripta. Quamuis ex hoc non reſultaret præ-
ſentia declarationi factæ per deputatos Monaſterij San-
ctæ Suſannæ. Præſertim quia dicta ſcriptura veriſimili-
ter fuiſſet ſubſcripta à Blondo, quemadmodum fuit (vt
ſupponitur) à dictis deputatis, & teſtibus. Secunda
verò obiectio nullitatis cenſus ex defectu mandati quon-
dam Blondi, qui procuratorio nomine Celſi impoſuit
cenſum, cum de mandato non conſtet, licèt fuerit enun-
ciatum per acta Tidæi de Marchis 23. Maij 1588. ceſſat.
Tum quia ſicuti bon. mem. D. Laurentius frater dicti
Celſi, contra cuius hæredes, & bona hodie agitur, non
poſſet de defectu dicti mandati opponere, cum in acceſ-
ſione per eum facta dicta die 31. Auguſti, vti principali-
ter, & inſolidum acceſſerit cuicunque promiſſioni, &
obligationi factæ in dicto inſtrumento per dictum Blon-
dum procuratorem, qui particulariter ſe obligauerat
dare, & exhibere publicum inſtrumentum ſui mandati,
& nihilominus de rato, &c. ac tàm de euictione, & liti
de conſenſu præſtan. ac alijs ſpecificatis; ſed etiam cum
clauſula generali, & pro quibuſcunque alijs in dicto in-
ſtrumento contentis principalem debitorem, & pro-
miſſorem ſe facien. volens propterea teneri etiam re-
ſpectu inualiditatis ex defectu dicti mandati, & ex quo-
2 uis alio capite. Ita nec Iſabella, quæ eſt eius hæres,
præſertim cum idem Laurentius ſe obligauerit in for-
A ma Cameræ, A, & cum iuramento. Sed quatenus da-
ri poſſet de defectu mandati, tamen illud præſumitur ex
vehementiſſimis coniecturis, primò eſt enunciatum in
inſtrumento cum die, menſe, anno, & Notario, &
in dicta ſcriptura priuata; ſecundò actus non eſt ta-
lis, qui veriſimiliter fiat, vel fieri conſueuerit ſinè
mandato, imò incidiſſet in delictum, imponendo cen-
ſum in re aliena; tertiò tres acceſſiones videlicet Hora-
tij, & Laurentij fratrum, ac Ioannis Lælij diuerſis die-
bus, qui omnes aſſeruerunt, ſe illas facere precibus di-
cti Celſi; quartò recognitio bonæ fidei Horatij; quintò
ſolutiones fructuum ab anno 1588. vſque ad annum
1602. quæ ab vtraque parte fuerunt vſque modò ſup-
poſitæ, & ſic obſeruantia pacifica annorum 14. & quaſi
poſſeſſio exigen. dictus fructus; ſextò quòd pendente lite
nunquam fuit oppoſitum de nullitate dicti cenſus ex hoc
capite, ſed ſolùm ex eo, quòd pretium non fuiſſet inte-
graliter numeratum, vt ind. apocha. Quæ coniecturæ,
2 quatenus nunc opponi poſſet de dicto mandato, longè
ſufficiunt ad illud præſumendum, quamuis inſtrumen-
tum non exhibeatur, & facit *Cuman. conſ.* 6. *in fin.*
Mantic. de tacit. lib. 7. *tit.* 4. *num.* 9. nec applicantur
conſ. Surd. 318. *&* 421. quia in illis agebatur de nullita-
te cenſus ex defectu totius pretij venditori non nume-
rati, contra diſpoſitionem Bullæ fel. rec. Pij V. non au-
tem ex defectu mandati.

Ea propterea Domini ſteterunt in ordinatis, quòd cauſa
omnino expediatur.

ANNOTATIO.

A Obligatio Cameralis tranſit ad hæredes quo ad omnes ef-
3 fectus excepto reatu periurij, quando in ea eſt appoſitum
iuramentum *Alexand. conſil.* 18 *num.* 16. *lib.* 5. *Galleſ. de
obligat. Cameral quæſt.* 4. *num.* 6. *iuncto num.* 12. *& ibi
Zacch. in addit. num* 3. *& num.* 13. *Rota apud eund. deciſ.*
69 *num.* 1. *& in Romana pecuniaria* 29. *Maij* 1628. *co-
ram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, & in Romana
executionis* 2. *Iunij* 1628. *coram R. P. D. Vbaldo iuniori,*
4 ſicut etiam iuramenti virtus quò ad validitatem cõtractus,
& obligationis efficaciam tranſit etiam in hæredes, licèt
ſecus quò ad reatum periurij *Afflict. deciſ.* 381 *num* 8. *Ri-
minald iun. conſil* 814. *num.* 26. *lib* 7. *cum alijs per Sera-
phin. de priuileg. iuram. priuil.* 74. *num.* 141. *Vincent. de
Franch deciſ* 83. *num.* 6. *Surd deciſ.* 159. *num vlt. Zacch.
d. quæſt.* 4. *num.* 3. *Rota in Romana, ſeu Tiburtina Caſtri
Sancti Angeli fideicommiſſi de Vrſinis* 26. *Nouemb* 1616.
coram bon mem. Andrea, & in Foroliuien. dotis 9. *Iunij*
5 1625. *coram R. P. D. Durano.* Ideo obligatio Cameralis
regulariter comprehendit bona ipſorum hæredum, niſi ex
circumſtantijs facti aliter colligatur *Zacch d quæſt.* 4. *nu.*
7. *Rota apud eund. deciſ* 16. *num.* 4. *&* 6. *& in d. Romana*
6 *pecuniaria* 29. *Maij* 1628 *coram Reuerendiſſimo D Deca-
no.* Verùm, vt obligatio Cameralis operetur ad fauorem
hæredis, priùs debet legitimè conſtare, eum eſſe hæredem,
ex traditis per *Boer. deciſ.* 10. *num.* 2. *& ſequen. & in ter-
minis Zacch. d. quæſt.* 4. *num.* 15. *& ſeq. & Rot. apud
eund. deciſ.* 74. *num.* 10.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Marſicen. iuriſdictionis.

Mercurij 20. Octobris 1621.

ARGVMENTVM.

Pendente lite inter Epiſcopum, & Prælatum
inferiorem ſuper omnimoda iuriſdictione ali-
cuius loci approbatio confeſſariorum inte-
rim prouiſionaliter committitur Epiſcopo,
ratione periculi ſalutis animarum.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſores ab Ordinario non approbati, confeſſiones audire
non poſſunt.*
2 *Prouiſioni locus eſt in temporalibus, lite pendente, ex qua-
cunque iuſta cauſa, multo magis, vbi imminet periculum
animarum.*
3 *Anima cunctis rebus præferenda eſt.*
4 *Animarum periculi ratione plura conceduntur, de qui-
bus remiſſiuè.*

DECISIO DLXV.

D. habito ſemel, atque iterum inter
eos diſcurſu, prout etiam ſub die 30.
Iulij præteriti, qua fuit habita vltima
congregatio, inhærendo etiam reſolu-
tioni in ea factæ, & partibus andi-
tis exiſtimarunt, locum eſſe, lite pen-
dente inter D. Epiſcopum ex vna, &
Ar-

Archipresbyterum Terræ Saponariæ ſuper omnimoda iuriſdictione, tàm contentioſa, quàm voluntaria in Terra Saponariç, prouiſioni ex parte Epiſcopi ſuper approbatione confeſſorum; & hoc propter euidens peri-
1 culum animarum, ne contingat, populum dictæ Terræ abſolui à peccatis per confeſſores ab Epiſcopo non approbatos, contra expreſſam diſpoſitionem, & formam Sacroſancti Concilij Tridentini *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. quod reprobat etiam conſuetudinem immemorabilem; imò dixerunt etiam, prouidendum eſſe ex mero officio; nàm
2 quemadmodum eſt locus prouiſioni lite pendente in temporalibus, vt ex exemplis relatis *per Rebuff. de ſenten. prouiſ. in prin. num.* 14. *cum pluribus ſequent.* qui in fine *num.* 140. ſubdit, eſſe locum ex quacunque iuſta cauſa *ad text. in cap. item quis Dominum, verſ. ſed quia natura, quæ fuit prima cauſ. ben. amitt. in vſib. feud.*
3 multò magis, vbi imminet periculum animarum. *ex vulg. reg.* quia anima eſt cunctis rebus præferen *cap. cum infirmitas, de pœn. cap. præcipimus* 12. *q.* 1. *l. ſancimus C. de ſacroſ. Eccl.* Et multa conceduntur ſpeciali ex hac cau-
4 ſa, ad latè *trad. per Tiraq. de priuil. piæ cauſ.* Tanto magis, quia apparet, hanc fuiſſe mentem vtriuſque Sacræ Congregationis Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium tàm Epiſcoporum, quàm interpretum Sacr. Conc. Trid. vt ex datis *in ſummario pro Epiſcopo*, quæ Congregationes voluerunt, huiuſmodi approbationem prouiſionaliter fieri per Epiſcopum eadem ratione periculi ſalutis animarum. Et propterea dixerunt, in hoc articulo prouiſionali non eſſe haben. rationem reſolutionum pro Archipresbytero factarum tàm ſuper denegata audientia Epiſcopo ob non exhibitionem proceſſuum, & actorum cauſæ principalis ſub diebus 3. Iulij, & 20. Nouembris 1617. quàm etiam ſuper attentatorum purgatione ſub die 11. Ianuarij præteriti. Cum hæc prouiſio facienda ſit, non tàm ad inſtantiam Epiſcopi, quàm ex officio, & nomine Rotæ, & cum clauſulis præſeruatiuis iurium quorumcunque vtriuſque partis in decreto deſuper facien. extendendis, ita vt præiudicium aliquod alicui ex partibus minimè generetur: prout etiam cantant decreta dictarum Sacrarum Congregationum.
Et ita reſoluerunt vtraque parte informante.

Peruſina bonorum.

Veneris 29. Octobris 1621.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ex quibus probetur. Confeſſio procuratoris in poſitionibus an, & quando noceat principali.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio non conceditur poſſidenti.*
2 *Poſſeſſio probatur ex teſtibus deponentibus de habitatione domus, perceptione fructuum, & illorum conuerſione in proprios vſus.*
3 *Ponens dicitur fateri omnia in poſitionibus narrata.*
4 *Locatio cum fructuum perceptione probat poſſeſſionem.*
4 *Poſſeſſio probatur ex inſtantia facta pro manutentione.*
6 *Locatio ſimplex poſſeſſionem non probat.*
7 *Poſſeſſio non probatur ex teſtibus non deponentibus de poſſeſſione totius prædij, nec de perceptione omnium fructuum, ſed per verba indefinita.*
8 *Indefinita non æquipollet vniuerſali in teſtibus.*
9 *Teſtium dicta recipiunt declarationem ab alijs, vt ad concordiam reducantur.*
10 *Poſitiones dari non poſſunt per procuratorem, abſque ſpeciali mandato, alias confeſſio ex illis reſultans non præiudicat principali.*
11 *Poſitiones continentes diſtinctionem, & particularitatem circa actus tempora, & qualitates cenſentur à principali ſubminiſtratæ, & ideo etiam ſi non doceatur de mandato ſpeciali illas producentis, confeſſio inde reſultans nocet principali.*
12 *Procurator ſtante temporis longitudine, præſumitur certioraſſe principalem.*
13 *Confeſſio procuratoris re integra non reuocata nocet principali.*
14 *Confeſſio procuratoris in poſitionibus cenſetur approbata per principalem, qui illis vſus eſt, & reuocari non poteſt, donec de errore concludenter doceatur.*
15 *Confeſſio procuratoris reuocata nocet, ſi ſit veriſimilis.*
16 *Confeſſio procuratoris per multos annos à principali non reuocata cenſetur veriſimilis.*
17 *Singula quæ non proſunt, ſimul iuncta ſuffragantur.*
18 *Conſenſus præſumitur, ſi quis ſciens poſt multos annos non contradixit.*
19 *Scientia, & conſenſus præſumitur in eo, qui interfuit negotio.*
20 *Teſtes de auditu faciunt adminiculum.*
21 *Manutentio datur etiã detentori in ſtatu, in quo reperitur, dummodo illius poſſeſſio non ſit violenta, & turbatiua.*

DECISIO DLXVI.

DVO fuerunt per Dominos reſoluta. Primò, Lupatellos nõ eſſe reintegrandos ad poſſeſſionem prædij ſancti Martini hæreditarij q. Rainaldi eorum auunculi, & cuius ſunt hæredes mediante quondam Fauſtina eorũ matre, & in hoc recedẽdum à deciſis 3. Aprilis anni præteriti. Secundò, Venturinos eſſe manutenen. in quaſi poſſeſsione, ſeu ſtatu perceptionis fructuum ex dicto prædio, adæquantium fructus, quos percepit, & percipit Boneambia: quæ, vti creditrix Ludouici patris dictorum Lupatellorum, fuit immiſſa ex Saluiano in poſſeſſionem prædij Montis Cornù, aliàs per ipſum Ludouicum venditi Io. Antonio, & nepotibus de Venturinis ſub acceſſione dicti Raynaldi; & ſic in hac parte ſtandum in deciſis. Quò ad primam partem fundamentum fuit, quia licèt conſtet de primo extremo, de anteriori ſcilicet poſſeſſione dicti prædij ſancti Martini, tàm dicti Raynaldi, quàm dictæ Fauſtinæ eius ſororis, & hæredis; tamen non ſolùm non conſtat, dictos Lupatellos fuiſſe ſpoliatos dicta poſſeſſione, ſed illam vti filios, & hæredes dictæ Fauſtinæ apprehendiſſe, & ſemper continuaſſe quietè, & pacificè: ſalua tamen perceptione fructuum, de qua in dicta deciſione, & infra: primò ex tribus teſtibus datis in ſummario de
2 Venturinis, deponentibus de habitatione domus cum eorum familia, perceptione fructuum, & eorum conuerſione in proprios vſus, & dicunt de intereſſentia, & viſu, & de alijs actis poſſeſſorijs iuxta *doctrinã Bart. & aliorum in l. ſtipulatio iſta, §. hac quoque, num.* 2. *ff. de verb. obligat. cum deductis in Vratiſlauien. prædiorum*
A 23. *Iunij* 1608. *coram R. P. D. meo Manzaneda.* A
3 Secundò, ex poſitionibus bis productis in Curia, (quibus non obſtant reſponſiones, vt infra) vbi ponunt actus poſſeſſorios fieri ſolitos per veros dominos, & poſſeſſores, & de eorum poſſeſſione mediante perſona patris, & legitimi adminiſtratoris poſt mortem dictæ Fauſtinæ,

in

in ſummario num. 5. ex quibus deducitur clara confeſ-
ſio dictæ poſſeſsionis, *Specul. de poſit. verſ. decimò quæro,*
num. 8. *Bart. in authen in iſto iuramento, §. quod obſer-*
uari, num. 20. *& alij, C. de iuramen. calumn. & tradunt*
Doct. in cap. fin. vbi præcipuè *Prob. ad Monach. num.* 5.
de repud. hered. Alexand. conſil. 71. *num.* 4. *lib.* 4. *Dec.*
conſil. 252. *num.* 1. *in fin. verſ. nam quis, Aſin. in prax. §.*
B 19. *&* 24. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 227. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* B
4 Tertiò, ex locatione facta colono partiario, quæ fuit
effectuata, cum perceptione fructuum, vt ex dictis te-
ſtibus, poſitionibus, & inhibitione eidem facta de non
amouen. fructus ſinè eorum licentia, *vt in ſummario*
num. 1. *gloſ. in l. qui vniuerſas, §. quod per colonum, ff.*
de acquir. poſſeſſ. latè Gabr. de locat. concluſ. 4. *num.* 2. *Me-*
noch. de retin. remed. 3. *num.* 572. *cum alijs per Modern.*
de probat. concluſ. 1181. *num.* 3. *Rota deciſ.* 649. *num.* 6.
par. 2. *recent.* Quartò, ex pluribus iuſtantijs pro manu-
tentione in poſſeſſione dicti prædij factis coram A. C.
in ſummario num. 3. & ex mandato de manutenen. ſub-
5 ſecuto, quod datur ſolùm poſſidenti, *§. hodie, Inſtit. de*
interd. Rot. deciſ. 660. *par.* 1. *recent. &* 211. *vbique num.*
1. *par.* 2. *& fuit dictum in Romana ſpolij die* 29. *Aprilis*
1619. *coram R. P. D. meo Caualerio.* Non obſtant ad-
ducta ad probandum ſecũdum extremum, poſſeſſionem,
ſcilicet, Venturinorum, & primò ex locationibus per
eos factis *in ſummario Lupatellorum num.* 7. Quia vltra
6 quòd per ſimplicem locationem regulariter non proba-
tur poſſeſsio, vt tradunt omnes *in cap. inter dilectos, de fi-*
de inſtr. et in cap. cum Bertoldus, de re iud. Rot. deciſ. 1. *de fi-*
de inſtrum. in antiq. & plures cumulant *Modern. vbi ſu-*
pra num. 1. & indubitatè, non probata effectuatione ex
ſupra deductis. In prima facta de anno 1592. interue-
nit Ludouicus pater dictorum Lupatellorum vti teſtis,
vt in extr. A. C. fol. 749. cuius interuentus operatur
conſenſum, vt mox dicetur. Secunda verò de anno
1595. 20. Septembris facta fuit pro illa quantitate, &
qualitate fructuum, quos percepiſſet Boncambia ex alio
prædio Montis Cornù, vt in ea legitur *in dicto extractu*
fol. 68. cui in verbis correſpondet receputa facta con-
ductori *in dicto extractu fol.* 742. ex qua reſultat decla-
ratio primæ locationis; vel dato, quòd illa fuiſſet effe-
ctuata, & quòd Venturini poſsiderent dictum prædium
ſancti Martini, illorum poſſeſsio fuit per iſtam ſecundam
locationem reſtricta ad ratam dictorum fructuum cor-
reſpondentem fructibus, quos percepit Boncambia vt
ſupra. Non obſtant teſtes dati pro Lupatellis *in eorum*
ſummario num. 6. qui deponere videntur, Venturinos
percepiſſe fructus ex dicto prædio per viginti, & vltra
7 annos: quia nullus ex eis deponit de poſſeſsione totius
prædij, nec de perceptione omnium fructuum, ſed per
8 verba indefinita, quæ in teſtibus non æquipollent vni-
uerſalibus, *Iaſ. in l.* 2. *num.* 20. *verſ. in iſta, ff. de lib. &*
poſth. & in l. non hoc, num. 13. *&* 14. *C. vnde legit. Fe-*
lin. & alij omnes in cap. auditis num. 24. *de præſcr. Dec in*
cap. tertio loco num. 34. *verſ. ſed vlteriùs de prob. Ruin. de*
communi conſ. 64. *num.* 13. *lib.* 4. *cum alleg. per Moder.*
de prob. concl. 1199. *num.* 20. *Seraph. deciſ.* 893. *num.*
22. & in his terminis *Alex. conſ.* 110. *num.* 1. *in fin. lib.*
1. *Gram. not.* 26. *num.* 3. *&* 4. *Curt. iun. conſ.* 17. *num.*
14. *Surd. deciſ.* 263. *num.* 10. *&* 11. Nec deponunt de
habitatione palatij, ſeu domus dicti prædij, & diſtin-
ctè de actibus poſſeſſorijs, vt faciunt teſtes ſupradicti
9 dati pro Venturinis, à quibus propterea debent decla-
rari illorum depoſitiones intelligendo de perceptione
fructuum prædictæ ratæ, eos reducendo ad concordiam,
ad not. per Doct. in cap. cum tu, vbi præſertim Abb. num.
3. *verſ. & ex his, Imol. num.* 5. *verſic. quandoque, Felin.*
num. 11. *verſ. datur alius modus, de teſtibus, Soccin. in l.*
ſi quis cum totum, num. 4. *in fin. verſ. ſecundò conſidera,*
ff. de except. rei iud. & plures cumulant Moder. Rom. de
teſtibus quæſt. 65. *num.* 37. *cum ſeqq. Rota deciſ.* 774.
num. 3. *part.* 2. *recent. & fuit dictum in Senogallien. aſ-*
ſictus 27. *Nouembris* 1615. *coram R. P. D. Remboldo,*
prout dixit Rota 27. *Iunij* 1616. *coram me*, intelligendũ
eſſe mandatum de manutenen. Venturinis datũ 9. *Mar-*
tij 1609. *coram Ortembergo*; quæ omnia comprobantur
ex dictis poſitionibus geminatis, & ex dicta ſecunda
locatione, in quibus explicitè diſtinguitur, & declara-
tur, quomodo, & qualiter vtraque pars poſſederit.
Hæc autem fructuum perceptio proceſsit ex conſenſu
dictorum Lupatellorum, & Fauſtinæ propter litem
motam per dictam Boncambiam ſuper prædio Montis
Cornù, & immiſsionem in illius poſſeſsionem pro eius
credito, vt ſibi ex fructibus ſatisfieret, vt ex teſtibus
Venturinorum *in ſummario præterita num.* 6. ad cuius
litis ſuſtentationẽ fuit condemnata Fauſtina hęres Ray-
naldi per ſententiam de partibus, cuius vigore fuit cap-
ta tenuta per Venturinos dicti prædij Montis Cornù.
Conſenſus autem doctorum Lupatellorum, & Fauſtinæ,
quicquid ſit de lite tenta, probatur primò ex confeſsio-
ne eorumdem facta in ſupradictis poſitionibus, in qua-
rum quinta primo loco, & in 12. ſecundo loco datis
poſuerunt, Venturinos percepiſſe dictam ratam fructuũ
de ordine, & commiſsione Fauſtinæ, dum vixit, deinde
dictorum Lupatellorum, mediante perſona eorum pro-
curatoris, & in 13. quòd dicta Fauſtina, & eorum pater
præcipiebant colonis, vt certam fructuum quantita-
tem darent Venturinis pro credito, quod habebant cum
dicta Fauſtina vti hærede Raynaldi. Non obſtat, quòd
dictæ poſitiones fuerint datæ per procuratorem, non
10 habentem ſpeciale mandatum, & proinde confeſsio ex
illis reſultans non præiudicet principalibus, & poſsit
quandocunque reuocari, ex deductis in deciſione.
Quia licèt non conſtet de indiuiduo mandato dicti pro-
11 curatoris, ſed ſolummodò de generali ad lites, libellan.
iuran. de calumnia, &c. *vt in ſummario num.* 10. Ta-
men cum dictus procurator poſt primas produxerit ſe-
cundas magis plenas, diſtinctas, & particulares circa
actus, tempora, & qualitatem, quæ ſinè inſtructione
principalium veriſimiliter ſciri non poterant, præſu-
muntur ab illis ſubminiſtratæ, vt in ſimilibus *Rota*
in Calaguritana portionis 28. *Maij* 1590. *coram Reueren-*
diſsimo Peruſ impreſſ. 1. *volum. conſ. Farinac. deciſ.* 77.
12 *num.* 2. & ſtante longitudine temporis præſumitur
etiam de illis poſtea principales certioraſſe, *Roman*
conſ. 481. *num.* 7. *Rota deciſ.* 396. *num.* 3. *part.* 1. *&*
deciſ. 131. *num.* 7. *part.* 2. *diuerſ. & fuit dictum in*
Oſcen. Archidiaconatus die 10. *Iunij* 1602. *coram bon.*
mem. Cardinali Lancellotto iuniori, & in Aretina Cap-
pellaniæ die 9 *Februarij* 1618. *coram me*, quo caſu con-
13 feſsio procuratoris, cum non fuerit re integra re-
uocata, nocet principali, *Put. in deciſ.* 386. *num.* 3.
lib. 2. *in nou. Rota in Romana cenſus* 16. *Iunij* 1586.
coram Gypſio, in Anconitana de Fanellis die 21. *Iunij*
1618. *coram Reuer. P. D. meo Vbaldo, & fuit dictum*
in Comen. parochialis de Brenta 25. *Iunij præteriti co-*
14 *ram me.* Secundò, quia Lupatelli illis vſi fuerunt
obtinen. mandatum de manutenen. & ſententiam ab
A. C. quæ canonizat dictam illorum poſſeſsionem, &
fructuum perceptionem Venturinorum: & ſic confeſ-
ſio cenſetur approbata, & reuocari non poteſt, donec
clarè de errore doceatur, *Put. deciſ.* 79. *num.* 2. *& di-*
cta deciſione 386. *in princ. lib.* 2. *&* 171. *num.* 2. *lib.* 3. *in*
nou. Rot. in Elnen. Minoriorum 16. *Decemb.* 1589. *corã*
15 *Orano*; & demũ quia confeſsio procuratoris etiam re-
uocata nocet, vbi eſt veriſimilis *Rot. deciſ.* 496. *num.*
1. *par.*

Digitized by Google

1. par. 1. diuerſ. & deciſ. 198. num. 3. par. 1. recent. in Marſilien. pecuniaria 6. Iulij 1611. coram Sanctiſſimo, & in Virdunen. Abbatia 20. Februarij 1615. coram me.
16 Veriſimilitudo autem dictarum poſitionum, & confeſ-
ſionis ex ſupra deductis, & quia per tot annos non fuit
renocata, ſatis reſultare videbatur, *Put. dicta deciſ 79.
num. 2. & deciſ. 386. num. 4. lib. 2. in nou. & fuit dictum
in dicta Comen. parochialis de Brenta coram me*; præſer-
17 tim ſi omnia ſimul iuncta conſiderentur *ad not. in l. ſi
ſtipulatus, in princ. ff. de vſur. & in l. inſtrumenta, C.
de prob. Mantic. deciſ. 125. num. 4. cum adductis in Ro-
mana pecuniaria 1. Februarij 1613. coram Reuerendiſſimo
D. meo Decano.* Secundò, probatur dictus conſenſus ex
recollectione dictæ ratæ fructuum facta per Venturinos
à dicta die tenutæ de anno 1582. vſque ad annum 1602.
quo ſupponitur cœpta lis, & ſic per annos 20. vel circa
ante motam litem, ſcientibus dicta Fauſtina, Ludoui-
co, & filijs, & non contradicentibus, vt deponunt ſu-
18 pradicti teſtes: ex qua longæua taciturnitate ad exclu-
den. inueriſimilem negligentiam Lupatellorum præſu-
mitur conſenſus, latè *Menoch. lib. 3. præſ. 135. num. 7.
Seraph. deciſ. 1016. num. 1. & 9 & fuit dictum in Elbo-
ren. diſmembrationis 17. Nouembr. 1600. coram bon. mem.
Iuſto*, & explicita ſcientia, & conſenſus Ludouici cla-
19 rè reſultat ex interuentu illius vti teſtis in locatione
facta per Venturinos de dicto anno 1592. *gloſ. in l. Ca-
ius, verbo non abeſſe, verſ. tu autem dicas*, quam ſequun-
tur ibi *Alberic. num. 2. in fin. verſic. vltimo caſu. Bart.
num. 1. verſ. finaliter, Bald. in princ. Caſtr. num. 2. in
fin. verſ. aut generabatur, Salic num. 1. verſ. 6 dixit Ac-
curſ. ff. de pign. act. Bald. in l. ſi tutor petitus, num. 2. C.
de peric. tut* Adminiculantur prædicta ex eiſdem teſti-
20 bus deponentibus, ſe à pluribus audiuiſse, conſignatio-
nem prædictam de ordine, & conſenſu Lupatellorum
factam fuiſse Venturinis, *Dec. conſ 83. num. 1. Caſ de
Graſſ. deciſ. 6. num. 7. Rot. in Rom. hæreditatis 14. Apri-
lis* 1606. *coram Sanctiſſimo.* Et ex prædictis reſultat re-
ſolutio ſecundæ partis, Venturinis, ſcilicet dan. eſſe
mandatum de manutenen. in poſseſsione percipien. di-
ctæ ratæ fructuum: cum illorum quaſi poſſeſſio non vio-
lenta, nec ſpoliatiua, & allegata concludenter proba-
21 ta fuerit, quod datur etiam detentori in ſtatu, quo re-
peritur, *Put deciſ. 12. in fin. lib. 1. in nou. & fuit dictum
in hac cauſa dicta die 27. Iunij 1616.*

Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A *Honded conſil. 17. num. 15. lib 1. Caſ. de Graſſ. deciſ 14. num. 2. et 3. de teſtib. Rot deciſ 307 num. 6. part. 1. recent. cum alijs in Nicien decimarum 27. Nouembris 1626. coram R. P. D. Merlino, in Romana dotis, ſeu Saluiani 10. Iunij 1626. coram R. P. D. Durano, et in Romana domus, et Saluiani die 11. Decembris 1628. coram R P. D. Verospio.*

B *Gabr. de confeſſ concluſ. 4. num. 24. Abb in cap. cum cauſam, num 16. de iuramentocalumn. Surd. deciſ. 326. ſub num. 7. poſt 4. vol. conſil. Honded. conſil 52. num. 30. lib. 1. Gregor. XV. deciſ. 143. num. 1. et ibi Beltramin. lit. A. et deciſ. 385. num. 3. Cardinal. Caualer. deciſ. 575. num 6. et fuit dictum in Ferrarien. decimarum 29. Ianuarij 1618. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana ſocietatis.

Veneris 5. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Sententiæ duæ conformes faciunt rem iudicatam, ex ſtatuto Vrbis, quod comprehendit Eccleſias, & Collegia. Inſtrumentum facit probationem probatam, & contra illud requiruntur probationes concludentiſſimæ.

SVMMARIVM.

1 *Duæ conformes faciunt rem iudicatam ſecundùm ſtatutum Vrbis; dummodo ſententiæ ſint iuſtæ, & validæ. num. 6.*
2 *Statutum Vrbis de duabus conformibus comprehendit etiã Eccleſias, & Collegia.*
3 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*
4 *Teſtis de auditu non probat.*
5 *Probationes concludentiſſimæ requiruntur contra inſtrumentum publicum.*
7 *Clauſula,* conſtito de tribus conformibus, *intelligitur de tribus ſententijs iuſtis, & validis.*
8 *Sententiæ quando dicantur conformes, ad effectum, vt poſſint executioni demandari, & numm. ſeqq.*
9 *Sententiæ exequendæ ſunt in ea parte, in qua ſunt conformes, & quando.*
10 *Sententiæ vt dicantur conformes, ſufficit, quòd concordent in ſubſtantia, licèt non in verbis.*
11 *Sententia condemnans ad intereſſe dicitur conformis aliæ condemnantibus ad fructus.*
12 *Fructus veniunt ſub nomine intereſſe.*
13 *Sententiarum pro non conformitate in dubio iudicandũ eſt.*

DECISIO DLXVII.

STETERVNT Domini in deciſis *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Sacrato die 15. Iunij 1610.* eſſe locum exe-
1 cutioni ad fauorem Saluſtij, cum habeat pro ſe duas conformes, quæ iuxta ſtatutum Vrbis inter ciues, & incolas *lib. 1. cap. 128.* faciunt rem iu-
A dicatam. A, quod tanquam Papale comprehendere
2 etiam Eccleſias, Vniuerſitates, & Collegia, fuit pluries
reſolutum, & ſignanter *in Romana domus Sanctæ Ma-
riæ de Rotunda 2. Iunij 1617. coram me,* & de Collegio *in
Romana pœnarum die 4. Decembris anni præteriti coram
Reuerendiſſimo D. meo Decano, cum relatis in alia deci-
ſione.* Iuſtitia autem dictarum ſententiarum, (quòd vi-
delicet pecuniæ poſitæ in ſocietate inita inter Saluſtiũ,
Antonium, & Robertum eſſent propriæ ipſius Saluſtij,
non autem Vnicæ, à qua cauſam habere dicitur Mona-
ſterium Conuertitarum) deducebatur ex publico inſtru-
mento dictæ ſocietatis die 29. Maij 1604. inter eoſdem
celebrato, in quo dicti Antonius, & Robertus expreſsè
confitentur, habuiſſe à dicto Saluſtio ſues 60. pretio ſcu-
torum 308. quia tanti fuerunt empti de pecunijs pro-
prijs ipſius Saluſtij, illaque, finita ſocietate, in primis, &
ante omnia deducenda eſſe, eidemq. Saluſtio reſtituen.
3 quod facit probationem probatam iuxta doctr. *Bald. in
l. Imperator num. 3. ff. de ſtat. hom.* & habet pro ſe om-
nem iuris præſumptionem ex latè adductis *in Romana
Caſtri Iuliani die 4. Iulij de anno* 1584. *coram Oriolen.*
con-

concurrentibus præſertim adminiculis, de quibus *in d. deciſ coram Illuſtriſſimo D. Card. Sacrato*. Non obſtant teſtes aliàs examinati pro dicto Monaſterio Conuertitarum ad proban. quòd dicta pecunia per Saluſtiũ in ſocietate poſita erat Vnicæ: nam (vltra quòd primus deponẽs ſuper ſexto, ſe fuiſſe rogatum à patre Alexandro, vt vellet eſſe conſocius, videtur contrarius quin-
4 to ſuper ſeptimo) nullam cauſam reddũt ſcientiæ, quàm de auditu, & ſic non probant *ad cap. licet, de teſtib.* & tan-
5 to minus cum conſta publicum inſtrumentum concludentiſſimæ probationes requirantur *cap. in præſentia, vbi DD. de probat. l. generaliter C. de non numer. pecun. l. optimam, C. de contr. & commit. ſtip.*

Et ita deciſum ſolo Saluſtio informante, pluries citato procuratore dicti Monaſterij.

ANNOTATIO.

A Duæ ſententiæ conformes ex ſtatuto Vrb. *lib. 1. cap.*
6 128. faciunt rem iudicatam, quod pluries Rota canonizauit. Verùm ſimilia ſtatuta habent locum, quando ſententiæ ſunt iuſtæ, & validæ, non autem quando ſunt nullæ, & iniuſtæ, *Gratian. diſcept. 691 nu. 27. Rota deciſ. 662. num 3. par 1. recentior. & in Ferrarien attentatorum 14. Martij 1629. coram Reuer. P. D Durano*, & de clauſula,
7 Conſtito de tribus conformibus, quid intelligatur de tribus ſententijs iuſtis, & validis, *Surd. conſil. 99. num 18. Marcſcott. variar. reſolut. lib 1. cap 86. num 3. Mohed. deciſ. 11. de re iud Cardinal Seraphin deciſ 1123. num 6. Mart. qui plures Rota deciſiones refert de clauſul. part. 1. clauſ. 19. num. 11. Barboſ eod tract clauſ 28. num. 1. iux. Lugdun impreſſ. & fuit dictum in Ferrarien. dotis 26. Iunij 1628. coram R. P. D. Vbaldo iuniori*.
Conformitas autem ſententiarum, vt ab eis prohibita ſit
8 appellatio, debet eſſe in omnibus, nec vna plus quàm alia continere debet, *Aym. conſil 183. num 1. Couar practic. quaſt. cap. 25. num. 6.* & debent tendere ad eundem finem *Cephal. conſil. 209. num. 17. Gabr. conſil. 56. num 5. & 6. lib. 1.* Nec aliqua debet inferre nouum grauamen, vt ſi vnus Iudex condemnet ad expenſas, ad quas alij non condemnarunt *Aym d conſil 183. num. 4. Couar. d. cap. 25. ſub num. 6. Theſaur. deciſ 122. num. 7.* vbi aliòs allegat; difformitas tamen quò ad expenſas non impedit executionem ſententiarum in negotio principali, quando in eo ſunt conformes *Theſaur. d. deciſ 122. num 6. & 7.* Verùm ſententia vltima declarans magis in ſpecie nõ dicitur addere primæ ſententiæ *Couar. poſt alios d. cap. 25. ſub num. 6. & fuit dictum in Toletana nullitatis profeſſionis 17. Maij 1600. coram Iuſto*, maximè quando id venit in conſequentiam illius, quod in prima ſententia continetur, *Rota in Romana cenſus 4. Februarij 1602 coram bon mem. Cardinali Pamphilio ſeniori poſt tract Cinc de cenſib. deciſ 188. num. 3. & in eadem cauſa coram eodem 13. Iunij* 1602. Item ſententiæ plures, ſi tot ſint, quæ faciant rem
9 iudicatam, exequendæ ſunt in ea parte, in qua ſunt conformes, etiam ſi vna plus, quàm altera contineat, *Dec. conſil 385. num. 2 Couar. d cap 25. num. 6. Surd. deciſ 102 num. 9. Theſaur. d. deciſ. 122. num. 10. Rot. diuerſ. deciſ. 241. num. 4. part. 1. d deciſ. 188. num 5. poſt tract. Cinc. de cenſib. et in Rauenaten. concurſus creditoris 2. Iunij 1628. coram R P. D. Pirouano*; hoc tamen procedit, quando ſententiæ continent capita diuerſa, *Gabr. conſil. 56. num. 6. lib. 1.* cum alijs adductis ſupra *ad deciſ 368. ſub lit. B. num. 13.* nec non quando in his, in quibus adeſt conformitas, fieri poteſt executio, abſque eo, quòd fiat in his, in quibus adeſt difformitas *Couar. d cap. 25. ſub*
10 *num 6. verſ. ego verò, Rot. deciſ. 92. num 2. part. 1. recent.* ſufficit etiam ad effectum, vt ſententiæ dicantur conformes, quòd concordent in ſubſtantia, licèt non in verbis, *Dec. d. conſil. 385. ſub num. 2. verſ & in tali conformitate, Gabr. de execut. rei iudicat. concluſ 1. num. 33. Ruin. conſil. 114. num. 10. lib. 5. Theſaur. deciſ. 228. num. 2. Rota deciſ. 98. num 4. part. 1. recent. in Romana inueſtimenti 21. Iunij 1628. coram R. P. D. Ghiſilerio, in Bononien. terrarum 17. Nouembris 1628. & 12. Februarij 1629. coram R P. D. Vbaldo iuniori, in Romana pretij bonorum 31. Ianuarij 1628. coram R P. D. Merlino, in Romana ſcutorum centum millium 28. Ianuarij 1628. coram Illuſtriſſimo D. Card. Virili, in Romana ſylua 28. Nouembris 1628. coram R. P. D Veroſpio, et in Bononien. cenſus 17. Martij 1628 coram Reuerendiſſimo D. Coccino Deca-*
11 *no*, in qua propterea fuit reſolutum pro conformitate ſententiarum, quarum duæ poſteriores Rotales condemnabant ad fructus cenſus decurſos, & non ſolutos, & prima
12 de partibus condemnabat ad damna, & intereſſe, ex quo ſub nomine intereſſe veniunt fructus, *Surd conſil 296. nu. 28. et 29. Honded. conſ. 30. num. 29. in fin. lib. 1. Rot. deciſ. 71. num. 7. par. 2. diuerſ et deciſ 133. in princ. et num. 1. poſt tract Cenc. de cenſib. Gregor. XV. deciſ 156 num.*
13 *9 et ibi Beltramin. num. 13.* in dubio tamen ſemper eſt iudicandum, ne ſententiæ ſint conformes, & quòd liceat appellare, *Aym. d. conſil. 183. num. 4. Gabr. dicto conſil. 56. num. 12. lib. 1.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Ariminen. fideicommiſſi.

Lunæ 8. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum conditionale ex quibus coniecturis tranſmittatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum conditionale nec ad filios tranſmittitur.*
2 *Filia bona omnia fideicommiſſaria in dotem dare poteſt, præſertim præcedente iuſſu patris fideicommittentis, quòd decenter nuberet.*
3 *Bona fidei poſſeſſor, & habens pro ſe ſententiam fauorabilem non tenetur ad fructus a die litis motæ.*
4 *Fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad deſcendentes ſtantibus coniecturis, præcipuè ſi ex teſtamento colligantur, & ſufficiunt leuiores, quando agitur de tranſmiſſione ad deſcendentes num. 5.*
6 *Tranſmiſſionis coniectura eſt, quando teſtator vocauit heredes ſubſtitutis extranei.*
7 *Tranſmiſſionis coniectura eſt, quando filij, ad quorum fauorem prætenditur tranſmiſſio, fuerunt in conditione poſiti, præcipuè ſi poſitio in conditione ſit geminata num. 8.*
9 *Tranſmiſſionis coniectura eſt, quando aliàs extranei præferrentur proximioribus teſtatoris.*
10 *Tranſmiſſionis coniectura eſt, ſi teſtator digreſſus eſt ad plures ſubſtitutionum gradus.*
11 *Digreſſio ad plures ſubſtitutionum gradus eſt coniectura valdè conſiderabilis in vocatione filiorum in conditione poſitorum, præſertim in deſcendentibus.*
12 *Tranſmiſſio facilius admittitur, quàm vocatio.*
13 *Tranſmiſſioni locus eſt etiam poſt aditam hæreditatem, quando ſubſtitutio iuncta eſt cum iure accreſcendi.*
14 *Trãſmiſſionis ad effectum coniecturæ vbi ſingulæ non ſufficerent, ſimul iunctæ abſque dubio operantur.*

15 *Dos*

15 *Dos augeri non poteſt, conſtante matrimonio, in damnum fideicommiſſi.*
16 *Dos per grauatam detrabitur ex legitima, & Trebellianica.*
17 *Fructus in iudicio vniuerſali ſemper veniunt à die primi iudicij.*

DECISIO DLXVIII.

CVM in deciſione facta ſub die 5. Maij præteriti fuerit reſolutum, non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum aduersùs ſentẽtiam Rotalem ex capite nullitatum adductarum pro Alexãdro, & Aſcanio, quæ fuerunt in ca ſublatæ, & reſeruatum, vt videretur de alijs: & ſic an conſtaret de cauſis reſtitutionis ex capite iniuſtitiæ ſententiarum Rotalium, de quibus agitur, videlicet primæ in negotio principali, alterius verò ſuper liquidatione fructuum, ad quorum reſtitutionem rei conuenti fuerunt condemnati; Propoſui dubium ſuper reſeruatis, & Domini reſoluerunt, neque ex capite iniuſtitiæ conſtare de cauſis reſtitutionis. Tria enim in ſubſtantia ad docendum de iniuſtitia deducebantur.
1 Primò fideicommiſſum, ad quod vocata fuerat Violantes mater Alexandri, & Cæſaris poſt mortem Liuiæ eius ſororis in teſtamento quondam Sebaſtiani eorum patris, fuiſſe caducatum per mortem dictæ Violantis an-
A te Liuiam, nec ad eius filios tranſmiſſum A, iux. *gloſ. communiter approbatam in l. 1. C. de his qui ant. apert. tab.*
2 *cum allegatis.* Secundò Liuiam 3. Nouembris 1577. dediſſe in dotem marito omnia bona fideicommiſſaria, idque facere potuiſſe, præſertim præcedente iuſſu patris teſtatoris, quòd honorificè nuberet, *ex l. ſi mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. Bart.* Caſtr. *Alex. & alij*
3 *in l. à filia, ff. eod. tit. cum alleg.* Tertiò reos conuentos non potuiſſe condemnari in fructibus, præſertim à die litis, cum eſſent in bona fide, & haberent pro ſe ſententiam fauorabilem *l. quæſitum in fin. ff. de acq. rer. dom. Surd. conſ. 115. num. 7. lib. 1. Menoch. de recuper. remed. 9. num. 593. Peregr. de fideicom art. 49. num.* 110. Quò
4 ad primum dixerunt Domini, regulam, quòd fideicommiſſum conditionale neque etiam ad deſcendentes tranſmittitur, limitari, quando conſtat de contraria teſtatoris voluntate etiam tacita, & coniecturata: præſertim ſi coniecturæ ſint ex teſtamento collectæ, & reſultan-
B tes, B, vt vltra allegatos in deciſionibus in cauſa factis *tàm coram Sanctiſsimo D. N. quæ eſt deciſ.* 380. *par. 2. recent quam coram R. P. D. meo Remboldo ſub die* 18 *Aprilis* 1614. *latè Odd. de compend. ſubſtit. par. 6, art. 2. num* 15. *Decian. reſp.* 88. *num. 6. lib. 2. Craſs. de ſucceſs. §. fideicommiſſum q. 67. num. 7. Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 47. num. 6.* Card. *Mantic. deciſ. 319. num. 1. & 2. Rot. deciſ. 59. num. 1. par. 2. in recent.* &
5 limitationem faciliùs procedere in tranſmiſſione ad deſcendentes, in qua leuiores coniecturæ ſufficiunt, *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.* 102. *num 9. Rot. deciſ. 59. num. 6. par. 2. recent.* Coniecturæ autem vehementes viſæ fuerunt Dominis conſideratæ in prædictis deciſſ. quæ licèt non indigeant comprobatione, tamen ſingulæ confirmantur multis autoritatibus; & præſertim prima,
6 quòd teſtator, decedente vtraque filia ſinè filijs, ſubſtituerit Antonium extraneum, ſi extaret, ſin minùs, illius hæredes; ſi enim voluit, ius ſuccedendi tranſmitti in dd. hęredes Antonij vltimò vocati, extranei, & minùs dilecti: multò magis in filios filiarum priùs vocatarum, & magis dilectarum; non enim agitur de inducendo grauamine Antonij ſubſtituti, nec filiarum: ſed de fauore, & honore in tranſmittendo, vt vltra allegatos in *deciſſ. & copioſiſsimis conſſ. Hippol. Rimin. in hac cauſa* 476. *&* 502. quæ placuerunt Dominis, firmatur etiam *a Curt. iun. conſ. 16 num. 7. Aym. conſ. 591. num. 3. & conſ. 935. num. 8. Gabr. de hæred. inſtit. concl. 2. num. 29. Menoch. conſ 325. num. 62. Odd. de compendioſ. d. art. 2. num. 20. in fin. Intrigliol. d. tract. quæſt. 47. num.*
7 21. Secunda pariter coniectura, quòd filij filiarum fue-
C runt in conditione poſiti, C, vltra allegatos in *dd. deciſſ.* approbatur *a Soccin. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 10. ad fin. verſ. ex cuius dicto, & num. 11. ff. ad Trebell. & conſ. 6. num. 13. & conſ. 104. num. 9. lib. 3. Iaſ. conſ. 52. num. 3 ad fin verſ. nam primò lib. 3. & conſ. 154. in fin. verſ primò quia, lib. 4. Curt. iun conſ. 16. num. 6. Dec. conſ. 397. ſub num. 6. Ruin. conſ. 140. num. 13. lib. 2. Pariſ. conſ. 25. num. 6. conſ. 91. num. 45. lib. 2. conſ. 5. num. 32. & ſeq. conſ. 8 num. 15. verſ. & idem, conſ. 50. num. 32. & ſeq. lib. 3. Soccin. iun. conſ. 141. num. 24. lib. 2. Natt. conſ. vlt. num. 3. & 4. Aym. conſ. 568. num. 2. conſ. 649. num. 2. conſ. 663. num. 6. 667. num. 2. & 776. num. 13. Menoch. conſ. 793. num.* 21. vbi teſtatur de communi, à qua in foro, & in praxi non ſit recedendum, *Cephal* qui potiſſimam, & validiſſimam coniecturam cenſet *conſ. 16. num. 42. Honded. conſ. 70. num. 33. lib. 1. Fab. de Ann. conſ. 10. num. 13. Odd. dicta par. 6. art. 2. num.* 21. dicens, hoc communiter teneri ab omnibus, animaduertiſſe, *Trentacinq. de ſubſtit. par. 4. cap 14. nu.* 21. vbi quòd eſt communis, *Intrigliol. de ſubſtit. d. quæſt. 47. num. 22. Craſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 68. num. 3. & à Rota in Eſina fideicommiſſi 16. Decembris 1602. coram bon. mem. Penia, & in Romana donationis 21. Aprilis 1614. coram R. P. D. Vbaldo.*
8 Maximè quia dicta poſitio in conditione legitur geminata, vt vltra alias autoritates in eiſdem *deciſſ.* allegatas *Iaſ. dicto conſ 52. colum. fin. verſ. nam primò teſtatur,* & in fortioribus terminis *Corn. conſ. 74. num. 5. & ſeq. lib. 2.* & alij, quos ſequuta eſt *Rota in Peruſina fideicommiſſi de Alphanis 22. Iunij 1607. corã Sanctiſs. D. Noſtro.*
9 Tertia, quòd aliàs ſequeretur, extraneos eſſe prælatos proprijs nepotibus teſtatoris, comprobatur per *Curt. iun. conſ. 16. num.* 6. qui dicit coniecturam fortiſſimam. *Pariſ. conſ. 77. num. 20. lib. 2. Aym. conſ. 418. num. 3. conſ. 584. num. 1. in fin. & conſ. 639. num. 3. Zanch. ad d. §. cum ita, par. 4. num. 367. Gabr. de hæred. inſtit. concluſ. 2. num. 21. et 29. Trentacinq. de ſubſtit. par. 4. cap. 14. num.* 7. vbi quòd ita eſt tenen. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11 tit. 20. num. 21. Odd. de compend. art. 2. concluſ. 12. Craſſ. d. §. fideicommiſſum quæſt. 68. num. 1. & ſeq. Intrigl. de ſubſtit. d. centur. 3. quæſt. 47. num.*
D 19. *& Rot. deciſ. 782. num. 15 par. 1. diuerſ.* D, præſertim cum agatur de excluden. extraneo teſtatori incognito, vt ponderauit Rota in deciſione coram San-
10 ctiſſimo. Quartam coniecturam digreſſionis ad plures gradus ſubſtitutionum, præter allegatos *in d. deciſione* 380. *num.* 7. tenent, *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit. 20. num. 24. Trentacinq. d. cap. 14. num. 23. Pedrocc. conſ. 40. num. 317. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 102. num. 11. Ruſtic. poſt tract. de liber. in cond. poſit. conſ. 2. num. 62. Rota in dd. Eſina fideicommiſſi coram Penia, &*
E *Romana donationis coram R. P. D. Vbaldo,* E, & ſi eſt cõ-
11 ſiderabilis in vocatione filiorum in conditione poſitorum, præſertim in deſcendentibus, ſecundùm communem, pro qua plures cumulauit *Ruſtic. in d. tract. An & quand. lib in cond. poſ. cenſ. voc. lib. 3. cap. 1. num. 1. &* pluries dixit Rot. *vt in recent. deciſ. 144. num. 4. & 266. num. 14. part. 1. & in alijs.* Multò magis ad ef-
12 fectum tranſmiſſionis, quæ faciliùs admittitur, quàm vocatio, vt ex *Aym. conſiderauit. Rot. in d. deciſ. coram*

Sanctiſsimo, idem Aym. conſ. 62. in fin. & 776. num. 11. Quinta coniectura, quæ maximè mouebat Dominos, erat, quòd inter filias non ſolùm fuit facta expreſſa ſubſtitutio reciproca vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ſed etiam fuerunt coniunctim inſtitutæ; & ita ſubſtitutio ab initio vnita fuit cum iure accreſcen-
13 di, quo caſu eſt locus tranſmiſſioni, etiam poſt aditam hæreditatem ex *alleg. per Menoch. in 2. reſponſo facto in hac cauſa, verſ. 3. iſt caſus, & in d. deciſ.* 330. *num.* 6. quibus accedunt *Iaſ. in l. Lutius, §. Paulus, num. 2. verſ. item ſeruus, ff. de vulg. & pup. Rum. conſ. 140. num. 13. & conſ. 156. num. 4. lib. 2. Pariſ. conſ. 50. num. 30. lib. 3. Aym. conſ. 584. num. 4. & 642. num. 4. Burſatt.* qui de magis communi *conſ. 71. num. 15. Cephal. conſ 16. num. 45. & 46.* vbi dicit fundamentum concludentiſſimum, cum ſit magis communiter receptum, *Gabr. d. concluſ. 2. num. 14 & 45. Mantic. d. lib. 11. tit. 20. nu. 13. Odd. d. art. 2. ſub num. 21. verſ limitatur 7. & conſ. 54. num. 12. Rimin. iun.* vltra reſponſa in cauſa reddita *conſ. 781. num. 12. Viuius de communi deciſ. 398. num. 15. Trentacinq. d. cap. 14. num. 8. Honded. conſ. 70. num. 40. & ſeq. lib. 1. idem Menoch. conſ. 95. num. 111. latè Intrigliol. d. quæſt. 47. num. 26. Craſſ. d. §. fideicommiſſum quæſt. 68. num.* 4. dicens in fine, ab hac communi non eſſe receden. quam ſequuta eſt Rota *in præællegata Eſina fideicommiſſi, & Romana donationis* F.

Et propterea cum iſta opinio videatur magis recepta, & à Rota approbata, non ſunt attendendi allegati à *Menoch.* in ſuo eleganti conſilio in hac cauſa facto, quibus tamen reſpondet *Rimin. d. conſ.* 602. cuius reſponſiones comprobatæ per informantes Dominis placuerunt. Quæ coniecturæ vbi ſingulæ pati poſſent difficultatem,
14 ſimul iunctæ videntur ponere rem extra difficultatem, vt poſt *Pariſ & Mantic. conſideratur in d. deciſ Sanctiſſimi* 380. *in fin Cuiac. conſ 31. Magon. deciſ Florent. 27 num. 13. & 14 Mantic. d. deciſ. 319. num 12. Rot. d. Romana donationis 21 Aprilis 1614. et 11. Martij 1615. coram R. P. D. Vbaldo.* Ad ſecundum verò principale fundamentum reſpondebatur, quòd Liuia nupſerat de menſe Februarij 1576. cum promiſſione dotis facta marito ſcutorum mille tantùm: alia verò bona fuerunt per eam aſſignata tanquam propria, &
15 paraphernalia; & ideo non potuit conſtante matrimonio in damnum fideicommiſſi dotem augere, *Curt. iun. in auth res quæ, num. 45. C commun de leg. Petr. de fideicomm. quæſt. 8. num. 456. Menoch. præſumpt. 189. num. 159. libro 4. Intrigliol vbi ſupra quæſt. 73. num. 313 poſt Marzar. conſ. 1 num. 41. et ſequen. et alios firmauit Rot. in Amerina dotium 9. Aprilis 1612 coram bon. mem. Penia, Modern Roman diſceptat. forenſ 498. ſub num. 58. et ſeq.* Quæ ſcuta mille fuerunt deducta in ſententia Rotali, quæ ſolùm condemnat pro medietate portionis hæreditatis, relicta Liuiæ pro legitima, &
16 Trebellianica alia medietate, ex qua dos ſcut. mille erat detrahenda, *arg authen. res quæ, C commun de legat. cum relat. per Peregrin de fideicommiſſ artic 42. num. 66. Rot. apud Mantic. deciſ 319. ſub num. 1. et in alijs.*

Tertium verò, & vltimum fundamentum prætenſę iniuſtitiæ, videlicet condemnationis fructuum à die litis, in qua fuerat pro reis conuentis lata prima ſententia abſolutoria in partibus à fideicommiſſo, & lis ſiluit ab anno 1590. vſque ad annum 1611. non fuit viſum rele-
17 uans; quia fructus ſemper veniunt in iudicio vniuerſali à die litis motæ ratione malæ fidei, in qua reus eſt conſtitutus *l. 1. C. de pet. hæred. Afflict. deciſ. 240. num. 2. Rot. in recent. deciſ. 343. num. 7. par. 1. & deciſ. 66. num. 1. par. 2.* & non à die litis motæ in Rota, ſed ab initio *Seraphin. deciſ. 1245. num. 4. & 5. & fuit dictum in Romana Vinea 25. Iunij 1593 coram Litta,* & in ſententia reuocatoria, latè *Surd. deciſ. 163. num. 16. & fuit dictum in Peruſina bonorum 19. Februarij 1618 coram R. P. D. Remboldo, & coram me in Romana vſusfructus 1. Iulij 1615. & in Collen. hæreditatis 28. Maij præteriti.*

Ex quibus Domini ita vtraque parte informante reſoluerunt. Et quia pars inſiſtebat ſuper nullitatibus, dixerunt, illas eſſe extra dubium reſtrictum ad reſeruata, ſuper quibus tamen pars de nouo poterit audiri.

ANNOTATIO.

A De hac materia, an, & quando fideicommiſſum conditionale ad hæredes tranſmittatur, latè poſt alios tractat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 490. per tot.*

B Imò quòd iſtæ coniecturæ, ad inducendam tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis, debeant ſumi ex diſpoſitis in teſtamento: aliàs ſi ſumerentur extra teſtamentum, non ſufficerent, tenent *Crauett. conſil. 69. num. 3. Natt. conſil. 551. num. 20. Curt. iun conſ. 16. num. 6. Honded. conſ. 56. num. 34. lib. 2. Gabriel de hæred. inſtit. concluſ 2. num. 19.* vbi de communi, *Trentacinq. de ſubſtit. part. 4. cap. 14. num. 6. Gall de except ſucceſſ tit 4 except. 24. num. 50. Peregrin de fideicom artic. 31. num 10 Viu commun. opin. concluſ. 844. num. 5. & deciſ 398. cum alijs per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 490. num 87. & tenuit Rota diuerſ. deciſ. 782. num. 5. part. 1. et coram Cardinal. Caualer. deciſ. 532 num. 6.*

C *Bellon iun conſ 86. num. 20. vide Fuſar. d. quæſt. 490. à num 147. vſque ad num. 163.*

D *Gabr. conſ. 96. num 15. et 20. et conſ 97. num. 1. libro 1. Viu commun. opin. concluſ. 844. num. 6. et 16.* Hanc tamen coniecturam reprobarunt, *Rip in l. hæredes mei, ff. cum ita num. 64 et 66 ff ad Trebell. et ibi Soccin. iun num. 57 Alexand conſ. 92. num. 4. lib 3 et alij apud Fuſar. d. quæſt. 490 num. 101. et Rot apud Cardinal. Seraphin deciſ 1014. num 1.*

E *Menoch. conſ 211. num. 108. et conſ. 333. num. 55.* vbi teſtatur de communi, *conſ. 452. num. 55 et conſ 661. num. 22.* vbi etiam teſtatur de communi, *Viu d. concluſ. 844. num 6. Caualcan deciſ 19. num. 101. part. 6 et alij apud Fuſar d. quæſt 490. num. 142.* Verùm hęc coniectura per ſe ſola non ſufficit, eam enim reprobarunt *Rip. dicto §. cum ita, num. 64. et 66. Gabr. conſ 91. num. 11 et ſequent. lib. 2. Menoch conſ. 200. num. 118 Seraphin. deciſ 1014. num. 4. Mantic. deciſ. 175. num. 3. et alij apud Fuſar ibid. num. 143.* Multùm tamen operatur, concurrentibus alijs coniecturis, vt declarat idem *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 16. verſ ſed quando hæc coniectura, et deciſ 120 num. 2. et deciſ. 319. num. 3 quæ eſt repetita part. 4 diuerſ. deciſ. 502. ſub num. 2. verſ ſecunda eſt.*

F *Mantic. d. deciſ. 310. num. 9. et 10.* Bellon. *iun. dicto conſ. 66. num. 23. Fuſar.* qui plures de more congeſſit *d. quæſt. 490. num. 95. et numm ſequentib. vſque ad* 100. de hac coniectura latè diſcurrit.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana quarti Dotalis.

Lunæ 8. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Arbitrium quando intret pro reiectione attentatorum.

SVM-

SVMMARIVM,

1 *Statutum Vrbis de duabus conformibus comprehendit etiã Eccleſias, Vniuerſitates, & Collegia.*
2 *Appellatio ceſſat, vbi adeſt res iudicata, & conſequenter ceſſant etiam attentata.*
3 *Poſſeſsio capta, non impleta conditione appoſita in ſententia, attentata dicitur, & ſpoliatiua, & quando procedat.*
4 *Conditio in ſententia appoſita, ſufficit, quod adimpleatur, nec eſt curandum de modo, vel tempore.*
5 *Arbitrium exercet procliuiùs Rota ſuper reiectione attentatorum, ſtante bono iure attentantis.*
6 *Attentata ad cauſanda, appellatio eſt probanda aliter, quàm per aduerſarij confeſsionem.*

DECISIO DLXIX.

EXISTIMARVNT DD. interponen. eſſe arbitrium attributum per commiſſionem Sanctiſſimi, pro reiectione attentatorum (vt prætenditur ex parte Franciſci) commiſſorum per RR. Fratres SS. Apoſtolorum, hæredes proprietarios Orientæ, in capienda poſſeſſione bonorum hæreditatis illius, pendente appellatione, ſeu termino ad appellan. à ſententia Rotali, & non impleta ex eorum parte conditione, ſeu modo dictæ ſententiæ. Nam ab ea non dabatur appellatio, tanquam confirmatoria pro tribus ex quatuor partibus primæ ſententiæ R. P. D. Locumtenentis Illuſtriſſimi D. Cardinalis Vicarij ſuper immiſſione in poſſeſſionem dictorum Fratrum ex teſtamento, vt ſupra hæredum *ex remed. l. fin. C. de edict. diu. Adr.* &c. cum duæ ſententiæ in partibus conformibus inter ciues, & incolas fa-
1 ciant rem iudicatam *iuxta ſtatutum Vrb. lib.* 1. *cap.* 178. quod comprehendere etiam Eccleſias, Vniuerſitates, & Collegia, fuit pluriès reſolutum, & præſertim *in Romana domus Sanctæ Mariæ de Rotunda* 2. *Iunij* 1617. *coram me*, vbi plures ſunt relatæ, *in Romana pœnarum* 2. *Decembris anni præteriti coram Reuerendiſsimo D. meo Decano*, & fuit dictum in præcedenti Rota *in Roma-*
2 *na ſocietatis coram me*; & propterea vbi eſt res iudicata, ceſſat appellatio, qua ſublata, ceſſant etiam attenta-
A ta. A, Non obſtat, quòd dicta poſſeſſio fuerit attentata, quia ante illam non fuerit facta obligatio Capitularis de reficien. melioramentis, & expenſis culturæ vineæ, iuxta formam dictarum ſententiarum: & ſic non im-
3 pleta conditione, ſeu modo in ſententijs adiectis, poſſeſſio fuerit ſpoliatiua, vt dictum fuit *in Romana domorum in Burgo* 22. *Iunij* 1615. *coram R. P. D. Vbaldo, & in Aſculana ſpolij* 18. *Martij* 1616. *coram me*. Nam in illa *Romana domorum*, licèt eſſet attributum arbitrium, poſſeſſio capta habita fuit pro ſpoliatiua, ex quo non præcedente menſuratione conuenta, non poterat dici conſtare de aliqua certa quantitate canonis debiti, propter cuius ſolutionis defectum fuerat capta poſſeſſio dictarum domorum tanquam deuolutarum, & materia erat ſatis odioſa, & rigoroſa; in illa verò Aſculana non erat attributũ arbitriũ, & poſſeſſio fuerat capta per fideicõmiſſariũ, non detracta legitima, & dote contentis in ſententia, & decreto Rotalibus, & ſic cum maximo poſſeſſoris præiudicio. In propoſito autem fuit poſt dictam captam poſſeſſionem facta obligatio Capitularis iuxta formam dictæ ſententiæ, *de qua in ſummario Franciſci num.* 1. & ideo interim nullum fuit illatum præiudicium parti, cum obligatio eſſet facien. pro aſſecuratione Franciſci in refectione melioramentorum: & pro-
4 pterea non eſt curan. de modo, vel tẽpore, *l.* 3. *vbi Bald. num.* 1. *C. de inſt. & ſubſt. Alex. conſ.* 2. *num.* 12. *lib.* 1. *Caſtad. ſuper reg. deciſ.* 26. *num.* 1. *Seraph. deciſ.* 1413. *num.* 3. *deciſ.* 577. *num* 1. *par.* 1. *recent.* Quæ dicebantur de electione tertij periti pro æſtimatione bonorum, & liquidatione melioramentorũ, non ſubſiſtunt in facto: cum non conſtet de aliquo decreto dictæ electionis. Alienatio verò, ſeu ceſſio facta per dd. RR. Fratres Lurago viſa fuit extra dubium, tanquam facta poſt prædictã executionem. Et tantò magis DD. fuerunt procli-
5 ues pro arbitrio, ſtante bono iure Fratrum hæredum dictæ Orientæ: cum Franciſcus nihil aliud prætendat, niſi quartum dotale ex perſona Caroli eius viri, cuius eſt hæres *Rot. deciſ.* 682. *num.* 3. *par.* 1. *in recent.* & immiſſio data fuerit pro tribus ex quatuor partibus pro indiuiſo cum dicto Franciſco, vt in ſententia.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Quòd appellatione inualida exiſtente, vel non interpoſita, geſta interim non reuocentur tanquam attentata, dixi
6 ſupra ad *deciſ.* 63. *ſub lit. A.* quibus addo, quòd ad cauſanda attentata non ſufficit probatio appellationis per cõfeſſionem partis; niſi aliundè probetur, eam fuiſſe legitimè interpoſitam, *Rota deciſ.* 30. *de appellat. in nou Couar practicar. quæſt. cap.* 13. *ſub num* 1. *verſic. ſecundò præſcripta regula, Scacc. de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 42. & hanc opinionem veriorem dixit *Rota in Toletana decimarum* 2. *Decembris* 1620. *coram bon. mem. Vbado ſeniori.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Lucana Canonicatus.

Veneris 11. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Immemorabilis non probatur ex enunciatiuis emanatis à parte intereſſata, & vt ſuffragetur, debet probari in indiuiduo in caſu, de quo quæritur. Ad probandam familiaritatem Cardinalis quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia familiarium Cardinalium ſunt Papæ reſeruata. & num.* 12.
2 *Immemorabili non cenſetur derogatum per regulam tertiam Cancellariæ, quia indiget ſpeciali derogatione.*
3 *Immemorabilis probatur per enunciatiuas in inſtrumentis antiquis.*
4 *Enunciatiuæ, quæ emanarunt à perſonis ſuſpectis, & intereſſatis, non attenduntur, nec poſſunt adminiculari. nu.* 8.
5 *Enunciatiuæ, quæ emanarunt a perſonis ſuſpectis, probant concurrentibus adminiculis, et quando procedat.*
6 *Enunciatiuæ etiam in antiquiſsimis habent ſolùm vim famæ.*
7 *Fama, vt probet, non debet habere ortum à parte, in cuius fauorem tendit.*
9 *Conſuetudinis immemorabilis probatio non releuat, niſi ſit in indiuiduo in caſu, de quo quæritur.*
10 *Familiaritas cum Cardinali non probatur, niſi appareat de mente Cardinalis recipien. in familiarem, et de men-*

te familiaris contrahendi familiaritatem, et quòd par-
tem habuerit à Cardinali num. 11.
12 *Vltimus ſtatus attenditur ad ſubſtinen. prouiſionem Apo-*
ſtolicam factam vti de reſeruato, niſi agatur inter col-
latores.

DECISIO DLXX.

DVBITAVI, an ſententia Rotalis la-
ta ad fauorẽ Iuliani eſſet confirmanda,
vel reuocanda, & Domini cenſuerunt
confirmandam. Nam de illius iuſtitia
conſtat, cum dictus Iulianus ſit proui-
ſus Apoſtolicus de Canonicatu contro-
uerſo vacato per obitum q. Horatij familiaris bon. me-
mor. Cardinalis Aſculi, & fundet intentionem ſuam
1 ſuper regula tertia Cancellariæ reſeruatoria beneficio-
A rum familiarium Cardinalium, A, vt in deciſſ. in hac
cauſa factis. Et quia totum fundamentum Ioannis pro-
uiſi à Capitulo conſiſtit ſuper prætenſa immemorabili
conſuetudine conferendi Canonicatus dictæ Eccleſiæ
vacantes comprehenſos in dicta regula tertia, cui im-
memorabili per dictam regulam non cenſetur deroga-
2 tum, cum indigeat particulari derogatione *Gonzal. ſu-*
per reg. 8. gloſſ. 33. num. 6. Rot. deciſ. 614. num. 1. par. 2.
in recent. & deciſ. 642. num. 3. par. 4. diuerſ. cum alle-
gatis, & admittunt dictæ deciſiones. Ideo dictus Ioan-
nes appellans conabatur tollere fundamentum deciſio-
num, & oſtendere, dictam immemorabilem fuiſſe pro-
batam ex enunciatiuis plurium inſtrumentorum anti-
quorum, aliàs, & nunc de nouo exhibitorum: cum
3 præſuppoſito, quòd probari poſſit etiam per ſcripturas
immemorabilem enunciantes, iuxta *deciſ. Put. 104. lib.*
2. in nou. Caputaq. deciſ. 347. num. 2. par. 3. Rot. deciſ.
37. num. 2. in fin. par. 1. in recent. iunctis præſertim ad-
miniculis, vt infra. Nihilominus viſum fuit Dominis,
ex dictis enunciatiuis non probari dictam immemora-
bilem, & præſertim in indiuiduo de Canonicatibus va-
cantibus per obitum familiarium. Nam prædictæ enun-
4 ciatiuæ (vt aliàs Rota conſiderauit) non ſolùm proceſ-
ſerunt à perſonis ſuſpectis, ſed ab ipſomet Capitulo, de
cuius principali intereſſe agitur: & propterea non ſunt
B attendendæ B, *Aret. in cap. cum cauſam, num. 21. de*
probat. Achill. deciſ. 8. num. 1. & 3. de iur. patr. Hieron.
de Mont. de finib regund. cap. 60. num. 11. & dictum
fuit in prædictis deciſionibus. Non obſtat, quòd etiam
5 à perſonis ſuſpectis emanatæ probent, concurrentibus
adminiculis; quia id putabant DD. procedere in enun-
ciatiuis, quæ proceſſerunt ſolùm à ſuſpectis, vel aliquo
modo intereſſatis, quorum perſonæ omninò non repel-
luntur, ſed diminuitur de fide; ſecus quando ſunt enun-
ciatiuæ ipſius partis, de cuius totali intereſſe agitur:
6 cum etiam in antiquiſſimis habeant tantùm vim famæ
l. cum aliquis, vbi Bal. Salicet. & Caſtr. C. de iur. delib. Aym. de
antiq. temp. par. 1. §. ampliatur ſub num. 18. & fama non de-
7 beat ortum habere à parte, in cuius fauorem tẽdit, *l. miles*
§. fin. vbi DD. ff. de adult. benè Salicet. in l. ea quidem,
num. 104. verſ. ſimile, C. de accuſat. Soccin. conſ. 194.
num. 9. verſ. vnde, vol. 2. Hieron. de Mont. d. cap. 60.
8 *num.* 10. Non videbatur poſſe adminiculari, cum nul-
lum gradum probationis faciat: aliàs eſſet dare nimis
magnum priuilegium prædictis enunciatiuis, *vt not.*
Achill. d. deciſ. 8. num. 1. de iur. patr. & fuit dictum in
alijs deciſionibus coram R. P. D. meo Remboldo. Sed vide-
batur ceſſare difficultas; quia dictæ enunciatiuæ nõ cõ-
cludunt de Canonicatibus, qui vacauerint per obitum
9 familiarium, & probatio conſuetudinis, & immemora-
bilis debet eſſe in indiuiduo in caſu, de quo quæritur,
aliàs non releuat, *Oldrad. conſ. 237. num. 3. Aym. conſ.*
96. num. 4. Caſ. de Graſſ. deciſ. 6. num. 5. de praben. Rot.
deciſ. 599. in fin. par. 1. diuerſ. & in recent. 422. num.
23. par. 1. Mantic. deciſ. 159. num. 4. & 284. num. 7.
Nec obſtat collatio facta à Capitulo de anno 1418. per
obitum Laurentij prætenſi familiaris Cardinalis Ianuen.
Nam vltra quòd ex ſimplici locatione facta per proui-
ſum vti ſyndicum, & procuratorem de bonis Capituli
non conſtat de illius effectuatione: non probatur dicta
familiaritas, quia in dicta collatione non enunciatur;
partita verò libri Capituli, in quo fuerunt adnotatæ di-
ſtributiones minoris quantitatis per ipſum habitæ, eo
quia (vt ibi dicitur) Romanam Curiam ſequebatur in
ſeruitio Cardinalis Ianuen. *in ſummario Ioannis num. 11.*
nihil probat, quia continet vnicam enunciatiuam, &
10 ex ea colligi non poteſt mens, nec Cardinalis recipien-
di d. Laurentiũ in familiarem, nec d. Laurentij contrahen-
di familiaritatem, vt copulatiuè requiritur *cap. fin. vbi*
Doct. de verb. ſignif. Anchar. conſ. 398. in prin. Caſſad. de-
ciſ. 1. num. 3. de verb. ſignif. Simonet. de reſeruat. quaſt.
35. num. 4. Sarnen. ſuper reg. quaſt. 13. in prin. Rot. in
Abulen. beneficij 9. Iunij 1599. coram Penia, in Hiſpalen.
Archidiaconatus 26. Februarij 1606. coram Iuſto, & in
alia Hiſpalen. portionis 2. Maij 1614. coram bon. mem.
Andrea impreſſ. par. 1. recent. 584. Nec conſtat, dictum
11 Laurentium vnquam partem habuiſſe à dicto D. Cardi-
nali, vt pariter vltra prædicta eſt neceſſarium *ad not. in*
d. cap. fin. de verb. ſignif. & per eundem Sarnen. d. q.
13. in princ. & tenuit Rota in allegatis deciſ. & fuit latè
comprobatum coram me in Auenionen. Archidiaconatus die
15. Iunij 1615. & in ead. admiſſum ſub dieb. 17. Februarij
9. Iunij, & 3. Iulij 1617. Secundò principaliter moue-
bat Dominos vltimus ſtatus, & quaſi poſſeſſio confe-
rendi huiuſmodi Canonicatus per Ordinarium ab anno
1549. vſque ad prouiſionem Horatij, per cuius obitum
vacauit Canonicatus controuerſus, vt ex collationibus
datis in ſummario Iuliani, quæ omnes probantur effe-
ctuatæ iux. *conſ. Oldrad.* 229. toties à Rota canoniza-
12 tum, qui propterea, cum non agatur inter collatores de
mutatione ſtatus, attendi debet ad ſubſtinen. prouiſio-
nem Apoſtolicam factam vti de reſeruato, *Calderin. conſ.*
23. incip. an ſi Papa, in princ. de praben. Put. deciſ. 200.
lib. 1. in nou. Simonett. de reſeruat. quaſt. 50. in princ. Rot.
in Vicen. beneficij 19. Nouembris 1599. coram bon. mem.
Cardinali Pamphilio in Parmen. Prioratus 14. Aprilis
1610. coram R. P. D. meo Manzanedo, & in recent. 154.
num. 3. vbi quòd ſæpe fuit deciſum par. 1.
Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A De hac materia latè tractat *Garz. de beneſic. part. 5. cap. 1.*
13 *à num. 275. vſque ad num. 344.* Hæc regula comprehen-
dit beneficia familiarium Cardinalium nedum obtenta, du-
rante familiaritate, ſed etiam alia priùs acquiſita, *Gregor.*
XV. deciſ. 266. num. 4. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2.
cap. 94. num. 13. Item comprehendit etiam beneficia,
quæ ſpectant ad collationem Cardinalis Ordinarij collato-
ris, niſi habeat indultum conferendi beneficia huiuſmodi
reſeruata, vt fuit reſolutum in *Ferrarien. Canonicatus 30.*
Martij 1626. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano. li-
cèt contrarium tenuerint *Aen. de Falcon. & Sarnen. quos*
refert, & ſequitur Mareſcott. d. cap. 94. num. 23. & ra-
tio eſt, quia etiam Cardinales comprehenduntur ſub re-
gulis Cancellariæ, niſi ratio regulæ illos non comprehen-
dat, vel aliàs ſint exceptuati, *Felin. in cap. ad aures, num.*

11.

11. *per tot. de reſcript. Sylu. de beneſic. quæſt.* 12. *num.* 31. *Caſſador. deciſ.* 38. *ſuper reg. & ſecutus eſt Lotter. de re beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 32. *a num.* 79.

B Enunciatiuæ an, & quando probent, dixi ſupra *ad deciſ.* 172. *lit.* C.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana de Cangijs.

Veneris 12. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Exceptio non implementi non obſtat agenti ex capite diuerſo, & altero contractu.

SVMMARIVM.

1 *Actione vtili negotiorum geſtorum tenetur ille, pro quo aliquod vtile negotium geſtum eſt.*
2 *Exceptio non implementi non admittitur, quando actor venit ex capite diuerſo, & ſeparato.*
3 *Exceptio non implementi non admittitur, quando prouenit ex alio contractu, quam ab eo, cuius vigore agitur.*
4 *Exceptio non implementi etiam in minimis obſtat, ſi in ſubſtantia lædit ius alterius.*
5 *Exceptio nõ implemẽti non releuat, quando ille, cui impleri debet, nullum damnum paſſus eſt.*
6 *Exceptio non implementi eſt dilatoria, & ideo non poteſt poſt implementum opponi.*
7 *Mora non incurritur à debitore non ſoluente in loco promiſſo, niſi probetur, creditorem ibidem fuiſſe paratum, vt acciperet.*
8 *Exceptio non implementi obſtat debitori agenti, quamuis per ipſum non ſteterit, quin adimpleret ſoluendo in loco promiſſo, ſed per creditorem, qui non acceſſit paratus ad recipien. quia & ſi excuſetur a mora, non tamen eſt liberatus a debito.*

DECISIO DLXXI.

AVDITIO iterum Equitem Cangio, Domini ſteterunt in reſolutis ſub die 25. Iunij præteriti, quòd ſcilicet non obſtet creditoribus quódam Blaſij exceptio non implementi, *ex vulg. §. offerri, l. Iulianus, ff. de act. empt.* placuerunt enim Dominis rationes deciſionis, & præcipuè quòd prædicti creditores agunt contra donatarios dicti Blaſij poſſidentes vineam donatam, quæ per Blaſium donatorem liberata fuit ab ære alieno, & cenſibus, quibus erat obnoxia, & hypothecata: ideoque vtile negotium geſſit pro dictis donatarijs, qui propterea vtili negotiorum actione tenentur, *l.* 3. *C. de neg. geſt. l.* 1. *vbi Odofred. Angel. & Salicet. in princ. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu.* quam ſolutionem, & liberationem dicti donatarij ratam habere coguntur, *l. Pomponius ſcribit l. cum pecuniam, ff. de neg. geſt. Odofr. & Angel. in d. l.* 1. Vnde cum dicti creditores non agant ex contractu donationis per Blaſium factæ, ſub conditione, vel modo ſoluen. æs alienum donatoris, ſed dicta actione negotiorum geſtorum, illis quæſita ſub obligatione omnium bonorum, & iurium, præſentium, & futurorum ad eorum fauorem per Blaſium facta: non poteſt opponi exceptio non implementi, ſub prætextu, quòd non fuerint ſibi tradita mobilia, & argenta in dicta donatione comprehenſa, quia ſi talis
exceptio non admittitur, quando capita ſunt diuerſa, &
2 ſeparata, *ad not. in l. cum proponas, vbi Alex. num.* 2.
C. de pact. Butr. in cap. peruenit il ſecondo num. 6. *&*
ibi Abb. num. 4. *& Felin. num.* 5. *de iur. iuran. Natt.*
A *conſil.* 133. *num.* 5. *lib.* 1. A, Multò minùs, quando
(prout hic) non agitur ex illo contractu, ex quo oritur exceptio non implementi, *Rot. deciſ.* 97. *num.* 7. *&* 289. *num.* 3. *part.* 2. *in recent.* cum allegatis in alia deciſione. Et ideò videntur ceſſare omnes reſponſiones illi datæ per informantes, quæ Dominis viſæ fuerunt non applicari.

Et ita vtraque parte informante deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Quòd exceptio non adimplementi ad impediendam executionem non habeat locum quando oritur ex capitulis ſeparatis etiam eiuſdem inſtrumenti, *Rot. coram Cardinali Mantic. deciſ* 238. *num.* 2. *cum alijs ſupra citatis in annot. ad deciſ.* 54. *lit. A. & deciſ.* 549. *& in Romana ſocietatis officij* 4. *Martij* 1619. *coram R. P. D. Pirouano.*

Extende, exceptionem non adimplementi etiam in mini-
4 mis obſtare *Roland conſ.* 53. *ex num.* 22. *lib* 1. *Surd. conſ*
101. *num.* 1. *Gregor. deciſ.* 261. *num.* 3. *& ibi adden num.* 6. *Rot. in Romana pretij fundaci coram bonæ mem. Patriarcha Mãzanedo, impreſſa per Modern de oblig Cameral. deciſ.* 145. *num* 2. *& in Fanen. bonorũ* 24. *Nouemb.* 1628. *coram R. P. D. Dunozetto*, dummodo tamen defectus implementi etiam in minimo læderet in ſubſtantia ius alterius, quia aliter de miminis non eſt curandum, *Cardin. Mantic. de tacit. lib.* 3 *tit.* 16. *num.* 23 *Beltramin. ad deciſ. ſanct. mem. Greg.* 261. *num.* 6. *verſ ſecundò non procedit.*

Verùm exceptio prædicta nõ implemẽti nõ releuat, quã-
5 do ille, cui impleri debet, nullum damnum paſſus eſt, *Bald. conſ.* 127. *lib.* 1. *Crauett conſ.* 59. *num* 2. *Cephal. conſ* 80. *num.* 9. *Siluan conſ.* 100. *num.* 15. *Couarr. var. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. *verſ. duodecimò hinc deducitur, Surd. conſ* 101. *num.* 24. *& deciſ* 265. *num.* 38. *Seraph deciſ.* 1243. *num* 2. *&* 3 *ſanct. me. Greg. XV deciſ* 347. *num.* 11. *Beltram ibi lit. F. Rota in Romana ſocietatis Officij ſcutorum mille* 10. *Decembris* 1625. *& Narnien. frumenti* 19. *Februarij* 1629. *coram R. P. D. Durano.*

Et multò minùs quando allegatur poſt implementum,
6 quia eſt dilatoria *Caſtr conſ.* 166. *num.* 3. *verſ. tum quia iſta exceptio, lib.* 2. *Crauett. conſ.* 151. *num.* 10. *& fuit dictum in Romana ſocietatis Officij* 4. *Martij* 1619. *coram R. P. D. Pirouano.*

Notandum eſt autẽ, quòd & ſi debitor non conſtituatur
7 in mora conſignandi, ſiue ſoluendi rem promiſſam in certo loco, niſi creditor probetur paratus recipere in eodem loco, *Bart. in l. item in illa, col. fin. num.* 23. *ff de conſt. pec. comprobat Odd. conſ.* 50. *num.* 10. *& ſeq. Abb. conſil.* 182. *num.* 23. *Rota in Romana pretij grani* 10. *Decembris* 1628. *coram R. P. D. Durano*; Attamen hæc doctri-
8 na non procedit in actore, ſed in reo: & proinde licèt debitori, qui tenebatur modo prædicto adimplere non poſſit adſcribi mora ob non implementum, obſtat tamen ſi agat, vt notabiliter prædictam, *Bartoli doctrinã* limitat. *Oſaſch. conſ.* 4. *à num.* 26. *vſque ad* 30. vbi quòd dicta *Bart* doctrina non procedit in quocunque contractu vltrò, citròque obligatorio, quando debitor ageret, firmans, quòd licèt in terminis *doctr. Bart.* debitor non conſtituatur in mora non ſoluendo in loco ſolutioni deſtinato propter abſentiam creditoris, non tamen eſt liberatus à debito, ideoque agendo ad obſeruantiam contractus debet ipſe priùs adimplere, aliàs actio non competit *per reg. d. text. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* quod dictum

Oſaſib. extollit *Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 1:4.* *& admiſit Rota in d. Romana pretij grani coram R. P. D. Durano*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Placentina decimarum de Truxillo,

Lunæ 15. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Decimas perſonales exigendi quaſi poſſeſſio, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ perſonales debentur, & num. 15. maximè ſtante conſuetudine num. 2.*

3 *Synodalis conſtitutio temporis diuturnitate præſumitur à ſede Apoſtolica confirmata.*

4 *Conſtitutio ſynodalis conformis diſpoſitioni iuris communis ligat omnes exiſtentes intra terminos diœceſis.*

5 *Decimæ perſonales ex iuris aſsiſtentia debentur Parochis tantummodò, non Epiſcopis, aut Capitulis.*

6 *Mandatum de manutenen. datur etiam participantibus de commodo, ſi ad cauſam veniat ille, de cuius commodo principaliter agitur.*

7 *In manutentionis iudicio ſufficit ſemiplena probatio.*

8 *Teſtis ſe ad primũ examen nullum referentis depoſitio nulla eſt.*

9 *Teſtis ſi faciat ſibi legi primam depoſitionem, & ad illam ſe referat, quamuis nullam, probat.*

10 *Exceptio cõtra teſtes reijcitur in poſſeſſorio ſummariſſimo.*

11 *Teſtes habiles ſupplent defectum aliorum.*

12 *Manutentio conceditur aduerſus ſingulos, ſi poſſeſſio probetur quò ad aliquos.*

13 *Negatiua non ſolutionis debet coarctari, &, vt dicatur probata, requiritur, quòd teſtes deponant, quòd fuerit facta diligentia pro ſolutionibus, & ſi illæ fuerint denegatæ a denegatione non fuerit reclamatum.*

14 *Teſtibus affirmatiuè deponentibus, & habentibus iuris aſſiſtentiam magis ſtandum eſt.*

DECISIO DLXXII.

PROPOSITO pluriès dubio ſuper manutentione petita per D. Epiſcopum, necnon Capitulum, & alios participantes in quaſi poſſeſsione exigendi decimas perſonales: Domini ſub die 5. Iunij anni præteriti ordinarunt, vt videretur de bono iure, etiam ad effectum manutentionis, & hodie dixerunt, conſtare de bono iure, & quaſi poſſeſſione, vt infra, propterea dandam eſſe manutentionem petitam. Bonum autem ius reſultat. Primò quia decimæ
A perſonales debentur A, *cap. decimæ 16. quaeſt. 1. cap. pa-*
1 *ſtoralis, vbi DD. de decim. gloſ. in cap. ad Apoſtolica in verb. perſonales, & ibi Abb. num. 9. eod. tit. Rebuff. in tract. de decim. quaeſt. 3. num. 3. Molin. de contract. tom. 2. diſput.* 387. *num. 2. Monet. d. tract. cap. 3. num. 10. Rodriq. quaeſt. regul. tom. 2. quaeſt. 45. art. 1. & 2. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 34. quaeſt. 3. & 6. Guttierez. Canon. quaeſt. lib. 2. cap. 21. num. 4. & 5. & 33. Alonſ. de Vega in ſumm. par. 1. cap. 87. caſ. 1.* & ex pluribus firmatum fuit in hac cauſa 29. Aprilis 1617. Et prædicta
2 magis corroborantur ex conſuetudine multarũ Regionum Hiſpaniarum, de qua non ſolùm teſtatur *Nauar. in manual. cap. 21. num. 31.* & in ſpecie de decimis ſalariorum in diœceſi Placentina *Guttier. Can. quaeſt. lib. 2. cap. 21. num. 34.* Sed etiam de ea ab immemorabili tempore, & per 40. annos de viſu deponunt plures teſtes de partibus dati *in ſummario num. 4. 5. & 6.* cum quibus præſupponitur magnum numerum aliorum in dicto ſummario allegatorum concordare; qui licèt non ritè examinati, plurimùm tamen adminiculant probationem dictæ conſuetudinis, ſaltem ad effectum manutentionis, in qua ſufficit ſimplex poſſeſſio. Secundò,
3 quia concurrit etiam antiquiſſima conſtitutio ſynodalis per Epiſcopum edita de anno 1412. & per Capitulum confirmata de anno 1432. ſuper ſolutione huiuſmodi decimarum, *vt in ſummario Capituli num. 3.* de cuius validitate dubitari non poteſt: Tum quia ex temporis
4 diuturnitate præſumitur à Sede Apoſtolica confirmata *Fab. deciſ. 22. Seraphin. deciſ. 507. num. 3.* maximè iuncta obſeruantia. Tum quia eſt conformis diſpoſitioni iuris communis, ideoque potuit validè fieri, iuxta tradita per *Bott. de ſynod. Epiſcop. par. 3. num. 103. art. 1.*
B *num. 95.* B, & ideo ligat omnes exiſtentes infra terminos diœceſis *Card. Seraphin. deciſ. 812. num. 2.* Nec
5 obſtat, quòd ius non aſſiſtat Epiſcopo, & Capitulo, ſed ſolis Parochis, & Curatis. Nam quamuis Parochi habeant intentionem fundatam, cum Parochiæ ſint diſtinctæ in diœceſi Placentina, ceſſat tamen difficultas; tum quia cauſa agitur nomine omnium participantium in decimis, vt conſtat ex articulis datis *in ſummario num.* 12. Tum quia aliqui ex Parochis venerunt etiam ad cauſam, & dederunt ad abundantiorem cautelam mandatum cum ratificatione omnium acturum, *vt in ſummario num.* 11. ex quorum aſſiſtentia, cum agatur con-
6 tra laicos, competit manutentio omnibus participantibus, quales ſunt Epiſcopus, & Capitulum. *vt fuit reſolutum in Ciuitaten. decimarum 26. Martij 1618. coram R. P. D. meo Veroſpio in ſummario Capituli num.* 13. vbi aliæ referuntur. Quaſi poſſeſsio verò exigendi huiuſmodi decimas concludenter probata fuit per teſtes validè (vt duabus deciſionibus firmatum fuit ſub diebus 7. Februarij & 21. Maij 1618.) examinatos, quorum ſecundus, & tertius de viſu a 40. annis, & citra, & de tempore immemorabili, quartus verò qui fuit arrendator decimarum de viſu à 50. annis, reliqui etiam de toto tempore eorum recordationis, *vt in dicto ſummario num. 5.* & adminiculatur non ſolùm ex ſupra dictis tribus nulliter examinatis, ſed etiam ex alijs Ciuitatis, & famulorum datis *in dicto ſummario num. 9.* quorum quartus, & quintus fuerunt famuli, & deponunt, dictas
7 decimas perſoluiſſe; & tamen in hoc articulo ſufficit ſemiplena probatio, *Menoch. de retin. remed. vlt. num. 34. Rot. deciſ. 196. part. 1. diuerſ. Seraphin. deciſ. 624. num. 5. & fuit dictum in Marſicen. iuriſdictionis 8. Februarij 1617. coram me*. Nec ſubſiſtit, quòd dicti teſtes non percutiant tempus ante motam litem, ſub prætextu, quòd lis incœperit de anno 1537. vel ſaltem de anno 1565. quia hæc obiectio ſublata fuit in deciſione 24. Aprilis 1618. in qua fuit concluſum, litem non eſſe motam ante annum 1586. Nec minùs obſtat, quòd teſtes
8 ſe referant ad primum examen nullum, adeo, vt iſta quoque depoſitio reddatur nulla *ad not. per Salicet. in l. iure iurando num. 9. & in l. fin. num. 3. C. de teſtib.* quia depoſitio relatiua eſt valida, quando (prout hic factum
9 fuit) teſtes petunt ſibi legi primam depoſitionem *Rot. deciſ. 720. in fin. par. 2. in recent.* & fuit cautela Bart. *in l. eos num. 6. ff. de falſ. Alex. conſ. 56. num. 6. lib. 2. Caputaq. deciſ. 287. par. 3. Seraphin. deciſ. 270. num. 5. & deciſ. 1147. num. 19. & fuit dictum in Hiſpalen iuriſpatronatus de las Cueuas 26. Iunij 1592. coram bon. mem.*

Car-

Card. Pamphilio. Nec viſum fuit, attendendas eſſe alias
exceptiones perſonales cõtra teſtes Capituli oppoſitas,
10 quæ in ſummariſſimo poſſeſſorio reijciuntur, *Seraphin.*
d. deciſ. 1147. *num* 15. *Rot. deciſ.* 28. *num.* 4. *par.* 1. *di-*
uerſ. Et nihilominus pro Capitulo dantur reſponſiones
ſingillatim, quæ Dominis non diſplicuerunt: contra ſe-
cundum nomine Guttierex, & octauum Nicolaum *in*
ſummario Capituli num. 15. nullæ opponuntur exceptio-
nes, *vt in ſummario Ciuitatis num.* 8. & ideo iſtorum
11 habilitas ſupplet illorum defectus *Alex. conſ.* 57. *num.* 12.
lib. 2. *Neuizan. conſ.* 47. *num.* 27. *& ſeq. Gabr. concl.* 5. *de*
teſtib Seraph. deciſ. 241. *num.* 2. *& fuit dictum latè coram*
me in Colimbrien. matrimonij 14. *Decembris* 1615. *& in*
Ferentin. bubalarum 4. *Iulij* 1618. Prout neque etiam
obſtat, quòd in examine teſtium omnes famuli citati
non fuerint; quia cum ius Capituli, & cæterorum par-
ticipantium ſit vniuerſale, tàm ex iuris communis di-
ſpoſitione, quàm ex conſtitutione ſynodali: ideo poſ-
12 ſeſſio probata quò ad aliquos famulos ſufficit pro obti-
nenda manutentione quò ad omnes *cap. in tua*, & ibi
DD. & præcipuè *Abb. nu.* 5. *de decim. Rot. deciſ.* 2. *num.*
3. *de præſcript. in nou. Aym. conſ.* 55. *num.* 1. Nec tan-
dem dixerunt DD. obſtare teſtes examinatos pro Ciui-
tate ad proban. non ſolutionem iſtarum decimarum *in*
ſummario Ciuitatis num. 13. tum quia omnes ſunt fa-
muli, & habent intereſſe, cum poſſent cogi ad ſol-
uen. decimas præteritas: & ſic non probant ex vulg.
& præterea 24. 59. *&* 62. non coarctant negatiuam, nec
probant, quòd Capitulo, & alijs participantibus volen-
tibus huiuſmodi decimas exigere, fuerint ab aduerſarijs
denegatæ, & quòd ipſi dictæ negationi acquieuerint,
13 prout requiritur ad probandam negatiuam non ſolutio-
nis, quæ releuet *Card. Seraphin. deciſ.* 1102. *nu.* 8. *et fuit*
dictum in Valentin. decimarum de anno 1604. *coram bon.*
mem. Cardinali Lancellotto & alijs. Tum quia magis eſt
14 ſtandum teſtibus Capituli de affirmatiua deponentibus,
& habentibus iuris communis aſſiſtentiam, *Innoc. in*
cap. auditis, & ibi Abb. num. 15. *& Felin. num.* 22.
de præſcript.

Et ita fuit vtraque parte informante reſolutum.

ANNOTATIO.

A Decimæ perſonales debentur Eccleſiæ, in qua quis recipit Sacramenta, & audit diuina, *Guttier. practic. lib.* 1. *quæſt.* 27. *num.* 8. *Soar. de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 21. *&* 22. *num.* 8. *optimè Baſil. Ponc. in tract. de matrimon. lib.* 5. *cap.* 13. *§.* 3. *num.* 19. vbi aduertit, huiuſmodi decimas perſonales non ſpectare ad Eccleſiam habitationi connexam, ſed domicilio: quia perſoluuntur ad ſubſtentationem eorum, qui ſpiritualia miniſtrant; tum quia tranſeunt hæc onera cum perſona: quare æquũ eſt, vt ſoluantur ei, qui ſpiritualiter fidelem alit Sacramentis, atque doctrina; vndè infert idẽ Poncius, quòd ſi quis mutet domicilium, quã- uis habeat in alia Parochia poſſeſſiones, decimę illi debẽtur, vbi domicilium habet; & licèt non mutet domicilium, ſi tamen extra ſuam Parochiã laboret etiam per magnam anni partem, ſemper decimas perſonales ſoluet illi Eccleſiæ, vbi habet domicilium, quia ibi per ſe recipit diuina, licet ex accidenti ratione abſentiæ contingat quandoque alibi recipi Sacramenta; quòd ſi contingat habere duo domicilia, ſi vnum acceſſorium eſt, principali ſoluet: ſi verò in vtroque æqualiter ſe collocat, inter vtrumque diuidentur, de quo etiam *Monet. de decim. cap.* 7. *ex num.* 21.

B Conſtitutio ſynodalis eſt attendenda, dummodo contra ius commune non diſponat, quia tunc eſt inualida, *ſanctæ memor. Gregor. XV. deciſ* 336. *num.* 6. *& fuit dictum* *in Toletana conſtitutionum ſynodalium* 9. *Februarij* 1624. *coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Beneuentana nobilitatis:

Lunæ 15. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Conſenſus omnium Ciuium requiritur, quando agitur de intereſſe ſingulorum.

SVMMARIVM.

1 *Iura debent recognoſci per duos teſtes.*

2 *Teſtis pro recognitione ſcripturæ debet deponere ſe interfuiſſe dum ſcriberetur, vel ſubſcriberetur.*

3 *Recognitio facta per teſtes, qui dicunt habere notam manum ſcribentis, concurrentibus adminiculis probat.*

4 *Maior pars Ciuium non ſufficit, ſed debent omnes conſentire, ſi vtì ſinguli de communitate aliquem recipiant in numerum ciuium.*

6 *Communiter, non vtì ſinguli conſentire debent, qui communi nomine aliquid agunt.*

5 *Conſilium fieri debet omnibus conuocatis.*

7 *Statutum ſi habeat clauſulam annullatiuam, illius forma non ſeruata, actus redditur nullus.*

8 *Beneuentani non admittuntũr hodie ad gubernium Hoſpitalis Sanctiſſimæ Annuntiatæ illius Ciuitatis, quicquid eſſet ante annum* 1580. *niſi fuerint nobiles.*

9 *Conſenſus omnium requiritur tanquam ſingulorum, ſi ad eos negotium principaliter ſpectat, non ſecundariò.*

10 *Conſenſus omnium requiritur, etiam ſi negotium ſpectet ad omnes vti Capitulum, ſiuè vniuerſitatem, dummodo ſit voluntarium.*

11 *Maior pars ſufficit etiam in voluntarijs, niſi minor doceat de irrationabilitate.*

12 *Maioris partis conſenſus ſufficit, quando negotium eſt vtile.*

13 *Conſenſus maioris partis non requiritur, quando ſeruatur ſolitum.*

14 *Maior pars fauore libertatis præiudicat alijs, etiam quòd res ſpectet ad omnes vtì ſingulos.*

15 *Maior pars poteſt præiudicare alijs, quibus ius competit vti ſingulis, fauore dirimendarum litium, non tamen liti, exemptioni, vel priuilegijs renunciare ſine conſenſu omnium.*

16 *Conſenſus maioris partis præiudicat minori, quando facit aliquid ex auctoritate ſuperioris.*

17 *Collegio Mediolanen. vt quis adſcribatur, ſufficit habere vota paria.*

18 *Maior pars creditorum dicitur, habito reſpectu ad quantitatem crediti, non perſonarum.*

19 *Maior pars paſcuorum conſideratur reſpectu prædiorum, & animalium, non autem perſonarum.*

20 *Votorum maior pars in receptione nouitij dicitur, non ſolùm reſpectu maioris numeri, ſed etiam ſanioris iudicij.*

21 *Concorditer fieri, ſiue ab omnibus quando dicatur, ſi fiat à maiori parte, remiſſiuè.*

22 *Capitulo legitimè congregato, licèt non interueniant duæ ex tribus partibus, valet id, quod ab ipſis congregatis reſoluitur.*

Digitized by Google

DECISIO DLXXIII.

PER ſententiam Reuerendiſſimi Gubernatoris fuit pronuuciatum, Ioann. Baptiſtam, & fratres uepotes q. Io, Baptiſtæ ſeniori eorum Aui non amiſiſſe nobilitatem Ciuitatis Beneuentanæ, & quatenus opus ſit, illos ad eam reſtituẽdos, & reintegran. eſſe. Cauſa appellationis pro nobilibus interpoſita, & commiſſa in Rota, quia prætendebatur, dictos actores nobilitatem acquiſiuiſſe ex perſona d Io. Baptiſtæ Aui, mediante quadam aggregatione per dictos nobiles facta, dubitaui, an conſtaret de tali aggregatione, quæ illis ſuffragetur, & Dumini vnauimiter reſponderunt negatiuè. Nam ad proban. dictam aggregationem exhibita fuit quædam ſchedula, ſiuè ſcriptura priuata (vt dicitur) facta 4. Ianuarij 1565. In qua octo perſonæ vel Conſiliarij aggregarunt dictum Io. Baptiſtam inter nobiles eiuſdem Ciuitatis cum prætenſis eorum ſubſcriptionibus, *vt in ſummario num*. 2. Quæ ſcriptura primò, non fuit ſufficienter recognita, quia teſtes pro illius recognitione adhibiti *in ſummario num*. 5. omnes ſunt ſingulares: vnus enim recognoſcit manum vnius, alter alterius, adeò vt præter ſubſcriptionem vltimi, cuius manus recognoſcitur per primum, & tertium re-
1 ſtes ſuper ſecundo, nulla ſit recognita per duos teſtes, vt requiritur *ad l. vbi numerus, ff. de teſtib. cap. licèt eod. tit.* & in recognitione *Rot. deciſ.* 234. *num*. 1. *&* 4. *par*. 2.
2 *recent*. & quatenus dicti teſtes non eſſent ſingulares, adhuc non poſſet dici legitimè recognita, quia nullus dicit ſe interfuiſſe ſubſcriptioni *iux. tex. in §. ſi quis igitur, Auth. de inſtr. fid. & cant. gloſ. magn. in authen. & ſi contractus, C. de fid inſtrum. Bart. in l. nuda ratio, num*. 6. *ff. de donat. Rum. conſil*. 61. *num*. 3. *& conſil* 79. *num*. 2. *lib*. 4. *cum alijs cumulatis per Modern de iudic. lib* 2. *cap*. 11. *num*. 976. *& num*. 1140. *&* 1149 Et licèt aliqui dicant, ſe habere notam manum ſubſcribentium, tamen
3 talis recognitio non admittitur, niſi concurrentibus adminiculis, *Rot. deciſ.* 553. *num*. 1. *par*. 1. *diuerſ. &* 234. *num*. 1. *par*. 2. *in recent. vbi plures aliæ ſunt relatæ*, quæ hic non adſunt, ſed potiùs plura obſtant in contrarium,
4 vt infra. Secundò, quia dicta aggregatio viſa fuit nulla; Nam ſi fieri poterat à Nobilibus vti ſingulis, ac ſeparatim, non ſufficiebant duæ partes, ſed debebant omnes conſentire *l per fundum, vbi Bart. Ang. Caſtr. Florian. de Sancto Petro & alij in princ. ff de ſeruit. ruſt.*
A *præd. Caſtr. in l. nulli, num* 7. *ff quod cuiuſq; vniu nom*. A
5 Si verò fieri debebat à Conſilio Nobilium vti Vniuerſitate, & tunc omnes debebant conuocari *l*. 2. vbi *Luc. de Pen verb. ſolemniter, C. de Decurion. lib*. 10. *l. pen. C. de legat eodem lib. Specul. tit. de ſindicat*. §. 1. *num*. 2. *Butrigar in d l nulli num*. 1. *Bart. in fin. Bald. num* 6. *Angel. num*. 1. *Caſtren. num*. 8. Et conſenſus maioris par-
B tis B, in dicta aggregatione præſtari debebat commu-
6 niter, non autem ſingulariter, & ſeparatim, *Specul. d. tit num*. 2. *verſ quid ſi vnus, & de communi, & vera, Alberic in d l nulli, num*. 12. *Bald. num*. 3. *in fin. verſ. iuxta iſta, Ang num*. 5. *verſ. item nota, Caſtren. num*. 7. *ff. quod cuiuſque vniu. Corn. conſil* 130. *in fin. lib*. 1. *Dec. conſ*. 437. *num*. 2. *&* 3. *Roland. conſ*. 70. *in fin. volum*. 1.
7 *Pedem. deciſ*. 39. *num*. 3. Et ceſſat difficultas, quia non fuit ſeruata forma ſtatuti dictæ Ciuitatis, confirmati à fel. recordat. Paulo Tertio, quo cauetur, aggregationem debere fieri per vota ſecreta in Conſilio duodecim obtenta per duas ex tribus partibus, & quòd Conſiliarij ſint inſimul congregati, *vt in ſummario num*. 11. & conſequenter non ſeruata forma prædicti ſtatuti habentis clauſulam annullatiuam, dicta aggregatio fuit omnino nulla, *Pedem. deciſ*. 165. *num*. 16. *Afflict. deciſ*. 355. *num*. 4. *latè Roland. conſ*. 72. *num*. 54. *lib*. 3. & in terminis dicti ſtatuti fuit reſolutum *in alia Beneuentana nobilitatis* 21. *Iunij* 1619. *coram R. P. D. meo Pirouano*. Tertiò, non ſolùm non conſtat de effectuatione dictæ aggregationis, cum nõ probetur, dictum Ioannẽ Baptiſtam aliquando in conſilijs nobilium interueniſſe: ſed videtur conſtare de contrario per teſtes *in ſummario num*. 8. quorum vnus deponit, dictum Io. Baptiſtam, alij verò, dictũ Io. Antonium eius filium non fuiſſe habitos pro nobilibus. Imò Io. Vincentius alter filius dicti Io. Baptiſtæ de anno 1592. fuit ſolemniter aggregatus inter dictos nobiles, *vt in ſummario num*. 7. Quæ aggregatio non fuiſſet petita, nec obtenta, ſi illa de Ioanne Baptiſta patre effectum ſortita fuiſſet, vt arguit etiam primus teſtis *in dicto ſummario num*. 8. Non obſtat, quòd dictus Ioann. Baptiſta fuerit vnus ex Gubernatoribus Hoſpitalis Sanctiſſimæ Annuntiatæ dictæ Ciuitatis, ad cuius Officij adminiſtrationem non niſi nobiles (vt prætenditur) admittuntur. Quia ante annum
8 1580. Etiam populares admittebantur, vt fuit reſolutum *in alia Beneuentan. ſupra allegata coram R. P. D. Pirouano*, & in propoſito patet, quia dictus Io. Baptiſta fuit Officialis de anno 1564. prætenſa verò aggregatio de anno 1565. vt ſupra. Ex quibus fuit reſolutum, ſententiam dicti Gubernatoris quò ad vtrumq; caput tàm reintegrationis, quàm non amiſſionis nobilitatis infirmandam eſſe, ſolis nobilibus informantibus, &c.

ANNOTATIO.

A Conſenſus omnium requiritur, quando res ad illos ſpectat vti ad ſingulos, *Franciſc. Marcb. deciſ* 489. *num*. 1. *verſ tamen ſecus eſt, Duen reg*. 295. *Anton Gom, tom*. 2. *variar cap*. 3 *num*. 14. *Gratian deciſ. Marcb*. 183. *num*. 3. *Capr. concluſ* 9. *num*. 17. *Angel conſ*. 271. *circa princ. verſ. ſecundò principaliter, Surd. conſ*. 65 *num* 17 *&* 19. *lib* 1. modò agatur principaliter de ſingulorum præiudicio, ſecus ſi ſecundariò. *gloſ. vlt in cap quamuis pactum, de pactis, lib* 6. iunctis his, quæ tradit *Tiraquell in tract. res inter alios acta, in princip. num* 10. *&* 11. *Palat. in repet. cap. per veſtras de donat. inter virum. & vxor*. §. 27. *num*. 14. *Couarr. in cap Raynutius, de teſtam* § 50 *num*. 9. *ad finem, Barboſ in Collect ad d. cap quamuis pactum, num*. 30.

Videtur inſuper requiri omnium conſenſus, quamuis negotium ſpectet ad Capitulum, ſiue Vniuerſitatem, dummodo illud ſit merè voluntarium, non neceſſarium, *iuxta cap. fin. vbi Innocen. num* 3. *ad fin. Butr. in quinto notab.*
10 *Abb. in* 6. *not. Card in ſeptima oppoſ. Ancharan. Anan & Imol circa princip. Oſtien num*. 18. *verſ vel dic, Bellam. num*. 6. *verſ item, de maiorit & obedien. Felin. in cap cum omnes, num* 17. *ad fin. verſ. & hanc, de conſtit. Rot inter recent. deciſ*. 755. *num*. 4. *circa fin. par*. 2. quibus accedunt relati *per Gratian d. deciſ*. 183. *num*. 20. vbi teſtatur de communi, & fuit dictum *in Elnen. diſtributionum* 1. *Iunij* 1618 *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio*.

Licèt ſufficere maiorem partem etiam in voluntarijs, niſi
11 minor pars doceat de irrationabilitate, teneat *Felin dicto cap cum omnes num*. 18. *verſ ſed concluderem* quem ſequitur *Gratian. diſcept. forenſ*. 721. *num*. 17. *& in add. ad deciſ. Marchie* 183. *num*. 3. *Surd. conſ*. 65. *num*. 21.

Vel pariter ſi negotium ſit vtile, quia in eo non eſt dare
12 irrationabilitatem, *vt per Felin. vbi proximè Bal. conſil*. 85. *lib* 4. *Aym conſ*. 27 *num*. 8. *Gratian. d. deciſ*. 183. *num*. 23. *& num*. 27. vbi æquiparat actus vtiles, vel neceſſarios

Corn.

Corn. conſ 131. *viſis nonnullis col* 13. *poſt med. verſ nec*
etiam obſtat num. 31 *lib* 2 *Lap. alleg.* 85 *viſis omnibus num,*
2 *& alleg* 131 *infraſcripta num.* 1 *in fin.*
Item non requiritur omnium conſenſus quando pars
23 maior facit conſuetum *iux gloſ in d cap cum omnes de*
conſtit. tunc enim non attenditur contradictio alterius *l.* 51.
haredem ff comm diuid. Franc. Marcb. d deciſ 489 *num.*
24. *in fin.* imò ſufficeret etiam minor *Surd. poſt alios d.*
conſ. 65 *num.* 22.
Præterea fauore libertatis etiam in actu commoni, vt ſin-
24 gulis maior pars habet præiudicare minori *l. ſuum ff fin.*
& l. maiori, & in l reſcriptum. ff de pact. ſecundum Bart.
in l. qui maior, ff ad munic ip Franc. Marcb. vbi proximè
num. 15.
Et idem procedere videtur fauore dirimendarum litium,
25 *l duo ex tribus, ff. de re iud. ſecundùm Bart in d. l. quod*
maior. & Felin. in d cap. cum omnes num 15. *verſ quar-*
tò fauore litium. & Franc. Marc. d deciſ 489. *num.* 19.
Gratian. diſcept. forenſ d cap. 721. *num.* 13. Sed quòd ad
renunciandum liti non ſufficiat maior pars, & vno ex vni-
uerſitate diſſentiente, renunciatio nõ valeat, fuit reſolutum
in *Meten adminiſtrationis Epiſcopatus* 27. *Nouemb.* 1617.
coram bon. mem, Remboldo & in Eluen. diſtributionum 1.
Iunij 1618 *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio*; &
pari modo ſi fuerit ſtatutum contra priuilegium, ſeu exé-
ptionem, tunc etiam vnus ſolus poteſt contradicere, &
actum impedire *Cocbier. de iuriſd. ord. in exempt. part.* 3.
quaſt. 26. *& alios refert Aug. Barboſ in Coll. ad d cap. cum*
omnes, num. 5. *de conſtit.*
Inſuper maior pars poteſt præiudicare minori in re cõ-
26 muni vt ſingulis, quando ſicit ex auctoritate Superioris.
cap fin de his, qua fiunt à maior. part Capit vbi Io. Andr.
& ceteri. & ſequitur Franc. Marcb d. deciſ 489. *num.* 18.
qui loquitur in impoſitione Collectarum de conſenſu ma-
ioris partis; alias ampliationes, & limitationes habes apud
Felin in d cap cum omnes, de conſtit.
Notandum tamen eſt, quòd in obtinendo locum in Col-
27 legio Mediolanen. ſufficiunt vota paria, *vt not. Alciat. con-*
ſil. 725. *num.* 1 *ad fin Cephal conſ* 237 *num.* 26. *volum* 2.
Carpan ad ſtat. Mediol cap 414. *ſub litera C. verſ tamen*
in potente ſe admitti, vbi extenditur, quòd etiam ſi contra-
ria ballottatio excedat vna pila, ea quæ minor eſt vna pi-
la fauorabilis pro ingreſſu ſit attendenda poſt *Menocb. d.*
conſ 97. *num* 26. *&* 27.
Maior, vel minor pars creditorum dicitur habito reſpe-
28 ctu ad quantitatem crediti, non perſonarum. *l. fin. C. qui*
bon ced. poſſ l. maiorem, ff de pact. Afflict deciſ 288. *Surd.*
conſ 65. *num.* 24. & in vſu paſcuorum, & ſimilibus maior
29 pars non intelligitur reſpectu perſonarum, ſed animalium,
& bonorum, *Surd. d conſ* 65. *eodem num.* 24.
Et quò ad vota requiſita in receptione Nouitij maior
30 pars dicitur, non ſolùm quæ eſt maioris numeri, ſed etiam
quæ eſt ſanioris iudicij, *Dec. in d. cap cum omnes, in* 2. *lect.*
col. pen. verſ vlt. not. de conſt. Menocb. conſ 96. *n.* 12. *&* 16.
Quando autem dicatur fieri ab omnibus, ſiue concordi-
21 ter, quamuis fiat à maiori parte, *Alexand. conſil* 124. *lib.*
2 *Gratian diſcept forenſ* 721. *num.* 19. *& latè deciſ Mar-*
chia 183 *Surd conſil* 65. *num.* 3.
B Vniuerſitas eſt vocanda pro negocijs ad illam ſpectanti-
bus, *Dec. conſil* 437. *num.* 3. *Felin. in d. cap. cum omnes,*
num 14. *Oſaſcb. deciſ* 39. *num.* 3. Sed ſi Vniuerſitate, ſiue
22 Capitulo legitimè conuocato, non congregentur omnes,
tenet id. quod geritur à congregatis, etiam ſi eſſent in mi-
nori numero duarum ex tribus partibus, *gloſ in verb. dua*
partes, in l nulli ff quod cuiuſque vniuerſ nom. Abb in d c cum
omnes. num 13. *de conſtit. Natt. conſ* 168 *num* 7. *Rota in Pa-*
duana ſedilis 18 *Aprilis* 1617. *corã bon. mem Card. Sacrato.*
Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana vineæ.

Mercurij 24. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Executiuè contra tertium poſſeſſorem procedi
non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Locatio cum perceptione fructuum probat poſſeſſionem.*
2 *Exequutiuè procedi non poteſt contra tertium, ſed agi de-*
bet via ordinaria, etiam ſi pro ſuo intereſſe ſe oppoſue-
rit, num. 12.
3 *Pignoris iure detinens, non poteſt impedire exequutionem,*
& ſubhaſtationem.
4 *Domicilium, & poſſeſſio transfertur ex aſſignatione rei ſa-*
cta alicui pro ſuo credito.
5 *Poſſeſſionis cauſa poteſt, & praſumitur mutata, etiam ſi*
quis ab initio verè non poſſediſſet.
6 *Poſſeſſio transfertur ex contractu nullo, niſi adſit defectus*
conſenſus.
7 *Executiuè procedi non poteſt contra eum, qui proteſtatur,*
ſe non iure pignoris, ſed tanquam tertium poſſidere.
8 *Poſſeſſio ſtare poteſt apud plures diuerſis tamen reſpectibus.*
9 *Statuti forma non ſeruata, ſubhaſtatio eſt nulla.*
10 *Deliberationis decretum in Vrbe, & praſertim coram A.*
C. fieri debet, niſi intra menſem.
11 *Decretum per ſubſequens circumducitur.*

DECISIO DLXXIV.

SENTENTIA extra Rotam lata
inter cetera declarans, ſubhaſtationẽ
vineæ, de qua agitur, ad inſtantiam Fe-
nicis factam nullam, notoriè que iniu-
ſtam, & reuocandã viſa, fuit Dominis
in hac parte, ſuper qua hodie ſtrictè
dubitaui, eſſe iuſta. Nullitas enim
dictæ ſubhaſtationis in primis clara viſa fuit, ex quo
cum iſta vinea tunc poſſideretur per Virginiam, vt pa-
tet ex aſſignatione illius ſibi pro ſua dote, ac iuribus
dotalibus facta de anno 1596. à q. Blaſio eius marito,
& ex locatione eiuſdem vineæ, vt dicitur, ad pome-
dium facta D. Franciſco Zeccadoro de anno 1597. vnà
cum receptione penſionum exactarum ab eodem con-
ductore, vt conſtat ex quietantia dictæ Virginiæ ſub
die 4. Martij 1598. ad fauorem dicti Zeccadori per pu-
blicum inſtrumẽtum confectum ſimul cum renouatione
cuiuſdam locationis, *vt in ſummario dicta Virginia num.*
12. & ex alia ſimili quietantia facta 27. Auguſti 1599.
1 Vndè probatur eius poſſeſſio, *cap. cum veniſſem, vbi gloſ.*
& Doct. de reſt. ſpol. gloſ in l. qui vniuerſas, §. per colo-
num in verbo colonum, ff de acq. poſſ. Gabr. de loc. concluſ.
4. *num.* 2 *& fuit dictum in Romana domus* 11. *Decem-*
bris 1613. *coram R. P. D. Dunozetto, & in Albanen.*
confinium 22. *Iunij* 1620 *coram R. P. D. meo Pirouano,*
& ſæpiſſimè in alijs. Ideo contra eandem Virginiam
2 non potuit agi executiuè, prout factum fuit, ſed ordi-
nariè procedendum erat, *vt ex doctr. Bald. in l.* 1. *num.*
6. *verſ. ſecus ſi agitur, C. comm. deleg. & Iaſ. in l. qua-*
dam §. 1. *num.* 7. *verſ. hinc eſt, ff. de eden.* in ſpecie exe-
cutionis obligationis Cameralis deciſum fuit *in Roma-*
na computorum 18. *Maij* 1598. *coram Illuſtriſſimo Car-*
dinali Millino, & in alijs pluribus relatis, & impreſſ.
per Modern. ad Galleſ. de oblig. Camer. in quaſt. 5. *num.*
36.

Digitized by Google

A 36. A, de quo etiam pro parte eiuſdē Virginiæ expreſſe
proteſtatum fuit ſub die 2. Septembris 1603. *vt in dicto*
ſummario num. 5. Imò ſub die 20. Iunij præcedentis ad
ipſius inſtantiam fuit in actis productum folium, in quo
vltra ſimilem proteſtationem fuit etiam allegatum, con-
ſtare de dicta eius poſſeſſione per inſtrumentum loca-
tionis in actis productum per dictum Zeccadorum; de
qua pariter poſſeſſione doctum fuit per ſupradictum in-
ſtrumentum qoietantiæ 27. Augusti 1599. confectum
in eiſdem actis exhibitū pro parte dictæ Virginiæ *ſub die*
4. *dicti menſis Septembris* 1603. Non obſtat, quòd Virgi-
nia inſiſteret dictæ vineæ tantùm iure pignoris, & pro-
3 pterea impedire non poſſet exequutionem, & ſubhaſta-
tionem, *ad not. in l. à diuo Pio, ſ. quòd res pignorata ſit,*
& ibi Doct. legentes illud ſub §. ſed & illud, ff. de re iudic.
vbi præcipuè Cuman. Alex. conſ. 5. *num.* 3. *in fin. verſic.*
nam primò lib. 1. *Rot. in Romana de Cardellis* 6. *Maij*
1609. *coram R. P. D meo Caualerio.* Nam imò ipſa eam
4 poſſidebat tanquam ſuam vigore dictæ aſſignationis ſibi
à marito viuente factę, per quā in illam tranſlata fuerunt
dominium, & poſſeſſio, *Bart. in l. ſi conſtante, num.*
43. *verſ. modò iſtud verbum aſſignare, & num.* 98. *verſ.*
contrarium dico, ff. ſolut. matrim. Et quatenus etiam
5 tunc verè non poſſediſſet: poſt mortem tamen eiuſdem
mariti potuit, & præſumitur ſibi mutaſſe cauſam poſ-
ſeſſionis, *Rot. deciſ.* 324. *part.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 557.
num. 2. *part.* 1. *in recent.* Vndè ceſſant ea quoque, quæ
dicebantur de nullitate dictæ aſſignationis; vltra quòd
6 etiam ex contractu nullo, præterquàm ex defectu con-
ſenſus, transfertur poſſeſſio, *l.* 1. *§. ſi vir vxori, ff. de*
acq. poſſ. Ruin. conſ. 137. *num.* 11. *lib.* 1. *& fuit dictum*
in Romana ſpolij 16. *Iunij* 1619. *coram R. P. D. meo Ve-*
roſpio, & in Ferrarien. bonorum 13. *Maij* 1619. *coram*
R. P. D. meo Caualerio. Propterea *text. in d. ſ. quòd ſi*
res pignorata ſit, cum ibi not. procedit, quando tertius,
7 contra quem fit executio, confitetur, proprietatem,
ſeu poſſeſſionem ſpectare ad debitorem, & ſolùm dicit,
rem ſibi fuiſſe priùs obligatam: ſecus ſi negaret, vt ibi
inter ceteros declarat *Alex. num.* 4. *verſ. ſecunda limi-*
tatio eſt. Hic verò non ſolùm id faſſa fuit, ſed expreſsè
proteſtata fuit, ſe eſſe patronam vineæ, vt dictum eſt.
Non obſtat etiam, quòd de tempore dictæ ſubhaſta-
tionis non ipſa Virginia, ſed dictus Zeccadorus poſſi-
deret iſtam vineam vigore ſententiæ A. C. pro refectio-
ne expenſarum, & melioramentorum per eum præten-
ſorum. Nam præter quam quòd ex nuda huiuſmodi de-
tentione dicti Zeccadori ex dicta cauſa Virginia non
fuit priuata ſua anteriori poſſeſſione, cum duo poſsint
8 eandem rem etiam in ſolidum ex diuerſis cauſis poſſi-
dere, *l. ſi duo, vbi Bart. num.* 4. *ff. vti poſſid. & fuit*
dictum in illa Romana domus, & lauatorij 16. *Ianuarij*
1619 *&* 28. *Iunij præteritis coram me.* Ceſſat omnis dif-
ficultas ex facto, quia ſententia A. C. lata fuit ſub die 28.
Octobris 1603. & ſic poſt dictam ſubhaſtationem, &
deliberationem prorſus completam ſub die 25. Sep-
tembris antecedentis, qua die Paſius vltimus oblator,
cui deliberatio facta fuit, poſſeſſionem apprehendit.
Secunda nullitas reſultabat ex omiſsione formæ per
9 ſtatut. Vrbis *lib.* 1. *cap.* 194. præſcriptæ *Bald. l. ordo,*
num. 7. *verſic. nota quod ſi ſtatuta, C. de exec. rei iudic.*
Fab. de Mont. de empt. & vend. in quinta par. princ. verſ.
inſuper nota, num. 88. *Rot. deciſ.* 247. *num.* 4. *part.* 4 *di-*
uerſ. Decretum namqoe deliberationis fuit factum cum
termino, niſi infra tres, *prout dicto ſummario num.* 8. con-
tra formam dicti ſtatuti diſponentis, vt fiat, niſi infra
10 menſem, prout etiam reqoiritur de ſtylo Curiæ, de
quo teſtatur *Saluſt. Tiber. in prax. A. C. lib.* 1. *cap.* 43.
num. 2. *& num.* 12. & nititur magna æquitate in fauo-
rem præſertim pauperum debitorum *Rot. in Romana*
ſpolij domus 14. *Ianuarij* 1615. *coram R. P. D. Pamphi-*
lio. Nec aliquid fecit alterum præcedens decretum
ſub die 2. Iunij 1603. per quod Iudex mandauit, delibe-
rari iuxta formam ſtatutorum, *vt in ſummario Zecca-*
dori num. 14. tum quia ab hoc decreto pariter poſtea
repoſitæ fuerunt ſub die 15. Iunij 1603. *vt dicto ſumma-*
rio Virginiæ num. 7. *& in proceſſ. fol.* 509. tùm quia il-
11 lud circunductum fuit per dictum ſubſequutum decre-
tum, niſi infra tres, quemadmodum in ſpecie dixit *Ro-*
ta in præcitata Romana ſpolij coram R. P. D. Pamphilio.
Et ita deciſum fuit, &c.

ANNOTATIO.

A Adde *Seraphin. deciſ.* 891. *num.* 10. *Reuer. D. Coccin. deciſ.*
199. *num.* 2. *Rot. in Rom. domus* 30. *Martij* 1629. *coram*
12 *R. P. D. Vbaldo iuniori,* vbi fuit dictum, executionem fie-
ri non poſſe contra tertium, licet ſe liti oppoſuerit pro
ſuo intereſſe.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Corduben. redecimarum.

Mercurij 24. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Redecima non debetur, niſi conſtet de immemo-
rabili, vel de quadragenaria cum titulo.

SVMMARIVM.

1 *Decima vnica tantùm debetur, & redecima habet iuris*
reſiſtentiam, & num 7.
2 *Redecima non poteſt exigi, niſi probetur immemorabilis, vel*
quadragenaria cum titulo.
3 *Societas dicitur contracta inter dominum terrarum, &*
colonum quò ad fructuum collectionem, quando datur
prædium excolen. ad medietatem, & quilibet tenetur ad
decimas pro ſua parte num. 5.
4 *Conductor eſt dominus fructuum, & locator penſionis in*
contractu locationis.
6 *Mandatum de manutenendo, reſeruato iure in petitorio,*
non poteſt deſeruire pro titulo ad præſcriben.
8 *Decima ſemel ſoluta, tributarius eam denuò ſoluere non*
tenetur.
9 *Decima debetur à tributario ex fructibus, qui peruenerunt*
ad eius manus indecimati.
10 *Decima perſonalis ſi ſoluatur in loco domicilij, non eſt ite-*
rum ſoluenda alibi.

DECISIO DLXXV.

SENTENTIAM Rotalem dixerunt.
Domini confirman. eſſe, cuius iuſtitia
viſa fuit ſatis euidens; ex quo conſtat,
non ſolùm de malo iure Eccleſiæ Cordu-
ben. ſeu Dominorum Epiſcopi, & Ca-
pituli adminiſtratorum decimarum, ſed
de bono iure Monaſterij ſancti Hieronymi conuenti pro
reſtitutione prætenſarum redecimarum; eſt enim
1 clariſsimum, & ſolidiſsimum fundamentum factum per
Rotam in aliis deciſionibus *coram Reuerendiſsimo D.*
meo Decano, hanc redecimam habere manifeſtam iuris
reſiſtentiam, cum vnica tantùm decimam debeatur: vltra
quam ſi Eccleſia aliud prætendat à laicis, eſt imponere
no-

Digitized by Google

nouam exactionem, quæ improbatur per legem humanam, & Diuinam *ad not. in cap. cum non ſint cap. tua nobis, de decimis in clem.* 1. *eod. titulo, & firmauit latè Rot. in dictis deciſionibus ſub dieb.* 16. *Nouembris* 1607. *&* 27 *Martij* 1615. *impreſſ. in recent.* 672. *par.* 1. *& prius in Toletana redecimarum de Madrid* 19. *Decemb.* 1584 *corã ſancta mem, Clem. VIII*, & in pluribus alijs ibi relatis.
Et quia informantes pro dicta Eccleſia Corduben. fun-
2 dabant ſe in immemorabili, vel ſaltem quadragenaria
cum titolo, & quò ad immemorabilem inſiſtebant ſuper teſtibus examinatis de anno 1596, illam (vt prætenditur) cum requiſitis probantibus. Reſponſum fuit, dictos teſtes non eſſe attenden. quia pars præſupponit, initium litis non fuiſſe de anno 1562. ſed 1567. de quo tempore Capitulũ venit ad cauſam in Rota, & dedit mãdatum procuræ ad lites; cum tamen in præſenti non ſit reuocan. in dubium præſuppoſitum initium litis de dicto anno 1562. iam firmatum per duas reſolutiones *coram Cardinali Seraphino* 17. *Iunij* 1602. *quæ eſt impreſſa* 1400. *& coram me ſub die* 9. *Nouembris* 1619. ſed ſupponen. & conſequenter Eccleſiam, & Capitulum eſſe in probatia quò ad immemorabilem, cum vltra dictum initium litis nihil de nouo pro eorum parte deductum fuerit. Minùs dixerunt Domini ſuffragari quadragenariam, tanquam non probatam cum titulo; nam prætenſa ſententia nunc exhibita Cardinalis SS. Coſmæ, & Damiani lata de anno 1250. & confirmata per fel. rec. Innoc. IV. inter Capitulum, & Ciuitatem, quatenus ſit in forma proban. & legitimè extracta, de quo ex aduerſo opponitur, nihil probat quò ad redecimam: verba enim prædictæ ſententiæ talia ſunt. (De poſſeſsionibus arrendatis, arrendans de parte fructuum, ſeu penſionis, quam percipit, & is, cui fit arrendatio de parte, quæ ipſum cõtingit, decimam ſine diminutione perſoluat;) & ſic dicta ſententia loquitur, quando terræ ſunt datæ colonis, ſeu agricolis, & laboratoribus ad laboran. & excolen. ad medietatem, ſeu aliam quotam fructuum, qui inter dominum, & colonum diuiduntur per quotas, ſeù quantitates, & ſic quando inter dominum terra-
3 rum, & colonum eſt inita quædam ſocietas ad fru-
ctuum collectionẽ, de qua *in l. cum duobus* §. *ſi in coeunda vbi Albric. num.* 1. *et alij, ff. pro ſoc.* quod colligitur, dum per illa verba, *de parte, quæ ipſum contingit*, præſupponit diuiſionem fructuum, ſeu penſionis eſſe facien.
4 inter arrendantem, & arrendatarium; cum alias om-
nes fructus eſſent conductoria, & ſola penſio locatoris, *l. ſi apes in fin. ff. de furt. Angel. Aret. conſ.* 23. *num.* 14 *et latè in his terminis per Moder. de decimis quæſt.* 4 *cap.* 6. *num.* 39. *et* 40. & ſic nihil innouauit contra diſpoſitionem iuris, ordinantis, decimas à quolibet pro
5 ſua parte ſolui, cum idem cautum reperiatur *in cap. no-*
bis num. 4, *cap. tua nobis* 26. *vbi Butr. Abb. et alij, de decimis*, ſed potiùs ſe cum iure communi voluit conformare, vt pluries in claris verbis, tàm præcedentibus, quàm ſequentibus expreſsit, ibi, (in ſoluẽdis decimis forma iuris ſeruetur), & ibi (de omnibus bladis vino, oleo, & alijs, quæ de iure Canonico continentur; decima perſoluatur), & inferiùs, *ſoluat decimas Eccleſijs, quibus de iure debentur*, ex quibus ſatis colligitur, d. Cardinalẽ noluiſſe ſolui redecimam iuri communi omnino contrariam, ex latè adductis in dictis deciſionibus coram Illuſtriſsimo D. meo Decano, & conſequenter prædicta ſententia pro titulo deſeruire non poteſt. Nec ſunt attenden. quæ de obſeruantia, ceſſante titulo, & immemorabili dicuntur. Executoriales per Rotam relaxatæ pro Epiſcopo, & Capitulo contra Præceptorem domorum Militiæ de Calatraua *in ſummario num.* 7. vltra quòd ſunt inter alias perſonas, habẽt in ventre reſponſionem: cum loquantur de merò poſſeſſorio, & mandato de manutenendo, reſeruato iure agendi in petitorio, in
6 quo propterea cum dictus titulus ius non tribuat,
etiam quòd eſſet validus, non poteſt deſeruire ad effectum præſcriben. *cap. ſi diligenti, vbi gloſ. in fin. de præſcrip. cap.* 1, *eod tit. in* 6. & fuit dictum de ſententia Regis Ioannis 18. *Maij* 1618. *coram Reuerendiſsimo D. meo Decano*.
Ex quibus, & alijs in prædictis deciſionibus comprobatis ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A In iure non reperitur cautum, quod ſecunda decima debeat
7 ſolui; diciturque nouum genus exactionis, quod eſt à iure
prohibitum *cap.* 2. *& ibi not. omnes, præcipuè Butr. & Abb. nu.* 1. *de decim.* quia vna, & eadẽ res non debet bis decimari *gloſ in cap. paſtor verb. deducendus in fin. & ibi Butr. num.* 19. *de decim. Innoc in cap. à nobis ad fin. verſ in primo enim caſu eod. tit.* 10. *And in cap cum ſint, col. fin. verſ ergo ex quo, eod. tit. Lap alleg.* 135. *col.* 2. *verſ primo eſt, & ſub num.* 6. *Alex in addit. ad Bart. in l. interdum, ff. quoties in vlt. add. ff. de publ Soccin conſ.* 302. *num.* 3. *lib.* 2. *Vitalis in clem.* 1 *num.* 25. *de decim. Gigas de penſ. quæſt.* 39. *num* 4. *Seraph. deciſ* 1047. *num.* 9.
Et quòd, de eadem re ſolui duplicem decimam, ſit contra mentem iuris diuini, & humani. *Abb in cap. cum ſint num* 6. *in fin ante verſ. in gloſ. tertia de decim.*
Vndè ſi ſemel fructus fuerint decimati, tributarius poſtea
8 non tenetur ad decimas: licèt ſecus, ſi tributa ad eum
9 perueniant Indecimata, *cap. cum non ſint. & ibi Innoc.*
num 1 *Oſtien. in* §. *cum autem, circa med verſ hoc notandum, Ioann. Andr in verb decimarum, Anchar num.* 4. *Cardin. num.* 2 *verſ. & ex hoc, & Butr. num.* 5. *in fin de decim.*
Et pari ratione ſi decima perſonalis ſoluatur in loco do-
10 micilij, non eſt iterum ſoluenda alibi ex ſupra allegatis.
Ioannes Franciſcus Parentillius.

Ianuen. reintegrationis.

Veneris 26. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Profeſſus Religionem Incapacem bonorum in communi, ſi auctoritate Apoſtolica transferatur ad Religionem capacem, non reintegratur ad bona amiſſa per profeſſionem in Religione incapaci, & ab alijs medio tempore acquiſita.

SVMMARIVM.

1 *Religionem bonorum in communi incapacem ingrediens amittit bona ante profeſſionem ad ipſum ſpectantia, quæ deferuntur venientibus ab inteſtato, ac ſi naturaliter mortuus eſſet.*
2 *Translatus auctoritate Apoſtolica à Religione incapaci ad capacem non recuperat bona, quæ ante profeſſionem obtinebat; maximè quando non conſtat de voluntate Papæ id concedendi. num.* 4.
3 *Diſpenſatio Apoſtolica non retrotrahitur in tertij præiudicium.*
5 *Princeps nunquam cenſetur voluiſſe tertio præiudicium inferre.*

6 *Regula de iure quaſ. non tollen. expreſſam, & indiuiduam derogationem requirit.*

7 *Subreptitia eſt gratia, ob non expreſſionem eorum, quæ ſi Princeps ſciuiſſet, vel non conceſſiſſet, vel difficilius conceſſiſſet.*

8 *Inferior non poteſt cognoſcere de geſtis per Superiorem.*

9 *Inferior nequit iuris communis diſpoſitioni derogare.*

10 *Regulæ de iure quæſito non tollen. non derogatur ſufficienter per clauſulas generales, quamuis adſit clauſula,* quorum tenores.

11 *Intellige de quæſito certo, & radicato, non autem de iure euentuali, quod tollitur in conſequentiam: & de iure valido, non de inualido. num. 12.*

12 *Derogatio regulæ de iure quaſ. non tollen. non eſt neceſſaria in gratia ſui natura præiudiciali, etiam ſi non fuerit facta mentio perſonarum, quibus ius, vel de iure, vel ex priuilegio competit num. 14. etiam ſi tale ius Papa ignoraret. num. 15.*

16 *Regulæ de iure quæſito non tollen. non eſt derogandũ expreſſè, quando gratia, eſt præiudicialis ex ſui natura: ſecus ſi fieret præiudicialis ex narratis ab impetrante, quia tunc non ſufficeret ſcientia Papæ concedentis circa præiudicium iuris tertij, ſed requireretur ſimul expreſſa derogatio d. regulæ.*

17 *Regula de iure quæſito non tollen. non eſt derogan. in gratia, quæ conceditur ad publicam vtilitatem.*

DECISIO DLXXVI.

1 FVIT per Dominos vnanimiter reſolutum, Fratrem Petrum Baptiſtam non fuiſſe reintegratum ad bona, quæ habebat ante profeſsionem per eum emiſſam in Religione Capuccinorum. Certum eſt enim, quòd per ingreſſum Religionis, tàm in cõmuni, quàm in particulari incapacis, prout eſt iſta, *ad Clem. exiui, §. cupientes, de verb. ſignif. & diſpoſitionem Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 2 & 3. de refor.* illa amiſit, & venientibus ab inteſtato fuiſſe delata, ac ſi naturaliter mortuus eſſet, *Bart. in tract. minor. lib. 4. diſt. 2. cap. 2. num. 6. & diſt. 3. cap. 1. num. 8. Bald. in auth. ingreſſi, num. 63. C. de ſacroſan. eccleſ. et not. Doct. in cap. in præſentia,* vbi præcipuè *Felin. num. 50. verſ. 7 quæro, & Bero. num. 539. verſ. alij magis communiter, de prob.* & licèt deinde fuerit auto-
2 ritate Apoſtolica translatus ad Ordinem Fratrum Cappellanorum S. Io. Religionis Hieroſolymitanæ capacis; tamen, nec ipſe, nec dicta Religio ex eius perſona prædicta bona poteſt recuperare, *Bart. d. diſt. 3 cap. 2. Bal. in d. auth. ingreſſi, num. 64. in fin. Feder. de Sen. conſ. 26. num. 1. & 3. cum ſeq. Felin. in cap. inter quatuor, num. 4. circa fin. verſ. & ait Bartolus, de maior. & obed. & in d. cap. in præſentia, num. 50. verſ. & adde,* & ibi *Bero num. 550. Caſtr. in l. gallus, §. & quid ſi tantum, num. 20. Iaſ. num. 71. verſ. ad idem facit, ff. de liber. & poſth. Natt. conſ. 180. num. 4. Carol. Tap. in d. auth. ingreſſi cap. 6. num. 34. & Summiſta in verb. Religio, vt per Roſell. in fin. Ang. num. 35. in fin. verſ. 4. ſi religio, Siluestr. num. 10. circa med.* quia cum fuerint per conſanguineos apprehenſa, imò, (vt in hoc caſu)
3 etiam alienata, res non eſt ampliùs integra, & diſpenſatio Apoſtolica non trahitur retrò in tertij præiudicium *Bald.* vbi ſup. *Feder. de Sen. d. conſ. 26. num. 3 Felin. d. cap. inter quatuor, num. 4. & Bero. d. cap. in præſentia,*
4 *num. 550. verſ. mihi videtur.* Præſertim, quia non conſtat de voluntate Papæ, quòd voluerit ipſum reintegrare ad bona hæredibus, & alijs, qui ab illis emerunt, quæſita; cum nec dictus Fr. Petrus Baptiſta petierit, nec Papa tàm in primo Breui diſpenſationis, quàm in alijs, perinde valere, conceſſerit expreſsè aliquam facultatem quò ad bona, ſed tantùm tranſlationem perſonæ de Religione Capuccinorum ad d. Ordinem Hieroſolymitanum, in literis expreſſam; vt in ſimili *Rota in Romana nullitatis cenſus 5. Maij 1597. coram Cor-*
5 *duba impreſſ. per Moder. Peruſ. de cenſ. deciſ. 124.* & ſuccedunt tritiſsimæ iuris concluſiones excluſiuæ voluntatis Principis in tertij præiudicium, *l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. public. cap. ſuper de offic. deleg. cap. quamuis in fin,* vbi etiam *Gemin. num. 3. de reſcr. in 6.* & in his terminis *Nauar. conſ. 14. num. 8. de vot. Emanuel Rodriq. q. regul. tom. 3. quæſt. 52. art. 27. col. 2. in princ. verſ. & hanc opinionem,* quæ ſunt authenticatæ per *reg.*
6 *de iur. quaſ. non toll.* cuius expreſſa, & indiuidua dero-
A gatio eſt neceſſaria, A *Sarn. ſuper dicta reg. quæſt. 15. num 6. in fin. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 10. de verb. ſig. Seraph. deciſ. 1082. num. 7. Rot. deciſ. 253. num. 6. par. 2. in recent.* & fuit ſæpiſsimè dictum. Nec viſa fuit DD. ſuffragari licentia Magni Magiſtri recuperan. bona paterna, & materna quæcunque; tùm quia non fuit narratum d. M. Magiſtro, quòd ipſe fuerat profeſſus Capuccinus, & diſpenſatus per Papam ad tranſeundum ad dictum Ordinem Cappellanorum, cum conditionibus viuendi in Conuentu, & alijs, de quibus in d. Bre-
7 ui; quæ ſi ſciuiſſet, vel dictam licentiam non conceſſiſſet, vel difficiliorem ad illam conceden. reddidiſſent, & ſic ſubreptitia videbatur, *Felin. in cap. ſuper literis, num. 8. de reſcr. Soccin. conſ. 260. num. 2. lib. 2. Corn. conſ. 245. num. 4. lib. 1. Caſſad. deciſ. 12. num. 14. de prob. Rot. deciſ. 418. num. 1. & 506 num. 2 par. 1. & deciſ. 105. & deciſ. 739. vbiq. num. 1. par. 2. in rec.* Tum quia d.
8 Magnus Magiſter vti inferior non poterat concedere hanc facultatem, & derogare voto paupertatis, à quo Papa non videtur voluiſſe diſpenſare, vt ſupra, *cap. inferior, de maior. & obed. clemen. ne Romani, de elect. Dec. in cap. cum acceſſiſſent, num. 44. de conſt. Aym. conſ. 148. num. 3. & 4. & 179. num. 1. in fin.* nec derogare iuris communis diſpoſitioni, illum reintegrando ad bona iam
9 amiſſa, & legitimè quæſita, tàm venientibus ab inteſtato, quàm emptoribus *Auth. iuram. quod præſt. ab ijs, & not. in l. omnes populi, vbi Bal. num. 29. ff de iuſt. & iur. Dec. conſ. 392. num. 9. verſ. non obſtat,* latè *Alex. conſ. 106. num. 2. lib. 2.*

Ex quibus fuit ita deciſum, parte tantùm Ioannis Chriſtophori informante.

ANNOTATIO.

A Regula de iure quæſito non tollen. requirit ſpecificam, & indiuiduam mentionem, nec ſufficiunt clauſulæ generales, *Sarnen in procem. regul quæſt. 6. in fin. & ſuper d. reg. quæſt. 19. Put. deciſ 157. lib. 2 in nou. Verall. deciſ. 30. part 3.* Adeo quòd nec ſufficiat derogatio regulæ in gene-
10 re, quamuis adiecta ſit clauſula, *Quorum tenores,* Rota *in Bononien. vſusfructus 23. Maij 1625. coram Reuerendiſſimo D. Cocino Decano,* vbi, quòd ita fuerit reſolutum *in Oſcen indulti 10. Decembris 1599. coram bon mem. Cardinali Millino.* Intelligitur tamen de iure quæſito certo,
11 & radicato; non autem de iure euentuali, quod tollitur in conſequentiam, & occaſionaliter; in hoc enim non procedit d. regula, *Curt. iun. conſil. 1. num. 20. & ſeq. Sarnen. in d. reg quæſt. 3. Seraphin. deciſ. 1411. num 23. Rot. deciſ 174. num. 8. par. 1. recent cum alijs in Burgen. quindenniorum 11. Ianuarij 1616. coram bon. mem Andrea.*
12 Item intelligitur de iure valido, non autem de inualido, *Cardinal. Caualer. deciſ 280. & 333. vtrobique nu.* 2. & de iure claro, non autem dubio, *Gregor XV. deciſ. 369. num. 9.*

In-

Inſuper hæc expreſſa derogatio regulæ *de iure quæſito*
13 *non tollen.* non requiritur in gratia, quæ ex ſui natura
eſt præiudicialis: vt eſt exemptio à decimis, vel ab Or-
dinario, & ſimilia; quia cum Papa ſciat, gratiam non,
niſi cum magno tertij præiudicio, verificari poſſe, &
nihilominus illam concedit: cenſetur per neceſſarium
antecedens, illi iuri derogare velle, *Dec. conſil* 113. *num.*
17. *verſic. non obſtat*, *Caſſador. deciſ.* 1. *de priuileg.* *Corn.*
conſil. 83. *num.* 16. *verſic. tertiò reſpondetur*, *lib.* 4. *Se-*
raphin. deciſ. 762. *num.* 4. *& deciſ.* 1445. *num.* 7. *Gon-*
zal. ſuper regul. 8. *gloſſ.* 36. *num.* 48. *Rot. deciſ.* 240.
num. 22. *part. prima diuerſ. & deciſ.* 48. *num.* 1. *& per*
tot. & dicta deciſ. 174. *num.* 2. *part.* 1. *recent. in Man-*
tuana penſionis 4. *Decembris* 1626. *coram Reuer. P. D.*
Merlino, *& in Romana dotis de Ballapanibus* 7. *Maij*
1629. *coram R. P. D. Dunozetto iuniori*; quod pro-
cedit, etiam ſi nulla facta ſit mentio perſonarum, qui-
bus præiudicium infertur: ſiuè huiuſmodi perſonis ex iu-
14 re communi, ſiuè ſpeciali ius competat, *Caſſador. di-*
cta deciſ. 1. *de priuileg Rota dicta deciſ* 240. *num.* 21. *&*
22. *part.* 1. *diuerſ & plenè in dicta deciſ.* 48. *num.* 1. *&*
ſequen. part. 1. *recent. & in dicta Mantuana penſionis co-*
ram R. P. D. Merlino; etiam ſi Papa illud ius ignora-
ret: quia faciendo actum de ſui natura præiudicialem,
15 virtualiter declarat, afficere omnes perſonas, ad quas
præiudicium ſpectare poteſt, *Rot. dicta deciſ* 240. *num.*
22. *part.* 1. *diuerſ & in d. Mantuana penſionis coram*
R P D. Merlino.

Requiritur tamen, quòd gratia ſit præiudicialis ex ſui
16 natura, ad hoc vt non ſit expreſsè derogandum regu-
læ *de iur. quæſit. non tollen.* quia ſi fieret præiudicialis ex
narratis ab impetrante, non ſufficeret ſcientia Papæ
concedentis circa præiudicium iuris tertij, ſed require-
retur ſimul expreſſa derogatio regulæ prædictæ; vt diſtin-
guendo tradit *Rota d. deciſ.* 174. *num.* 3. *&* 4. *par.* 1. *recent.*
& in dicta Bononien vſuſfructus 27. *Maij* 1625. *coram*
Reuerendiſſimo D. Decano, in qua plures aliæ deciſiones
ſunt relatæ.

Non eſt item neceſſaria derogatio d. regulæ in gratia,
17 quæ conceditur ad publicam vtilitatem, *Seraphin. dicta*
deciſ 762. *num. vlt Rot diuerſ. deciſ.* 759 *num.* 1. *par.* 1.
& d. deciſ. 174. *num.* 7. *par.* 1. *recentior.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Florentina deuolutionis.

Lunæ 29. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Sententiæ dicuntur conformes in minori ſumma, licèt diuerſas quantitates contineant.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,* parito, *tribuit conditionalem iuriſdictionem, ita vt geſta ante paritionem nulla ſint.*
2 *Sententia maiorem ſummam continens dicitur confor-mis alteri ſententiæ antecedēti in minori ſumma, quam continet.*
3 *Fructus ſolet ex arbitrio Rotæ liquidari in minori ſumma.*

DECISIO DLXXVII.

POST latas in partibus tres ſententias conformes ad fauorem Rectoris S. Donati ſuper deuolutione terrarū, de quibus agitur, ob canonem non ſolutum per Saluium emphyteutam, fuerunt etiam latæ duæ aliæ ſententiæ ſuper liquidatione fructuum perceptorum, ad quorum reſtitutionem dictus Saluius fuit cōdemnatus; & cū ab vltima ſententia fuerit appellatū, & cauſa appellationis commiſſa in Rota cum clauſula, *parito iudicato, quò ad quantitatem arbitrio*: dubitaui, an, & pro qua quantitate ſit paren. & ſic intret arbitrium; & quia dubium videbatur habere duas partes, quò ad primum DD. cenſuerunt vnanimiter, eſſe
paren. propter clauſulam, *parito*, in commiſſione ap-
poſitam, quæ tribuit iuriſdictionem conditionalem, &
1 operatur, vt geſta ante paritionem ſint nulla, *Put. deciſ.*
429. *lib.* 1. cum alijs allegatis in cauſa *Toletana paro-*
chialis de Chineon. die 28. *Nouembris* 1601. *coram Reue-*
rendiſſimo D. Decano, *& fuit ſæpiſſimè reſolutum*. Quò
verò ad quantitatem, quia perceptio fructuum non
controuertitur ex parte DD. de Scarlattis, & de fru-
ctibus recollectis, videlicet frumento, vino, & bladis
deponunt teſtes *dati in ſummario num.* 11. propterea
cum teſtes non probent quantitatem, vel valorem fru-
ctuum, nec videantur percutere annos, de quibus per-
cepti fuerunt: DD. arbitrati ſunt, liquidationem eſſe fa-
ciendā ad rationem ſcutorum annuorum 45. Tum quia
prima ſententia illos in hac quantitate liquidauit, & ſe-
2 cunda, quę liquidat in ſcutis 60. eſt reſpectu ſcutorum
45. conformis, quia in maiori ſumma ineſt minor, *l. ſi*
quis eum totum, ff. de except. rei iud. Affl. deciſ. 362. *Co-*
uar. pract. quæſt. cap. 25. *num.* 6. *verſ* 11. *Surd. conſil.*
A 102. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 1. A, Tùm quia cum mate-
ria iſta ſit arbitraria, Rota ſemper conſueuit liquidare
in minori ſumma, *iux. deciſ. Card. Seraph.* 1399.
Et ita, informan. ſolis Scarlattis, concluſum fuit.

ANNOTATIO.

A Idem fuit dictum *in Interamnen. cenſuum* 18. *Decembris* 1626. *coram R. P. D. Pirouano.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Marſicen. iuriſdictionis.

Lunæ 29. Nouembris 1621.

ARGVMENTVM.

Eccleſiam eſſe in Diœceſi, ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia qualibet cenſetur eſſe in aliqua diœceſi, niſi probetur, quòd habeat territorium ſeparatum.*
2 *Territorij ſeparatio ab aliqua Diœceſi à ſolo Papa fieri poteſt.*
3 *Eccleſia cenſetur adeſſe ſub iuriſdictione Prælati vicinioris, ſi non probatur habere territorium ſeparatum, nec alius Epiſcopus prætendat in ea iuriſdictionem.*
4 *Confeſſio Rectoris in ſupplicationibus, quòd Eccleſia ſit ſub aliqua diœceſi, probat.*
5 *Eccleſia cenſetur adeſſe ſub diœceſi illius Ordinarij, coram*

X *quo*

quo redditur ratio adminiſtrationis eiuſdem Eccleſiæ.
6 *Eccleſiam eſſe in aliqua diœceſi, probatur ex teſtibus id deponentibus, & bonam rationem reddentibus.*
7 *Eccleſiæ collatio facta ab Epiſcopo, & effectuata probat, illam eſſe intra fines diœceſis Epiſcopi conferentis.*
8 *Collatio quando cenſeatur effectuata.*
9 *Collatio, & inſtitutio, ſiuè confirmatio ſunt actus iuriſdictionales, Epiſcopo in beneficijs ſuæ tantùm diœceſis competentes.*
10 *Cathedraticum ſoluitur tantum proprio Diœceſano pro Eccleſijs illius diœceſis.*
11 *Iuriſdictio non poteſt exerceri niſi in ſubditos.*
12 *Iuriſdictionis exercitium arguit, Terram eſſe in diœceſi, & num. 15. Intellige vt num. 16. et ſeq.*
13 *Fines probantur coniecturis, & præſumptionibus.*
14 *Exemptio præſupponit locum eſſe in diœceſi.*
17 *Eccleſiam eſſe in diœceſi, non probatur ex actibus iuriſdictionalibus, qui poſſunt referri ad plures cauſas, ſeu titulos.*
18 *Eccleſiam eſſe in diœceſi, an probetur ex viſitationibus, et num. ſeqq.*
19 *Eccleſia, ſeu Terra circumdata ex alijs locis diœceſis præſumitur eſſe in diœceſi, niſi per inferiores Prælatos probaretur, ſe in ea exercuiſſe iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem num. 21.*
20 *Viſitationes, et alij actus iuriſdictionales geſti per Epiſcopum in locis exiſtentibus in ſua diœceſi præſumuntur geſte iure Ordinario, non delegato.*

DECISIO DLXXVIII.

CVM Rota in relationibus cauſarum ſub die 20. menſis præteriti. partibus auditis reſoluerit, vt conſuleretur ſaluti animarum, etiam ex officio per modum prouiſionis, & citra præiudicium quorumcunque earum iurium, & præſertim litis pendentiæ ſuper iuriſdictione Terræ Saponarię, approbationem confeſſariorum debere fieri per D. Epiſcopum; & deinde ſub diebus 25. d. menſis, & 15. præſentis mandauerit proponi dubium, an Terra Saponariæ eſſet in diœc. Marſicen. etiam non obſtante oppoſitione Archipresbyteri denegationis audientiæ Epiſcopo, propter non exhibitionem quorundam proceſſuum, & actorum, iuxta deciſiones coram me factas ſub die 3. Iulij, & 20. Nouembris 1617. ideo parendo mandato Dominorum meorum propoſui dictum dubium, quod ad fauorem dicti Epiſcopi fuit vnanimiter affirmatiuè
1 reſolutum. Primò, quia idem Epiſcopus habet pro ſe generalem præſumptionem, quòd quælibet Eccleſia cenſetur eſſe in aliqua diœceſi, niſi probetur habere territorium ſeparatum, *cap. omnes 16. quæſt. 7. cap cum perſonæ, de priuil in 6. Felin in cap. graue, num. 2. verſ. imo videtur, de offic. ordin. & fuit dictum in Calagurritana iuriſdictionis 26. Iunij 1604. coram bon. mem. Penia, & 16. Iunij 1606. coram Reuerendiſſ. D. Attrebaten. & in Fanen. iuriſdictionis 18. Maij 1609. coram bon. mem.*
2 *Iuſto*. Vnde cum non probetur talis ſeparatio, quæ fieri non poteſt, niſi à Papa, *cap. cum contingat vbi Butr. num. 11. verſ. de conſuetudine, Abb num. 18. Bellam. num. 15. verſ. tamen certum eſt de for. competen. Rot. deciſ. 324 num. 2 par. 1. recent.* nec alius Epiſcopus in
3 hac iuriſdictione prætendat: ſequitur, adeſſe præſumptionem pro Epiſcopo Marſicen. viciniori, *et in dicta Calagurritana 16. Iunij* 1606. Secundò, exhibentur tres confeſſiones Moderni Archipresbyteri factæ in ſupplicationibus porrectis s. m. Paulo V. *in ſummario num.* 3. vbi præſertim legitur impetratio dictę Eccleſię Archipresbyteralis de anno 1605. tanquam diœc. Marſicen. & per eundem narrantem ſe eſſe de dicta Terra d. diœceſis; prout etiam clariſſimæ ſunt literæ Apoſtolicæ
4 ad eius inſtantiam ſuper alijs beneficijs impetratæ; quæ confeſſiones ſuperant omnes probationes, ex vulg. & in his terminis fuit dictum in *Calagurritana iuriſdictionis 4. Iunij 1603. coram bon. mem. Penia, & in dicta Fanen. iuriſdictionis coram bon. mem. Iuſto*. Tertiò, conuo-
5 catio, & coadunatio plurium presbyterorum Eccleſiarum dictæ Terræ coram Epiſcopo de anno 1582. & illorum confeſſio de ſolito reddendi rationem adminiſtrationis Eccleſiarum eidem Epiſcopo, & in illius defectũ Archipresbytero dictæ Terræ, tanquam ab eo deputato *in ſummario num. 5.* vt in ſimilibus fuit dictum in allegata *Fanen. iuriſdictionis coram Iuſto*. Quartò, duo
6 teſtes *in ſummario num.* 6. explicitè deponentes, d. Terram eſſe in prædicta diœceſi, bonamq. rationem reddentes, Rota *in Taruiſina iuriſdictionis 17. Februarij* 1598 *coram Orano, & in dicta Calagurritana 4. Iunij* 1603. *& 26. Iunij* 1604. Quintò, collatio Archipresbyteratus
7 facta per Epiſcopum Ectori Giliberto de anno 1566. cuius effectuatio probatur ex eo, quòd per illius obitum fuit alius per Capitulum electus, ſalua confirmatione
8 Epiſcopi, dicto *ſummario num. 13. iux. conſ. Oldrad. 229. toties à Rota canonizatum, vt in deciſ. 360. num. 7. in fin. par. 2. recent. & in alijs paſſim*, & prædicta facultas approbandi electionem factam à Capitulo de Archipresbytero fuit etiam Epiſcopo reſeruata in ſententia Pariſij lata ſuper iuriſdictione inter Epiſcopum, & Archipresbyterum de anno 1578. *dicto ſummario num.* 13. in voto Orani *num.* 12. & in concordia inita inter eoſdem *num.* 14. dictamque electionem factam de Camillo fuiſſe per dictum Epiſcopum confirmatam, dicitur tàm in dicto voto Orani, quàm in relatione facta Sacræ Congregationi ſuper Epiſcopis ab Archiepiſcopo Salernitano, *d. ſummario num.* 11. Quæ collatio, & confirmationes fieri non potuiſſent niſi dicta Eccleſia, & Terra eſſent de illius diœc. quia conferre, & inſtituere, ſiue
9 confirmare ſunt actus iuriſdictionales Epiſcopo in beneficijs, & Eccleſijs ſuæ tantùm diœceſis competentes *cap. ex frequentibus, vbi Doct. de inſtit. Rocc. de iur patr. verſ competens num. 71. Rot. deciſ 2. de conceſſ. praben. in nouis, & fuit in his terminis dictum in Sabinen. ſeu Reatina Abbatia 4. Decembris 1592. coram bon. mem. Orano.* Sextò, concordia de anno 1592. inter Epiſcopum, & presbyteros dictæ Terræ, & extinctio, imò ceſſio litis facta per eos ſuper ſolutione Cathedratici, ac illius realis ſolutio *in ſummario d. num.* 13. quod non ſolui-
10 tur, niſi proprio Diœceſano, & pro Eccleſijs illius diœc. *cap conquerente, vbi Innoc. Abb. & alij de offic. Ordin. Vitalin in clem. 1. num. 73. de cenſ. Pariſ. conſil. 22. num. 2. lib. 4. Rota in d. Sabinen. ſeu Reatina coram Orano*, & in ſolutione charitatiui ſubſidij, fuit dictum *in præalleg. Calagurritana* 1604. *coram Penia.* Confirmantur prædicta ex dicto voto Orani canonizato in deciſione facta ad fauorem Archipresbyteri, ſuper manutentione, *d. die 16. Ianuarij* 1617. in quo expreſsè dicit, Terram Saponaria eſſe in diœceſ. Marſicen. *et in ſummario num* 12. Adminiculantur etiam ex pluribus actibus iuriſdictionalibus Epiſcopi in Clericos dictæ Terrę ab anno 1537. vſque ad 1584. *d. ſummario num.* 2. & licèt in dicta deciſione 16. Iunij dictum fuerit, iura ad dictos actus probãdos exhibita non eſſe in forma probanti; negari tamen non poteſt, quin faciant adminiculum, cum ſint plures, & de illis deponant etiam aliqui teſtes examinati pro Archipresbytero *in ſumm. num* 9. iuncta præſertim ſententia Epiſcopi Caputaquen. deputati à Sacra Congregatione Epiſcoporum, per quam Archipre-

Digitized by Google

preſbyter illius temporis, ob vſurpatam iuriſdictio-
nem, fuit ſuſpenſus per annum ab officio, & beneficio:
quæ à d. Congregatione fuit confirmata, & ad ſuppli-
cationem eiuſdem excepta fructuum amiſſione, fuerunt
remiſſæ aliæ pœnæ in dicta ſententia contentæ, *vt in*
11 *d. ſummario num.* 7. & ſic eum iuriſdictio non poſſit
exerceri, niſi in ſubditos, *cap. eum contingat*, *vbi Abb.*
12 *num.* 33. *& alij de for. compet.* infertur, dictam Terram
A eſſe in diœc. iuriſdictionem exercentis A, vt arguit
Calcan. conſ. 34. *num.* 11. *Hær. de Mont. de fin. reg. cap.*
78. *num.* 32. *Rot. in alleg. deciſ. Calaguritana iuriſdictio-
nis* 1604. *coram Penia*. Quæ viſa ſunt DD. exuberare,
13 cum in proban. finibus admittantur coniecturæ, & præ-
ſumptiones, *cap. cum cauſ. il terzo, de probat. vbi Pelin.
num.* 14. *& Dec. num.* 3. *& in conſ.* 42. *num.* 10 *verſic.
hoc tamen*, *Pariſ. conſ.* 104. *num.* 24. *lib.* 1. & in his ter-
minis fuit dictum in repetitis *Calaguritana iuriſdictio-
nis* 1604. *& Panen. iuriſdictionis coram Iuſto*. Non ob-
ſtat, quòd deciſum fuerit, Epiſcopum non debere audiri,
niſi exhibito proceſſu facto coram Pariſio Iudice depu-
tato per tunc temporis Epiſcopum; quia pro parte Ar-
chipreſbyteri ſolùm prætendebatur, ex eo conſtare de
illius exemptione, & quaſi poſſeſſione exercen. iuriſdi-
ctionem in omnibus cauſis etiam priuatiuè quò ad Epi-
ſcopum, vt in dictis deciſionibus, quæ exemptio præ-
14 ſupponit locũ eſſe in diœc. *Abb. in cap. Apoſtolica num.* 3.
verſ. puta tamen, *de donation. Felin. in cap. graue*, *num.*
2. *de offic. ord. Rot. in alleg. Calagur. iuriſdictionis* 16. *Ia-
nuarij*, *& in Conſtantien. iuriſdictionis* 28. *Maij* 1611.
coram Reuerendiſſ. Attrebaten impreſſa deciſ. 324. *part.* 1.
in recent. Sicut non obſtat alia deciſio ex aduerſo data
in Beneuentana decimarum 28. *Iunij* 1595. *coram Penia*;
quia (vt ibi legitur) proceſſus non exhibitus fabricatus
erat ſuper decimis, de quibus principaliter agebatur;
in hoc autem caſu prętenſus proceſſus non fuit fabrica-
tus ſuper finibus Terræ Saponariæ, ſed ſolùm ſuper
exemptione, vt ſupra, quæ ſupponit, locum eſſe in
diœceſi ex prædictis; vltra quòd Rota mandauit, hoc du-
bium proponi etiam ex officio, obſequendo intentioni
Sanctiſſimi.

Et ita deciſum parte D. Epiſcopi tantùm informante, pro-
curatore Archipreſbyteri pluries monito, & citato.

ANNOTATIO.

A Quod ex actibus iuriſdictionalibus ab Epiſcopo in aliqua
15 Eccleſia, vel Terra factis probetur, talem Eccleſiam,
ſeu Terram eſſe intra fines illius diœceſis, fuit etiam dictum
per *Rotam in Adrien iuriſdictionis* 27 *Iunij* 1622. *&* 30.
15 *Ianuarij* 1623. *coram R. P. D. Pirouano*. Neceſſarium
eſt tamen probare, huiuſmodi actus iuriſdictionales eſſe
factos cum ſcientia, & patientia Rectorum Eccleſiæ, ſu-
per qua prætenditur iuriſdictio: aliàs non ſuffragantur, ex
regula generali, quòd ad acquirendam quaſi poſſeſſionem
in iuribus incorporalibus requiritur ſcientia, & patientia
aduerſarij, vt in his terminis reſpondit Rota *in d. Adrien.
ſeu nullius iuriſdictionis* 28 *Maij* 1612. *coram bon. mem.
Vbaldo ſeniori*, *in Aprutina iuriſdictionis die* 19. *Martij*
1607. *coram Illuſtriſſ. D. Cardinali Pamphilio iuniori*, *&
in eadem cauſa die* 10. *Martij* 1624 *coram bon. mem. Du-
nozetto ſeniori*. Verùm quòd hoc caſu non ſit neceſſaria
in Epiſcopo probatio ſcientiæ, & patientiæ aduerſarii,
fuit dictum in allegata *Adrien. iuriſdictionis die* 27. *Iunij*
1622. *coram R. P. D. Pirouano*, ea ratione, quia Epiſco-
pus in locis exiſtentibus intra fines ſuæ diœceſis habet iu-
ris aſſiſtentiam; & in habente iuris aſſiſtentiam non eſt ne-
ceſſaria ſcientia patientis, dum non agit de acquirenda,
ſed de continuanda poſſeſſione, *Rip. in cap. cum Eccleſia*
Sutrina num 74. *verſ. facit autem*, *de cauſ. poſſeſſ. & pro-
17 priet.* Item actus iuriſdictionales ad hoc, vt probent, Ec-
cleſiã eſſe in diœceſi, debent eſſe certi: quia ſi poſſent refer-
ri ad plures cauſas, ſeu titulos, non eliceretur ex eis ve-
ra probatio, ſed æquiuoca, quæ non ſufficeret, ex allegat.
per *Surd. conſ.* 168. *num.* 33. *verſ. reſpondeo quoque*, *&
18 num. ſeq.* & ideo licèt actus viſitationum ſint iuriſdictio-
nales; tamen cum poſſint ab Epiſcopo fieri iure delegato,
tanquam ab Epiſcopo viciniori, qui vigore Concil. Trident.
ſeſſ. 24. *cap.* 9. *de reformat.* poteſt viſitare Eccleſias, etiam
quæ ſunt nullius: non ſuffragantur, niſi viſitationes pro-
bentur factæ, vel ante Concilium, vel ſi poſtea, doceatur
fuiſſe factas iure ordinario, vt dixit *Rota in dicta Apruti-
na iuriſdictionis* 19 *Iunij* 1606. *et* 30. *Martij* 1607. *coram
Illuſtriſſimo D. Cardinali Pamphilio iuniori*, *quæ poſte-
rior eſt impreſſ. per Marcheſ. de commiſſ. part.* 1. *pag.* 980.
num. 4. *in dicta Adrien. ſeu nullius iuriſdictionis* 28. *Maij*
1612. *et* 18. *Martij* 1618. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori*,
& in dicta Nullius, ſeu Aprutina iuriſdictionis 10. *Martij*
1624. *coram bon. mem. Dunozetto ſeniori*. Hoc tamen
non procedit, quando conſtat, Eccleſiam, ſeu Terram ex
alijs locis eiuſdem diœceſis circundari, tunc enim præſumi-
19 tur eſſe in diœceſi ad tradita per *Aym. conſil.* 54. *num.* 9.
Dec. conſil. 146 *num.* 14. *Rot. in his terminis in Theatina
iuriſdictionis Sancti Ioannis in Venere* 4. *Martij* 1612. *co-
ram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano* & ideo ob aſſiſten-
tiam iuris, quam habet Epiſcopus exercendi iuriſdictio-
20 nem in omnibus terris intra diœceſim, viſitationes, &
alij actus iuriſdictionales præſumuntur per eum geſti iure
Ordinariæ facultatis, non delegatæ, vt reſpondit Rota in
dicta Adrien. iuriſdictionis 30. *Ianuarij* 1623. *coram R. P.
21 D. Pirouano*. Niſi per inferiores Prælatos probaretur,
ſe exercuiſſe iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in tali Ec-
cleſia, vel Terra; tunc enim non attenderetur coniectura
prædicta circundationis, ſed Eccleſia, vel Terra cenſere-
tur eſſe nullius, etiam ſi eſſet circumdata limitibus diœce-
ſis, vt per *Gloſſ. in clem.* 1. *§ volumus*, *in verb. diœceſa-
nus*, *de foro competen. fuit dictum in Calaguritana ſeu nul-
lius iuriſdictionis* 7. *Februarij* 1607 *coram Ortembergo*, *&
in Nullius, ſeu Squillacen. iuriſdictionis* 4. *Martij*. 1616.
coram Andrea.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Tudertina cenſuum.

Veneris 3. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Legatum ſcutorum mille factum ad fauorem
impoſitoris cenſus, ſoluendum, & defalcan-
dum ex credito ipſius cenſus, intelligitur de
fructibus, non autem de pretio, & vera ſor-
te; etiam ſi fructus de eo tempore non aſcen-
derent ad ſummam legatam.

SVMMARIVM.

1 *Cenſum emens non dicitur illius creditor, ſed dominus cen-
ſus, & creditor fructuum decurſorum: ſicut imponens
dicitur debitor fructuum, & non cenſus.*

2 *Creditor non dicitur, qui perpetua exceptione repelli po-
teſt.*

3 *Debitor non dicitur ille, à quo pecunia exigi non poteſt.*

4 *Cenſus emptor poteſt agere ſolùm ad fructus, non autem
ad*

ad ſortis reſtitutionem, & num. 12.
5 *Loquēdi vſus ad hoc, vt verba poſſint impropriari, debet probari in loco, & de tempore celebrationis instrumenti.*
6 *A verborum proprietate non eſt recedendum, donec probetur loquendi communis vſus.*
7 *Legatum, ſi iuxta teſtamentum ſolui, & deſalcari debeat ex credito, quod defunctus habebat cum legatario, poſitum eſt in voluntate hæredis, ſi illud velit compenſare.*
8 *Cenſus venit nomine ſtabilium, & propterea prohibita ſtabilium alienatione, dicitur etiam prohibita cenſus alienatio, declara vt num. 15.*
9 *Legatum liberationis factum debitoribus, intelligitur de puris, non autem in diem.*
10 *Teſtator præſumitur, voluiſſe grauare hæredem quò minus fieri potuit.*
11 *Piæ cauſæ ad fauorem in dubio pronunciandum eſt.*
12 *Creditor dicitur is, cui ex quacunque actione, vel cauſa debetur.*
13 *Legatum debetur de fructibus, non de ſorte principali cenſus, etiam ſi fructus fuiſſent compenſati cum alio debito, ſi tamen teſtator opinari potuit, quòd compenſatio fuerit facta cum alio credito.*
14 *Legatum ſolui debet de fructibus, non de ſorte principali cenſus, etiam ſi fructus de tempore teſtamenti non ſint ſufficientes, cum teſtator potuerit reſpectum habere ad maturandos.*

DECISIO DLXXX.

FRANCISCVS emit à Balduccio de anno 1595. & 1598. duos cenſus annui redditus in totum ſcutorum 82. & B. 86. veræ ſortis ſcut. 1004. & de anno 1608. & in teſtamento, ſub quo deceſſit, reliquit Petro Franciſco filio, & hæredi d. Balducci ſcut. mille ſoluenda, & deſalcanda ex creditis cenſuum debitorum per d. Petrum Franciſcum ipſi teſtatori; hæredem verò inſtituit Ven. Confraternitatem Sanctiſſimæ Annuntiatæ de Tuderto, cum prohibitione alienationis, &c. poſt cuius teſtatoris obitum d. Petrus Franciſcus per ſentētiam A. C. fuit à vera ſorte, & proprietate dictorum cenſuum abſolutus, & cauſa introducta in Rota fuit coram me dubitatum de iuſtitia dictæ ſentētiæ, & illam infirmandam eſſe reſolutum. Cum enim dictus Petrus Franciſcus eſſet debitor teſtatoris fructuum dictorum cenſuum decurſorum, & non ſolutorum, ſummam legatam ferè adæquantium, dixerunt DD. illa verba legati (ſoluen. & deſalcan. ex creditis cēſuū debitorum) nō poſſe intelligi de pretio, & vera ſorte;
1 quia emens cenſum non dicitur illius creditor, ſed dominus cenſus, & creditor fructuum decurſorum: ſicut illum imponens dicitur debitor fructuum, & non cenſus *Gabr. conſ. 191. num. 8. l. 2. Surd. deciſ. 204. num. 9. & in ſimili Gozad in l. 2. num. 118. verſ. 1. concluſio C. de pact. inter empt. & vend. & fuit dictum in Romana Caſalis* 4.
A *Martij* 1604. *coram bon. mem. Penia.* A creditor enim
2 is non dicitur, qui perpetua exceptione repelli poteſt, *l. creditor autem, ff. de verb. ſign.* ſicut is non dicitur de-
3 bitor, à quo inuito pecunia exigi non poteſt *l. debitor,*
4 *ff. eodem tit.* certum eſt autem, emptorem cenſus perpetua exceptione poſſe repelli, ſi agat pro reſtitutione ſortis: ſed ſolùm habere actionem pro fructibus, iuxta conſtitutionem fel. rec. Pij V. ideo dictum legatum de fructibus debet intelligi. Nec dicatur, impoſitorem cenſus impropriè, & ſecundùm communem vſum lo-
quendi eſſe debitorem ſortis: quia communis vſus lo-
5 quendi eſſet probandus in loco, & de tempore conditi teſtamenti *Soc. in l. gallus, §. ſi eius num. 6. ff de lib. & poſth. Alex. conſ. 26. num. 11. lib. 3. & conſ. 37. num. 17. lib. 6. Mantic. poſt alios de coniect. lib. 3. tit. 8. num. 6.* & in-
6 terim non eſt receden. à proprietate verborum *vulg. l. non aliter, ff. de leg. 3.* præſertim quando concurrat etiam mens teſtatoris, vt in hoc caſu, quæ ex pluribus col-
7 ligi videtur, & præcipuè dum per illa verba (ſoluen. & deſalcan.) voluit eſſe in facultate hæredis, dictum legatum compenſare cum cenſibus iux. *l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem, vbi Bart. Ang. Caſtr. & alij de ſolut.* & tamen ſciebat, non eſſe in facultate hæredis, legatum cum ſorte cenſus compenſare, cum inuito venditore id fieri non poſſit, vt ſupra. Secundò, ex enixa voluntate teſtatoris, & prohibitione de non alienan. ſtabilia, in pluribus partibus teſtamenti repetita: dum pro ſolutione legati ſcutorum 3. facti Monti Pietatis, nec pro alia cauſa voluit illa amoueri, ſed conſeruari apud hæredes, quos etiam priuauit, eximendo de hæreditate ſtabilia quomodocunque, etiam partem minimam, & voluit integram deuenire ad dictum Montem Pietatis, repetito eodem onere conſeruan. ſtabilia; dictiſque hæredibus prohibuit Falcidiam, & Trebellianicam, & aliam quamcūque detractionem, vt hæreditas magis integra conſer-
8 uetur; ſub qua prohibitione veniunt etiam cenſus, qui inter ſtabilia connumerantur, *Gabr. conſ. 141. num. 13. lib. 1. Hond. conſ. 61. num. 35. lib. 1. Surd. d. deciſ. 204. num. 1. Seraph. deciſ. 224. in fin. & fuit dictū in Bononien. de Zaualeis* 12. *Decembris* 1614. *coram R. P. D. Vbaldo, et in*
B *Collen. hæreditatis* 18. *Maij* 1620. *coram me*, B. & alijs
9 ſæpe. His accedunt aliæ iuris concluſiones, quòd legatum liberationis factum debitoribus ſuis, intelligitur de puris, non autem in diem, *Cuman. d. conſ. 170. num. 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 4. num. 3.* qualis non poterat dici Petrus Franciſcus reſpectu ſortis, ſed ſolùm reſpectu fructuum, vt ſupra; & teſtator
10 præſumitur, hæredem, minùs quam fieri poſſit, grauare voluiſſe *ad l. vnum ex familia, §. ſi rem, ff. de leg. 2. l. nummis, ff de leg. 3. latè Hond. conſ 57 num. 37. et ſeqq.*
11 *lib. 2.* præſertim cum hæres ſit inſtituta pia cauſa, pro qua in dubio eſt pronunciandum. *l. ſunt perſonæ, ff. de Relig. & ſumpt. fun. Iaſ. in auth. ingreſſi num. 32. C. de ſacroſan. Eccl. Tiraquell. de priuil. piæ cauſæ, priu. 78. poſt*
12 *med. verſ. item quia.* Non obſtat *text. in l. creditores, et l. creditorum. ff. de verborum ſignif. et §. vlt. Auth. de fideiuſſ.* in quibus pro creditore is accipitur, cui ex quacunque actione, vel cauſa debetur; quia emptori cenſus ſors principalis nulla actione, vel cauſa debetur ex ſupradictis. Tertiò non obſtat, dictum legatum non poſſe intelligi de fructibus cenſuum decurſis, quia illi prætendantur compenſati mediante emptione decem locorum montium aſcenden. ſummam ſcutorum 1013. facta à dicto Petro Franciſco de proprijs pecunijs ad fauorem Franciſci teſtatoris, vt in fide Secretarij data. Quia vltra quòd non docetur de ſcientia teſtatoris prædictæ emptionis, dictus Petrus Franciſcus exigebat alios redditus, & habebat in manibus ſcuta 1200. vel circa, vt ex partitis datis pro dicta ſocietate, ex quibus dicta loca montium veriſimiliter empta fuerunt: cum fructus cenſus de tempore emptionis non eſſent decurſi in tanta ſumma: & ideo etiam ſi teſtator ſciuiſſet, potuit opinari, empta fuiſſe de dictis ſcutis 1200. cuius opinio,
13 etiam erronea in hoc caſu eſt attendenda *l. quo loco, §. 1. vbi Ang in princ. Caſtr. num. 2. ff. de hæred. inſtit. latè Mantic. vbi ſupra lib. 3. tit. 10. num. 2.* & expenſæ, quæ dicuntur factæ de dictis ſcutis 1200. non iuſtificantur in
14 facto. Non obſtat denique, quòd fructus dictorum cenſuum decurſi de tempore teſtamenti non aſcenderent ad ſcuta mille legata; quia ſi fiat calculus, videtur parum deficere: & teſtator etiam potuit habere reſpectum ad fru-

Digitized by Google

fructus maturan. qui vnà cum decurſis compleret ſummam legatam, *Mantic. d. tract. lib. 3. tit. 11. num. 24.* Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Et coram Domino meo infra deciſ 645. num. 8.*

B Late *Cinc. in tractatu de cenſib. part. 1 cap. 3. quaeſt. 1. ar-*
5 5 *tic. 2. per tot* & de annuis redditibus, quòd inter immobilia computentur. *Gaill. poſt alios obſeruat 10. num. 1. & 4 lib 2 Gratian diſceptat. 811. num. 21.* Hæc tamen concluſio intelligenda eſt de ſorte principali cenſus, ſeu de iure percipiendi annuas præſtationes, & fructus ipſius, vt declarat *Cinc. loco cit. ſub num. 26*, non autem de ipſis fructibus, & reſponſionibus, quæ ſingulis annis ex cenſu percipiuntur, eas enim inter mobilia connumerari tradunt *Ferdinand. Rebell de obligat. iuſtit. lib. 10. quaeſt 1. num. 31. vbi de communi Gaſpar. Roderic. de ann. reddit. libro 1. quaeſt. 3. num. 11. Rota deciſ. 86, num. 8. poſt d. tractat. Cinc. de cenſib.* & de annuis præſtationibus, quarum ſolutionis dies iam ceſſit, quòd referantur inter mobilia, quemadmodum fructus à ſolo ſeparati, quibus comparantur, *Gaill. poſt Bald Afflict. & alios, quos allegat d. obſeruat. 80. num. 3. & ſequitur Gratian dicta diſcept 811. num. 22. & ſequentibus.* Item prædicta concluſio procedit in illis tantum cenſibus, & redditibus, qui ſunt perpetui, ideſt, qui ſui natura apti ſunt habere vitam perpetuam: non autem de temporalibus, & ad certum, & determinatum tempus duraturis, vt benè declarat idem *Cinc. d artic. 2. num. 20. vſque ad 25.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana donationis de Melchiorris.

Veneris 10. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Donatio facta expreſsè ob Religionis ingreſſum æquiparatur donationi cauſa mortis, & poteſt quandocunque reuocari: etiam ſi in ea adſit pactum de habendo ratam, gratam, & firmam, & de non contraueniendo, nec petendo reuocationem, cum iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis dicitur, quæ fit expreſsè, & imminente mortis timore.*
2 *Donatio cauſa mortis dicitur, quæ fit ob religionis ingreſſum.*
3 *Donatio omnium bonorum, & iurium præſentium, & futurorum, non facta reſeruatione ad effectum teſtandi, nulla eſt.*
4 *Donatio omnium bonorum valet in vim donationis cauſa mortis.*
5 *Donatio cauſa mortis poteſt reuocari ex capite pœnitentiæ.*
6 *Donatio cauſa mortis reuocari poteſt, etiam ſi in ea adſit pactum, de habendo illam ratam, gratam, & de obſeruando, & illi non contraueniendo, etiam ſi interuenerit iuramentum, num. 7.*
8 *Donatio cauſa mortis poteſt quandocunque reuocari.*
9 *Iuramentum aſſumit naturam contractus, ſuper quo interponitur.*
10 *Donatio cauſa mortis poteſt reuocari, etiam ſi in ea adſit pactum de non petendo reuocationem.*
11 *Donatio facta cum clauſula,* & non aliàs, &c. *cenſetur facta ſub conditione ſuſpenſiua.*
12 *A contractu conditionali regulariter recedi non poteſt ex capite pœnitentiæ.*
13 *A donatione conditionali, quæ proficiſcitur ex titulo lucratiuo, recedi poteſt, quando conditio ſuſpenſiua non eſt caſualis, vel mixta, ſed poteſtatiua.*
14 *Conditionis ſuſpenſiuæ purificatio non retrotrahitur ad tempus contractus, ſed attenditur tempus purificationis.*
15 *Donans ſub conditione poteſtatiua poteſt ab ea ante illius purificationem quandocunque recedere.*
16 *Donatio facta ſub conditione ingreſſus Religionis, vel emiſſionis profeſſionis, dicitur facta ſub conditione poteſtatiua, & num. ſeq.*
18 *Donatio cum pacto de non reuocando præſumitur inter viuos, etiam ſi in ea aliqua mortis mentio facta ſit: & quando procedat.*
19 *Clauſula conſtituti appoſita in donatione facit illam præſumi inter viuos, quando donatio eſt facta ſimpliciter, ſecus ſi dictum ſit, donari cauſa mortis.*

DECISIO DLXXXI.

PROPOSVI dubium reſeruatum in deciſione ſub die 16. Martij anni præteriti, an videlicèt donatio, de qua agitur, eſſet reuocabilis, cuius effectus eſt, an ſoror Maria Iſabella potuerit illam reuocare, vt expreſsè reuocauit, & aliâ facere ad fauorem D. Petri Pauli eius patrui; & DD. reſoluerunt, fuiſſe reuocabilem: nam cum in dicta deciſione expreſsè firmatum fuerit, illam eſſe donationem cauſa mortis, & illi æquiparari, cum expreſsè ſit facta ob Religionis ingreſſum, & ſicut illa
1 eſſe dicitur cauſa mortis, quæ fit expreſſo, & imminente mortis timore *l. 3. cum duabus ſequent. l. Seia 42. §. fin. vbi Bart. & Caſtr. poſt princ. ff. de donat. cauſ. mort.* ita dicitur ea, quæ fit propter Religionis ingreſſum, quæ
2 eſt mors ciuilis, & quæ fit mundo, *vt not in auth. ingreſſi, & in auth ſi qua mulier, C. de ſacroſ Eccleſ. & in cap. ſtatuimus de regul. in cap in præſentia,* vbi præcipuè *Bero. num. 154. de probat.* & latè fuit comprobatum
3 in alia deciſione; & quia, vt aliqui ex DD. dicebant, ſi fuiſſet donatio inter viuos, fuiſſet nulla, tanquam omnium bonorum, rerum, & iurium præſentium, & futurorum, ſinè aliqua reſeruatione pro teſtamenti factione, iuxta receptiſſimam opinionem *Bart. & pluries à Rota approbatam in l. fin. num. 12. C. de pact.* quod vt euite-
4 tur, valet in vim donationis cauſa mortis, *Caſtr. conſ. 75. num. 23. verſ. poteſt dici, lib. 2. Socc. in conſ. 137. num. 1. lib. 1. Gomeſ. variar. reſolut. tom. 2. cap. 4. de donat. ſub num. 22. Craſſ. §. donatio cauſa mortis num. 5. Rim. Iun. Inſtit. de donat. in princ num.* 364. cum relatis in alia deciſione, & plenè per informantes. Hoc ſuppoſito in-
5 ferebatur, dictam donationem fuiſſe ſimplicem cauſa mortis, & ſinè aliquo pacto, propter quod tranſire poſſet in donationem inter viuos: minúſque fieri irreuocabilem ex capite pœnitentiæ, prout poteſt eſſe donatio cauſa mortis, *l. ſi alienam, §. Marcellus, & l. ſenatus ff. de donat. cauſ. mort. latè Gabr. conſ. 96. num. 8. lib. 2.* Nam illud pactum de habendo ratam, gratam, & de obſeruan. & non contrauenien. dictæ donationi, non mu-
6 tat illius naturam, nec illam facit irreuocabilem: quic-
A quid ſit, ſi adeſſet pactum de non reuocando A, quia reuocatio venit ex natura ipſius donationis; quam propterea reuocando non dicitur contrauenire, *Bald in l. cum quis, ſecundùm communem lecturam, num. 2. ff. de condit. cauſ. dat. Ang. articulo ad partes diſputato, conſ. 254. Domina Antonia num. 5. Alex. in l. quæ dotis num. 11. verſ.*

ſed iuxta prædicta, Hercul. num. 20. Claud. de Seyſell. num.
9. verſic. item cauſa ff. ſolut. matrim. idem Alex. conſ.
107. & 306. lib. 1. in add. ad Bart. in l. vbi ita dona-
tur, lit. B. ff. de donat. cauſ. mort. vbi refert, ita conſultum
fuiſſe per D. Saluſt. de Peruſ. et Imol. & ita de facto Flo-
rentiæ obtentum, Corn. conſ. 126. num. 13. vol. 1. Dec.
conſ. 239. num. 10. Crott. in l. ſtipulatio hoc modo conce-
pta num. 80. et 81. vbi dicit hanc Baldi opinionem verio-
rem, ff. de verb. oblig. latè Pariſ. conſ. 16. num. 14. 15. &
ſeq. vol. 2. Ruin. conſ. 51. & 170. vbique num. 14. lib. 1.
latiſſimè Natt. conſ. 104. num. 6. & ſeqq. Socc. iun. in
l. ſecunda num. 40. ff. de leg. 1. & in l. qui Romæ, §. duo
fratres, num. 94. vbi quòd nouiſſimi Peruſini ſuo tem-
pore ſequebantur dictam doctrinam Baldi tanquam cō-
munem, ff. de verb. oblig. & in conſ. 114. num. 15. lib. 3.
Coraſ. in d. l. vbi ita donatur num. 4 Guliel. de Bened. in cap.
Raynutius verbo teſtamentum il quarto num. 29. de teſtam.
Gabr. conſ. 61. num. 11. lib. 1. & dicto conſ. 96. num. 6. vbi
quòd eſt verior, & magis communis lib. 2. Ant. Gomeſ.
tom. 2. cap. 4. de donat. Molin. de primogen. lib. 4. cap.
B 2. num. 46. B, etiam ſi iuramentum interuenit, in qui-
7 bus terminis loquuntur ferè omnes allegati, & præci-
puè Corn. dicto conſ. 126. num. 13. Dec. conſ. 305. num.
6. Pariſ. d. conſ. 16. num. 15. Natt. eod. conſ. 104. num.
6. Socc. Iun. d. conſ. 114. num. 15. Ruin. conſ. 170. num.
14. lib. 1. & Gabr. d. conſ. 96. num. 6. et dicto conſil. 61.
num. 11. lib. 1. Menoch. conſ. 388. num. 43. quia cum
8 donatio cauſa mortis poſſit quandocunque reuocari, l.
mortis cauſa donatio 15. ff. de don. cauſ. mort. Inſtit. de do-
nat. cauſ. mor. in princ. cum concord. iuramentum intel-
9 ligitur ſecundùm naturam contractus, ſuper quo fuit
interpoſitum ad l. fin. vbi Doctor. C. de non num. pec. et
in cap. quemadmodum de iur. iur. Ang. conſ. 24. num. 4.
prout hac ratione mouentur Doctores ſupra adducti.
Non obſtat aliud pactum de nō petendo reuocationem,
10 quia intelligitur, vel ex capite nullitatis, vel læſionis, aut
aliquo ex modis, de quibus in toto tit. C. de reuocand. do-
nat. & in dicto pacto de non contraueniendo aduertit in-
ter alios Natt. dicto conſ. 104. num. 6. Secundò moti
11 fuerunt DD. quia quatenus dicta donatio fuiſſet inter
viuos, tamen fuit facta ſub conditione ſuſpenſiua per
illa verba (quatenus profeſſionem emittat, & non aliàs)
Bald. in auth. ingreſſi, num. 12. C. de ſacroſ. Eccleſ. et in
conſ. 285. num. 4. verſ. ſuper 3. l. 3. Curt. ſen. conſ. 8.
num. 12. Boer deciſ. 245. num. 11. Caputaq. deciſ. 82.
num. 3. par. 3. Signorol. conſ. 214. num. 6. & 7. vndè
12 licèt à contractu conditionali regulariter recedi non
poſſit ex capite pœnitentiæ l. neceſſario, §. ſi res, vbi
Doctores, ff. de peric. & com. rei vend. Cephal. conſ. 312.
num. 29. Surd. conſ. 268. num. 50. tamen id non pro-
cedit in donatione, quæ proficiſcitur ex titulo lucrati-
13 uo, quando conditio ſuſpenſiua non eſt caſualis, vel
mixta, ſed poteſtatiua: vt in his terminis tenet, & com-
probat Menoch. conſ. 388. num. 34. 35. et 40. Molſeſ.
conſ. 1. num. 31. & 32. poſt comment. ad conſuetud. Neap.
& admiſit Rota in Romana de Mazzatoſtis 23. Iunij 1617.
coram R. P. D. meo Veroſpio. Sicuti enim purificatio
14 conditionis ſuſpenſiuæ non retrotrahitur ad tempus
contractus, ſed attenditur tempus purificationis, vt not.
in l. 1. vbi præcipuè Ang. num. 1. & l. qui balneum, & l.
potior, ff. qui pot. in pig. hab. in l. cum quidam, §. finali,
vbi præcipuè Bart. in ſumm. ff. de verb. oblig. in l. ſi is qui
pro emptore, ff. de vſucap. & in cap. ſi pro te, de reſcript.
in 6. Anchar. conſ. 158 num. 20. verſ. item ſoluere, Alex.
conſ. 25. num. 5. lib. 3. Decian reſp. 11. num. 76. lib. 1. latè
Surd. conſ. 335. num. 23. & 24. ita etiam videtur, quòd
15 donans ſub conditione poteſtatiua poſſit ab ea, ante-
quam purificetur, recedere: ſicut poteſt etiam non im-
plendo, quod ab illius voluntate dependet, vt not.
Doct. in d. l. 1. vbi præcipuè Bald. in princ. & in l. qui bal-
neum, ff. qui pot. in pig. hab. Surd. dicto conſ. 338. num. 24.
16 Nec dicta conditio ingreſſus Religionis, ſeu emiſſionis
profeſſionis videtur deſinere eſſe poteſtatiua, ex eo,
quòd pendeat etiam à voluntate Monialium admitte-
re, vel non admittere ingreſſam ad profeſſionem; tùm
quia in cōditione, ſi intrauerit in Monaſterium, contra-
rium tenuit Bart. poſt Dyn. in l. vltima in fin. & ibi Ang.
num. 1. verſ. vel ſub conditione, ff. de condit. inſt. tum
17 quia cum à communiter accidentibus poſt annum pro-
bationis moniales ſoleant quaſcunque admittere, emiſ-
ſio profeſſionis videtur pendere à ſola voluntate ingre-
dien. & conditionem eſſe poteſtatiuam, l. ſuus quoque,
§. 1. vbi etiam Bart. & Alber. in ſumm. ff. de hered. in-
ſtit. idem Alberic. in rubr. dicto tit. poſt princ. verſ. an
conditio Azo in ſumm. num. 7. C. eodem tit. tùm quia non
ingredi religionem, ſic facere conditionem deficere,
videbatur pendere à mera donantis poteſtate, abſque
mixtura alicuius facti monaſterij, quod ſufficit.
Et ita deciſum fuit vtraque parte informante, cauſaque
ſæpius propoſita.

ANNOTATIO.

A Donatio, in qua adiectum fuit pactum de non reuocando,
18 præſumitur inter viuos, etiam ſi aliqua mortis mentio ha-
bita ſit, latè Iaſ. in l. non omnes, num. 2. ff. ſi cert. pet. &
in l. qua dotis, num. 30. ff. ſolut. matrimon. Gabr. de iure
iur. concluſ. 9. num. 2. Curt. iun. conſil. 39 num. 6. Roland.
conſil. 8. num. 26. lib. 1. & conſil. 61. num. 43. lib. 2. Couar.
in rubric. de teſtament. part. 2 ſub num. 11. & alij plures
relati à Menoch. lib. 3. præſumpt. 35. num. 21. Mantic. de
coniectur. vltim. volunt. lib. 1. tit. 13. num. 5. maximè ſi
pactum de non reuocando fuit appoſitum cum iuramento,
Gabr. poſt alios d. concluſ. 9. num. 11. Roland. d. conſil. 8.
num. 27. & d. conſil. 91. num. 44. Mantic d. tit. 13. num.
6. Hæc tamen concluſio procedit, quando pactum de non
reuocando eſt adiectum ſubſtantiæ donationis; ſecus verò,
quando eſt appoſitum in parte executiua, Dec. conſil. 305.
num. 5. & conſil. 470. num. 2. Pariſ. conſil. 16. num. 17.
lib. 2. Natt. conſil. 104. ſub num. 6. Craſſ. in §. donatio cau-
ſa mortis quæſt. 1. num. 6. Menoch. d. præſumpt. 35. num.
28. & conſil. 160. num. 38. Mantic d. tit. 13. ſub num. 7.
verſ. ſed hæc opinio. Bellon. iun. conſ. 8. num. 38. & 39.
B Bellon. iun. d. conſil. 8. num. 40. ſicut etiam clauſula con-
19 ſtituti appoſita in donatione licèt faciat, illam præſumi
inter viuos, non autem cauſa mortis, Roland. poſt alios
d. conſil. 61. num. 45. lib. 2. Menoch. dicta præſumpt. 35.
num. 36. tamen hoc procedit, quando donatio eſt facta
ſimpliciter; ſecus ſi dictum eſt, donari cauſa mortis. Pa-
riſ. conſil. 16. num. 10. & ſeq. libro 2. Menoch. vbi proxi-
mè num. 37. Bellon. iun. d. conſil. 8. num. 42.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Imolen. Cenſus.

Mercurij 15. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Solutiones tres vltimæ, & continuatæ inducunt
præſumptioenm ſatisfactionis in præteritum:
Epiſtola quòd ſit manu alicuius ſcripta, ex
quibus probetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Solutiones trium ſemeſtrium conformes, & continuatæ inducunt præſumptionem ſatisfactionis pro præteritis, & num. 10. et hæc præſumptio habet vim, retardandi executionem obligationis Cameralis num 11. et quando ſuffragetur, num. 12.*
2. *Iura licèt non recognita probant, parte nihil opponente.*
3. *Iura ſemel in iudicio approbata non præſumuntur falſa.*
4. *Iuramentum calumniæ non præſtitum inducit præſumptionem non boni iuris, & veritatis.*
5. *Literæ miſſiuæ, & ſcripturæ, quæ fiunt ſinè teſtibus, ſufficit, ſi recognoſcantur per teſtes habentes notam manum ſcribentis.*
6. *Recognitio fieri poteſt quandocunque.*
7. *Iura non recognita faciunt adminiculum.*
8. *Falſitatis ſuſpicio remouetur, ſtante veriſimilitudine, & primordio veritatis.*
9. *Moræ purgatio de æquitate Canonica ſemper admittitur per Rotam, quando ius partis non eſt effectum deterius.*
13. *Moræ purgatio admittitur, licèt ius partis ſit effectum deterius, quando ille, qui moram incurrit, vellet adimplere factum promiſſum, et vlterius reſarcire damnum, et intereſſe propter moram paſſum.*

DECISIO DLXXXII.

PLACVERVNT Dominis fundamẽta deciſionis factæ ſub die 17. Martij præteriti, in qua propterea ſteterunt videlicet pro infirmatione ſententiæ extra Rotam latæ ad fauorem Tiberij, per quã illi conceſſa fuit aſſociatio ad poſſeſſionem prædij cenſuati, pro conſequendis fructibus præteritis, & non ſolutis, & futuris. Nam aut conſtat de ſolutionibus fructuum decurſorum vſque ad diem motæ litis coram A.C. & deinde latæ ſententiæ ſub die 29. Nouembris 1619. aut non conſtat. Si de dictis ſolutionibus doctum fuit, ceſſat omnis difficultas; quòd autem doctum fuerit, videtur apparere ex infraſcriptis. Primò
1 ex ſolutionibus trium ſemeſtrium vniformibus, & continuatis, prima ſub die 16. Iunij 1599. & duabus ſub diebus 7. Ianuarij, & 17. Iunij 1600. *vt in ſummario pro Ectoreis num.* 5. quæ ſolutiones inducunt præſumptionem præteritarum à die cenſus vſque in vltimam, ad *l. quicunque, C. de apoc. lib.* 11. *Rot. deciſ.* 3. *de locat. in nou. & fuit dictum in Bononien. de Carnalib.* 11. *Ianuarij* 1603. *coram bon. mem. Card Pamph.* & in ſolutionibus ſemeſtralibus pro cenſu *Grat. conſ.* 121. *num.* 4. *lib.* 2. *vbi de communi, Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. Rubr.* 11. *§.* 5. *in tex. de cenſ in princ. Foll. in prax. cenſual. verb. quæ quidem ſub num.* 73. *verſ. quid enim, Gabr. conſ.* 11. *in princ. de præſumpt. Theſaur. deciſ.* 114. *nu.*
A 4 *Menoch præſ.* 139. *num.* 1. & 24. *lib.* 3. A, Secundò, quia poſt dictum annum 1600. conſtat ex epiſtula Tiberij del 1614. de illius confeſſione, quòd non remaneret creditor, niſi fructuum del 1613. & 1614. quia de præterito fue[redacted]egrè ſatisfactus, vt dictum fuit in deciſione. Nec obſtant oppoſitiones datæ contra dictam epiſtolam; nam prima, quòd non ſit eius manu vi-
2 detur ſublata ex pluribus. Primò, quia fuit producta coram A.C. de anno 1615. parte dicti Tiberij nihil opponente, & ſic videtur approbata, & etiam non recognita faceret fidem, *Caputaq. deciſ.* 99. *num.* 3. *par.* 2. & 119. *num.* 4. *par.* 3. *Rot. deciſ* 151. *par.* 3. *lib.* 3. *di-*
3 *uerſ latè Surd deciſ* 199 *num.* 8 & ſemel approbata in iudicio non præſumitur falſa, *Bertazz. conſ. crim.* 521. *num.* 22. *lib.* 2. *Farinac. de Falſit. & ſimul. quæſt.* 153.
4 *num.* 227. Secundò, quia dictus Tiberius monitus ad illam recognoſcen. noluit iurare de calumnia: ex quo oritur magna præſumptio, quòd ſit illius manu conſcripta, *ad l. fin. §. quòd ſi actor, vbi Doct. C. de iur. iur. propt. calumn.* Tertiò adminiculatur ex pluribus quietantijs factis à Ioanne Carretto vti procuratore Tiberij de anno 1599. vſque de anno 1614. quæ fuerunt productæ, & recognitæ coram A.C. vt in fide productionis aliàs data, quæ ſimul cumulatæ conſtituunt ſummam *libr.* 2547. *vt in ſummario dato in reſponſionibus pro Ectoreis num.* 1. 2. & 3. Quartò, ex declaratione dicti Tiberij facta 6. Iunij 1615. ad fauorem Conſtantiæ vti hæredis impoſitoris cenſus, in qua dicit, fuiſſe ſatisfactum de fructibus dicti cenſus lib. 168. vſque ad diem relaxationes vltimi mandati, *vt in d. ſummario num.* 1. quod fuit relaxatum ſub die 19. Ianuarij 1615. pro ſumma *lib.* 389. *vt in ſummario Tiberij num.* 8. Quintò, ex confeſſione dicti Ioannis Carretti conſanguinei dicti Tiberij, & eius nomine coram Vicelegato Rauennæ de pecunijs habitis in pluribus vicibus in ſumma lib. 2284. declaran. dictas literas fuiſſe veras. Sextò, dicta epiſtola fuit re-
5 cognita per teſtes habentes notam manum d. Tiberij, qui ſufficiunt tàm de iure, quàm de ſtylo Curiæ in literis miſſiuis, & ſcripturis, quæ fiunt ſinè teſtibus, *Rot. deciſ.* 343. *num.* 4 *par.* 1. *diu. & fuit dictum in Colimbrien. matrimonij* 14. *Decembris* 1615. *corã me impreſſa deciſ.* 772.
6 *num.* 8. *par.* 2. *recent.* Et licèt fuerint examinati ſinè citatione, tamen poterit fieri recognitio magis formalis, quæ admittitur quandocunque, *Seraph. deciſ.* 1407. *num.* 3. *& fuit dictum coram me in Romana cenſus* 4. *Iulij* 1618. *& in Placentina caſtanearum* 2. *Iunij præteriti*, &
7 nihilominus interim faciunt adminiculum, *Rot. deciſ.* 650. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* & fuit ſæpiſſimè dictum. Alia oppoſitio contra dictam epiſtolam prætenſarum ſuſpicionum falſitatis non fuit viſa DD. conſiderabilis: cum prætenſæ ſuſpiciones ſint leues, & dicta epiſtola iuuetur nedum veriſimilitudine, ſed etiam primordio veritatis ex dictis quietantijs, & alijs, de quibus ſupra, quæ præ-
8 ualere debent, & remouere etiam omnes ſuſpiciones, *Caſtr. in l. cum filius, ff. hæres meus, num.* 2. *ff. de leg.* 2. *& conſ.* 120. *num.* 4. *lib.* 1. *Gram vot.* 26. *num.* 12. *Menoch. conſ.* 221. *num.* 18. *& præſump.* 20. *num.* 53. *lib.* 5. Ab anno verò 1614. vſque in tempus motæ litis, & latæ ſententiæ, imò pro maiori ſumma fuerunt facta depoſita penes Montem Pietatis Imolæ, *vt in dicto ſummario dato in reſponſionibus num.* 4. 5. & 6. Et poſt ſententiam fuit (prauia diſdicta cenſus, & interpellato in Vrbe Tiberio ad conſtituen. procuratorem Imolæ ad recipien. ſortem cenſus, & fructus decurſos, & non ſolutos) factum depoſitum penes dictum Montem, *vt in ſummario pro Ectoreis num.* 6. & 8. quæ longè ſufficiunt ad excluden. imò & ad purgan. quamcunque moram, ſi quæ
9 incurſa dici poſſet, quam purgationem Rota ſemper admittit de æquitate Canonica, quando ius partis non eſt effectum deterius, *Seraphin. deciſ.* 591. & 819. *num.* 7. *et* 1150. *num.* 4. & fuit dictum in plurimis alijs relatis
B in *deciſ* 410. *num.* 5. *par.* 4. *diuerſ.* B Secundò, principaliter dicebant DD. quòd quatenus dictæ ſolutiones integraliter factæ non fuiſſent, cum pro parte illorum de Ectoreis fuerunt factæ, tàm ante, quàm poſt ſententiam iudiciales oblationes de ſoluendis fructibus decurſis, & non ſolutis, & pluries repetitæ, & per Tiberium recuſatæ, allegantem, ſe nihil cum illis habere agere, qui tamen ſunt emptores, & poſſeſſores prædij cenſuati: non poteſt dici aliqua mora commiſſa, vel erat purgabilis, vt ſupra; & ſic non poterat concedi aſſociatio ad poſſeſſionem dicti prædij pro fructibus decurſis, & non ſolutis, nec pro futuris, ſtante

Digitized by Google

te obligatione, & depoſito veræ ſortis, ex deductis in alia deciſione.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Maſcard. de probat. concluſ.* 1320. *num* 1. & idem proce-
10 dit, vbi agitur de ſolutione trimeſtrium, vel bimeſtrium, quando ſolutio per trimeſtria, vel bimeſtria eſſet diſtributa. *Gratian diſcept.* 716. *num.* 12 *&* 13. *& Rot. in Romana locationis* 5. *Iunij* 1628. *coram R. P. D. Pirouano.*
11 & hæc præſumptio cum ſit iuris, habet vim retardandi executionem obligationis Cameralis, vt in ſimili Rota *deciſ* 92 *num* 1. *part.* 1. *diuerſ & in terminis Gratian. d cap.* 716 *num.* 15. *Cinc. in addit. ad tract. de cenſib. part.*
12 2. *cap* 2. *quæſt.* 4. *art.* 6. *num* 7. *pag.* 72. Verùm hæc præſumptiua probatio ſolutionis vt ſuffragetur, debet eſſe clara, & euidenter apparere facta pro debito, pro quo allegatur, aliàs non releuaret; & ſufficit ad hunc effectum poſſibilitas, quòd ſolutiones pro alio debito factæ ſint, *vt per Cinc. loco cit num* 9. *poſt Rotam deciſ* 9. *num.* 10. *in calce ad. eius addit.*

B Moræ purgationi locus non eſt, quando ius partis eſt effectum deterius ob talem moram, atque ita vbi pars eſt in damno, latè *Gratian poſt alios diſcept. forenſ cap.* 702.
13 *num.* 18. *& ſeqq.* Hoc tamen non procedit, quando ille, qui moram incurrit vellet adimplere factum promiſſum, & vlterius reſarcire damnum, & intereſſe propter moram paſſum, tunc enim ceſſat ratio impeditiua purgationis moræ, *Gloſ in l vtique, ff de recept. arbitr. quam dicunt notabilem Alexand in l. ſi inſulam num.* 9. *Iaſ num.* 10 *poſt med. verſ intellige iſtam limitationem, Rip. num.* 23. *ff. de verb. obligat. Mareſcott variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 125. *num* 11. *& ſentit Rota deciſ* 410 *ad fin. et deciſ.* 728. *poſt num.* 4. *verſ. nec dicatur part.* 4. *diuerſ.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Spoletana hæreditatis.

Veneris 17. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum appoſitum, pendente cauſa reſtitutionis in integrum, & non conſtito de credito reuocatur tanquam attentatum, & iniuſtum.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionis in integrum cauſa pendente nihil innouari poteſt.*

2 *Sequeſtrum nullum, & iniuſtum eſt, ſi ex ſententia præcedenti conſtet de non credito actoris.*

3 *Sequeſtrum attentatum, & iniuſtum eſt reuocandum.*

DECISIO DLXXXIII.

ROTA reſpondendo dubio dato, an adſit aliquod ſequeſtrum, quod ſit reuocandum, vel intret arbitrium ad effectum illud apponendi, dixit, conſtare de ſequeſtro appoſito ex ordine S. Congregationis Fabricæ Sancti Petri de Vrbe 18. Iunij præteriti ſuper omnibus bonis ſpectantibus ad quondam Conſtantem Marium, & Theodorum filium, & de alio ſcut. 378. appoſito per Communitatem Ciuitatis Fulginaten. ſub die 1. Iulij ſubſequentis, *& in ſummario num.* 5. & propterea illa eſſe reuocanda ſaltem pro nunc quò ad bona propria dicti Theodori filij d. Conſtantis, qui Conſtantes erat vnus ex exequutoribus teſtamentarijs quondam Iacobi. Tùm quia dictum ſequeſtrum fuit appoſitum poſt commiſſionem cauſæ mihi factam, videlicet reſtitutionis in integrum, quatenus opus ſit, aduerſus commiſſam appellationem ex parte Fabricæ, ſeu illius agentium à ſententia contra eam lata per R.P.D. meum Pirouanum ad fauorem dicti Theodori, qua pendente
1 non potuerunt dicta ſequeſtra apponi, nec aliquid innouari, ſicut non poteſt pendente appellatione *Lancellott. de attentatis part* 2. *c.* 18. *num.* 18. *& ſequent. Odd. de reſtitut. in integr. part.* 1. *quæſt.* 42. *art.* 1. *num.* 1. *& fuit dictum in Marſicen. iuriſdictionis* 11. *Ianuarij anni præteriti coram me.* Tùm quia illud fuit commiſſum etiam in bonis proprijs dicti Theodori, vt ex eius lectura: & propterea viſum fuit non ſolùm attentatum, quia poſt dictam commiſſionem, ſed etiam iniuſtũ, quia pro prætenſo debito dicti Conſtantis non potuit procedi ad ſequeſtrum contra bona propria Theodori, præ-
2 ſertim cũ per dictam ſententiam vltimo loco latam abſolutoriam videatur conſtare de non credito dictæ Reuerendæ Fabricæ, *arg. cap. final. vbi Doctores de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. l. Imperatore § finali ff. de appellat.* & tanto minùs, quia per eandem ſententiam fuerunt reuocata omnia, & quæcunque ſequeſtra, *et in dicto ſummario num.* 3. quæ ob non interpoſitam appellationem tranſitum fecit in iudicatum, & ſeruatis quatuor terminis, fuerunt conceſſæ exequutoriales, & exequutio in pluribus rebus conſumata, *vt in dicto ſummario num.*
3 4. vndè dicta ſequeſtra veniunt reuocanda, non ſolùm tanquam attentata, *Seraph. deciſ.* 1126. *num.* 1. ſed etiam tanquam iniuſta, *Rota deciſ* 464. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*

Et ita Domini pro nunc reſoluerunt, reſeruatis alijs partibus dubij, informante tantùm parte dicti Theodori, pluries intimatis miniſtris, & procuratoribus Fabricæ.

Romana Saluiani.

Veneris 17. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Extremum primum, & ſecundum in Saluiano, ex quibus probentur. Sententia valida declaratur, reiectis pluribus nullitatibus oppoſitis.

SVMMARIVM.

1 Spectat, *verbum importat dominium, & poſſeſſionem.*

2 *Poſſeſſio alicuius probatur ex ſubhaſtatione, & deliberatione contra ipſum facta.*

3 *Extremum ſecundum in Saluiano probatur ex litis ſuſtentatione.*

4 *Copia priuata inſtrumenti non probat, præſertim parte opponente, & ſufficit, quòd in termino fuerit oppoſitum generaliter contra.*

5. *Copia cum originali auſcultata fidem meretur, prout ipſum originale.*

6 *Sententia poteſt ex nouiter deductis iuſtificari ad effectum illam confirmandi, ſecus ad effectum exequendi.*

Filius

7 *Filius familias, non obſtante Vrbis ſtatuto, poteſt ſe obligare abſque patris conſenſu, ſi habitet ſeorſum ab illo, & habeatur pro patre familias, quod eſt copulatiuè probandum num 18.*

8 *Filius familias poteſt ſe obligare cum mandato, & conſenſu patris.*

9 *Ratificatio mandato æquiparatur.*

10 *Obligatio filij familias annullata per ſtatutum validatur per aliam factam, poſt quam eſt effectus ſui iuris.*

11 *Monachus eſt inhabilis ad acquirendum.*

12 *Monachus eſt capax annuorum redditu um quò ad adminiſtrationem, & vſum, cum ſcitia, & patientia ſuperioris.*

13 *Donatio annuorum redditu um facta Monacho cum clauſula,* quòd Monaſterii, vel Religio, non poſſit aliquid prætendere, *vt valeat, intelligitur, promittentem velle, vt Superior permittat conniuentibus oculis, d. Monachum annuos redditus percipere, & conuerti debeant in vſus pios, vel librorum, ſeu veſtimentorum Monaci.*

14 *Donationem expreſſam importat promiſſio de ſoluen. annuatim alicui certos redditus.*

15 *Donatio ad pias cauſas non eget infinuatione.*

16 *Exceptio requirens altiorem indaginem reijcitur in poſſeſſorio iudicio, & reſeruatur in petitorio.*

17 *Filium familiàs non comprehendi ſub regula ſtatuti Vrbis* lib. 1. cap. 152. *ſed in eius limitatione, probandi onus incumbit aſſerenti.*

19 *Filius quãdo dicatur habitare ſeorsũ à patre, et quãdo ſecus.*

20 *Filius abſens à domo patris ex iuſta cauſa, dicitur cum patre cohabitare, et quæ dicatur iuſta abſentiæ cauſa.*

21 *Abſentia à patre iuſta cauſa in filio non præſumitur, cum teneatur cohabitare, et ideo eſt probanda.*

21 *Filium familias publicè pro patre familiàs haberi ad probandum, quæ requirantur.*

DECISIO DLXXXIV.

SENTENTIAM A.C. confirmandam eſſe, tenuerũt DD. de cuius validitate non opponitur, nec dubitatur; iuſta autem apparet, cum ſit lata ad fauorem D. Franciſci, ſiue ex eius perſona venerabilis Monaſterij Syluestrinorum, pro immiſſione in poſſeſſionem domus, de qua agitur, ex remedio Saluiani pro annuis præſtationibus ſcutorum 80 tàm præteritis, quàm futuris, ſibi promiſſis per Martinum eius fratrem. Nam non fuerunt controuerſa extrema Saluiani, videlicet poſſeſſio dicti Martini dictæ domus de tempore obligationis, & poſtea: nec controuerti poteſt à Io. Antonio, cum ad illius inſtantiam, vti creditoris dicti Martini, fuerit ſubhaſtata, & deliberata Venantio plus offerenti, qui ad illius poſſeſſionem fuit aſſociatus, *vt in ſummario Monaſterij num.* 4. & aſſociatio dicit, ad
1 domum ad Martinum ſpectantem, quod verbum importat dominium, & poſſeſſionem, *l. verbum illud, ff. de verb. ſign. vbi Rebuff. in principio, gloſ in cap. dilectus, de fid. inſtr. Felin. in rubr. de reſcr. num. 7. & fuit dictum in cauſa Romana participationis 23. Ianuarij 1616. coram R. P. D. meo Vbaldo:* à quo Venantio emptore nunc cau-
2 ſam habet idem Io. Ant. reus conuentus; imò dicta domus non potuiſſet deliberari, prout deliberata fuit, niſi fuiſſet per dictum Martinum poſſeſſa, ſed per tertium, contra quem non potuiſſet executiuè procedi, ex latè deductis *in Rauennaten Magazeni 19. Nouembris 1604. coram Sanctiſſimo, & coram me in Romana domorum de Roncionibus 4. Martij 1616. & in Maceraten. Saluiani 11. Ianuarij præteriti.* Minùs dubitatum fuit de ſecundo extremo, cum vltra dictam aſſociationem, &
3 ceſſionem factam per Venantium ad fauorem dicti Io. Antonij concurrat ſuſtentatio litis, ex qua illud probari, fuit ſæpiſſimè reſolutum, *vt dicitur in deciſ 83. num. 2. par. 1. recent.* Sed impugnabatur d. ſententia ex defectu crediti, conſequenter & hypothecæ. Primò, quia lata ſuper ſimplici copia inſtrumenti, quæ fidem non meretur, præcipuè (vt in hoc caſu) parte opponente,
4 quæ in termino oppoſuit generalia contra, quod ſufficit *Seraphin. deciſ. 227. num 3.* Reſpondebatur tamen, coram A. C. fuiſſe productam copiam cum originali au-
5 ſcultatam, quæ fidem facit, prout idem originale, *Aegid. deciſ. 226. in fin. Seraphin. deciſ. 1192. num. 3.* & nihilo-
6 minus dicta ſententia poteſt ex inſtrumento authentico nunc producto iuſtificari, cum non agatur de illius executione, ſed confirmatione, *vt fuit dictum in Lucana expenſarum 26. Februarij 1601. coram bon mem. Iuſto, & latè in Piſtorien. beneficij 31. Maij 1617. coram me.* Secundò, opponebatur de nullitate obligationis Martini, qui tunc erat filius familiàs, *iux. ſtatut. Vrb. lib 1. cap. 152.* ſed obiectum tollebatur. Primò, quia Rota firmauit obligationem dicti Martini validam, cum non
8 eſſet comprehenſus ſub regula, ſed in exceptione ſtatuti, tanquam habitans ſeorſum à patre, & habitus pro
A patre famil. A, *vt in deciſ 527. num. 1. & 9. par. 1. recent. Vrſill. ad Afflict deciſ. 300, num. 19.* & de ſimili Statuto *Guliel. de Bened. in cap. Raynut. ver. matre, num. 25. de teſtam. Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. rub. 6. ſ. 6. ver. emancip.* Secundò, quia prima Martini obligatio fuit ratificata à patre, *vt in dicto ſummario num. 6.* non enim prohibetur filius familiàs ſe obligare,
8 niſi ſinè conſenſu, & mandato patris, vt in dicto ſtatuto: & ſic à contrario ſenſu obligatur cum mandato,
9 & conſenſu patris, *vt dicitur in d. deciſ. 527. num 4.* quæ ratificatio mandato æquiparatur, *l. fin. C. ad Senat. conſ. Macedon. Dec. in l. ſemper qui non prohibet, num. 7. Cagnol. num. 15. ff. de reg. iur latè Surd. deciſ. 152, num. 12 & fuit dictum in Romana vineæ 10 Ianuarij 1611. coram Reuerendiſſ Lugdunen. & in alijs.* Tertiò, tollit
10 omnem difficultatem noua dicti Martini obligatio, poſtquàm ſui iuris per mortem patris effectus fuit, de ſoluendo dictam annuã præſtationem ſcutorum 80. in totum *in d ſummario num. 2. Bart. in l. obſeruare, num. 4. ff. de offic. Proconſ. Pariſ. conſ. 49. num. 20. & 61. lib. 1. Rol. conſ. 97. num. 14. & 16. lib. 4. Surd. deciſ. 70. num. 22.* & in terminis huius ſtatuti *Seraph. deciſ. 1350. num. 5. & 6. par 2.* Tertiò opponebatur, quòd in hac ſecunda obligatione aderat pactum, quòd Monaſterium, ſeu Religio nihil prætendere poſſet: & propterea ex ea non fuit acquiſitum aliquod ius Monaſterio,
11 nec Domino Franciſco, qui tanquam Monachus eſt inhabilis ad acquiren. *cap. cum ad Monaſterium, de ſtat. Monac. & per Concil Trid ſeſſ. 25. cap. 2. de refor. cum alleg.* Cui pariter motiuo reſpondebatur. Primò, quòd
12 Monachus eſt capax annui redditus quò ad adminiſtrationem, & vſum, cum ſcientia tamen, & patientia Superioris, *ad trad. per Doct in cap. 1. vbi præcipuè Abb. num. 4. & in cap. 2. vbi Butr. num. 5. de ſtat. Monac. in cap. fin. qui Cler. vel vouent. Abb in cap 4. num. 10. de fideiuſſ Syluestr. ver. Religio, il 6 num. 2.* latè *Iaſ. in auth. ingreſſi, num. 37. verſ. limita 1. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Rot. deciſ. 216. num. 12. & 14. par. 2. diu.* & de recepta teſtatur *Nauarr. conſ. 75. num. 49. lib. 3. de reg.* & præcedente licentia Superioris *Conc. Trid. d. ſeſſ. 25. cap. 2. de reg.* nihil innouaſſe, probat *Roderic. de regul. tom. 2. quæſt. 125. art. 4. circa finem.* Et ita dicta condi-
13 tio, ſeu clauſula, quòd Monaſterium, vel Religio non poſſit aliquid prætendere, vt donatio valeat, declarat ſolùm voluntatem promittentis, vt Monaſterium, vel Supe-

Superioe permittat conniuentibus oculis, dictum D.
Franciſcum percipere, *Bart. in auth. excipitur, num. 2.
& ibi Ang. eodem num. C. de bon. quæ lib. & in l. ſi alie-
num, num. 2. ff. de barb inſt. Abb. conſ. 44. num. 3. verſ.
in contrarium, & conſ. 63. num. 8. par. 2. Præpoſ. in cap.
vltim. de ſacroſ. eccleſ. Sim. de Prat. de interpret. vlt. vol.
lib. 12. interpr. 2. dub. 2. num. 8. & 9. Azor. inſt. moral.
par. 1. lib. 12. cap. 10. verſ. 3. quæritur*, ſed conuerti de-
beant in vſus pios, vel librorum, ſiue veſtimentorum
Monaci, *Abb. in d. cap. 2. num. 8. de ſtat. Monac. Duran.
de art. teſt. tit 6. de legat. caut. 63.* latè *Rodriguez d. tract.
quæſt. 125. art. 2.* & ſic iuxta mentem Sacræ Congre-
gationis Concilij, quæ pluries declarauit, de huiuſmodi
eclictis ſubueniri debere Monaci neceſsitatibus; de li-
centia autem ſuperioris, imò de ſolito, & conſuetudi-
dine Syluestrinorum, conſtat ex ampliſsima fide Gene-
14 ralis dicti Ordinis, in proceſſu fol. 75. Quartò, & vlti-
mò opponebatur de defectu inſinuationis: cum iſta pro-
miſsio annua contineat, nedum tacitam, ſed expreſſam
donationem, & ideo nulla *iuxta Statutum Vrbis lib. 1.
cap. 150. in rubr. de donat. in fin.* Sed reſponſum fuit, di-
15 ctam promiſsionem, tanquam factam ad cauſam piam,
non indiguiſſe ſolemnitatibus, *Bald. in l. generali, num.
6. C. de ſacroſ. Eccl. Calcan conſ. 13. num. 3. in fin. & 4.*
cum relatis in his terminis *per Tiraq. de priuil. piæ cauſ.
priu. 124. in princ. Rot. deciſ. 458. num. 6. par. 2. recent.*
Ex quibus viſum fuit DD. conſtare de iuſtitia dictæ
ſententiæ, adeo vt ſi lata non eſſet, de nouo proferri
deberet; & ſaltem negari non poteſt, exceptiones defe-
ctus crediti, & hypothecæ, eſſe turbidas, & altiorem
16 requirere indaginem, nec impedire hoc iudicium poſ-
ſeſſorium, ſed eſſe reſeruan. in petitorio, vt in Saluiano,
*Natt. conſ. 532. num. 4. Rot. deciſ. 43. num. 4. par. 1.
& deciſ. 34. num. 23. par. 2. diu. Honded. conſ. 17 num.
13. & 14. lib. 2.* & in alio poſſeſſorio fuit latè dictum
*in Tiburtina Caſtrorum coram me ſub die 14. Iunij præ-
teriti, & in alijs ſæpiſſimè.*

Ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Adde, quòd aſſerens, filium familiâs non comprehendi
17 ſub regula, ſed in exceptione ſtatuti Vrbis *lib. 1. cap. 152.*
tenetur id probare: cum pro filio familiâs ſit regula huius
ſtatuti. & S. C. Macedoniani, vt poſt alios, quos refert
Galganett. ad d. ſtat. lib. 1. cap. 152. num. 30. & ſeq. & eſt
18 copulatiuè probandum, quòd filius habitet ſeorſum à pa-
tre, & quòd publicè habeatur pro patre familiâs, *Rot. in
recent. deciſ. 527. ſub num. 6. par. 1. Gregor. XV. deciſ. 182.
19 num. 3.* Quòd verò filius habitet ſeorſum à patre, proba-
ri poteſt ex eo, quòd non habitet in eadem domo; nam
tunc dicitur filius familiâs habitare cum patre, quando ha-
bitat in eadem domo, *Cuman. conſ. 146. num. 5. Carpan.
ad ſtat. Mediolan. cap. 263. num. 2. par. 1. et ſequitur Bel-
tramin. in addit. ad deciſ. Gregor. XV. 182. ſub num. 9.* vel
etiam ſi habitet in eadem domo, filius habeat manſiones
ſeparatas, licèt interdum ſimul accedant *Alex. conſ. 127.
num. 3. vol. 7. Phanucc. de lucr. dot. Gloſſ. 7. A die quo num.
2. Carpan. ad ſtat. Mediolan. cap. 483. num. 135. part. 2.
et Beltram. vbi prox. num. eodem in fine.* vel etiam ſi in
eadem domo, & ſimul habitent, attamen filius ſit princi-
palis in domo, & pater nihil gerat, *Caſtren.* in terminis
ſimilis ſtatuti *conſ. 175. in fin. vol. 3. Caſſan. ſuper conſue-
tud. Burgund. rubr. 6. §. 3. in verbo, Et ſeparatamente,
Carpan. ad ſtatut. Mediol. d. cap. 263. num. 3. et cap. 416. nu.
25. par. 1.* vel etiam ſi in eadem domo habitent, filio ta-
men fuerint ſeparatim aſſignata alimenta, nec ſit patris
commenſalis, vt ex *Bald. in l. 2. num. 10. C. de legat. fir-
mat Rota dicta deciſ. 527. ſub num. 6. et ſequitur Beltra-
min. ad d. deciſ. 182. Gregor. XV. et Surd. poſt alios quos re-
fert deciſ. 35. num. 3. et 16. et de aliment. tit. 4. quæſt. 15.
20 num. 6.* Notandum eſt autem, quòd licèt filius non
habitet in domo patris, ſed ab ea abſit, quando ſubeſt iuſta
cauſa abſentiæ, dicitur cohabitare cum patre, vt de
cauſa ſtudij, *Alexand. conſ. 110. num. 12. volum. 3. Soccin.
ſen. conſ. 35. num. 7. in fin. volum. 1. Beltramin vbi proxi-
mè poſt Carpan quem refert, et dixit Rota in Vrbeuetana
educationis 20. Martij 1628. coram R. P. D. Vbaldo iunio-
ri,* & de cauſa militiæ *Menoch. conſil. 182. nu. 8. et 9. Car-
pan. ad d. ſtat. Mediolan. cap. 263. ſub num. 2. par. 1.* & de
cauſa negotiationis, *Soccin. ſen. dicto conſil. 35. num. 9. in
fin. lib. 1. Carpan. vbi ſupra cap. 416. num. 253. par. 1. et
cap. 484. num. 269. par. 2. et ſequitur Beltramin. ad dict.
deciſ. 182. Gregor. XV.* & generaliter de alijs iuſtis cauſis
abſentiæ latè videndus eſt *Odd. de reſtitut. in integr. quæſt.
7. per tot.* & præterea vltra caſus à iure expreſſos, quæ di-
catur iuſta cauſa abſentiæ, Iudicis arbitrio remittitur *Odd.
poſt alios dicto tractatu de reſtitut. in integr. quæſt. 5. num.
40. in fin. et ſeq. Moneta de diſtribut. par. 2. quæſt. 5. num.
21 16.* Verùm hæc iuſtitia cauſæ in abſentia, licèt ex eo, quòd
præſumatur, *iuxta l. itaque hoc caſu, §. ſi quis ſeruum, verſ.
et iuſta, ff. de fideicomm. libert. l. in exceptione. l. quoties,
§. qui dolo ff. de probat. et tradit Menoch. de præſumpt. lib.
6. præſumpt. 20.* videatur probanda à contrarium allegan-
te; attamen eius probatio hoc caſu videtur incumbere fi-
lio: quia cum teneatur habitare cum patre, *Angel. conſil.
75. col. 2. verſic. hinc deſcendit, Paſchal. de vir. patr. poteſt.
par. 1. cap. 8. num. 27. Boer. deciſ. 195. num. 3.* abſentia in
eo non poteſt præſumi ex iuſta cauſa, *Menoch. de præſum-
ption. lib. 6. d. præſumpt. 20. num. 3. poſt Innocent. quem
refert in cap. ſi aduerſarius, num. 3. verſ. et hæc intelligo de
eo, qui mittit. in poſſeſſion.*

Alterum autem requiſitum in hac exceptione proban-
22 dum, quòd ſcilicet filius familiâs publicè pro patre fami-
liâs habeatur, ad hoc, vt probetur, tria ſunt neceſſaria. Et
primò, communis reputatio, & error, *vt ex l. 3. ff. ad
Macedon. vbi etiam Gloſſ. et Doctor. tradit Hieron. Laur. de-
ciſ. Auen. 130. num. 1.* vbi dicit, neceſſariam eſſe communem
opinionem omnium, vel maioris partis Ciuitatis, quod
etiam firmat *Rota in dicta deciſ. 182. num. 7. coram Gregor.
XV.* Secundò, requiruntur plures actus, cum pluribus, & di-
uerſis perſonis, qui cadere non poſſint niſi in patre fami-
liâs, *Gregor. XV. vbi proximè poſt alios, quos refert num.
5.* Tertiò, requiritur diuturnitas temporis, per quod ac-
tus fuerint geſti, & publica reputatio percrebuerit, vt
poſt *Bald. in l. 2. num. 5. C. ſi aduerſ. rem iud. tradit Gre-
gor. XV. dicta deciſ. 182. num. 8. et latè probat Alciat. de
præſumpt. reg. 2. præſumpt. 2. num. 2. verſic. tu ſalua*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Tiraſonen. beneficij.

Lunæ 20. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Plura traduntur de materia regulæ de annali, & de triennali.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali obſtat agenti contra poſſeſſorem, ſi iudiciũ
infra ſex menſes non introduxerit.*

2 *De Regula de annali dari poteſt in quacunque inſtantia,
etiam in cauſa reſtitutionis in integrum, & poſt rem iudi-
ca-*

ratam, & poſt relaxatas executoriales, num. 12.
3 *Triennalis poſſeſſionis præſcriptio incipit currere non à die impetrationis, ſed motæ litis.*
4 *Titulus datus à Summo Pontifice, vel à quocunque alio collatore ſufficit ad effectum regulæ de triennali, dummodo non ſit ex duobus in dicta regula reſeruatis.*
5 *Triennalis poſſeſſio non excluditur, niſi per litem motam ſuper titulo, vel poſſeſſione, vel fructuum perceptione.*
6 *Triennalem poſſeſſionem aduerſarij ad excludendam, non ſuffragantur turbationes ei per tertium illatæ.*
7 *Regulæ de triennali eſt locus poſt rem iudicatam, quæ prouenit ex ſententia vnica, & lata extra Rotam.*
8 *Procurator tenetur appellare à ſententia contra ſuum principalem lata.*
9 *Procuratoris dolus principali nocere non debet.*
10 *Narratiua eſt iuſtificanda, etiam ſi conſiſtat in negatiua.*
11 *Iniuſtitia etiam non notoria ſufficit ad obtinendam reſtitutionem in integrum.*
13 *Procuratoris negligentia non excuſat à deſertione, niſi interuenerit dolus, vel malitia. num. 14.*

DECISIO DLXXXV.

DOMINI vnanimiter dixerunt, conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam A.C. ex capite iniuſtitiæ. Nam Ioannes, contra quem lata fuit dicta ſententia ad fauorem Petri, non ſolùm erat annalis, ſed triennalis poſſeſſor: & ſic dicto Petro obſtabat *reg. de annali* 34. *& de triennali* 35. Quòd autem eſſet annalis, conſtat ex poſſeſſione portionis, de qua agitur, per eum capta ſub die 4. *Martij* 1617.
1 *in eius ſummario num.* 4. & ex propria confeſſione Petri facta in illius impetratione *in ſummario nu.* 5. in qua obtinuit derogari primæ parti dictæ reg. ſed defecit in euocan. Ioannem ad iudicium infra ſex menſes: cum gratia habeat datam ſub die 18. Ianuarij 1620. monitorium verò fuerit executum 25. Iulij dicti anni, *ſummario Ioannis num.* 5. & ſic obſtabat diſpoſitio dictæ re-
A gulæ, A, *Sarnen. quaſt.* 50. *num.* 2. *&* 3. *Rebuff. in prax. ſuper dicta regula gloſ* 4. *verſ. tunc per annum, & gloſ.* 14. *in princ. Seraph. deciſ.* 983. *num.* 2. De qua etiã
2 dari poteſt in ſecunda, & tertia inſtantia, *Sarnen. quaſt.* 5. *num.* 1. *& ſeq. Caſſad. deciſ.* 12. *num.* 1. *Put. deciſ.* 25. *num.* 1. *in nou. lib.* 1. *Ant. Auguſt. in epit. d. reg. num.*
B 20. B, Et prætenſa ſupplicatio prorogationis dictorum ſex menſium data in reſponſionibus pro Petro non fuit habita in conſideratione tanquam non producta, nec facta de actis. Poſſeſſio verò triennalis dicti Ioannis redditur clara cum fuerit capta d. die 4. Martij 1617. & lis cœpta per executionem monitorij dicta die 25. Iulij 1620. & ſic ferè per quinque menſes poſt triennium
3 quod cõputandũ eſſe, non à die impetrationis, ſed motæ litis, pro indubitato Domini habuerunt *iux. gloſ. antiq. d. reg. part.* 7. *verſ. item in quantum, Sarnen. quaſt.* 29. *in fin. verſ. prædictis obſtat, Rebuff. de pacif. poſſ. num.* 155. *verſ. ſic nec reſonant, Caputaq. deciſ.* 26. *num.* 4. *&* 5. *par.* 1. *& fuit dictum in Conchen. parochialis* 23. *Februarij* 1601. *coram bon. mem. Penna.* Et de titulo colorato iuxta prædictam regulam ſatis conſtat, cum Ioãnes habeat coadiutoriam cum futura ſucceſſione obtentam à ſanctæ mem. Paulo V. die 7. Maij 1615. *d. ſum-*
4 *mario num.* 1. *&* 2. qui non ſolùm datus à Summo Pontifice, ſed à quocunque habente auctoritatem conferendi, ſufficit ad effectum regulæ, dum non ſit ex duobus in illa reſeruatis, *Sarnen. ſuper reg. quaſt.* 27. *num.* 3. *verſ. tamen aduerten. & quaſt.* 28. *num.* 4. vbi teſtatur, ita ſeruatum in Rota *& quaſt.* 32. *num.* 3. *in fin. cum alleg.* Non obſtat, poſſeſſionem non fuiſſe pacificam propter proteſtationes beneficiatorum factas de tempore adeptionis *in ſummario Petri num.* 3. tùm quia non fuerunt factæ ad hunc finem, ſed (vt in illis dicitur) ad præſeruanda iura capituli: & d. beneficiati non erant competi-
5 tores in dicta portione, nec controuertebant titulum, poſſeſſionem, vel fructuum perceptionem, vt requiritur *Put. deciſ.* 317. *lib.* 1. *in nou. Seraph. deciſ.* 1254. *num.*
C 2. C, tùm quia non poſſunt ſuffragari Petro ad exclu-
6 den. triennalem poſſeſſionem Ioannis, latè *Rebuff. de pacif. poſſ. num.* 200. Minùs obſtat, quòd regulæ non ſit locus poſt rem iudicatam; quia dicta ſententia, quæ præ-
7 tenditur tranſiſſe in iudicatum, eſt vnica, nec Rotalis, & ideo contra eam de dicta regula dari poteſt, *Rota deciſ.* 564. *par.* 3. *diu.* præſertim cum ſententia videatur contumacialis, quia Ioannes fuit indefenſus à procuratore, qui non oppoſuit de dicta regula, ex qua intentio
8 actoris penitùs elidebatur, nec a dicta ſententia appel-
D lauit, vt tenebatur D, *iux. gloſ. communiter receptam in l. vlt ff. an per alium, & r. Put. deciſ.* 265. *lib.* 1. *in nou.* & propterea non videatur ſuſpicione doli carere,
9 quod principali nocere non debet *Rota deciſ.* 25. *in fin. de appell. in nou. Staph. de lit. grat. clauſ. & per Breue num.* 13. *verſ. ſi verò, Veſtr. in prax. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 12. *in fin. Odd. de reſtit. in integ. quaſt.* 13. *num.* 48. *& quaſt.* 38. *num.* 27. Conſiderabat etiam vnus ex DD. quòd dictus Petrus non iuſtificauerat narrata in ſuis literis, quòd ſcilicet Ioannes, nullo ſaltem canonico titulo ſibi deſuper ſuffragante, in d. benefico ſe intru-
10 ſerit, *vt dicto ſummario num.* 5. quam negatiuam probare tenebatur *Pariſ. conſ.* 138. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 4. *& fuit dictum in Placentina parochialis de Malpartida* 20. *Decembris* 1585. *coram Cardinali Pamph. & in Nouarien. Canonicatus* 20. *Decembris* 1610. *coram Sanctiſsimo.* Ex quibus ſatis conſtare viſum fuit de iniuſtitia dictæ
11 ſententiæ, quæ etiam non notoria ſufficit ad obtinen. reſtitutionem in integrum, vt quotidie ſeruat Rota *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 10. *num.* 12. *de ſent. & re iud. Seraph. deciſ.* 251. *num.* 2. *Rota deciſ.* 492. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A De materia videndus eſt *D. Lotter.* latè de ea tractans *de re benefic. lib.* 2. *quaſt.* 52. *à num.* 52. *infra.*
B *Lotter. d. quaſt.* 52. *num.* 14. *Rota deciſ.* 601. *in princ. par.*
12 4. *diuerſ.* & poteſt opponi de hac regula de annali etiam in cauſa reſtitutionis in integrum, & poſt rem iudicatam, & poſt relaxatas executoriales, *Gonzal ad regul.* 8 *gloſſ.* 66. *num.* 16. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 574 *num.* 30. *Lotter. loco cit. num* 14.
C *Gomeſ. ſuper regul. de annal quaſt.* 45. *verſ breuiter, Mandoſ. de annal. quaſt.* 42. *in fin Seraph deciſ* 1432. *num.* 8. *fuit dictum in Placentina parochialis* 22 *Aprilis* 1619. *corã bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*
D Videndus eſt *Scacc. de appellat. quaſt.* 5. *à num.* 12. adde tamen, quòd ſi procurator non appellauerit, eius negli-
13 gentia non excuſat à deſertione appellationis; quia pars ſibi imputare debet, quòd negligentem procuratorem conſtituerit; & ex hac ſola negligentia non competit reſtitutio in integrum, *Alexand. conſil.* 95. *num* 7. *&* 11. *lib.* 2. *Cephal conſil.* 185. *num.* 34. 41. *& ſeqq. Lancellott. de attentat. appellat pend. par.* 2 *cap.* 14. *num.* 2. *Caſſad. deciſ.* 5. *num.* 4. *de appellat. Creſcent. deciſ.* 7. *eod. tit. Scacc. de appellat. quaſt* 12. *num.* 118. *Beltramin. in annot. ad deciſ.* 573. *Greg. XV. num.* 13. *Rota deciſ.* 27. *de appellat. in antiq. & diuerſ. deciſ* 439. *num.* 3. *par.* 3. *lib.* 3. *& recent. par.* 2.
de-

Digitized by Google

deciſ. 138. *in princ. in Tuden. parochialis* 5. *Martij* 1614. *coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Veroſpio, in Aſculana alimentorum* 9. *Iunij* 1628. *coram R. P. D. Merlino.* Verùm hoc intelligitur, ceſſante dolo; & malitia procuratoris: quia ſi doloſè, & per fraudem procurator appellare omiſiſſet, principalis poſtea, habita notitia, poſſet appellare, *Afflict. deciſ.* 344. *ſub num.* 1. *Lancellott. d. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 96. *in fin. Rebuff. in tract. de appellat. art.* 1. *gloſ.* 2. *num.* 10. *Scacc. d. quaeſt.* 12. *num.* 129.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Rauennaten. matrimonij.

Lunæ 20. Decembris 1621.

ARGVMENTVM.

Pendente lite ſuper validitate, vel inualiditate matrimonij, mulier ſequeſtranda eſt apud honeſtam matronam, vel in aliquo Monaſterio, donec diſcutiatur cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſi prætendatur nullum, tanquam contractum inter gradus prohibitos, interim mulier debet ſequeſtrari, ne ſententia ferenda reddatur cluſoria, etiam ſi mulier ſit corrupta, num.* 2.

3 *Mulier, pendente lite ſuper validitate matrimonij, ſequeſtrari poteſt in aliquo loco Religioſo, vel Monaſterio.*

4 *Moniales verè honeſtæ matronæ dicuntur.*

DECISIO DLXXXVI.

CVM Nob. mulier appellans à ſententia extra Rotam ſuper validitate matrimonij contra eam lata, peteret ſe è domo, in qua arreſtata reperitur, ad libertatem dimitti, & penes honeſtam matronam deponi; dubio propoſito, Domini vnanimiter reſoluerunt, illam eſſe ad aliquod monaſterium monialium transferendam. Nam cum ipſa prætendat matrimonium
1 nullum, tamquam in quarto conſanguinitatis gradu cōtractum ad hoc, vt ſententia ferenda exequi valeat, nec reddatur cluſoria, eſt locus *cap. ex tranſmiſſa, de reſtit. ſpol. & cap. cum locum, de ſponſal. Creſc. deciſ.* 3. *num.* 2. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Put. deciſ.* 248. *num.*
2 3. *lib.* 3. *in nou.* Quod procedit etiam in corrupta, *vt in d. cap. cum locum, notat Io. Andr. poſt Vinc. in fine, Collect. num.* 2. *Card. num.* 1. *verſ. licit quidem.* Et quamuis dicti textus diſponāt, mulierem ſequeſtrari apud ho-
3 neſtam matronam, extenduntur tamen etiam ad locum religioſum, & Monaſterium, *vt in d. cap. ex tranſmiſſa, notat Ioann. Andr. poſt. princ. verſ. cuſtodien. Butr. num.* 9. *Abb num.* 4. *& in cap. cum locum, Præpoſit. ante med. verſ. nota ibi, & idem Abb. num.* 5. *verſ. ex quo infert, Alex. de Neu. num.* 7. *& num.* 34. *verſ. quintus eſt:* & Rota obſeruat, vt Monaſterium monialium deputetur,
4 cum illæ verè honeſtæ matronæ dici poſſint, vt fuit dictum *in Terdonen. ſeparationis Thori* 10. *Nouembris* 1599. *coram Pena impreſſ. poſt* 2. *volumen conſ. Farinac.*
A 131. *per tot.* A, Alia hinc inde deducta viſa fuerunt extra dubium.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Hanc deciſionem ſecuta eſt *Rota in Zamoren. profeſſionis* 17. *Iunij* 1622. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Placentina decimarum Caſtanearum.

Lunæ 10. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria, ſiuè ſubdelegatio non conceditur ad probandum grauamina illata per Iudicem remiſſorialem, de quibus conſtare poteſt ex actis: nec conceditur ad probandum delictum, abſque fumo: & vbi adeſt ſuſpicio vehemens calumniæ, & quando petitur ad euitandam expeditionem cauſæ; datur tamen ad reprobandos teſtes, quando non fuit aſſignatus terminus ad reprobandum, vel fuit aſſignatus à Iudice non habente ad id facultatem.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non datur ad probandum per teſtes, quod probari poteſt per ſcripturas; limita, ceſſante calumnia ſuſpicione num.* 8.

2 *Remiſſoria ad probandum delictum non datur ſinè fumo.*

3 *Remiſſoria licet ex ſola ſuſpicione calumnia denegari non ſoleat, tamen quando eſt vehemens denegatur.*

4 *Remiſſoria denegatur, quando petitur ad euitandam expeditionem cauſa.*

5 *Remiſſoria non datur ad reprobandos teſtes: datur tamen ceſſante calumnia, num* 6.

7 *Terminus ad reproban. dari ſolet in remiſſorialibus.*

9 *Remiſſoria conceditur ad probandum delictum, vbi deducitur per viam exceptionis, quando datur magnus fumus.*

DECISIO DLXXXVII.

IN hac cauſa pars D. Epiſcopi petebat ſibi concedi inſtrumentum ſubdelegationis Iudicis in partibus, tàm ad proban. prætenſa grauamina ſibi illata per Iudicem, cui directa fuit remiſſoria ad inſtantiam Capituli, & litis conſortium, & coram quo fuerunt examinati teſtes ſuper liquidatione terrarum, & prædiorum, ex quibus prætenduntur decimæ caſtanearum; quàm etiam ad reproban. dictos teſtes; & DD. reſoluerunt, dictam ſubdelegationem non eſſe concedendam niſi pro reprobatione teſtium tantùm. Tum quia viſum fuit, allegata grauamina poſſe, ac debere iuſtificari ex actis, & proceſſu liquidationis, & præſertim an recuſatio Iudicis, & Notarij fuerit valida, & legitima: & vbi poteſt
1 res probari per ſcripturas, regulariter non admittitur
A probatio per teſtes, A, *Aegid. deciſ.* 9. *in princ. vbi de ſtylo Rotæ, & Curia, Rot. cum ibi alleg. deciſ.* 414. *num.* 5. *par.* 2. *in rec.* Alia verò, ſiuè maior pars concernunt,
2 vel ſapiunt crimen, vel Notarij actuarij, vel ipſius Iudicis, vel vtriuſque; quo caſu non datur remiſſoria,
B & ſic ſubdelgatio ſinè fumo B, *Caputaq. deciſ.* 60. 62. & 63.

*& 63. num. 3. par. 3. & fuit dictum in Ianuen. pecunia-
ria 5. Iunij* 1613. *coram R. P. D. Vbaldo*: qui fumus non
videtur ſufficiens ex teſtibus examinatis coram ipſo Vi-
cario Epiſcopi, qui eſt pars formalis, & ſic nulliter, qui
etiam non ſunt de actis. Quòd verò Iudex, qui (vt præ-
tenditur) erat Theologus, & non Iuriſconſultus, no-
luerit nominare aſſeſſorem: vltra quòd poterit videri ex
actis, concernit potiùs punctum iuris viden. in Rota;
prout etiam dixerunt, non pertinere ad ſubdelegatio-
nem, quòd Iudex non admiſerit, imò receperit inter-
rogatoria additionalia poſt primo loco admiſſa, & de
hoc facto iam conſtat in proceſſu, & datur fides Notarij
Actuarij *in ſummario Capituli num.* 10. & ſic an rectè fe-
cerit, nihil ad examen teſtium, & ſubdelegationem, quæ
nunc petitur. Tùm etiam, quia viſum fuit pariter DD.
3 hanc petitionem ſubdelegationis non carere calumnia,
licèt non ſoleat facilè denegari ob ſolam ſuſpicionem
calomniæ, tamen quando illa eſt vehemens, etiam dene-
gatur, *Seraph. deciſ.* 1364. *num.* 4. *Rota in Hiſpalen.
matrimonij de Alcala* 5. *Iunij* 1609. *coram Sanctiſſimo*, &
4 quando petitur ad euitan. expeditionem cauſæ, *Felin.
in cap. de cetero, num.* 12. *de re iud. Rot. deciſ.* 571. *num.
2. par. 2. recent. & fuit dictum in alleg. Ianuen coram
R. P. D. Vbaldo*, & ſæpè aliàs: vt in caſu noſtro, cum iam
facta fuerit liquidatio, & trāſmiſſus proceſſus ad Curiā,
quæ calumniæ ſuſpicio augetur ex tot recurſibus ad Iu-
dices laicos pro parte Epiſcopi factis ad impediendum
dictum proceſſum liquidationis, de quibus *d. ſummario
Capituli num.* 3. *& ſeqq. vſq; ad num.* 9. Quò verò ad re-
proban. teſtes, licèt regula ſit negatiua, quòd non detur
5 remiſſoria, *Caputaq. deciſ.* 54. *&* 62. *par.* 3. *Oldrad. conſ.*
311. *num.* 7. *& ſeq. verſ. non obſtat, & fuit dictum in
Praneſtina* Cappellania 6. *Nouembris* 1609. *coram Reue-*
6 *rendiſſimo Attrebaten.* hæc tamen regula ſolet declara-
ri, vt habeat locum, quando ceſſat calumnia, *Afflict.
deciſ.* 351. *num.* 3. 9. *&* 19. vbi teſtatur de ſtylo Roma-
næ Curiæ per doctr. *Bart. in extrauag. ad reprimen. in
verb. & ſinè figura iudicij*, prout hic, quia in literis re-
7 miſſorialibus non fuit datus terminus iuxta ſolitum,
de quo per *Veſtr. in prax. lib.* 6. *cap. vlt. num.* 7. *verſ ſed du-
bium, poſt Vitalen. in clem. ſæpe*, §. *verùm quia, num.* 15.
de verb. ſign. Et ideo quatenus etiam fuiſſet (vt ſuppo-
nitur pro Capitulo, & pro parte Epiſcopi non negatur)
aſſignatos terminos per Iudicem ad reprobandum, ta-
men quia non habebat hanc facultatem, non poterat,
nec tenebatur Epiſcopus reprobare teſtes, quia proceſ-
ſus fuiſſet nullus ex defectu iuriſdictionis.

Et ideo DD. dixerunt non poſſe ſubdelegationem pro dicta
reprobatione tantum denegari.

ANNOTATIO.

A De quo dixi ſupra *ad deciſ* 180 *lit. B.* dator tamen remiſ-
8 ſoria, licèt materia articulata per ſcripturas probari poſſit,
ceſſante calumniæ ſuſpicione, quo caſu Rota nō ſolet pro-
bationes coaguſtare, vt in *Turritana bonorū* 23 *Februa-
rij* 1615. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori, & coram eo-
dem in Meleuitana pecuniaria* 15. *Maij* 1620.

B Limita, vbi delictum deducitur per viam exceptionis, quia
9 tunc remiſſoria non denegatur, *Felin. in cap. cum cauſam,
num.* 23. *de teſtib. Soccin. iun. conſil.* 60. *num.* 13. *lib* 2.
Menoch. de recuperan. remed. 15. *num.* 361. requiritur ta-
men ad hunc effectum magnus fumus, vt fuit dictum in *Ro-
mana iocalium* 26. *Iunij* 1624. *coram bon. mem. Vbaldo
ſeniori*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Placentina Caſtanearum.

Lunæ 10. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Declaratoria non datur contra ſucceſſorem pro fructibus ab anteceſſore perceptis.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria non datur ceſſante contumacia, & num.* 6.
2 *Succeſſor non tenetur de his, quæ conuerſa non ſunt in vtilitatem Eccleſiæ.*
3 *Excommunicatio non fertur pro culpis futuris.*
4 *Oblatio præſtationis patientiæ pro futura perceptione requiritur, quando ſententia lata eſt pro fructibus decurrendis.*
5 *Declara procedere, quando prædia, ex quibus debentur, ſunt certa.*
7 *Contumax non dicitur, qui parere non poteſt.*
8 *Attentata habentur pro purgatis, adhibita per attentantem poſſibili deligentia, ſi aliter purgari non poſſunt.*
9 *Contumax non dicitur, qui parere non tenetur.*
10 *Contumaciam cauſa qualibet iuſta excuſat.*

DECISIO DLXXXVIII.

LATIS tribus ſententijs Rotalibus
ad fauorem Capituli, & Participan-
tium ſuper decimis caſtanearum con-
demnatorijs D. Epiſcopi ad reſtitutio-
nem præteritarum, & ſuper immiſſio-
ne in poſſeſſionem eorundem Capituli,
& Participantium pro perceptione fu-
turarum ex prædijs, & terris diœceſis Placentiæ, qua-
rum deſignatio, & liquidatio in exequutione illarum
fuit reſeruata, cum condemnatione expenſarum, & ex-
peditis exequutorialibus in vim rei iudicatæ, illiſque
moderno Epiſcopo de menſe Decembris 1618. intima-
tis, ac ſeruatis quatuor terminis ſubſtantialibus iux. ſty-
lum Rotæ, fuit inſtitum pro declaratoria in forma ob
non paritionem dictarum executorialium: quam tamen
DD. denegan. eſſe dixerūt. Nam quò ad decimas præte-
ritas in dictis ſententijs contentas nulla poteſt conſide-
rari contumacia moderni Epiſcopi, quia illas non perce-
1 pit, nec eſt ille, qui fuit condemnatus, & ceſſante con-
tumacia non poteſt dari declaratoria *cap.* 1. *in fin. vt lit.
non conteſt. Abbas in cap.* 1. *num.* 10. *& ibi Rep. num.* 29.
A *de iudic. Caſſad. deciſ.* 5. *num.* 7. *de conſt* A, Nec ob-
ſtat dictas decimas fuiſſe conuerſas in vtilitatem Eccle-
2 ſiæ, & conſequenter dici non poteſt, ſucceſſorem te-
B neri B, *cap.* 1. *vbi Doct. de ſolut. Redoan. de reb. Eccl.
non alien. quæſt.* 5. *tit. an & quando ex alienat. &c. num.*
15. *Rot deciſ.* 705. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *& deciſ* 778.
num. 2. *par.* 2. *recent.* Quò ad futuras verò ſicut pro futu-
3 ris culpis non fertur ab homine excommunicatio, *cap.
Romana, vbi gloſ. verb. futuris, & Doct de ſent. excom, in
ſexto*, ita nec declaratoria, *vt fuit dictum in Gerunden.
vini* 5. *Martij* 1618. *coram R. P. D. meo Pamphilio, in
Larinen penſionis* 7. *Februarij* 1620. *&* 15. *Decembris præ-
teriti coram R. P. D. meo Vbaldo*. Nec obſtat, quòd quan-
do ſententia eſt lata etiam pro decurrendis, ſit neceſſaria
4 oblatio præſtationis patientiæ pro futura perceptione,
vt in *Conchen. decimarum dell'Infantado* 26. *Aprilis* 1619.
coram bon. mem. Andrea. Quia id procedere poſſet, quā-

do prædia, ſuper quibus fructus, vel decimæ prætenduntur, ſunt deſignata, & certum eſt, in futurum deberi, vt
5 erant in dicta Conchen. ſecus verò in hoc caſu, cum terræ, quarum loco fuerunt ſubrogatæ caſtaneæ, de quibus decimæ prætenduntur, non ſint liquidæ, ſed illarum deſignatio, & liquidatio reſeruata fuit in prima ſententia alias confirmata *in ſummario Epiſcopi num.* 1. & ſic donec conſtet, quæ ſint dictæ terræ, vel prædia, non videtur Epiſcopus eſſe in aliqua contomacia, & conſequenter non eſt danda declaratoria; & ita ſeruauit Rota in dicta Conchen. in qua 21. Iunij 1617. quò ad prædia, in quibus non fuit probata ſubrogatio, dictum fuit, non eſſe ſtan. in deciſis, videlicet, ſententiam non eſſe cõfirman. & d. die 26. Aprilis fuit reſolutum, dandã eſſe declaratoriam propter nõ ſolutionem videlicet decimarum locorum, in quibus erat probata ſubrogatio, & quò ad alia fuit pro liquidatione conceſſa remiſſoria ſub die 25. Iunij præt. *coram R. P. D. meo Remboldo*. Non obſtat, quòd Capitulum veniat ad cauſam, non ſolùm nomine proprio, ſed etiam parochorum, qui habent intentionem fundatam in iure decimandi omnes fructus; tum quia ſententiæ, quarũ vigore petitur declaratoria, latæ fuerunt ſuper decimis terrarum, & prędiorum, quorum loco fueruot ſubrogatæ caſtaneæ, vt ex illarum lectura. Tum quia cœptum fuit iudicium liquidationis dictorum prædiorum, & ſuper prædijs oppidi de Xarandilla emanauit deciſio 14. *Iunij* 1619. *coram me*, & fabricatus longus proceſſus, & hac eadem die fuit reſolutum, dan. eſſe ſubdelegationem iodicum ad reproban. teſtes Capituli examinatos in dicto iudicio liquidationis, quo pendente viſum fuit DD. declaratoriam non eſſe conceden.

Et ita reſolutum vtraque parte informaote.

ANNOTATIO.

A Quòd declaratoria dari non poſſit vbi noo adeſt contuma-
6 cia, ſeu contrauentio, *Oldrad conſil.* 277 *in princip.* Caſſador. *deciſ.* 12. *ſub num.* 2. *de reſcript & deciſ* 2. *num.* 2. *& ſeq. de penſion. Rota deciſ* 585 *ſub num.*6. *part* 1. *recent in* Calaguritana *praeminentiarũ* 29 *Nouemb.* 1596. *corã Penia*,
7 non dicitur tamen in contumacia, qui parere non poteſt, *Oldrad. d conſ* 227. *in princ Signorol conſ* 33 *num* 11. *Alex. in l.* 2. *ſ. ſi quis iudicio nu.*1. *& ſeq. ff. ſi quis caution. Felin. in cap. ſi quis teſtium in princ de teſtib Afflict. deciſ.* 29. *num.* 3. *Rot deciſ* 838 *nu* 2. *in fin par* 4. *diuerſ & in Tullen ſeu nullius Monaſterij* 5. *Iulij* 1608. *coram bon mem. Card Sacrato*; in qua fuit dictum, quòd clauſula, *parito literis*, intel-
8 ligitur quoad poſſibilia. Prout in ſimili pro attentatorum purgatione, ſufficit, attentantẽ facere quod poteſt, *Creſcent. deciſ* 1. *de ſequeſtr. poſſeſſ & fruct. Rota in Calaguritana de Brãteuilla* 9 *Iunij* 1603. *& in d. Tullen ſeu nullius monaſterij coram Card. Sacrato*, *& in Conuerſana iuriſdictionis* 10. *Nouembris* 1628. *coram R. P. D. Durano*.
9 Nec dicitur contumax, qui parere non tenetur *Oldrad. conſ* 301. *ſub num* 1. *verſ hoc autem*; & quælibet cauſa
10 iuſta excuſat à contumacia. *Gloſſ in l. vnic. ſ. fin & ibi Bart. & Doct. omnes ff ſi quis ius dic. non obtemper cum alijs per Farinac. de inquiſit quæſt.* 11, *num.* 51. *Rot. deciſ.* 585. *ſub num.* 6. *in fin part.* 1. *recent. & in Romana, ſeu Tiburtina Caſtri Sancti Angeli fideicommiſſi de Vrſinis* 10. *Februarij* 1620. *coram bon. mem Vbaldo ſeniori*.

B Et quòd ſucceſſor conueniri non poſſit pro fructibus ab eius anteceſſore perceptis, fuit etiam dictum in *Conchen. decimarum, ſeu fructuum* 9. *Decemb* 1622. *coram bon mem. Remboldo*, in qua Rota hanc deciſionem ſequuta eſt.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana, ſeu Tiburtina caſtrorum.

Veneris 14. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Bona, ad quæ petitur per hæredem immiſſio, ad illam impediendam, fuiſſe in bonis fideicommittentis, & per eum poſſeſſa, ex quibus probetur, & ex quibus probetur hæreditatis aditio.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius probare debet, bona, quæ petit, fuiſſe defuncti mortis tempore, vel ab eo poſſeſſa*
2 *Fideicommiſſarius nequit impedire immiſſionem hæredibus ab inteſtato, niſi, vltra poſſeſſionem non vitioſam, incontinenti doceat de iure ſuo.*
3 *Teſtes de publica voce, & fama in antiquis probant.*
4 *Tempus certum, & præciſum probare debet, qui in eo ſe fundat.*
5 *Dominium bonorum defuncti tranſit in hæredem, abſque vlla apprehenſione.*
6 *Rei appellatione venit tota, quando verba ſunt pluralia.*
7 *Hæreditatem adiuiſſe cenſetur, qui de ea in aliquo diſpoſuit.*
8 *Hæreditas, non ſufficit, quòd ſit delata, niſi probetur adita, ad hoc vt eius bona dicantur diſponentis.*
9 *Paciſcentis de re communi, de ſua tantum parte conueniſſe cenſentur.*
10 *Diſponens de re communi, de ſua tantùm parte diſpoſuiſſe cenſetur: quod procedit nedum in vltimis voluntatibus, ſed etiam in contractibus oneroſis.*
11 *Pacta fideicommiſſaria ſunt oneroſa.*
12 *Hæreditatis aditio vt excludatur, ſufficit, quòd actus ſit ambiguus, & illam per neceſſe non concludat.*
13 *Hæreditas viuentis non datur.*
14 *Deſcendentes poſsidendo bona, quæ anteceſſores poſsidebant, non præſumuntur eorum hæreditatem adiuiſſe, niſi probetur.*
15 *Fideicommiſſum impugnare nequit, qui illud per ſententias canonizari obtinuit.*
16 *Dominium rei, quam quis habet, ex alterius donatione conſequi non poteſt.*
17 *Recipiens ab aliquo fatetur illius dominium.*
18 *Bona fideicommiſſo ſubiecta eſſe, plenè, & concludenter probandum eſt, quando apparet, illa fuiſſe poſſeſſa vti libera.*
19 *Hæreditas conſiſtens in Caſtris, & iuriſdictionibus, præſumitur opulenta.*
20 *Aditionem ad inducendum non ſufficit, hæreditatem eſſe opulentam.*
21 *Recognitione indiget ſimplex ſcriptura, licèt ſit antiqua.*
22 *Immiſſio hæredis per fideicommiſſarium non impeditur exceptionibus altiorem indaginem requirentibus.*
23 *Hæreditas in dubio præſumitur opulenta, adeo quòd aſſerenti contrarium incumbit onus probandi.*
24 *Hæreditas in dubio præſumitur lucroſa, & ideo dicitur titulus lucratiuus.*
25 *Hæreditas non probatur inopulenta, ex quo in ea non fuerit reperta pecunia.*

DECISIO DLXXXIX.

IN hac ſecunda diſputatione DD. pro maio-
ri parte ſteterũt in reſolutis ſub die 14. Iu-
nij præteriti, videlicet, nõ conſtare, quòd
duo Caſtra controuerſa, in quorum poſſeſ-
ſionem hæredes ab inteſtato q. Catherinæ
petunt immiſſionem ex remedio Quorum
bonorum, vel Iudicis officio, fuerint in bonis Cardinalis
Latini, & fratrum, vel per eos poſſeſſa de tempore præ-
tenſi fideicommiſſi, inter eos anno 1477. de menſe Au-
1 guſti conuenti, quæ eſt exceptio Illuſtriſſimorum DD.
de Vrſinis reorum conuentorum, & per eos probanda,
Aym. conſ. 61. *num.* 6. *Roland. conſil.* 28. *num.* 2. *lib.* 1.
Natt. conſ. 400. *num.* 2. & poſt alios *Surd. deciſ.* 339. *in
princ.* & abſolutum eſt, fideicommiſſarium non poſſe
impedire immiſſionem hæredibus ab inteſtato, niſi, vl-
2 tra poſſeſſionem non vitioſam, incontinẽti doceat de iu-
re ſuo, *Bart. in l. filiam num.* 1. *& ibi Alex. ff. ad Trebell.
Socc. iun. conſ.* 75. *num.* 38. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 115. *num.*
2. *&* 10. *part.* 1. *in recent.* vbi quòd fuit ſępiſſimè deci-
ſum, & quòd hanc opinionem perpetuò ſeruat Rota,
& quàmplures aliæ deciſiones referuntur. Nam quòd
dicta duo Caſtra fuerint poſſeſſa per dictos fratres, li-
cèt duo teſtes DD. de Vrſinis deponant de publica vo-
3 ce, & fama, & ſic in antiquis probene *Caputaq. deciſ.*
347. *num.* 4. *part.* 3. *& fuit dictum in Vrbeuetana fidei-
commiſſi* 16. *Nouembris* 1618. *&* 7. *Februarij* 1620. *co-
ram Reuerendiſſimo D. meo Decano* cum allegatis; tamen
ſufficit reſponſio aliàs data, quòd non percutiunt dictũ
annum 1477. nec tempus ante prætenſum fideicommiſ-
ſum, imò neſciunt, an dicti fratres paciſcentes viuerent
de dicto anno: & cum fideicommiſſum eſſet reſtrictum
4 ad bona tunc præſentia, debet probatio concludere de
illo tempore, in quo vis conſiſtit *Cald. conſ.* 106. *num.*
1. *lib.* 1. *Surd. deciſ.* 75. *num.* 10 *Rot deciſ.* 303. *num.* 3.
part. 1. *diuerſ. cum allegat. in alia deciſ.* Quò verò ad do-
minium, illud deducebatur præcipuè ex eo, quòd dicta
Caſtra ſpectarent ad Ioannem eorum fratrem Archiepi-
ſcopum Tranen. ex duobus antiquis inſtrumentis anni
1464. in quibus enunciatur Dominus, & ex alio 1474.
in quo vti Dominus Cantalupi donauit certa bona, vt in
donatione, qui obijt ab inteſtato, & ſinè filijs (vt præ-
ſumitur, cum eſſet clericus) de menſe Maij dicti anni: di-
ctique paciſcentes fuerint illius hæredes, dominium
5 dd. Caſtrorum abſque vlla apprehenſione in eos tranſi-
uerit iuxta *l. cum hæredes cum ibi not. ff. de acquir. poſſ.*
Quòd autem hæreditatem d. Archiepiſcopi de tempo-
re conuentionis iam delatam adierint. Primò deduce-
batur ex ſpeciali pacto in prædictis conuentionibus ap-
poſito, quòd Robertus benè tractare deberet Caſtra ibi
ſpecificata, quorum primũ eſt Vicouarium: & Cardina-
lis Latinus, donec viueret, deberet tenere Arcem dicti
Caſtri; quæ conuentio dicebatur non potuiſſe fieri ci-
6 tra aditionem: cũ hoc modo diſpoſuerint de toto caſtro,
& de tota arce: cum appellatione rei veniat tota, *gloſſ.
in l. ſi rem verbo totam, ff. de rei vend.* & verba ſint plu-
ralia, iuxta diſtinctionem *Bart. in l. ſi pluribus num.* 6.
poſt med. verſ. ſed certè ff. de leg. 2. *& in l. ſi iſta num.* 1.
ff. eod. cum alleg. in dicta Vrbeuetana; & ſic cum non con-
trouertatur, quin Ioannes eſſet Dominus Vicouarij
pro quarta parte, & prò indiuiſo cum dictis fratribus,
videantur vltra eorum ratam diſpoſuiſſe, & conſequen-
7 ter illius hæreditatem in omnibus adiuiſſe *l. ſi Aua, C.
de iur. delib. l. duo fratres, cum ibi not. ff. de acquir. hæred.
Bart. in l. gerit num.* 27. *ff. de acquir. hæred. & fuit dictum
in Romana cenſus de Cardutijs* 27. *Octobris* 1600. *coram
Sanctiſſimo D. N. impreſſ. deciſ.* 32. *part.* 2. *recent. & in*
Tom. II.

Romana hæreditatis de Gabrielibus 26. *Ianuarij* 1615. *co-
ram R. P. D. meo Pamphilio.* Verùm quicquid ſit de
dominio dicti Ioannis, reſponſum fuit, ex prædictis con-
uentionibus nõ inferri neceſſariò ad aditionem eius hæ-
8 reditatis, quam non ſufficit fuiſſe delatam, niſi probetur
adita, ad hoc vt bona dicantur diſponentis, *Aym. conſ.*
222. *ſub num.* 11. *verſ. non omitto*, conueniſſe cenſentur
9 ſolummodò ſuper parte, quam paciſcentes habebant in
dicto Caſtro *iux. conſ. Ang.* 173. *in princ.* & allegata ſu-
pra in contrarium, quòd intelligantur de toto diſpoſuiſ-
ſe, procedunt, ſi dicti contrahentes fuiſſent Domini to-
tius Caſtri, vel nullam in eo partem habuiſſent; aliàs
10 de ſua parte tantùm pręſumuntur diſpoſuiſſe, *l. ſeruus ele-
ctione, ſ. fin. vbi Alberic. num.* 10. *&* 11. *Alex. num.* 2.
poſt med. verſ. ſed hæc ſolutio, & verſ. inde eſt, ff. de legat.
1. *Angel. Aretin. conſ.* 37. *num.* 7. quod procedit non
ſolùm in vltimis voluntatibus, ſed etiam in contracti-
bus non oneroſis, *l. ſi domus ſ. fin. vbi poſt Bald. Ang.
& Ioann. de Imol. Alex. num.* 4. *ff. de leg.* 1. *cap. paſto-
ralis, vbi Imol. num.* 6. *Bero. num.* 10. *de donat.* Proue
11 videntur eſſe pacta, de quibus agitur, vt in fideicum-
miſſo conuentionali de Columna, (quicquid conſulerit
Gabr. conſ. 136. *lib.* 2.) tenuit Rota apud *Seraph. deciſ.*
416. *num.* 20 *&* 24. & ad excluden. hæreditatis adi-
12 tionem ſufficit, quòd actus ſit ambiguus, & illam per
neceſſe non includat *l. pro hærede ſ.* 1. *vbi Iaſ. num* 3.
ff. de acquir. hæred. Rot. deciſ. 464. *num* 5. *part.* 1. *di-
uerſ. cum alleg. in Rom. hæreditatis* 16. *Nouembris* 1616.
coram me, & in Bonon. de Guidalottis 26. *Ianuarij* 1617.
coram R. P. D. meo Caualerio. Secundò, prætendeba-
tur conſtare de aditione, eo quia fuerint per deſcenden-
tes obſeruatæ, & adimpletæ conuentiones factæ per
eumdem Archiepiſcopum Ioannem cum Communi-
tate Vicouarij de anno 1464. ex illarum ſubſcriptioni-
bus, de quibus *in dicto ſummario num.* 2. *in fin.* ſuper qua
tamen obſeruantia Dominis viſum fuit non poſſe fieri
fundamentum; tum quia legitur ſola ſubſcriptio Nea-
polionis, ſinè tempore, quæ potuit fieri, viuente Ioan-
ne, cuius tunc non dabatur hæreditas, *ex vulg.* Tum
13 etiam, quia dicta ſubſcriptio, prout aliæ ſubſequentes
deſcendentium (vt ſupponitur) à Neapolione, quæ pa-
riter ſunt ſinè tempore, debent potiùs referri ad pro-
miſſionem de rato per d. Archiepiſcopum facta in dictis
capitulis pro dictis fratribus tunc viuentibus, & eo-
rum hæredibus, quàm vt inducant aditionem: & fieri
etiam potuerunt ratione iuris, quod habebant in dicto
Caſtro, vt ſupra, & ſic non concludunt aditionem, ex
allegatis. Tertiò, non obſtat poſſeſſio (vt prætendi-
tur) ſucceſſiua, & continuata deſcendentium à dictis
fratribus paciſcentibus, vſque ad annum 1559. quo
fuit facta concordia inter Paulum Iordanum, & Fran-
ciſcum Abbatem Farfen. *de qua in dicto ſummario num.*
14. nam vltra quòd illa non probatur, ex tali poſſeſſio-
14 ne non infertur nec ad aditionem hæreditatis, nec quòd
dicta Caſtra in eos perueniunt vti fideicommiſſaria,
cũ potuerint aliundè habere, vt in fortioribus terminis
Alex. conſ. 104. *num.* 1. *vol.* 4. *poſt Bald. in auth. ex te-
ſtamento num.* 29. *C. de collat. & in l. cum oportet in
princ. C. de bon. quæ lib. Alciat. conſ.* 206. *num.* 4. *&* 5. *lib*
9. *latiſſimè Surd. d. deciſ.* 339. *num.* 14. *& ſeq.* & quando
longum temporis interuallum interceſſit à die mortis
teſtatoris ad poſſeſſionem deſcẽdentium, vt in hoc caſu,
indubitanter procedere, *Peregr. poſt alios de fideic. artic.*
A 44. *num.* 21. *verſ. arbitror, Surd. d. deciſ.* 339. *num.* 19. A
Dum quartò fiebat maximum fundamentum in aliàs
allegatis ſententijs Gubernatoris Vrbis contra Fiſcum
latis, altera ad fauorem Franciſci anno 1534. alteras
ad fauorem Pauli Iordani ſenioris anno 1543. per quam

ſuit declaratum, Caſtrum Vicouarij, eique annexa ad illos vti fideicommiſſarios ſpectare, & conſequenter hæreditatem dicti Ioannis ſuiſſe à fideicommittentibus aditam: nec hæredes Catherinæ cauſam habentes à dictis
15 Franciſco, & Paulo poſſe Caſtra, de quibus agitur, tanquam libera vendicare *Rot. deciſ.* 384. *num.* 2. *in fin. part.* 2. *recentior.* Reſponſum fuit, quòd dictæ ſententiæ fuit latæ vigore fideicommiſſi conuenti à dicto Cardinali Latino, & fratribus, & à quodam Carolo, qui non nominatur in dictis conuentionibus: quòdque in dictis ſententijs nulla fit mentio de Caſtris controuerſis, vt in deciſione. Vlteriùs dicebatur, non conſtare de aliqua effectuatione reſpectu primæ, reſpectu verò ſecundæ licèt dentur quædam ſcripturæ adeptæ poſſeſſionis *in ſummario num.* 12. tamen non ſunt in forma probanti, cum non conſtet, rogatas eſſe per aliquem Notarium: & vltra reſponſiones datas in alia deciſione, in illis non enunciantur prædictæ ſententiæ, ſed dicitur capta poſſeſſio vigore cuiuſdam mandati exequutiui, abſque eo, quòd dicatur, à quo, nec de quo tēpore, nec ex qua cauſa fuerit expeditum, & ſinè regiſtratione, vel relatione tenoris illius: ſicque non concludunt captam poſſeſſionem in vim dictarum ſententiarum. Idque confirmatur ex eo, quòd Abbas Franciſcus anno 1559. donauit Paulo Iordano totum, ſeu partem Status Vicouarij, cuius tamen dominium, ſi dicta ſententia
16 habuiſſet effectum, Paulus Iordanus acquiſiuiſſet per adiudicationem, ſibi in illa factam, quod ampliùs à dicto Abbate illo priuato conſequi non potuiſſet *l. cum res, C. de contrah. empt. l. ſuæ rei ff. eod. cap. inter dilectos circa fin. vbi gloſ. verb. quod meum eſt, de fide inſtr.* & dum
17 ab illo receptus faſsus fuit eius dominium *l. cenſualis, C. de donat. Rip in l. ſi aliquam rem num.* 38. & 39. *ff. de acquir. poſſ. Aym conſ.* 380. *num.* 4. Addebatur, quòd cum Paulus Iordanus anno 1566. donauerit irreuocabiliter inter viuos, & nullo iure ſibi reſeruato, hæc Caſtra Ioanni Paulo pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus præſenti, & acceptanti, &c. videtur de illis tanquam de liberis, & ex alia ſupradicta donatione acquiſitis diſpoſuiſſe: cumque vigore dictæ donationis ſupponatur capta poſſeſſio, & per ſe, & per hæredes vſque ad obitum Catherinæ continuata, grauiores proba-
18 tiones requiruntur ad proban. illa fideicommiſſo ſubiecta, vt in ſimilibus terminis latè poſt alios *Surd. conſ.* 311 *num.* 12. & 13. *& fuit dictum in Vrbeuetana fideicommiſſi* 7. *Februarij* 1620. *coram Reuerendiſſimo D. De-*
19 *cano*. Neque faciunt adminicola conſiderata, quòd hæreditas dicti Ioannis præſumatur adita ex eo, quòd eſ-
B ſet opulenta B, conſiſtens in Caſtris, & iuriſdictionibus, quæ plurimi æſtimantur *Bald. conſ.* 298. *num.* 2. *lib.* 5: cum allegatis; quia vltra quòd non conſtat de ſtatu hæreditatis, talis præſumptio non ſufficit ad adi-
20 tionem inducendam, *Franch. deciſ.* 60. *num.* 22. *Menoch. præſumpt.* 92. *num.* 3. *verſ. & hæc quidem, & fuit dictum in allegata Romana hæreditatis, ſeu Paragij dotis* 16. *Nouembris* 1616. *coram me*: cum requirantur concludentes, & neceſſariæ probationes ex ſupra deductis. Vltimò ad probandum dominium dd. fideiubentium data fuerunt duo inſtrumenta, alterum de anno 1458. in quo Robertus donat quoddam petium terræ ſitum in territorio Cantalupi, cum promiſſione de rato pro Reuerendiſſimis DD. Latino Cardinali, Ioanne Archiepiſcopo, & D. Neapolione ſuis fratribus, mandans omnibus, & ſingulis ſubditis ſuis, & officialibus, vt dictam donationem obſeruent; in vltimo verò de anno 1472. idem Robertus donat alia bona cuidam Valentino, ſita in territorio Corcumelli ſub verbis, *datum in Caſtro noſtro Vicouarij, vt in ſummario nunc dato num.* 1. & 2.

Ad primum dictum fuit, eſſe ſcripturam informem, cum in ea dicatur, *has literas manu noſtra propria ſubſcriptas, & noſtro ſigillo munitas*, & tamen (vt ex eius inſpectione) de neutro apparet, adſunt duo ſpatia in albo, eſt ſinè teſtibus, & ſic nulla fide digna indicatur. Secundum loquitur de bonis ſitis in dominio Caſtri Corcumelli, de quo hodie non agitur: & cum non ſit inſtrumentum publicum, ſed ſimplex ſcriptura, licèt anti-
21 qua, indigeret recognitione, vt fuit dictum *in Maceraten. legitimæ* 10. *Maij* 1617. *coram R. P. D. meo Vbaldo*, & illa enunciatiua, *in caſtro noſtro Vicarij*, poteſt intelligi ratione partis, quam in illo habebat, vt ſupra. Ex quibus, & dictis in alia deciſione negari non poſſe Dominis viſum fuit, quin deducta pro parte DD. de Vr-
22 ſinis requirant ſaltem altiorem indaginem, & conſequenter impedire non poſſe immiſſionem, ſed reijcienda ad petitorium ex allegatis *in deciſ.* 15. *Martij* 1619. & vltima in cauſa factis, *& per Dec. conſ.* 467. *num.* 9. *& ſeq. præſertim num.* 13. *&* 14. *conſ.* 480. *num.* 8. *& ſeq. præcipuè num.* 13. *Rot. deciſ.* 103. *& deciſ.* 520. *num.* 5. *circa fin. part.* 1. *diuerſ. & d. deciſ.* 115. *num.* 10. *par.* 1. *in recent.* Atque ita DD. pro maiori parte vt ſupra ſteterunt in deciſis vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Rota in Romana cenſus* 15. *Aprilis* 1622. *coram R. P. D. Pirouano*.

B Adde, quòd in dubio hæreditas præſumitur opulenta,
23 adeo quòd aſſerenti contrarium incumbit onus probandi *Cephal conſil.* 392. *num.* 36. *&* 58. *ad fin lib.* 3. *Couar. in cap. ſi hæredes ſub num* 9. *verſ. etſi minimè, de teſtament Cardinal Seraphin. deciſ.* 1394. *num.* 5. *Rota deciſ* 696 *num.* 2. *part.* 1. *recent. fuit dictum in Viterbien. caſtrorum* 11. *Martij* 1622. *coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, & in Foroliuien dotis* 9 *Iunij* 1625. *coram R. P. D. Durano*; & præſumitur lucroſa, idemque dici-
24 tur titulus lucratiuus *Natt conſil.* 214. *num.* 7. & præſumitur eſſe ſoluendo, *Alb. conſil.* 214. *num.* 22. 46. *&* 60. *lib.* 2. *et conſil.* 748. *num.* 1. *lib.* 4. nec probatur inopulen-
25 ta, ex quo in hæreditate non fuerit reperta pecunia. *Marot. conſ.* 13. *num.* 10. *et reprobato Marcobrun. tradit Surd. deciſ* 30. *num.* 14 *et* 15. *Rota in S. Seuerini dotis* 17. *Martij* 1621. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori, et in dicta Foroliuien. dotis coram R. P. D. Durano*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Vicen. Cameratiæ.

Mercurij 19. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Executioni Breuis de capienda poſſeſſione non eſt locus, non docto plenè, & concludenter de reſeruatione, in qua sūt fundata huiuſmodi Breuia; & ex quibus dicatur conſtare de reſeruatione.

SVMMARIVM.

1 *Breue de capien. poſſeſſione nomine Cameræ, quando eſt iuſtificatum, habet executionem paratam.*
2 *Breue fundatur in reſeruatione.*
3 *Ius conferendi, quod Papa ſibi ſpecialiter reſeruauit, non præſumitur voluiſſe tollere per verba generalia.*

4 *Ius*

4 *Ius conferendi non venit ſub iuriſdictionibus.*
5 *Scientia, & patientia Papæ requiritur, quando agitur de præiudicio ipſius, & Sedis Apoſtolicæ.*
6 *Subrogatus in ius ſui auctoris non poſsidentis tenetur totam gratiam iuſtificare, & quando procedat num. ſequen.*
8 *Subrogatus in ſtatu, & terminis obtinet executionem Breuis, prout defunctus obtinuiſſet.*
8 *Breuis executioni locus non eſt, non conſtito plenè, & concludenter de reſeruatione, etiam quòd non adſit contradictor, num.* 10.
11 *Poſſeſsio capta vigore Breuis, non iuſtificata reſeruatione eſt nulla, & iniuſta.*
12 *Spolium intrat aduerſus poſſeſsionẽ captã vigore Breuis non iuſtificati, etiam ſi in Breui adſit clauſula,* ſinè vitio ſpolij, *num.* 13. *dummodo fuerit oppoſitum de reſeruatione ante executionem num.* 14.
15 *Poſſeſſor immiſſus vigore Breuis non iuſtificati, eſt interim manutenendus, dummodo eiectus à poſſeſsione habuerit ſe pro ſpoliato, alias illi danda eſt manutentio num.* 16.

DECISIO DXC.

CVM Mauritius fuiſſet auctoritate Apo-
ſtolica prouiſus de Cameraria, de qua
agitur, vti de reſeruata in literis ſecula-
rizationis Clemen. viij. fel. me. & poſt
obtentum, & præſentatum A. C. Breue
de capienda poſſeſſione deceſſerit; An-
tonius obtinuit ſubrogationem gratioſã ad ius Mauritij
& illius proſequutionem in ſtatu, & terminis, &c. qui
reportauit declaratoriam contra Raphaelem vti proui-
ſum à Præpoſito Eccleſiæ, cum mandato de immittendo
in forma; & commiſſa cauſa appellationis in Rota,
cum clauſula, *parito Breui arbitrio Rotæ*, Domini dixe-
runt, arbitrium non intrare pro retardatione. Nam nõ
fuit dubitatum de iuſtificatione clauſulæ, *conſtito*, vide-
licet quòd Iacobus obierit in poſſeſſione: cum Raphael
veniat ex eadem vacatione, & in ſua gratia narrauit di-
ctum Iacobum in poſſeſſione obijſſe, *vt in ſummario*
1 *num.* 3. & Breue iuſtificatum habet executionem para-
tam, *Rot. deciſ.* 756. *in fin. par.* 2. *recen. & fuit dictum
in Salamantina beneficij* 31. *Ianuarij* 1596. *coram Litta,
in Tarraconen. Canonicatus* 12. *Nouembris* 1607. *coram
Scotto*, & in alijs paſſim. Sed quia dictum Breue, prout
2 omnia ſimilia ſunt fundata in reſeruatione, latè *Gon-
zal. ſuper reg.* 8. *gloſ.* 9. *in annot. contra null. num.* 262.
& fuit dictum in Gerunden. Prioratus 4. *Martij* 1619.
A *coram R. P. D. Vbaldo*, A, *cum alleg.* Dominis viſa
fuit reſeruatio clara, & indubitata, quæ literaliter le-
gitur in dictis literis ſecularizationis omnium bene-
ficiorum Ordinis Sancti Auguſtini totius Principatus
Cataloniæ, & in ſpecie Eccleſiæ Oppidi Minoriſſæ, in
qua eſt dicta Cameraria, & per verba vniuerſalia, ibi,
*quandocunque, & quomodocunque ſint vacatura, vt in
ſummario Antonij num.* 1. Nec obſtare dixerunt duo
Breuia eiuſdem Summi Pontificis *in ſummario Raphaelis
num.* 4. Nam primum del 1600. 16. Octobris emanauit
occaſione controuerſiæ, quæ poſt ſecularizationem
orta erat inter Præpoſitum, qui antea habebat iuriſdi-
ctionem in dicta Eccleſia Collegiata, & in eius Canoni-
cos, ex vna, & Epiſcopum Vicen. ex alia: qui præten-
debat, dictum Præpoſitum iuriſdictionem amiſiſſe per
dictam ſecularizationem; vndè Papa declarauit ſuæ in-
tentionis non fuiſſe, ab eiſdem Eccleſijs, Dignitatibus
beneficijs, ac Præpoſitura eorum iuriſdictiones, præ-
rogatiuas, priuilegia, aliaque iura, & conceſsiones
ſuas auferre: ſed regularitatem dumtaxat in eis ſuppri-
mere; quæ ſunt verba præciſa dictæ declarationis, quæ
propterea emanauit circa iuriſdictionem dicti Præpoſi-
ti, tunc illi ab Epiſcopo controuerſam, non autem cir-
ca ius conferen. de quo non agebatur, quod ſibi Papa
plenè, & expreſsè reſeruauit: vt in beneficijs ſeculari-
zatis eiuſdem diœceſis firmauit *Rot. deciſ* 323. *num.
7. par.* 2. *in recent.* & in eadem cauſa 20. *Februarij* 1617.
coram R. P. D. meo Vbaldo, Nec præſumitur, Papam
3 per verba generalia voluiſſe tollere ius conferendi, quod
ſibi ſpecialiter reſeruauerat, *ad not in cap. fin de offic Vic.
in* 6. *Pariſ. conſ.* 80. *num.* 17. *in fin. lib.* 4. *Gonzal. ſuper
reg.* 8. *in §.* 4. *procem. num.* 34. *Rota deciſ* 666. *num.* 8.
par. 1. *recent & deciſ.* 569. *num.* 6. *par* 2. Nec ius con-
4 ferendi venit ſub iuriſdictionibus, *Butr cap. noſti, num.*
B 3. *in* 2. *notab. de elect.* B, Aliud verò Breue del 1603.
dicto ſummario num. 4. in quo declarat, quòd in ſecula-
rizatione Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Iacobi de Calaff.
noluit præiudicare iuri conferendi, quod Abbati Sancti
Vincentij de Cardona ante ſecularizationem competebat
eſt limitatum ad dictam Eccleſiam Sancti Iacobi, & Ab-
batem prædictum, ſicque non debet extendi ad alias Ec-
cleſias, nec ad fauorem aliorum collatorum *ad l quod
verò, cum concord. ff. de legib.* Non obſtant collatio-
nes factæ per Præpoſitum, de quibus *in ſummario Ra-
phaelis, num.* 6. Nam omnes, vnica excepta, ſunt ante
ſecularizationem, & reſeruationem. Quæ verò facta
fuit del 1614. *in ſummario num.* 7. non videbatur at-
tendenda: cum non conſtet de ſcientia & patientia Pa-
5 pæ, de cuius, & Sedis Apoſtolicæ præiudicio agebatur,
ad not. in cap. cum Eccleſia Sutrina vbi *Ripa num.* 64. *de
cauſ. poſſeſſ. & c. Crauett. conſ.* 134. *num.* 18. cum relatis
C per *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 121. *& ſeq.* C,
Minùs obſtat, quòd cum Antonius ſubrogatus non ſit
6 ad poſſeſſionem defuncti, quam non habebat, teneatur
iuſtificare totam gratiam, *Vitalin. in clem.* 1. *nu.* 64. *vt
lit. pend. & fuit dictum in Carthaginen portionis* 21. *Octob.*
1588. *coram bon. mem. Gipſio, in Carthaginen. Canonicatus*
22. *Februarij* 1609. *coram bon. mem. Cardinali Lancellot-
to*, & in alijs relatis *per Garz. de benefic. par.* 6. *cap.* 4.
num. 36. Quia non procedit in iſto caſu, quo ſubroga-
tus fuit ad ius in ſtatu, & terminis, in quibus cauſa repe-
riebatur in proſecutione executionis Breuis de capien-
da poſſeſſione nomine Cameræ. Vndè iuſtificato Bre-
7 ui debuit obtinere executionem, prout defunctus obti-
nuiſſet, vt fuit dictum in ſimilibus terminis *in Toletana
beneficij* 14. *Nouembris* 1605. *coram bon. mem. Iuſto im-
preſſ. apud. Marcheſ. de com. par.* 1. *fol. mihi* 384. *num.*
9. & *in Militen. Prioratus* 18. *Martij* 1619. *coram R.P.D.
Manzanedo.* Et deciſiones in contrarium allegatæ pro-
cedunt in ſubrogatione ad ius defuncti poſſeſſoris bene-
ficij, per cuius obitum beneficium vacauit: non autem
8 in ſubrogatione ad ius proſequen. executionem Bre-
uis, *vt in dicta Toletana beneficij num.* 9.
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Garz. de benefic. par.* 6. *cap.* 3. *num.* 9. *& ſeqq. Cardinal.
Caualer. deciſ.* 527. *num.* 2. *Rota in Vrgellen. optionis* 10.
Ianuarij 1622. *coram bon mem. Remboldo. & in Placenti-
na parochialis* 13. *Ianuarij* 1623. *coram R P. D. Merlino.
& in Vicen. Canonicatus* 24 *Nouembris* 1624. *coram eo-
9 dem.* Et debet conſtare plenè, & concludenter de reſer-
uatione clara: aliàs nunquam eſt locus executioni Breuis
huiuſmodi, ſtante clauſula, *conſtito, &c.* quæ in ſimilibus Bre-
uibus ſemper apponi ſolet, *Garz. d. cap.* 3. *num.* 9. *& ſeq.
Gonzal ad reg.* 8. *gloſſ* 9. *in annot. num.* 257. *Gregor XV.
deciſ.* 53. *num.* 1. & ibi *Beltramin. num.* 3. *& fuit dictum
in Romana Cappellaniæ* 20. *Nouembris* 1628. *coram R. P.*

D. Pirouano; & debet plenè, & concludenter iuſtificari,
10 etiam quòd non adſit contradictor, vt fuit dictũ in *Abulen. beneficij 26. Iunij 1609. coram Penia, & admiſit Rota in Neapolitana beneficij 5. Iunij 1628. coram Illuſtriſſimo D.*
11 *Cardinali Virili*. Poſſeſſio autem capta vigore Breuis, non iuſtificata reſeruatione eſt nulla, & iniuſta, vt fuit dictum in *Recanaten. Sancti Antonij 27. Aprilis 1592. coram bon. mem. Cardinali Millino*; *et in Vercellen. Canonicatus 30. Maij 1597. coram Penia*. Adeo quòd eiectus à poſſeſ-
12 ſione vigore Breuis non iuſtificati poteſt agere ſpolio, quod regulariter ſemper datur aduersùs factum Iudicis nullum, & iniuſtum, vt in his terminis fuit reſolutum *in Corduben. portionis 25. Octobris 1575. coram Rubeo impreſſ per Garz. de benefic. d. par. 6. cap. 3. num. 54. in Amerina vnionis 28. Februarij 1596. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio ſeniori, et coram eodem in Vicen. beneficij 21. Februarij 1600. impreſſ apud Marcheſ de commiſſ. par.*
13 *1. pag. 545*. Quod procedit, etiam ſi in Breui adſit clauſula, *ſinè vitio ſpolij*, quia cum ſit acceſſoria recipit interpretationem principalis diſpoſitionis, ſcilicet, quatenus Breue ſit iuſtificatum, vt Rota in *d. Corduben. portionis coram Rubeo, in d. Amerina vnionis, et in d. Vicen. beneficij coram Cardinali Pamphilio*. Ad hunc tamen effectũ
14 vt intret ſpolium, debet per aduerſarium opponi de non reſeruatione ante executionem Breuis; aliàs ſpolium non intraret: cum ad hoc, vt intret ſpolium, iniuſtitia debeat reſultare ex eiſdem actis, non autem ex nouiter deductis, ita *Rota coram Cardinali Caualer. d. deciſ. 597. num 3. et ſeqq. et num. 6.* quòd reuocaretur immiſſio, & executio Breuis non iuſtificati per viam nullitatis, vel per officium
15 Iudicis. Manutenendus tamen eſt interim poſſeſſor immiſſus vigore Breuis licèt non iuſtificati, quia exceptio non iuſtificationis reijcitur ad petitorium, & manutentio datur etiam prædoni, & ſpoliatori. vt in his terminis fuit reſolutum in allegata *Neapolitana beneficij coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Virili*. Verùm hoc procedit, vbi eiectus à poſſeſſione vigore Breuis nõ iuſtificati habuit ſe pro ſpoliato, aliàs enim ſi non habuit ſe pro ſpoliato, eſt ipſe manutenendus, non obſtante poſſeſſione capta vigore Breuis, vt in puncto *Rota coram Cardinal Seraphin. deciſ. 1041. num. 1. 2. et 3. relata per Garz. d. par. 6 cap. 3. num. 39. et in d. Placentina parochialis 13. Ianuarij 1623. coram R. P. D. Merlino*.

B *Rota in d. Vicen. Canonicatus 24 Nouembris 1624. coram R. P. D. Merlino*, in qua hanc deciſionem ſequuta eſt.

C Rota in eiſdem terminis ſequuta eſt hanc deciſionem *in d. Vicen. Canonicatus coram R. P. D. Merlino*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ciuitatis Caſtelli penſionis.

Mercurij 19. Ianuarij 1612.

ARGVMENTVM.

Arbitrium intrat pro retardatione ſolutionis penſionis, quando nõ conſtat de quaſi poſſeſſione exigendi, & reſeruatio redditur turbida.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, ſinè retardatione ſolutionis arbitrio Rotæ, *non operatur ad fauorem penſionarij, niſi iuſtificata eius quaſi poſſeſſione exigendi*.

2 *Penſionem exigendi quaſi poſſeſſio non acquiritur ex ſolutionibus factis per titularem animo extinguendi penſionem, quia ad acquirendam poſſeſſionem requiritur animus vtriuſque partis*.

3 *Teſtis deponens de conſignatione alicuius cedulæ, ſi illius tenorem ignorauerit, non probat*.

4 *Manutentionis in iudicio ſufficit vnicus teſtis*.

5 *Teſti vnico in concurſu trium teſtium explicitè deponentiũ ſtandum non eſt*.

6 *Beneficium valoris ducatorum 20. veriſimile non eſt, fuiſſe oneratum penſione ſcutorum 15*.

7 *Inſtrumentum confectum à notario ſuſpecto, & non repertum inter eius prothocolla redditur ſuſpectum de falſo*.

8 *Inſtrumentum rogatum à Notario inquiſito de falſo redditur ſuſpectum*, declara vt num. 11.

9 *Penſio non exacta per quinquenniũ præſumitur extincta*.

10 *Penſionario docenti de quaſi poſſeſſione exigendi penſionem non retardatur illius ſolutio ex clauſula*, arbitrio.

DECISIO DXCI.

COMMISSA cauſa appellationis Iuſtiniani titularis à mandato de manutenendo ad fauorẽ Antonij penſionarij in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem cum clauſula, *ſinè retardatione ſolutionis arbitrio Rotæ*, DD. reſponderunt, eſſe locum arbitrio pro retardatione. Quia dicta clauſula non operatur ad fauorem penſionarij, niſi
A iuſtificata illius quaſi poſſeſſione exigendi, A, *Rota in Aſculana penſionis 28. Iunij 1593. coram bon. mem. Orano, & fuit dictum in Vrbinaten. penſionis 20. Maij 1613. coram R. P. D. meo Caualerio*. quæ non probatur per ſolutionem ſcutorum centum, & vltra, factam dicto An-
2 tonio: cum illa fuerint ſoluta in cauſam extinctionis dictæ penſionis, vt explicitè deponunt tres teſtes Iuſtiniani in eius ſummario num. 3. & ſic non poteſt conſtituere dictum Antonium in quaſi poſſeſſione exigendi, cum deficiat animus vtriuſque partis, neceſſarius ad acquirendam poſſeſſionem, *l. 3. in prin. ff. de acq. poſſeſſ. Bal. conſ. 267. in princ. lib. 3. Cuman. conſ. 49. circa med. verſ. quod dictũ*. Non obſtant duo teſtes Antonij dati ad probandũ, ſolutionem prædictam factam fuiſſe pro terminis, non autem pro extinctione dictæ penſionis; nam primus, vltra varietates conſideratas per informantes pro Iuſtiniano, quæ DD. placuerunt, non deponit de aliqua actuali ſolutione, ſed ſolùm de conſignatione cuiuſdam cedulæ quietantiæ facta per dictum Antonium pro terminis penſionis: & dicit dictam quietantiam non
3 legiſſe, illiuſque tenorem ignorare, & ſic non probat, vt poſt alios *Gabr. de præſ. concl. 2. nu. 14. latè Menoch. lib. 3. præſ. 65. num. 16.* imò ad 23. interrogatorium dicit, ſe tantùm audiuiſſe ab eodem Antonio, pro quo inducitur: & ſic nullam fidem meretur *ex vulg.* ſecundus verò licèt dicat, ſe legiſſe dictã quietantiã, quę cõtinebat, *che lo quietaua per tutte le penſioni decorſe fino à San Giouanni 1617.*
4 & aliàs vnicus teſtis in hoc ſummariiſſimo manutentionis ſufficiat, *Menoch. de retin. remed. vltim. num. 34. Rota deciſ. 196. num. 6 par. 1. diu. cum alleg.* Tamen illi
5 in concurſu dictorum trium teſtium explicitè deponentiũ de vnica ſolutione in cauſã extinctionis, vt ſupra, nõ eſt credendũ *ad l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtib. Io. Andr. in cap. auditis, nu. 3. Innoc. nu. 4. de præſcr. et fuit dictũ in Placẽtina Terrarum de Truxillo 15. Nouemb. præteriti coram me*. Prætenſa etiam reſeruatio redditur multùm turbida, ex quo Iuſtinianus fuit abſque vllo onere prouiſus ab Ordinario: & potiſsimùm ex valore beneficij, qui dicitur non excedere ſcut. 20. vt deponunt teſtes in *ſummario Iuſtiniani num. 10.* redden. optimas rationes ſuæ ſcientiæ, quia coloni, & optimè informati: & vi-

den-

Digitized by Google

6 dentur coarctare negatiuam, quòd beneficium non eſt maioris redditus; & ſic non videtur veriſimile, fuiſſe reſeruatam penſionem ſcut. 15. *ad cap. inſpicimus, de reg. iur. in 6. Aret. conſ. 9. num. 1, verſ. vnde patet, Crau. conſ.* 61. *num.* 9 Prout etiam redditur multùm turbidus prætenſus conſenſus Iuſtiniani, vt dicitur, præſtitus mediante procuratore; tùm quia mandatum ad conſentiendum dicitur rogatum à Notario ſuſpecto, & factis
7 diligentijs illius orginale nunquam in Archiuio Ciuitatis Caſtelli inter Prothocolla dicti Notarij fuit repertum, *vt in d. ſummario num.* 11. *&* 12. *Couarr. pract. quaſt. cap.* 19. *num.* 3. *verſ.* 4. *Honded. conſ.* 66. *num.* 66. *lib.* 1. *Mantic. deciſ* 32. *num.* 5. *&* 6. fuit dictum *in Co-*
B *lonien. ſponſalium* 9. *Iunij præteriti coram me.* B, Tum
8 etiam, quia dictus Notarius fuit de falſo inquiſitus, & in carceribus Turris Nonæ repoſitus, vbi mortuus
C fuit, C, vt in fide data Notarij criminalis *d. num.* 12. *Bal. conſ.* 402. *num.* 1. *lib.* 5. *Butr. in cap fraternitatis, num.* 4. *verſ. dicit tamen, de hæret. Crau. conſ.* 134. *num.* 34. cum relat. per *Farinac. de falſ. & ſimul. quaſt.* 153. *num.* 146. *& quaſt.* 155. *num.* 33. Accedit etiam inueriſimilitudo ob longam taciturnitatem quinquennij effluxi à die receptionis dictorum ſcutorum 100. & vltra
9 vſque ad diem petitionis, ex qua taciturnitate reſultat præſumptio extinctionis, vt fuit dictum in allegata *Vrbinaten. penſionis* 20. *Maij* 1613. *coram R. P. D. meo Caualerio.* Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Quando verò penſionarius docet de quaſi poſſeſſione exi-
10 gendi penſionem, arbitrium non intrat pro retardatione ſolutionis penſionis, durante lite ſuper nullitate, vel reductione, *Seraphin. deciſ* 1429. *num.* 2. *Rota deciſ.* 387 *num.* 2. *par.* 2. *recent.* & in alijs pluribus relatis in *Cremonen. penſionis* 25. *Februarij* 1622. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori,* in qua fuit dictum, *deciſ* 674. *Seraph & deciſ* 567. *par.* 2. *recent.* & alias, in quibus Rota reſoluit pro retardatione ſolutionis penſionis ſtante clauſula, *Arbitrio.* procedere, quando tractatur de executione literarum Apoſtolicarum, non autem quando penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi: nam hoc caſu nulla deciſio dicit, eum eſſe priuandum quaſi poſſeſſione, in qua reperitur, donec cognoſcatur de validitate, vel reductione penſionis.

B *Natt. conſil.* 633. *in fin. cum alijs per Menoch de præſump. lib.* 5. *præſump.* 20. *num.* 32. *& de adipiſcen remed.* 4. *num.* 736. *Farinac. de falſit. quaſt.* 153. *num.* 144. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 455. *num* 4.

C Declara procedere, dummodo appareant aliqua alia vitia,
11 vel ſuſpiciones: aliàs enim ſcriptura, ſiue inſtrumentum in publicam formam redactum non redditur ſuſpectum, ex eo tantùm, quòd Notarius de illo rogatus ſit ſolitus conficere alias ſcripturas, vel inſtrumenta falſa, ſiue ſuſpecta, vt poſt *Alberic. in l. iubemus §. ſed licèt, C. de probat. aduertit Farinac. hic allegat. quaſt.* 153 *num.* 148. *& ſecuta eſt Rota in Bononien. legati* 27. *Martij* 1626. *coram R. P. D. Merlino.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana adminiſtrationis fundaci.

Lunæ 24. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Errorem allegans in diuiſione, tenetur illum plenè, & concludenter probare: maximè ſi habeat contra ſe laudum acceptatum per publicum inſtrumentum, & agat ad repetendum indebitum.

SVMMARIVM.

1 *Errorem allegans probare debet.*
2 *Laudum acceptatum retractari non debet, niſi concludenter probato errore.*
3 *Indebitum non repetitur ſub prætextu erroris, niſi illo concludenter probato, & num.* 6.
4 *Liber probat contra ſcribentem, & contra hæredes.*
5 *Error probatur plenè, & concludenter, probando, rem aliter ſe habere.*
7 *Indebiti condictione agens debet probare, ſe indebitè realiter pecuniam ſoluiſſe.*
8 *Indebiti condictione agens quando non teneatur probare, ſe indebitum ſoluiſſe.*
9 *Soluens de mandato Iudicis, an, & quando poſſit tanquam indebitum repetere.*

DECISIO DXCII.

PERITVS vltimo loco in hac cauſa partium conſenſu electus diſtinxit prætenſiones hæredum Alexandri in tria capita, & ſuper primis duobus tantùm retulit, ſuper quibus etiam factæ fuerunt reſolutiones ad fauorem Attilij ſub diebus 16. *Nouembris* 1619. *&* 10. *Iunij præteriti.* tertium verò caput reſeruauit iudicio Rotæ decidendum; An videlicet Attilius in diuiſione vtilium rationis Fundacariæ, cum hæredibus dicti Alexandri facta, habuerit pluſquam ſibi pro parte ſua deberetur de dictis vtilibus; ideo dubio propoſito DD. dixerunt, non conſtare. Non enim fuit controuerſum, prædictam diuiſionem fuiſſe iuxta conuentionem in capitulis Socialibus aliàs inter partes initis: mediãtibus videlicet duobus mercatoribus electis, & laudo, ſeu arbitramẽto per eos promulgato, & à partibus per publicum inſtrumentum iuramento, & obligatione Camerali vallatum acceptato, & per actualem ſolutionẽ, & ſatiſfactionem partis dictorum vtilium ad fauorem Attilij declaratæ effectuato, de quibus *in ſummario Attilij, num.* 1. *&* 2. 3. quæ ſumma pro toto quinquennio, quo durauit ſocietas, fuit declarata in ſcutis 4343 *vt in dicto ſummario num.* 3. *& ſummario dd. hæredum num.* 1. *&* 2. Et ideo Attilius habet intentionem fundatam ſuper dictis laudo, acceptatione, & effectuatione: & hæredibus Alexandri dictam diuiſionem prætextu erro-
1 rum retractare volentibus, incumbit onus probandi, *l. ſi poſt diuiſionem, vbi Bald. in princ. & alij, C. de iuris, &*
A *fact. ignor. latè Menoch. præſ.* 22. *num.* 2. *lib.* 6. A, &
2 concludenter, cum agatur contra laudum per publicum inſtrumentum acceptatum, vt ſupra, *l. generaliter*
3 *C. de non num. pecun* & ad repetitionem indebiti *l. cum de indebito, vbi Bart. num.* 4. *ff. de probat. cap. fin. vbi Doct. de ſolut. Alex. conſ.* 83. *in princ. lib.* 1. *Rot. Ianuen. deciſ.* 104. *num.* 14. *& fuit dictum in Romana repetitionis in-*
B *debiti* 4. *Martij* 1616. *coram R. P. D. meo Pãphilio.* B, Non obſtat clauſula appoſita in fine dicti inſtrumenti emologationis, & acceptationis dicti laudi, reſeruatoria errorum, ſi qui erunt, iuxta formam, & tenorem reſeruationis factæ per dictas partes in Bilancio, de quo *in ſummario hæredum num.* 5. quia per illam non fuerunt dicti hæredes liberati ab onere probandi prætenſos errores, ex allegatis in vltima deciſione, & tantò minus ab one-

onere probandi indebitũ, vt ſupra. Nec viſa fuit DD. probatio releuãs, quæ deducebatur ex eo, quòd dicta diuiſio vtilium facta fuerit cum præſuppoſito, quòd illa aſcenderent ad ſcuta 26638. *vt in d. ſumm. num. 1.* quæ re vera detractis partitis ſcut. 3514. in quibus dictus Alexander erroneè, (vt prætenditur) fuerat creatus debitor, non aſcendebant, niſi ad ſcuta 13124. & ſic Attilium habuiſſe ſcuta 614. pluſquam ad eum pertineret. Quia non verificatur, dictas partitas poſitas ad debitum Alexandri in prædicta ſumma fuiſſe erroneas, vel indebitas, imò vltra præſumptiones ſupradictas dictus tertius Peritus retulit, multas illarũ ſcriptas fuiſſe ab eodẽ Alexãdro, & eo viuente accomodatas, quæ ſicut proba-
3 rent contra dictum Alexandrum ſocium, *Bald. in rubr. num. 56. C. de fid. inſtrum. Alexand. conſil. 186. num. 1. lib. 2. Dec. conſ. 68. num. 1. verſ. nam inter ſocios, Ruin. conſ. 101. num. 13. & 14. lib. 1.* ita probant cõtra Albanos hæredes *vulg. l. cum à matre, C. de rei vend.* Non obſtant conſtituta Attilij facta in cauſa criminali: quia confeſſiones, quæ ex illis reſultare prætenduntur, aliquæ percutiunt partitas, quæ poni debebant ad debitum capſæ, & iſtæ ſublatæ fuerunt in alijs deciſionibus: aliquæ verò percutiunt rationem veterem, de qua nunc nõ agitur; & tàm illæ, quàm aliæ, quæ poſſent reſultare circa partitas ſupradictas non ſunt explicitæ, nec aliquod concludunt quò ad dicta vtilia, vt ex lectura, &c. Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Surd. deciſ 104. num. 18. vbi poſt Curt. ſen.* & alicis inquit, non ſufficere, ſi allegetur error, niſi in ſpecie dedu-
4 catur erronea cauſa. Dicitur tamen error plenè, & concludenter probatus, ſi doceatur, rem aliter ſe habere, quàm in inſtrumẽto contineatur, *Bart. in l ſed ſi me putem, in princ. ff. de condict. indeb. Crauett. conſil. 188. num 9. Menoch. conſil. 1. num. 92. Becc. conſil. 90. num. 11. lib. 1. Surd. conſil. 202. num. 13. et deciſ. 288 num. 41. Rot. deciſ. 258 ſub num. 4. par. 2. recent. et in Interamnen. trãſactionis 11. Aprilis 1628. coram R. P. D Pirouano.*

B Et quòd agens repetitione indebiti teneatur plenè, & con-
6 cludenter probare, ſe indebitum ſoluiſſe, præter hic allegatos. *Rota in Romana lignorum 8. Martij 1602. coram Cardinali Lancellotto iuniori, in Romana pecuniaria 2. Aprilis 1608. coram bon mem Patriarcha Manzanedo, et in Romana fabrica 16. Ianuarij 1623. coram R. P. D Piro-*
7 *uano, &* debet probare indebitè realiter pecuniam ſoluiſſe, *Federic. de Sen conſil. 54. num* 2. vbi quòd propterea ad hunc effectum non ſufficiat confeſſio de recepto il-
8 lius, contra quem quis vult agere condictione indebiti. Limitatur tamen principalis concluſio in eo, qui negauit, pecuniam ſibi fuiſſe ſolutam, & poſtea fuit conuictus de mendacio: ipſe enim in pœnam mendacij tenetur probare debitum, ſi allegat, tanquam debitam pecuniam ſibi fuiſſe ſolutam, *cap. final et ibi Ioan. Andr. num. 2. Abb. ſub nu.*
9 *2. et alij communiter, de ſolut.* Item in hac materia notandùm, quòd licet ſoluens de mandato Iudicis non poſſit repetere tanquam indebitum, quia præceptum Iudicis facit de non debito debitum, vt per *Soccin. in l ſi non ſortem, §. ſi centum, ff de condict. indeb. et alibi ſæpè Doctor.* id tamen procedit, quando verum eſſet debitum, vel indebitum, potuit examinari in eo iudicio, cuius vigore Iudex ſolutionem mandauit; ſecus quando examinari non potuit, tunc enim competit condictio indebiti, vel ſinè cauſa, vt docet *Bart. in l. 1. §. et parui refert, ad fin. ff. quod vi, aut clam. Rot. Ianuen. deciſ. 3. num. 10.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana legati.

Mercurij 26. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Familiaritas Cardinalis, ad effectum conſequendi legatum relictum à Cardinali eius familiaribus, ex quibus cenſeatur plenè probata, & alia, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas vt ſit probata, requirit mentem, & dentem.*
2 *Familiaritas probatur ex communi reputatione, & publica voce, ac fama, etiam ad effectum reſeruationis.*
3 *Teſtis non repellitur ratione intereſſe, ſi ex eo, quod deponit, nullum commodum ſentire poteſt.*
4 *Procurator, qui nihil egit in cauſa, non prohibetur in illa teſtificari.*
5 *Recuſatio Iudicis requirit appellationẽ ab vlteriori proceſſu, adhoc vt reddat proceſſum nullum.*
6 *Teſtes nulliter examinati deſeruiunt pro adminiculo.*
7 *Executoribus teſtamentarijs praſtatur fides ad probandã familiaritatem, maximè quando ſunt notæ probitatis.*
8 *Mandatum præſumitur in ſoluente ſummam notabilem pro alio, & num. 12. limita vt num. 17.*
9 *Principalis præſumitur certioratus a procuratore, ſtante longitudine temporis.*
10 *Acceptans aliquam declarationem abſque vlla proteſtatione, videtur illi acquieuiſſe.*
11 *Acquieſcentia comprobatur ex obſeruantia plurium annorum.*
13 *Mandatum præſumitur ex productione ſcripturarum.*
14 *Mandatum præſumptum ex impenſa, & productione ſcripturarum facit ſuſtineri proceſſum, etiam ſi per aduerſarium fuerit proteſtatum, neminem audiri, niſi docto de legitimo mandato, cum clauſula,* ita quòd, &c.
15 *Mandatum præſumptum ex impenſa ſufficit, etiam ſi ſtatutum requirat productionem mandati, & eius regiſtrationem in actis.*
16 *Impenſa ducati vnius dicitur magna, & conſiderabilis, ad hoc vt in ſoluente præſumatur mandatum.*

DECISIO DXCIII.

DVBITAVI, an Alphonſus cõprehendatur in legato victus facto à bon. mem. Cardinali Dezza familiaribus ſuis Hiſpanis pro tempore Romæ cõmorantibus, & quatenus comprehendatur an illi debeatur augmentum dicti legati petitum pro vſu coquinæ, & habitationis. Ad primam partem DD. reſponderunt affirmatiuè: ad ſecundam verò negatiuè. Ratio, & fundamentum primæ partis fuit, quia familiaritas Alphonſi fuit plenè, & concludenter probata ante, & de tempore mortis Cardinalis, quæ ſucceſſit in fine Auguſti anni 1600. Primò, per teſtes examinatos in Rota de dicta familiaritate, & omnibus requiſitis ad
1 eam, deponentes videlicet de mente tàm dicti D. Cardinalis qui illum acceptauit, quàm dicti Alphonſi: & dente, quia recepiebat portionem quotidianam panis, vini, & candelas, prout habebant alij familiares: & quòd perſonaliter inſeruiebat vti nobilis, & poſt mortem dicti Domini Cardinalis habuit veſtes lugubres, prout alij

& in

& in eius ſummario præterita poſitionis num. 3. Et com-
probatur per alios teſtes coram A. C. examinatos de
eadem familiaritate deponentes, & de continuis acti-
bus fieri ſolitis per ſamiliares, & de communi reputa-
tione, & publica voce, & ſama, *vt in dicto ſummario*
num. 2. ex quibus ſamiliaritatem probari etiam ad ef-
fectum reſeruationis, in qua Rota requirit exactiorem
2 probationem, reſolutum fuit coram me in cauſa *Aue-*
nionen. Archidiaconatus 17. Februarij 9. Iunij, & 3. Iu-
lij 1617. Non obſtant oppoſita contra teſtes; nam licèt
primus ex examinatis in Rota ſit collegatarius, & ra-
tione eiuſdem augmenti prætenſi fuerit reiectus in cau-
ſa R. P. D. Varellæ cum eiſdem hæredibus Cardina-
lis, *vt in deciſione* 10. *Aprilis* 1617. *coram me*, Ta-
men in hoc, quòd Alphonſus fuerit ſamiliaris, nullum ha-
bet intereſſe, nec aliquod commodum ſentire poteſt, &
3 ſic non poteſt repelli *arg. l. nullus, ff. de teſt. latè poſt*
alios Farinac. de teſt. quæſt. 60. *num.* 41. Secundus, li-
cèt fuerit procurator dicti Alphonſi in hac cauſa, tamen
4 nihil egit, & propterea non prohibetur teſtificari *Al-*
beric in l. differre num. 2. ff. de iure fiſci, Bald. in cap. in-
ſuper verſ. ergo idem de teſt. Farin. dicto tract. quæſt. 60.
num. 216. Alia oppoſita contra dicta viſa ſunt leuia,
cum ſufficiat, teſtes deponere de actibus, ex quibus ne-
ceſſariò inferatur ad ſamiliaritatem, *vt in allegata Aue-*
nionen. Archidiaconatus. Quod verò teſtes examinati
extra Rotam nullam fidem faciunt, eo quia cauſa fuerit
ex integro commiſſa, circumſcripta ſententia A. C. &
quia fuerint nulliter examinati poſt recuſationem iu-
dicis: non verificatur in facto, quia dicta ſententia fuit
circumſcripta, remanentibus actis probatorijs, *vt in*
ſummario DD. de Dezza num. 13. nec cõſtat, illos fuiſſe
examinatos poſt dictam recuſationem, nec illam fuiſſe
5 legitimam, minuſque poſt appellationem ab vlteriori
proceſſu, vt requiritur *Innoc. & alij in cap. cum ſpeciali*
de appell. Achil. deciſ. 1. de except. Rota deciſ. 563. num.
2. part. 1. & deciſ. 2. num. 7. part. 2. diuerſ. & fuit di-
ctum coram me in Placentina caſtanearum 11. Ianuarij
6 1619. Et in omnem caſum deſeruiſſent pro adminiculo,
Caputaq. deciſ. 206. num. 6. & deciſ. 208. num. 8. part.
2. & fuit dictum in Hiſpalen. matrimonij 18. Februarij
1616. coram R. P. D. meo Manzanedo in Maceraten. Sal-
uiani 11. Ianuarij anni præteriti coram me, & in alijs.
Secundò, principaliter dicta ſamiliaritas probatur ex
concordia, & tranſactione partis io ſcutis nouem men-
ſtruis pro quolibet ſamiliari facta per executores te-
ſtamentarios, & per dictos ſamiliares acceptata, in qua
inter nomina nobilium ſamiliarium eſt deſcriptus di-
ctus Alphonſus, *vt in dicto ſumm. num.* 11. quæ, perin-
de eſt, ac ſi fuiſſet facta per teſtatorem, vt in ſimili *An-*
char. conſ. 329. num. 2. in fine & 3. præſertim cum dicti
executores eſſent ſummæ nobilitatis, & probitatis, vi-
delicet D. Cardinalis de Auila, D. Dux de Seſſa, & bon.
7 mem. Penia Rotæ Auditor, quibus multum viſum fuit
deferendam in probanda dicta ſamiliaritate, vt fuit con-
ſideratum *in d. Auenionen. Archidiaconatus 17. Februarij*
1617. ex doctrina *Archid. in cap. nobiliſſimus in fine diſt.*
97. *latè Tiraq. de nobilit. cap. 20. num.* 30. Tertiò, ex
obſeruantia incõtinenti poſt mortem dicti Domini Car-
dinalis vſque ad annum 1614. cœptæ litis ſuper aug-
mento, per quod temporis ſpatium abſque contradi-
ctione fuit ſoluta dicta annua præſtatio ab adminiſtra-
toribus hæreditatis, ſiue procuratoribus dd. DD. de
Dezza, reportatis quietantijs à legatarijs, & ſignanter
à dicto Alphonſo recipienti vti ſamiliari, *vt in dicto ſum-*
mario num. 11. de cuius obſeruantiæ virtute, & effica-
cia fuit in ſpecie dictum ſuper iſtis legatis *coram Reue-*
rendiſs. Seleucien. 6. Iunij 1614. *& coram me* 10. *Apri-*
lis 1617. *& 29. Ianuarij* 1618. Nec obſtat, dictam ſolu-
tionem factam fuiſſe à procuratore ſinè mandato; tùm
8 quia mandatum præſumitur, quando quis pro alio ſoluit
ſummam notabilem *l. cum ſeruus, vbi Bart. Alex. & alij*
ff. de procur. Mohed. deciſ. 18. num. 1. de præb. latè Gabr.
de procur. concluſ. 1. num. 6. Rota deciſ. 472. num. 6.
A *part. 1. recent.* A, Tùm quia ſtante longitudine tem-
poris principales certiorati præſumuntur, & conſe-
quẽter tàm dictam taxam factam à prædictis executori-
9 bus, quàm ſubſecutas ſolutiones approbaſſe, *Roman. conſ.*
481. num. 7. & fuit dictum coram me in Aretina Cappel-
laniæ 9. Februarij 1618. & in ſimilibus *Put. deciſ.* 386.
num. 2. & 3. lib. 3. in nou. Rota deciſ. 396. num. 3. part.
1. & deciſ. 131. num. 7. part. 2. diuerſ. & fuit dictum
in Comen. parochialis de Brenta 25. Iunij 1621. *& in Pe-*
ruſina bonorum 29. Octobris præteriti coram me. Funda-
mentum verò reſolutionis ſecũdæ partis fuit, quia cum
prædicta taxatio facta fuerit ab executoribus, habita
etiam ratione habitationis, & coquinæ, fueritque acce-
ptata à dicto Alphonſo per receptionem dictorum ſcu-
torum nouem mẽſtruorum, abſque vlla proteſtatione vt
ſupra, *vt in dicto ſummario num. 8. & 11.* videtur præ-
10 dictæ quantitati acquieuiſſe, *Natt. conſ. 306. ante num.*
primum verſ. ex abundanti, Surd. deciſ. 346. num. 26. in
ſimili *Aym. conſ. 106. num. 2.* ſtante præſertim obſer-
uantia continuatæ receptionis annorum 14. & vltra, vt
11 ſupra, ex qua magis dicta acquieſcentia comprobatur,
Surd. conſ. 94. num. 38. latiſſimè Becc. conſ. 101. num.
49. Rota deciſ. 503. num. 2. part. 1. diuerſ. cum alleg. co-
ram Reuerendiſſimo Seleucien. dicta die 6. Iulij 1614. &
coram me d. die 10. Aprilis 1617. Secundò, quia cum le-
gatum ſit reſtrictum ad modum, quo in vita Cardinalis
dabatur pars eius ſamiliaribus, concludenter proban-
dum erat, Alphonſum habuiſſe habitationem, & vſum
coquinæ in palatio: quod DD. viſum fuit non eſſe pro-
batum per teſtes in præterita poſitione datos pro Al-
phonſo *in ſummario num.* 3. Imò primus ſuper ſecun-
do *in ſummario nunc dato num.* 6. deponit, Alphonſum
habitaſſe in palatio cum Didaco affine, & in eius man-
ſione ſiuè ſtantia: & ſic potiùs videbatur ibidem habita-
re ratione affinitatis Didaci, quàm ex eo, quòd haberet
manſionem ſeparatam: & dicta qualitate non probata
non debetur prædictum augmentum eadem ratione,
qua fuit quò ad habitationem denegatum alteri ſamiliari
coram me dicta die 10. Aprilis 1617. & 24. Ianuarij 1618.
Et ita deciſum informante hodie tantùm parte dd. hæ-
redum, &c.

ANNOTATIO.

A Mandatum præſumitur ex magna impenſa, licèt de eo ex-
12 preſſè non conſtaret, vt præter hic allegatos *Verall. deciſ.*
190. num 4. par. 1. Surd. conſ. 355. num. 23. & 24. Rot.
deciſ 475. num. 9 par. 1. & deciſ. 440. num. 6. par. 2. re-
cent. Gregor deciſ. 44. num. 5. & deciſ. 324. num. 2. & ibi
Adden. alijs relatis num. 6. Cardinal. Caualer. deciſ. 83.
num. 5. & deciſ. 590 num. vlt. & fuit dictum in Romana
mercedis 18. Decembris 1615. coram bon. mem. Patriarcha
Manzanedo, in Ciuitatis Caſtelli cenſus 12. Maij 1617. co-
ram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio, & in Lunen. Sar-
zanen. iuriſpatronatus 26. Februarij 1625. corã. bon. mem.
13 *Dunozetto ſeniori*. Sicut præſumitur etiam mandatum ex
productione ſcripturarum *Abb. in cap. coram num. 9. de*
offic. deleg Caſſador. deciſ. 3. ſub num. 5. de procurat. Capu-
taq. deciſ. 185. num. 3. par. 2. cum alijs per Rot. d. deciſ. 440.
num. 7. par. 2. recen. Gregor. deciſ. 44. num. 1. et ſeq. et fuit
dictum in Eugubina penſionis 7. Aprilis 1617. coram bon.
mem. Patriarcha Manzanedo, et in Valentina donationis
3. *Iu-*

Digitized by Google

3 *Iunij* 1614. *coram R. P. D. Merlino*, & mandatum
ita præſumptum ex impenſa, vel iurium productione facit
14 ſubſtineri proceſſum, etiam ſi per aduerſarium proteſta-
rum fuerit, neminem comparentem audiri, niſi docto de
legitimo mandato, ita quod, &c. *Seraphin. deciſ.* 933 *num.* 2.
Beltram. in addit ad deciſ. 330. *Greg. XV. num.* 5. *et fuit re-
ſolutum in d. Engubina penſionis corā Patriarcha Manza-
nedo, & in Anconitana bonorum* 30. *Ianuarij* 1623. *coram
R. P D. Merlino. in Romana ſocietatis officij ſcutorum*
1000. 10. *Nouembris* 1625. *coram R. P. D. Durano, in Bo-
nonien euacuationis molendini* 24. *Nouembris* 1628. *coram
R. P. D. Ghiſlerio, et in Peruſina pecuniaria* 14. *Ianuarij*
1629. *coram R. P. D. Vbaldo iuniori*; item mandatum
ita præſumptum facit ſubſtineri proceſſum, etiam ſi ſta-
15 tutum requireret productionem mandati, & regiſtra-
tionem in actis, vt reſoluit *Rota coram Gregorio XV. de-
ciſ.* 86. *num.* 1. *et* 2. *et in Ferrarien decimarum* 29. *Ianua-
rij* 1618. *coram bon. mem. Vbaldo. ſeniori*; dicitur autem
16 magna, & conſiderabili ad hunc effectum impenſa vnius
ducati *Put. deciſ.* 329. *num.* 3. *lib.* 1. *in nou Rot. d. deciſ* 440.
17 *num* 6. *in fine par.* 2. *recent.* Verùm præſumptio mandati
ex impenſa non habet locum, quando faciens actum cum
impenſa poteſt ex illo commodum aliquod reportare,
vel habere aliquod intereſſe, vt per *Beltramin ad d. deciſ.*
324. *Gregor. num.* 6. *ad fin.* vbi quòd ita dictum fuerit *in
Beneuentana pecuniaria* 14. *Martij* 1621. *coram bon. mem.
Cardinali Sacrato.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Aſten. fructuum, & diſtributionum.

Lunæ 31. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione reſpondetur pluribus motiuis contra ſententiam Rotalem adductis.

SVMMARIVM.

1 *Inſertum non facit fidem, & num.* 12.
2 *Inſertum probat, quando pars nihil oppoſuit in termino ad dicendum contra: & ſufficit, quòd producatur originale, quando pars opponit, num.* 15.
3 *Inſertum probat iuncta obſeruantia, & adminiculis, & num.* 16. *& adminicula vide num.* 4.
5 *Conſentire cenſentur præſentes in* Capitulo, *& non contradicentes.*
6 *Poſſeſſio beneficij capta per patrem ſine mandato ſuſtinetur, ſi legitimo tempore a filio ratificata fuerit, intellige vt num.* 17.
7 *Profeſſio fidei ſufficit, quòd ſit facta iuxta formam Bullæ Pij Quarti, abſque quòd eius tenor ſit regiſtrandus.*
8 *Reſignationis publicatio, ſufficit, quòd ſit facta iuxta formam conſtitutionis* Gregorianæ, *licèt non exactè referantur in inſtrumento omnes qualitates dictæ conſtitutionis.*
9 *Profeſſio fidei facta coram Vicario* Capitulari *ſede vacante ſuſtinetur.*
10 Clauſula, quam, & quas, *dat facultatem procedendi, prout in prima.*
11 *Fructus lucratur* Canonicus *non reſidens à* Capitulo *impeditus reſidere.*
13 *Inſertum in proceſſu, & in actibus iudiciarijs probat.*
14 *Inſertum ſufficit ad effectum colorandi titulum.*

DECISIO DXCIV.

EX reſponſionibus motiuorum remanet
iuſtificata ſententia Rotalis ad fauorē
Ioannis Petri lata, condemnatoria Ca-
pituli ad fructus, & diſtributiones à
die emiſſæ profeſſionis, quam tranſiuiſ-
ſe in iudicatum, fuit reſolutum ſub die
5. Iulij præteriti, & conſequenter ceſ-
ſat fundamentum reſtitutionis in integrum, prout ho-
die DD. reſoluerunt, quæ erat ſecunda pars dubij ſub
dicta die reſeruati, motiua autem erant ſequentia.
Primò non conſtare de electione dicti Ioannis Petri in
Canonicum, niſi per inſertum in inſtrumento captæ poſ-
ſeſſionis Canonicatus, *vt in ſummario Capituli num.* 1.
1 quod, vulgare eſt, nullam fidē facere, *Gloſſ. in cap. Abbate,
ver. fiat verſ. ſed certè, de verb. ſignif. vbi Oſt. num.* 9.
Butr. num. 20. *cum alleg. in Ferrarien. dotis* 4. *Maij* 1615.
coram me, & in Nucerina pradij 17. *Aprilis* 1617. *coram*
A *Illuſtriſſimo D. Card. Sacrato.* A, Reſponſum fuit pri-
mò, quòd contra fidem hodie non poteſt opponi poſt
2 ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum, cum nihil fuerit
oppoſitum in termino ad dicendum contra, *Put. deciſ.*
405. *lib,* 1. *in nou. Caputaq. deciſ.* 99. *num.* 3. *par.* 2. *&
deciſ.* 117. *num.* 4. *par.* 3. *Rot. deciſ.* 151. *par.* 3. *lib.* 3. *la-
tè Surd. deciſ.* 199. *num.* 8. *& fuit dictum in Imolen. cen-
ſus coram me* 15. *Decembris præteriti.* Secundò, quòd inſer-
3 tum facit fidem, iuncta obſeruantia, & adminiculis, Rota
in *Romana Cappellaniæ* 12. *Iunij* 1589. *coram bon. mem.
Cardinali Pamphilio, & deciſ.* 18. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*
obſeruantia autem, & adminicula deducuntur ex depu-
4 tatione Capituli duorum Canonicorū ad tradendā poſ-
ſeſſionem, ex actuali poſſeſſione ſecuta *in ſummario Ioan-
nis Petri num.* 1. & per eum ratificata *dicto ſummario*
10. *num.* 2. & ex mandato de manutenen. cui Capitulum
declarauit eſſe obediendum, vt in ſummario ad partes
dato; item ex admiſſione profeſſionis fidei coram Vi-
cario, & admiſſione in Capitulo *dicto ſummario num.* 4.
Item ex non oppoſitione Capituli monitorio A. C. de
non turban. Io. Petrum *dicto ſummario num.* 7. & vide-
tur ſufficere, dictam electionem fuiſſe regiſtratam, &
ſubſcriptam per Secretarium Capituli loco Notarij, ex
quibus omne ſcrupulum tolli videbatur. Secundum
verò motiuum erat nullitatis dictæ electionis vti factæ
à minori parte Capituli: cum ex ſexdecim interuenerint
tantùm ſeptem, qui ſe ſubſcripſerunt, &c. Sed hoc tolli-
tur ex lectura dictæ electionis, in qua interuenerunt vn-
5 decim, qui omnes cenſentur collationi conſenſiſſe, cum
non appareat de alicuius contradictione, *Abb. in cap.* 2.
n. 9 *de his quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ.* Capit. *Achill. deciſ.*
4. *num.* 4. *vt lit. pend.* nec erat neceſſaria ſubſcriptio
aliorū, & conſtat de conuocatione omnium ex relatio-
ne cuſtodū, quibus eſt ſtandū tanquam atteſtantibus de
re ad eorum officium pertinen. vt ex vulgar. & ibi, mo-
nitis etiam, & vocatis alijs DD. Canonicis ad Capitu-
lum per Ioannem Bonuicinum, & Ioannem Dominicum
Sauntium ſcopulanos, ſeu cuſtodes, & non comparen-
tibus in Capitulo niſi ſupra nominatis: imò enunciatur,
quòd illi congregati faciebant totum Capitulum; & in
omnem euentū eſſet electus à maiori parte, ſi attenden.
eſſent ſubſcriptiones, cum ex ijs cōgregatis ſex ſubſcri-
pſerint. Tertiò opponebatur, non potuiſſe immitti in
poſſeſſionem patrem Ioannis Petri, quia duo Canonici
fuerant deputati ad illam traden. eidem Ioanni Petro.
6 Quod viſum fuit DD. non releuare, quia poſſeſſio fuit
poſtea legitimo tempore ratificata *dicto ſumm. num.* 2.
B quod ſufficit B, *Rot. deciſ.* 9. *de reſtit. ſpoliat. in nou.
& fuit dictum in hac cauſa coram Reuerendiſſimo Domi-*

no

Digitized by Google

no meo Decano 1. *Iunij* 1620. *d. ſumm. num.* 6. vbi plenè;
nec erat neceſſaria alia ratificatio Capituli, quod cõſer-
ſit mandato de manutenen. ad fauorem Ioannis Petri,
vt ſupra. Quartò opponebatur de nullitate profeſſio-
nis fidei, ex inobſeruantia formæ præſcriptæ per Bul-
lam Pij Quarti. Sed reſpondebatur, ſufficere, illam
7 (vt ex atteſtatione Notarij conſtat) fuiſſe factam iux-
ta formam dictæ Bullæ, cuius tenor non erat regiſtran.
ſed ſufficit, quòd fuerit facta relatiuè ad dictam Bul-
lam, imò cum clauſula, de verbo ad verbum, *dicto ſum-
mario num.* 5. ſicuti dicitur de publicatione reſignatio-
8 nis, quæ eſt ſufficiens, ſi dicatur facta iuxta formam con-
ſtitutionis Gregorianæ, licèt non exactè referantur in
inſtrumẽto omnes qualitates dictæ conſtitutionis, *Pariſ.
poſt alios de reſignat. lib.* 11. *quaeſt.* 6. *num.* 63. *& ſeqq.*
9 Quò verò ad profeſſionem factam in Capitulo, illa quo-
que videtur ſuſtineri, cum ſit facta coram Vicario Ca-
pitulari ſede vacante: & requiſitio Io. Petri eſſet iuſtiſ-
ſima conformis Concilio Tridentino, & quæ denegari
non poterat, & ideo contradictio aliquorum Canonico-
rum, & illorum receſſus non erat attenden. Quintò op-
ponebatur, quòd Io. Petrus appellauerat à ſecunda col-
latione facta per Capitulũ Franciſco Muratori, & quòd
cauſa appellationis fuerat etiam introducta contra
Franciſcum, & ideo non potuiſſe ferri ſententiam con-
tra ſolum Capitulum. Reſpondebatur, potuiſſe Ioannem
Petrum virtute clauſulæ, *quam, & quas, &c.* proſequi
10 iudicium contra ſolum Capitulum pro fructibus, & di-
ſtributionibus peruentis ad Capitulum, & non ad Mura-
torem, & ſententia potuit ferri prout in prima, *Achill.
deciſ.* 14. *num.* 1. *& deciſ.* 17. *in fin. de reſcript. Put deciſ.*
73. *lib.* 3. *Mohed. deciſ.* 6. *de appellation* Sextò dixerunt
Domini non obſtare dilẽma, quo vtebantur informantes
pro Capitulo, videlicet, quòd aut poſſeſſio Ioannis
Mariæ erat pacifica, prout ipſe videtur fateri in dicto
monitorio A. C. & in commiſſione cauſæ, cuius copia
data fuit, & tunc fructus pertinebant ad Capitulum,
quia Io. Petrus non curauit ſe promoueri ad ordinem
ſacerdotalem requiſitum in Canonicatu ſanctæ Crucis,
de quo agitur, ex forma ſtatuti Eccleſiæ *in ſũmario Ca-
pituli num* 7. & tunc ceſsare videtur in hoc fundamen-
tum deciſionis *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.* Aut
verò poſſeſſio non fuit pacifica, & videtur intrare aliud
ſtatutum dictæ Eccleſiæ *dicto ſummario num.* 9. quòd lite
penden. fructus pertineant ad Capitulum. Quia hoc vl-
timum ſtatutum procedit, quando lis eſt inter duos,
vel plures ſuper præbenda, vt ſunt verba expreſsa, quod
ideo non applicatur: quia in præſenti non eſt quæſtio
inter duos prætendentes eandem præbendam, & Cano-
nicatum: Muratorius enim videtur acquieuiſse, & Ioan-
nes Maria proſequitur litem contra Capitulum ratio-
ne perceptionis fructuum: aliàs Capitulum eſset Iudex
in cauſa propria, & facilè poſset iuuari dicto ſtatuto in
fraudem prouiſi, denegando illi poſseſſionem, & inte-
rim percipiendo fructus, & diſtributiones eidem debi-
tas. Et non intrat primum motiuum pendente lite ſu-
per vacatione primi Canonicatus, An videlicet eſset
reſeruatus, quo caſu electio facta de Ioanne Petro non
potuiſſet ſubſtineri; quia Canonicatus, de quo fuit proui-
ſus non vacaſſet per optionẽ, & interim non tenebatur
facere ſe promoueri, vt benè in deciſione Reuerẽdiſſ. D.
mei Decani ponderatur. Vltimò opponebatur, Io. Petro
nõ deberi fructus, quia non docet de ſuo dominio, & poſ-
ſeſſione: quod pariter fuit dictũ non obſtare, quia (vt in
11 deciſione Reuerendiſſimi Decani dicitur) cũ dictus Io.
Petrus fuerit à Capitulo impeditus reſidere, non debet
priuari fructibus: ſtante præſertim dicta poſſeſſione, &
mandato de manutenendo, *d. ſummario num.* 1. *&* 2.

ANNOTATIO.

A Inſertum regulariter non probat, vt vltra hic allegatos
12 *Oſaſch quæ plures refert, & de communi atteſtatur deciſ.
Pedemont.* 166. *num* 1. *Rot in Nucerina prædij* 24. *Maij*
1624. *coram R P. D Merlino, cum alijs adductis ſupra*
13 *ad deciſ* 108. *lit. A* limitatur tamen hæc concluſio, vbi ſu-
mus in actu iudiciario, nam inſertioni exempli in proceſſu
creditur *Rota deciſ.* 2. *de fid inſtrument in antiq. Oſaſch.
d. deciſ.* 166. *ſub num.* 1. *Put. deciſ* 61. *ſub num.* 5. *lib.* 1.
& deciſ 245. *num.* 4 *lib* 3 *in nou.* & de literis reſerua-
tionis penſionis inſertis in proceſſu fulminato per A.
C. fuit dictum *in Toletana penſionis* 16. *Iunij* 1628. *co-
ram R. P. D Dunozetto iuniori* Limitatur ſecundo quò ad
14 effectum colorandi titulum, quia tunc inſertum probat
Creſcent. deciſ 1. *de reſtitut. ſpoliat Put. deciſ.* 239. *num.*
3. *lib* 1. *in nou.* vbi quòd pro colore tituli ſufficit inſer-
tum etiam in proceſſu fulminato, & fuit dictum *in Ro-
mana Cottinij* 5. *Iunij* 1606. *coram bon. mem. Cardinali*
15 *Sacrato* Limitatur tertiò, parte nihil opponente, quia
tunc poteſt iudex inſerto fidem adhibere, ſufficit enim,
quòd originale oſtendatur, quando pars opponit *Achill.
deciſ.* 2 *num* 7 *de offic delegat. Put. d. deciſ.* 245. *num.* 3.
lib 3. *in nou & fuit dictum in Barbaſtren decimarum* 10.
Nouembris 1623. *&* 14 *Iunij* 1624. *coram bon mem. Vbal-*
16 *do ſeniori.* & dicitur in hac deciſione. Limitatur quartò
vbi concurrunt adminicula, vt firmat Rota in hac deciſio-
ne, & tenuit etiam *in Tridentina beneficij coram Penia
apud Garz de benefic. par.* 6 *cap.* 2. *ſub num* 17. *ante fin.
verſ concurrebant præterea*, & admiſit *in d. Nucerina præ-
dij coram R. P D. Merlino*.

B *Cardinal Caualer deciſ* 629. *num.* 7. *& deciſ* 641. *num.* 6.
17 Hoc tamen procedit, dummodo iſta ratificatio fiat re
integra, ideſt, donec poſſideat ille, qui nomine ratifican-
tis poſſeſſionem cœperit, & antequam ab alio occupetur,
quia ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij,
cui medio tẽpore fuit ius quæſitum, ita *Alex in l quod meo,
num.* 5. *ff de acquir poſſ. Ruin conſ* 32. *num* 1. *lib.* 4 *Surd.
conſ* 160. *num.* 26. *Seraph deciſ* 1165. *num* 6. *Rota in Pa-
lentina, & Oxomen beneficiorum* 18. *Martij* 1591. *coram
Penia apud Marcheſ de commiſſ. par.* 1. *pag.* 344. *num.* 2.
in Iadren Canonicatus 5 *Iulij* 1621. *coram bon. mem. Vbal-
do ſeniori, & admiſit in Cuſentina iurispatronatus* 29.
Maij 1628 *coram R P. D. Dunozetto iuniori*; niſi tertius,
qui medio tempore poſſeſſionem acquiſiuit, interim eam
amittat, quia ille actus medius, qui ceſſauit, non impedit,
quo minus ratihabitio trahatur retrò: ad hunc enim effe-
ctum ſufficit, quòd extrema ſint habilia, nec eſt curandum
de medio, *l. ſed & ſi conditioni.* §. *ſolemus ff de hered inſt.
& l. exiſtimo ff de verb. oblig* *Ita Ruin d conſ.* 39. *num.* 9.
lib. 4. *poſt Bart. in l. bonorum ff rem rat. hab.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Spoletana hæreditatis.

Lunæ 31. Ianuarij 1622.

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum non conceditur, ſinè credito liqui-
do, & niſi conſtet de malis moribus, & me-
tu dilapidationis, quæ probari debent per a-
ctus extrinſecos venditionum, alienationum,
vel ſimilium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum non conceditur ſinè credito, de quo debitor ſit per Iudicem conuictus.*

2 *Adminiſtrator obligatus ad reddendam rationem adminiſtrationis, non dicitur debitor, donec rationem non reddiderit.*

3 *Creditum debet eſſe liquidum ad obtinendum ſequeſtrum, & ad obtinendam capturam debitoris ſuſpecti tam de iure communi, quam ex reformatione fel. recordationis Pauli Quinti.*

4 *Sequeſtrum, & captura debitoris ſuſpecti à pari procedunt.*

5 *Sequeſtrum non apponitur, niſi conſtet de malis moribus, & metu diſſipationis.*

6 *Diſſipatio ad obtinendum ſequeſtrum debet concludenter probari, & per actus extrinſecos venditionum, alienationum, vel ſimilium.*

7 *Sequeſtrum apponi non poteſt, quando datus eſt fideiuſſor idoneus, & latè ſub num. 9. vbi declaratur, & limitatur multipliciter.*

8 *Fideiuſſor qui promiſit iudicatum ſoluere, liberatur ſi eſt abſolutus in prima inſtantia ſecus ſi eſt condemnatus, & appellat coram alio Iudice.*

DECISIO DXCV.

RESOLVENTES Domini vtramq. partem dubij dixerũt, ſequeſtrum appoſitum eſſe reuocandum, & non intrare arbitrium pro alterius appoſitione; nam omiſſo an appoſitũ fuerit attentatum, vt dictum fuit ſub die 17. Decẽb. præteriti, ſuper quo inſiſtebatur pro Cõſtante, moti ſunt etiam ex alijs motiuis; Fundamenta fuerunt infraſcripta, videlicet. Primò, quia ſequeſtrum non conceditur ſinè credito, de quo debi-
1 tor ſit per Iudicem conuictus *ad l. 1. cum ibi not per omnes C. de probibit. ſequeſtr. pecun.* cum allegatis infra, & eſt vulgare. De credito autem R. Fabricæ dici non poteſt conſtare, nec ex teſtamento, nec ex codicillis Iacobi. Quia licèt factum fuerit relictum de diſtribuen. per exequutores in pauperibus, ſeu Locis Pijs, quorum loco R. Fabrica prætendit tanquam relictum incertum vigore eius priuilegiorum; tamen dictum relictum non eſt de certa ſumma, ſed de reſiduo hæreditatis, & bonorum teſtatoris. ſolutis prius debitis, & ſatisfactis omnibus legatarijs, de quibus in teſtamento, & codicillis, inter quos erant exequutores pro ſcutis 4. mille, quorum vnus erat Conſtantes: & ſic dicti exequutores tenentur ad redditionem rationis, & re-
2 liquorum conſignationem, ſed antea non ſunt debitores, cum redditio rationis non ſit facta, ex quo poteſt ſequi, & non ſequi obligatio ad quantitatem iuxta *l. cum ſeruus ff. de cond. & demonſtr. cum ſimil* Et ita obligatum ad reddendam rationem adminiſtrationis nõ eſſe debitorem *Anchar. conſ. 235. num. 1. ad fin. verſic. præterea Alex. conſil. 192. in fin. lib. 7. latè Surd. deciſ. 184. num. 1. Cephal. conſ. 768. num. 14. & conſil. 769. num. 10. Rot. in Romana Spolij 2. Iunij 1614. coram R. P. D. meo Pirouano, & fuit in his terminis reſolutum in Ciuitatis Caſtelli, ſeu Roman. ſequeſtri 15. Iunij 1615. coram me impreſſ. in recent. deciſ. 727. num. 3. part. 2. & fuit dictum in Viterbien. Caſtrorum 1. Iunij 1615. coram Illuſtriſsimo Cardinali Sacrato.* Nec etiam reſultat probatio crediti ex relationibus peritorum in cauſa electorum ſuper liquidatione peruentorum ad manus dicti Conſtantis, cum peritus Fabricæ retulerit, Conſtantem debitorem in ſcutis 22. mille, peritus verò eiuſdem Conſtantes faciat illum creditorem in ſcutis 3. mille, & vltra, & ſic locus erat electioni tertij. Minùs dici poteſt conſtare de credito ex duabus ſententijs latis ad fauorem Fabricæ condemnatorijs dicti Conſtantis, & conformibus in ſumma ſcutorum 19. mille vel circa. Nam quicquid ſit, an iuſtificentur ex actis, & aliunde quàm ex relatione periti, iam fuerunt reuocatæ per vltimam ſententiam abſolutoriam ad fauorem Theodori hæredis Conſtantis, quæ tranſiuit in iudicatum, & fuerunt relaxatæ exequutoriales, & aduerſùs quam hodie pendet cauſa reſtitutionis in integrum ad inſtantiam Fabricæ. Ex quibus reſultat, quòd vel non conſtat de credito, vel quòd ſaltem illud non eſt liquidum,
3 pro vt eſſe debet ad obtinendum ſequeſtrum *d. l. 1. C. de probib. ſequeſtr. pec. & fuit dictum in d. deciſ. 727. num. 3. & 4.* ſicut requiritur ad obtinendam capturam debitoris ſuſpecti tàm de iure communi *Bald. in l. apertiſſimi num. 11. Salicet. num. 9 Sichard. num. 14. C. de iudic.* quàm ex reformatione fæl rec. Pauli Quinti, vt fuit latè dictum *in Roman. pecuniaria, ſeu nullitatis capturæ 21. Maij præteriti coram me.* quod à pari proce-
4 dit *Curt. ſen. poſt alios de ſequeſtr. verſ. ſecundò quæro num. 49.* Secundò, quia non conſtat de malis mori-
5 bus, ac metu diſſipationis requiſitis pro appoſitione ſequeſtri *iuxta tex. in l. Imperatores §. fin. ff. de appellat. Guidop. quæſt. 246. in princ. Gail. pract. obſeruat. lib. 2. obſeru. 147. num. 4. & 148. num. 7. Seraphin. deciſ. 1126. in fin. cum relatis in d. deciſ. 526. num. 3. & in d. Ciuitatis Caſtelli ſequeſtri 30. Martij impreſſ. 654. num. 2. & 727. num. 3. part. 2. recent.* Non obſtat, quòd Theodorus ſit pauper, & non poſſidet bona vltra valorem ſcutorum 3. mille, vt in fide data *in ſummario Fabricæ num. 7.* Nam vltra quòd fides non facit fidem, in
6 ea nõ dicitur, Theodorum eſſe diſſipatorem, vt concludenter probandum eſſet *Alex. conſ. 72. num. 11. lib. 1.* Et per actus extrinſecos venditionum, alienationum, vel ſimilium *Bart. in l. ſi conſtante num. 15. in fin. & ibi Iaſ. num. 157. ff. ſolut. matr. cum relatis in his terminis in alleg. deciſſ. 654. num. 3. & 727. num. 2.* Vltimò quia dictus Conſtantes præſtiterat duos fideiuſſores in ſolidum de redden. rationibus, & ſoluen. quicquid fuerit iudicatum, *vt in ſummario Theodori præteritæ poſitionis num* 1. Quorum vnus licèt prætendatur liberatus per decretum Commiſſarij Fabricæ ſtante obligatione omnium bonorum dicti Conſtantis, *vt in ſummario Fabricæ num. 3.* Tamen omiſſo, an fuerit ſequutum implementum commiſſionum, ſeu modorum, ſub quibus eſt facta dicta liberatio, remanſit alius ab eodem Commiſſario approbatus, & ſic dicta ſequeſtra apponi
7 non potuerunt, vt notant omnes *in l. vnic. vbi præcipuè Bellapertic. in prin. Cyn. in fin. verſ. tertio, & vltimo Alberic. num. 3. & Bald. num. 21. C. de probib. ſequeſtr. Abb. in cap. 2. num. 19. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & latè fuit dictum in repetita Ciuitatis Caſtelli ſequeſtri 654.*
A *num. 6.* A, Non obſtat *l. cum apud ſempronium ff de*
8 *iud. ſoluen.* Nam quicquid ſit an hic fuerit expreſſum proprium nomen Iudicis iuxta terminos dictæ l. Reſponſum fuit dictam l. cum apud procedere quando reus fuit abſolutus, in prima ſententia, ſecus verò quando fuit condemnatus, ne aliàs ſit in eius poteſtate per appellationẽ actorem deludere, & ſe & fideiuſſorem liberando iuxta opinionem *Gulielm de Cun. in l. Iulianus, & ibi Bald. num. 8. Iacobin. de Sancto Georg. num. 13. ff. qui ſatiſd. cogan. idem Bald. in l. 2. num. 3. C. de procur.* Et hanc opinionem Gulielmi vti magis æquam ſequutam fuiſſe Rotam antiquam teſtatur *Caſtr. in d. l. cum apud num. 1. verſ. ego habui, & ideo atteſtatur Boer. deciſ. 615.*

num.

num. 1. verſ. idem ſi reus, vbi quòd pluries fuit ita iudicatum in Senatu Burdegalen. *Grat. conſ. 34. num. 6. lib. 2. & fuit reſolutum in Nucerina locationis 7. Februarij 1560. quæ eſt Verall. deciſ. 65. lib. 2. in manuſcript. vbi latè*, & quòd Rota receſſit ab opinione *Bart.* & aliorũ tanquàm minùs æqua, & amplexa fuit opinionem Rotæ antiquæ, de qua etiam teſtatur *bon. mem. Card. Tuſch concluſ. 326. verb. fideiuſſor num. 15.*
Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A Quòd vbi datur ſatiſdàtio non cadat ſequeſtrum, imò quòd
9 ſi fuerit appoſitũ cautione tollatur, præter citatos in hac deciſione tradunt *Felin latè in cap. examinata num. 10. de iudic. Anchar. in cap. fin. num. 3. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Imol in l. Imperatores num. 5. ff. de appellat. & eleganter Rota in Romana Vineæ de Fabijs 28 Iunij 1606. coram Reuerendiſſimo Coccino Decano*, & procedat, etiam ſi ſequeſtrum ſit de iure permiſſum, quod etiam ſatiſdàtione reuocatur *Burſatt conſ. 188. num. 3. lib. 2.* Debet tamen petens relaxari ſequeſtrum idoneè ſatiſdare de reſtituendo rem, abſque vlla procraſtinatione, nec ſufficit ſimplex cautio de reſtituendo, *vt per Bart. in l. litibus num. 5. C. de agric. & cenſit.* quem refert, & ſequitur *Viu commun. opin. 722. num. 2.* Nec ſufficit cautio iuratoria, *Curt. in l. vnic num. 56. C. de prohibit ſequeſtr.* niſi perſona aduerſus quam factum eſt ſequeſtrum ſit honeſta, & non ſuſpecta vt per *Burſatt. conſ. 188 n. 5. Mynſinger obſeruat. 11. cent. 2. num. 3. Carpan ad ſtatut. Mediolan. par. 1. cap. 111 nu. 64.* Verùm hæc concluſio plures recipit limitationes, & primò in ſequeſtro facto pro executione ſententiæ, quod non reuocatur, niſi ſequuta effectuali ſolutione, *Curt in dicta l. vnic. num. 55. verſ. ſecundò limita*, C. *de prohib. ſequeſtr. Felin. in dicto cap. examinata ſub num. 10 de iud. et dixit Rot in Romana fideicommiſſi de Fabijs 20. Iunij 1601. corã Card. Pamphilio ſeniori. & in Mediolan. affictus 20. Martij 1596. coram Orano impreſſa poſt Zacch. de obligat. Cam. deciſ. 118. num. 11. cum alijs per Rot coram D. meo infra deciſ. 653. num. 1.* & procedit etiam appellatione pendente ab executione ſententiæ, *Curt. in dicta l. vnic. Bart. in l. 2. num. 8. ff. de appell. recip.* dummodo res iudicata non controuertatur, & debitum non negetur, tanquam liquidum, & confeſſatum, & ſuper quo nulla exceptio condemnato poſſit competere, *vt per Rot coram Domino meo dicta deciſ. 653. num. 2.* Secundò limitatur in ſequeſtro obtento contra debitorem in forma Cameræ obligatum, quod pariter cautione non remouetur, ſed tantùm ſolutione *Caroc. de ſequeſtr. quæſt. 19. part. 2. princ. num. 4. Zacch. ad Galleſ. de oblig. Cam. quæſt. 37. nu. 64.* qui ita de ſtylo ſeruari teſtatur, reprobando *Saluſt. in praxi cap. 23. num. 2. lib. 2.* & ſequitur *Rice in Collectan. deciſ. part. 2. collect. 328. in fin. & dixit Rot. in Anconitana montium 18 Decembris 1600. coram Reuerendiſſimo Coccino Decano inter eius impreſſas deciſ. 13.* vbi tamen *num. 2.* declarat procedere, quando clarum eſt, quòd bona ſequeſtrata potuerint capi pro exequutione Cameralia obligationis; nam vbi eſt dubium, cautio admittitur, & ita interpretatur doctrinam *Galleſ. in ſupradicta quæſt. 37. nu. 39.* Tertiò limitatur in ſequeſtro facto in caſu *clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Curt. in d. l. vnic. num. 55. limit. 4. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 2. num. 9.* vbi quòd idem ſit in omnibus caſibus, in quibus ſequeſtratio à lege præcipitur *Cardinal. in d. clem. 1. num. 29. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. part. 1. cap. 111. num. 69. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 232. num. 16.* Quarto limitatur in ſequeſtro facto ad euitandum ſcandalum, *Curt. d. l. vnic. num. 55. limit. vlt. Carpan. d. cap. 111. num. 70.* Quinto limitatur in ſequeſtro facto appellatione pendente ... *Curt. loco cit. d. num. 55. limit. 1. & verſ. ſi fieret, Carpan. d. cap. 111. num. 76.* Sextò limitatur vbi ſumus inter perſonas, inter quas prohibita eſt ſatiſdatio *Curt. d. num. 55. limit. 2. Felin. in cap. examinata num. 10. de iudic. Carpan. dicta cap. 111. num. 68.* Septimò limitatur, quando ſequeſtratio facta eſſet ad inſtantiam eius, qui habebat hypothecam in re, cuius fructus ſequeſtrari obtinuit, *vt per Borgnin deciſ. 23. num. 14.* quem refert, & ſequitur *Lancellott. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 12. num. 25.* Octauò non eſt locus cautioni pro relaxatione ſequeſtri, quando ex huiuſmodi relaxatione alterius partis conditio deteriorari poſſet, *Put. deciſ. 303. lib. 1. in nou.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Recanaten. ſucceſſionis.

Veneris 18. Februarij 1622.

ARGVMENTVM.

Immiſſio hæredi ab inteſtato non impeditur per fideicommiſſarium, qui non probat, bona fuiſſe teſtatoris. Hæredum appellatione an veniant extranei, vel deſcendentes tantùm; & an veniant tàm maſculi, quàm fœminæ.

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones Rotales ſupponuntur in diſputationibus eiuſdem cauſa.*
2 *Immiſſio ex remedio*, Quorum bonorũ, *vel Iudicis officio non impeditur hæredi ab inteſtato per fideicommiſſarium, qui non probauit, bona fuiſſe relicta per teſtatorem.*
3 *Heredum appellatione veniunt extranei.*
4 *Deſcendentes, non autem extranei vocati cenſentur, quando teſtator voluit, bona tranſire de herede in heredem.*
5 *Heredum appellatione regulariter veniunt etiam fœminæ.*
6 *Agnationis conſeruationem excludit vocatio fœminarum in qualibet parte teſtamenti.*

DECISIO DXCVI.

SVB die 19. Februarij 1618. fuit reſolutum, Olympiam ſororem, & hæredem q. Petri ab inteſtato defuncti eſſe immittendam in poſſeſſionem pro eius rata bonorum, & hæreditatis dicti Petri; ſed quia dicta reſolutio fuit facta quò ad bona libera tantùm, ideo quæſitum fuit, an eſſet etiam danda quò ad bona fideicommiſſaria, ſita in territorio Caſtri Fidardi. Et quia de duobus fideicommiſſis opponebatur ex parte Lidiæ, & Magdalenæ neptum dicti q. Petri ex Iacobo fratre, & reatum conuentarum, & de renuntiatione dictæ Olympiæ; propoſito dubio, Domini dixerunt, non obſtare Olympiæ teſtamentum Iacobi, ſeu Iacobatij aui materni, cuius, (vt ſupponebatur) fuerant dicta Bona Caſtri Fidardi. Nam quò ad fideicommiſſum Horatij aui paterni, quatenus probaretur, dicta bona fuiſſe
1 ſua, ſupponendæ eſſent reſolutiones alias factæ *coram bon. mem. Penia, & D. meo Vbaldo, vt in deciſ. 133. num. 5. part. . in recent.* & aliæ ad fauorem dictæ Lidiæ, & Magdalenæ tanquam vocatarum, & ſententia Rotalis, quæ datur *in ſummario dd. Lidiæ, & Magdalenæ num.*

4. Ex quibus apparet, dictam Olympiam vti filiam te-
ſtatoris non poſſe prætendere, ſe fuiſſe vocatam: & pro-
pterea pro ea ſolùm dicebatur, non probari, dicta bo-
na territorij Caſtri Fidardi fuiſſe relicta per dictum q.
Horatium teſtatorem, prout non probatur; ideoque di-
ctum fuit, immiſſionem ſibi non poſſe ex hoc capite im-
2 pediri ex remedio, *Quorum bonorum*, vel iudicis offi-
cio, vt in iſtis terminis fuit reſolutum *in Tiburtina Ca-
ſtrorum coram me ſub diebus* 14. *Iunij* 1621. *&* 14. *Ia-
nuarij præteriti*. Quò verò ad fideicommiſſum dicti
Iacobi aui materni, quod datur in folio ad partes, vi-
ſum fuit, illud non ſolùm non obſtare, ſed fauere dictæ
Olympiæ: quia in eo diſpoſuit, domum habitationis in
terra dicti Caſtri, & poſſeſſionem cum molendino in
contrata Sancti Victoris, cum petio terræ contiguo per
Lidiam eius filiam hæredem inſtitutam, & per eius hæ-
redes in infinitum alienari non poſſe; ſed quòd dicta do-
mus per aliquem eius dictæ Lidiæ hæredem, & hæredem
hæredum ſemper habitari deberet; & ideo ſiue dicta
3 verba, (de hæredibus) intelligantur etiam de extraneis
iuxta *Bart.* & alios communiter *in l. Gallus*, *ſ. etiam ſi
parente, ff. de liber. & poſth. Mantic. de coniect. lib.* 8. *tit.*
A 14. *num.* 2. *Menoch. præſumpt.* 130. *num.* 2. *lib.* 4. A,
ſiue de deſcendentibus, quia voluit tranſire de hærede
4 in hæredem, *Pariſ. conſ.* 55. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. *Gabr.
de verb. ſignif. concl.* 2. *num.* 22. *Intrigl. de ſubſtit. cen-
tur.* 3. *quæſt.* 54. *num* 9. Regulare eſt, comprehendi
5 fœminas, prout maſculos *ad tot. tit. ff. de legit. hæred.
Mantic. de coniect. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 11. *Menoch præ-
ſumpt.* 84. *num.* 34. *&* 35. *lib.* 4 *Intrigl. d. centur.* 3. *quæſt.*
72. *num.* 183. *Rot. in Romana Caſtrorum, ſeu tranſa-
B ctionis* 11. *Maij* 1590. *coram Gypſio*. B, Et conſequen-
ter Olympiam neptem teſtatoris ex Lidia filia inſtitu-
ta comprehendit. Nec etiam fuit habita ratio maſcu-
linitatis, nec conſeruationis agnationis, imò fuit inſti-
tuta hæres Felix fœmina, cui deſcendentes tam maſcu-
6 li, quàm fœminæ æquè ſuccedebant, *Alexand. conſil.*
317. *num.* 10. *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 318. *num.* 7. *&* 535. *num.*
3. *vbi latè part.* 2. *recent.* Quò verò ad renunciationem,
ex qua prætendebatur excluſa Olympia, prout per alias
ex altera fuit excluſa Margarita ſub dicta die 19. Fe-
bruarij, quia controuertebatur fides ſcripturæ ex pluri-
bus, ideo Domini mandarunt, de illa particulariter
videri.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Videndus eſt *Fuſar.* materiam latè de more tractans *quæſt.*
339. *per tot.*

B *Fuſar. quæſt.* 342. *per tot.*

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Signina Pœnarum.

Lunæ 21. Februarij 1622.

ARGVMENTVM.

Examen nouum ad impediendam executionem cœptam non admittitur in cauſa reſtitutionis in integrum commiſſa cum clauſula, *prout de iure*; nec admittitur, quando dicta teſtium priùs receptorum fuerunt diſcuſſa; neque ad probandum id, cuius contrarium per ſcripturas probatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à ſententia lata in cauſa commiſſa cum clauſula*, Appellatione remota, *& num.* 9.

2 *Iniuſtitia notoria, debet ex eiſdem actis probari.*

3 *Iniuſtitia notoria dicitur, quando nullo colore velari poteſt.*

4 *Reſtitutio in integrum non impedit executionem iam cœptam.*

5 *Diſputationes Rotales dicuntur extraiudiciales.*

6 *Teſtes noui recipiuntur ad comprobandas priores probationes, etiam poſt dicta teſtificata, non autem poſt rem iudicatam, & cœptam executionem.*

7 *Probationes nouæ non admittuntur, quando dicta teſtium priùs examinatorum iam fuerunt diſcuſſa.*

8 *Remiſſoria non conceditur ad probandum id, cuius contra- per ſcripturas probatum fuit.*

10 *Clauſula*, Omni exceptione remota, *æquipollet clauſulæ*, Appellatione remota.

11 *Clauſula*, Appellatione remota, *tollit appellationem friuolam, non autem iuridicam, limita vt num.* 12. *nec tollit reſtitutionem in integrum, & recurſum ad Principem num.* 13.

14 *Clauſula*, Omni exceptione remota, *non excludit exceptionem iuſtam.*

DECISIO DXCVII.

AD probandas oppoſitiones perſonales
teſtium Communitatis ſuper imme-
morabili, quas non fuiſſe releuantes,
fuit reſolutum 28. Iunij præteriti, dati
fuerũt articuli pro Excell.^{mo} D. Du-
ce, ſuper quibus fuit petitum, exami-
nari teſtes in Curia: cui examini lo-
cum non eſſe dixerunt Domini. Primò, quia agitur de
impedienda vlteriori exequutione ſententiæ Rotalis
latæ ad fauorem Communitatis ſuper pertinentia pœ-
narum pro delictis, exceptis quatuor caſibus, inter
partes controuerſa: quæ ſententia erat inappellabilis,
1 cum cauſa fuiſſet commiſſa cum clauſula *omni*, & qua-
A cunque appellatione remota A, *vt in ſummario Com-
munitatis num.* 3. Vndè nulla facta mentione cauſæ ap-
pellationis, fuit per Sanctiſſimum commiſſa cauſa nulli-
tatis ex tribus, notoriæ iniuſtitiæ, & reſtitutionis in in-
tegrum, prout iuris, cum clauſula, *parito iudicato ar-
bitrio Rotæ, ſummario Communitatis num.* 1. Et ideo
cum pars D. Ducis ſe reſtrinxerit ad notoriam iniuſti-
2 tiam, debet illam deducere ex eiſdem, & non ex nouis
actis, & probationibus *iux. not. in l.* 4. *§. condemnatum
ff. de re iudic. Couarr. pract. quæſt. cap.* 25. *num.* 2. *latè
Contard. de moment. poſſ. limit.* 9. *num.* 19. *Cæſar. de
Graff. deciſ.* 16. *num.* 15. *de probat. Rot. deciſ.* 260. *num.*
7. *part.* 1. *recent.* & fuit ſæpiſſimè dictum: & debet eſſe
3 patens, & notoria, adeo vt nullo colore velari poſſit
Franc. in cap. dilecto num. 155. *de appell. Felin. in cap. in-
ter cæteras num.* 7. *de re iudic. Rot. deciſ.* 85. *num.* 4. *par.*
1. *diuerſ. & deciſ.* 646. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Et licèt
nouæ probationes admittantur in cauſa reſtitutionis in
integrum, illa tamen fuit commiſſa cum clauſulis,
prout de iure, &, parito iudicato arbitrio Rotæ, quod
4 etiam intelligitur prout de iure; de iure autem reſtitu-
tio in integrum non impedit executionem iam cœptam
Put. deciſ. 277. *lib.* 1. *in correct. Caſ. de Graff. deciſ.* 1. *num.*
14. *de reſt. in integr. Lancell. de attent. part.* 2. *cap.* 18.
num. 131. *Rot. deciſ.* 138. *num.* 2. *part.* 2. *in recent.* &
eſt paſſim in Rota receptum. Quòd autem cœpta fue-
rit, conſtat: quia ſub die 3. Iulij 1619. fuit lata ſententia
Ro-

Rotalis, & relaxatæ executoriales; executio verò facta
6. Auguſti dicti anni *in ſummario Communit. num.* 7. &
commiſſio nullitatis, iniuſtitiæ, & reſtitutionis mihi di-
recta præſentata ſub die 2. Septembris 1619. Non ob-
ſtat, quòd Communitas renunciaſse videatur dictæ
clauſulæ, *parito*, conſentiendo diſputari ſuper iniuſti-
tia. Quia vltra quòd non conſtat de aliquo conſenſu,
5 qui poſſit præiudicare; & diſputationes Rotales ſunt
extraiudiciales: conſenſus, ſi quis reſultat, eſset præſti-
tus recentis terminis habilibus, videlicet, quòd diſpute-
tur ſuper iniuſtitia ex eiſdem actis, prout apparet ex di-
cta deciſione ſuper exceptionibus oppoſitis per Ducem
contra teſtes Communitatis. Nec obſtat deciſio *Surd.*
126. *num.* 10. *cum latè ibi alleg* quia loquitur de teſti-
6 bus recipien. ad comproban. priores probationes, etiam
poſt didicita teſtificata, & contrarias probationes fa-
ctas à parte, non autem poſt rem iudicatam, & cœ-
ptam executionem. Secundò principaliter viſum fuit
DD. articulos D. Ducis in prima parte continere in-
teruentum nonnullorum ciuium in primo conſilio fa-
cto ſuper introductione litis, de qua agitur, & ad oſten-
den. exceſsum affectus, & ardoris ipſorum in cauſa, &
quòd ſuſtinuerunt vices partis formalis. Quæ tamen
materia fuit articulata in prima inſtantia de anno 1603.
& ſuper ea recepti teſtes, *vt in ſumm. Communitatis nu.*
4. *&* 5. vbi ſunt nominatæ perſonæ, quæ (vt prætende-
batur) tunc faciebant ſe capita, & principales: & ideo
poſt diſcuſsas illorum depoſitiones per diſputationes,
7 & deciſiones, non videtur conſentaneum admittere
nouas probationes, *Seraph. deciſ.* 683. *num.* 2. *verſ. &
ſuper iſtis, Rot. deciſ.* 328. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Tum
quia ex publico inſtrumento dicti Conſilij conſtat, quid
8 fuerit in eo tractatum, & concluſum: & proinde non
ſunt admittendi teſtes ad probandũ contra illud, quod
per ſcripturas probatum fuit, & admiſſum in dicta *de-
ciſ.* 28. *Iunij Seraph. deciſ.* 1450. *num.* 3. *Rot. deciſ.* 589.
B *num.* 1. *in fin. part.* 2. *recent.* B. Quò verò ad articu-
lum duodecimũ, quòd pœnæ, de quibus in bannimentis,
fuerint applicatæ, & exactæ per Cameram Ducalem
ab immemorabili, & iſta exactio verè fuit reſeruata in
deciſionibus *coram R. P. D. Manzanedo* 25. *Maij* 1616.
& 4. *Decembris* 1617. quæ dantur *in ſummario D. Du-
cis num.* 2. *&* 3. Fuit reſponſum, non obſtare, cum hic
articulus fuerit poſtea pro Communitate reſolutus, vi-
delicet, quòd pœnæ exactæ fuerint per Camerarios, &
poſitæ ad creditum ipſius, non autem D. Ducis, vt fuit
dictum coram eodem D. Manzanedo 11. Martij 1619.
in ſummario Communitatis num. 6.

Ex quibus fuit ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Clauſula, *Appellatione remota*, tollit quemcunque appel-
9 lationis effectum *Doctor. in cap. paſtoralis §. præterea
de offic. delegat. Lancellott de attentat cap.* 12 *limit* 8 *num.*
2. *Mynſing r. obſeruat.* 3 *cent.* 1. *num* 1. *&* 2. *cum alijs
per Scacc de appellat. quæſt.* 16. *limit.* 1. *num* 20. *Barboſ.
de clauſul vſu frequent. clauſul* 9. *num.* 8 *& ſeq* & idem
10 operatur clauſula. *omni exceptione remota*, quæ æquipol-
let clauſulæ, *appellatione remota*: quia ſi non licet exci-
pere, nec etiam licet appellare. *Gloſſ in cap intelleximus,
verb conueniri poteſt. in fin de iudic Alb conſil* 14 *num.*
7. *Ruginell de appellat gloſſ* 2 *num* 37. *Scacc. d quæſt* 16.
limit 1. *num.* 38. *& quæſt* 17. *limit.* 8 *num.* 4. *& fuit di-
ctum in Lucana dotis* 19. *Ianuarij* 1629 *coram Illuſtriſſi-
mo D. Cardinali Virili.* Verùm per prædictam clauſu-
11 lam, *appellatione remota*, cenſetur ſolùm excluſa appella-
tio friuola, non autem legitima, & iuridica. *Gloſſ in cap.
vt debitus, in verb ante ſententiam in fin de appellat. &
in cap ex parte. il ſecondo. verb. nulla de offic. delegat.
Lancellott. d cap* 12. *limit* 8. *num.* 41. *& ſeqq cum alijs
per Scacc d quæſt* 16 *limit.* 1. *num* 93 *&* 94 *& Barboſ.
d clauſul* 11 *num* 15. *& ſeq Gonzal. ſuper regul.* 8 *gloſſ.*
9 *in annot contra nullit. num.* 244 *Rot. in d. Lucana dotis
coram Illuſtriſſimo Cardinali Virili.* niſi cauſa cum huiuſ-
12 modi clauſula commiſſa eſſet alicui Cardinali, tunc enim
cenſetur excluſa quælibet appellatio tàm friuola, quam
iuſta *Farinac. alijs relatis, fragment. criminal part.* 2.
verb Iudex num 963. *& Barboſ loco cit num.* 17. ſicut
13 nec cenſetur excluſa reſtitutio in integrum, & recurſus ad
Principem *Gloſſ in l vnic C. ſi de moment poſſeſſ Iaſ in
l poſtquam lite num* 16. *&* 17. *C. de pact Roland. conſil.*
60. *num* 28. *&* 33 *lib.* 3. *Scacc d quæſt* 17. *limit.* 11 *num.*
8. *Rota in Bononien cenſus* 21. *Decembris* 1602. *coram Iu-
ſto. apud Marcheſ de commiſſ part.* 1. *pag.* 309. *& in d.
Lucana dotis*; ſicut etiam clauſula, *Omni exceptione remo-
14 ta.* non excludit exceptionem iuſtam, *d cap ex parte il
ſecondo de offic. deleg Roman. conſil.* 211. *num* 2. *col.* 2.
circa med verſic. non enim obſtat Iaſ in l. 1. *num* 7. *in* 1.
lect. C de ſacroſ. Eccleſ Felin in cap cauſam quæ, num. 22.
de reſcript Hippol de Marſil in rub de fideiuſſ num. 310.
& ſingul 332. *Tiraquell in l. ſi vnquam in præfat num.*
111. *C de reuoc donat Rot deciſ* 301 *num.* 4. *verſ & obli-
gatio part* 2 *recent & ſecuta eſt in d Lucana dotis coram
Illuſtriſſimo Cardinali Virili.* Alia plura de effectibus hu-
ius clauſulæ, *appellatione remota*, tradit *Barboſ d clauſul*
11 *per tot.*
B *Rota in Meliten baiulatus* 27. *Nouembris* 1617 *&* 4. *Maij*
1618. *coram bon mem. Dunozetto ſeniori, & coram eo-
dem in Pampilonen. beneficiorum* 21. *Maij* 1618.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Hiſpalen. voti.

Lunæ 21. Februarij 1622.

ARGVMENTVM.

Præſcriptio an currat contra Eccleſiam, & eius Prælatum, Sede vacante. Ad probandam quadragenariam deducendum eſt tempus litis, & Sedis vacantis.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio non currit contra Archiepiſcopum, vel Sedem, illa vacante, & quid ceſſante intereſſe num.* 3.

2 *Eccleſia viduata Paſtore æquiparatur pupillo indefenſo, & vtriuſque ius ſeruatur illæſum.*

4 *Præiudicium perpetuum dicitur magnum præiudicium.*

5 *Ordinarij intereſt, vt prouiſi ab eo plenum ius Canonicale conſequantur, & habeant vocem in actibus Capitularibus.*

6 *Eccleſiæ ſtatus defenſio æquè principaliter ſpectat ad illius Rectorem, & Ordinarium.*

7 *Libertatis pro defenſione actio competit patrono, & liberto.*

8 *Patronus poteſt litem proſequi, vt eius præſentatio in omnibus effectum ſortiatur.*

9 *Sententia lata contra præſentatum non nocet patrono ignoranti.*

10 *Sententia lata contra libertum nocet patrono tantùm ſcienti, & patienti.*
11 *Domino competit actio pro defenſione ſubditi, & coloni.*
12 *Præſcriptio, Sede vacante, non currit in re communi inter Epiſcopum, & Capitulum.*
13 *Priuilegium vnius præſeruat ius alterius in re communi.*
14 *Societas, & familiaritas morte finitur.*
15 *Conſuetudo excludēdi familiares Archiepiſcopi de Capitulo debet eſſe præſcripta per 40. annos.*
16 *Conſuetudo quò ad curſum temporis non differt à præſcriptione.*
17 *Liber Capituli probat contra Capitulum.*
18 *Aetas pupillaris deducitur in teſte, qui probat quadragenariam.*
19 *Litis pendentia tempus ſubducitur in computanda quadragenaria.*

DECISIO DXCVIII.

IN hoc articulo fuit ſub die 26. *Iunij*
1591. *coram bon. mem. Orano* reſolu-
tum, non licere Capitulo eijcere Ca-
nonicos familiares D. Archiepiſcopi,
dum contingit tractari de negotijs ad
dictū D. Archiepiſcopū pertinentibus:
& quia Capitulū allegauit conſuetudi-
nem in contrarium, dictum fuit 15. Martij 1596. *co-
ram bon. mem. Gypſio*, prædictam conſuetudinem pro-
bandam eſſe obſeruatam ſpatio 40. annorum: & 11. *De-
cembris* 1613. *coram R. P. D. meo Manzanedo* conclu-
ſum, dictam quadragenariam probatam eſſe ex dicto
duorum teſtium. Verùm quia pro D. Archiepiſcopo
dicebatur, quadragenariam non fuiſſe completam,
deducto tempore Sedis vacantis, & ſub die 22. *Aprilis*
1619. propoſita cauſa *coram R. P. D. Pamphilio*, fuit re-
ſtricta, vt videretur, an iura ad proban. tempora Sedis
vacantis pro dicto D. Archiepiſcopo compulſata eſſent
in forma probanti: ſecundò, an eſſet deducendum di-
ctum tempus Sedis vacantis; & firmato per duas deci-
ſiones, primam videlicet, *coram eodem R. P. D. Pam-
philio* 14. *Februarij* 1620. & ſecundam *coram me ſub die
4. Iunij præteriti*, dicta iura eſſe in forma probanti:
propoſui ſecundam partem, an eſſet deducendum dictū
tempus Sedis vacantis, & eo deducto, an conſtet de
quadragenaria, itaut eſſet recedendum à deciſis ſub d.
die 11. Decembris 1613. & Domini in omnibus reſpon-
derunt pro D. Archiepiſcopo. Fundamentum fuit, quia
præſcriptio non potuit currere contra Archiepiſco-
1 pum, ſiue Sedem Archiepiſcopalem, illa vacante, *cap.
1. cap. de quarta, cap. auditis, de præſcr. Hoſt. in cap. olim
il primo num. 4. verſic. et dicen. de reſtit. ſpol. Bart. in l.
naturaliter, num. 24. ff. de vſucap. & fuit dictum in
Placentina voti* 17. *Maij* 1603. *coram bon. mem. Pena*,
quia tunc caret legitimo defenſore, *cap. 1. & cap. fina-
li ne Sed. vac. gloſ vlt. in d cap. de quarta, Abb. in cap. ex
tranſmiſſa, num. 8. de præſcr. Felin. conſil. 40. num. 6.
Balb. de præſcript. part. 2. par. 6. princ. num. 7.* & Ec-
2 cleſia viduata Paſtore æquiparatur pupillo indefenſo,
& vtriuſque ius ſeruatur illæſum, *gloſ. in l. ſi preces, in
fin. & ibi Odofred. Bald. Angel. & Salicet. C. quom. &
quand. iud. &c. Mattheſil. ſingul. 44. num. 6. Bero. dicto
cap. de quarta, num. 5. de præſcrip. Odd. de reſt. in integr.
par. 1. quæſt. 2. art. 4. num. 6. verſ. 2. & num. 24.* Nec
obſtat, quòd præſcriptio currat, ceſſante intereſſe Sedis
Archiepiſcopalis; quia cum D. Archiepiſcopus fuerit
admiſſus ad cauſam, dictum intereſſe, *iuxta deciſ. Achill.*
3 18. *de reſcr.* fuit habitum pro indubitato *coram bon. mem.
Litta* 27. *Ianuarij* 1606. vbi fuit reſolutum, ad inſtan-
tiam tunc D. Archiepiſcopi eſſe inhibendum Canonicis,
litemque in Rota pendentem non fuiſſe extinctam per
ceſſionem factam à familiaribus D. Cardinalis de Ca-
ſtro Archiepiſcopi prædeceſſoris, *vt in eius ſummario
num.* 2. & die quinta Iunij eiuſdem anni, vbi idem fuit
dictum; & vlteriùs ad fauorem Archiepiſcopi fuerit la-
ta ſententia Rotalis declarans, Capitulo, & Canoni-
cis non licuiſſe, nec licere, familiares in præfatis acti-
bus expellere, illiſque perpetuum ſilentium imponens,
vt in eius ſummario num. 4. Nec illud videtur eſſe, (vt
prætendunt informantes pro Capitulo,) conſecutiuum,
& ſecundarium, eo quòd principale ſit Canonicorum
familiarium: & propterea non attendendum ad impe-
diendam præſcriptionem; quia vel videtur eſſe maius,
cum agatur indirectè de auferendo, ſiuè limitando in
perpetuum facultatem Archiepiſcopi conferendi Ca-
4 nonicatus eius familiaribus, cum voce in Capitulo in
omnibus actibus Capitularibus, *Put. deciſ.* 410. *num.
5. lib. 2. in nou.* & valdè intereſt, vt prouiſi ab eo ple-
5 num ius Canonicale conſequantur, vt fuit dictum *coram
Litta dicta die 5. Iunij*, & ſenſit Rota *coram Gipſio* 15.
Maij 1596. dum dixit, conſuetudinem expellendi dictos
familiares eſſe debere præſcriptam, quia detrahitur iu-
ri Eccleſiæ; vel ſaltem non magis familiaribus, quàm
Archiepiſcopo competit actio ad ius ſuum proſequen.
ſicut defenſio ſtatus alicuius Eccleſiæ æquè principali-
6 ter ſpectat ad illius Rectorem, ſiuè miniſtrum, & ad
Ordinarium, *Innoc in cap. auditis, num. 2. de præſcr.*
quem ſequuntur ibi *Ioann. Andr. circa med. verſic. alij
dicunt, Bald. num. 6. Abb. num. 19. in fin. Butr. num.
17. verſ. ad quem autem, Anchar. num. 6. verſ venio ad
oppoſit. Aegid. num. 26. & 27. Imol. num. 7. verſ. ſi au-
tem, & facit Oldrad. conſ. 206. num. 3.* ſicut competit
7 patrono, & liberto actio pro defenſione libertatis, *l.
principaliter, C. de lib. cauſ. Azo. in ſummario C. eod. tit.
num. 5. verſ. ſed & patrono*, & patronus poteſt litem
8 proſequi, vt eius præſentatio in omnibus effectum ſor-
tiatur, *cap. ſtatuimus, cap cupientes, vbi DD. de elect. in
6. Rota deciſ. 2. de iurepatr. in nou. Paulus de Cittadin.
eodem tract. artic. 2. num. 2.* & *4. & fuit dictum coram
Litta d. deciſ. 5. Iunij* 1606. adeo vt ſententia lata con-
9 tra præſentatum non noceat patrono ignoranti, *Abb in
cap quamuis, num. 23. Imol. num. 4. & Felin. num. 11.
verſ. idem per omnia, de re iud. Lambert. de iurepat. lib. 2.
part. 2. quæſt. 6. princ. artic. 10. num. 2.* & lata contra
10 libertum nocet patrono tantùm ſcienti, & patienti,
*l. ſæpè, vbi DD. ff. de re iud & in cap. cum ſuper, de
ſent. & re iudic. Imol. in d. cap. quamuis, num. 2. & 14.*
& cum huiuſmodi expulſio à Capitulo fiat in iniuriam,
& damnum Archiepiſcopalis dignitatis, illi competit
actio pro defenſione Capitularium, quemadmodum
11 domino pro defenſione ſubditi, & coloni, *Innoc in
cap. dilectis filijs, num. 2. Imol. poſt Ioann. Andr. in fin.
Bellam. num. 7. 8. & 9. de appell. gloſ. in cap. auctoritate,
verb. pertineat, de priuil. in 6.* & ſic cum intereſſe, &
actio communis ſit D. Archiepiſcopo, & familiaribus,
12 præſcriptio ad fauorem Capituli currere non potuit
in præiudicium dicti D. Archiepiſcopi, *cap. 1. vbi Abb.
num. 4. Felin. num. 5. & 6. Pariſ. num. 13. de præſcr.
idem Abb. in d. cap. de quarta, num. 6. Balb. de præſcr.
par. 2. 6. p. princ. num. 7. in fin. Put. deciſ. 404. num.
1. & 2. & 410. num. 1. & 6. lib. 2. in nou. & fuit di-
ctum in Romana domus de Scapuccijs* 19. *Ianuarij* 1611.
*coram Reuerendiſs. D. meo Decano, impreſſ. per Pacifie.
poſt tract. de Salu. interdict. deciſ.* 238. *num.* 8. ſed nec
13 etiam ad fauorem quorumcunque, *l. ſi rem commu-*

nem

num, ff. quemadmodum ſeru. amit. Iaſ. in l. ſi emancipati, nu. 17. C. de collat. Natt. conſ. 590. nu 17. Roc. in de ſtat. & conſuet. ſect. 3. num. 32. verſ. quintò, Surd. conſ. 301. num. 84. Gueual. ad reg. 3. gloſ. 24. num. 52. & ſeq. Et conſequenter non applicantur notata *per Gloſ. & alios in cap. ad audientiam, verſ. principaliter, de praſcript. & per Balb. d. tract. par. 1. 5. part. princ. num. 19. verſ. quam concluſionem, & num.* 20. circa intereſſe ſecundarium Eccleſiæ, & quòd Epiſcopus non habet actionem: quæ ex prædictis tolluntur. Nec applicatur limitatio, quòd præſcriptio currat etiam Sede vacante, quando remanent perſonæ, quæ ius Eccleſiæ defendere potuerint: prout dicebatur, familiares defendere potuiſſe, tàm ius ipſorum, quàm Sedis Archiepiſcopalis annexum; quia quicquid ſit de illius veritate vacante Sede non dicuntur ampliùs familiares, cum per mortem, ſicut ſocie-
14 tas, omnis familiaritas finiatur; *l. adeo, ff. pro ſoc. Gemin. in cap. fin. num. 9. Franc. num. 14. de verb. ſign. in 6. Rot. deciſ. 584. num. 2. in fin. part. 1. recent. & deciſ. 711. num. 8. part. 2.* & propterea nihil faciunt teſtes dati, quòd prædicti familiares fuerunt eiecti à Capitulo etiam Sede vacante. Nec obſtat, quòd non verſemur in præſcriptione, ſed in conſuetudine, quæ currit etiam contra Archiepiſcopum Sede vacante; tum quia contra dictos familiares currere non poterat, cum non ad-
15 eſſent ex prædictis; tum quia cum debeat eſſe præſcripta per 40. annos, vt fuit reſolutum *coram bon. mem. Gypſio dicta die 15. Martij 1596. & 11. Decembris 1613. coram R. P. D. Manzanedo,* quò ad curſum temporis
16 nihil differt à præſcriptione, *Rot. deciſ. 6. num. 5. de conſuet. in nou. Felin. in cap. ſtatuimus, num 2. in prima limit. de maior. & obed. Rocc. d. tract. ſect. 3. num. 4. & num. 32. & 35. & fuit dictum in Caietana præcedentiæ 1. Martij 1563. coram Robuſterio.* Cum igitur ex prædictis ſit deducendum tempus Sedis vacan. quod in diuerſis vicibus fuit annorum trium, demptis decem diebus, vt ex annotationibus libri Capituli *in ſummaris Archiepiſcopi num. 2. vſque ad 12.* formiter extractis de dicto libro, quem contra Capitulum probare fuit reſolutum d. die 14. *Februarij 1620. coram R. P. D. Pamphilio, et coram me dicta die 4. Iunij prædicti.* Necnon
17 ſit deducen. tempus litis pendentiæ annorum quatuor cum dimidio, cum lis cœperit de menſe Iulij 1583. & teſtes fuerint examinati de anno 1593. vt firmatur in dicta deciſione *coram R. P. D. Manzanedo,* & non controuertitur: & ſic in totum veniant deducendi vltra annos ſeptem; ſequitur, quòd duo teſtes, videlicet octauus, & 18. quos prædictam quadragenariam probare, fuit dicta die reſolutum *coram R. P. D. Manzanedo,* dictis temporibus deductis illam non probent. Nam quicquid ſit de oppoſitis contra eorum perſonas, dictus octauus, qui deponit, ſe à 40. 48. & 50. annis citra vidiſſe dicta conſuetudinem obſeruatam, eſt annorum 60. *vt in ſummario Archiepiſcopi num.* 13. & de-
18 ducto tempore pupillaris ætatis, *Franc. in dicto cap. 1. num. 16. de præſcr. in 6. Pariſ. conſil. 27. num. 97. lib. 1. et fuit dictum in Placentina vota 17. Martij 1603. coram bon. mem. Penia,* & litis pendentiæ, *Bart. in l. celſus,*
19 *num. 27. de vſucap. cum alleg. in dicta Placentina,* nec non Sedis vacantis, non attingit annum 39. ex prædictis. Minùs probat dictus 18. deponens ſolùm de annis 45. ex quibus detractis ſupradictis temporibus non concludit per 38. integros annos.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

Collen. hæreditatis.

Veneris 25. Februarij 1622.

ARGVMENTVM.

Incolatus vt probetur quænam ſint neceſſaria, & an, & quando cenſeatur per teſtes concludenter, & certitudinaliter probatus.

SVMMARIVM.

1 *Incolatus vt probetur, neceſſarius eſt animus perpetuò habitandi, vel decennalis habitatio, ex qua dictus animus præſumitur num. 2. vel fortunarum tranſlatio. num. 3.*

4 *Incolatus de quo tempore eſſe debeat, vt fœminæ, vigore ſtatuti, propter maſculorum exiſtentiam excludantur.*

5 *Incolatum contrahendi animus certus, et deliberatus colligi non poteſt ex verbis obiter prolatis.*

6 *Teſtis vnicus non probat, limita vt num. 15.*

7 *Teſtis fides valde minuitur ex maxima paupertate, quamuis alias ſit honeſtæ vitæ. & famæ.*

8 *Tempus decennalis habitationis ad incolatum debet præcisè probari.*

9 *Teſtis deponens de tempore alternatiuè per verba,* plus, vel minus, *illud non probat.*

10 *Teſtis deponentis de tempore dubitatiuè non probat.*

11 *Teſtis, qui non recordatur initij temporis, à quo fieri debet dinumeratio, non probat tempus.*

12 *Teſtis non præcisè deponens de tempore, ſed per dictionem,* in circa, *illud non probat.*

13 *Teſtis de credulitate deponens, non probat.*

14 *Domus retentio arguit animum redeundi.*

DECISIO DIC.

CVM bis fuerit reſolutum, non fuiſſe probatum incolatum Petri Franciſci nepotis Marij volentis excludere Mariettam eius ſororem ab hæreditate dicti Marij vigore Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 146.* fuerunt nouiter examinati quatuor teſtes ſuper dicto incolatu; & ideo repropoſito dubio, an eſſet à dictis deciſionibus recedendum, Domini negatiuè reſponderunt. Et retentis concluſionibus in dictis deciſionibus firmatis, quòd ad probandum incolatum neceſſarius ſit animus perpe-
1 tuò habitan. *iuxta l. domicilium, ff. ad municip. Bart. in l. lex Cornelia, ff. ſi tamen, ff. de iniur. Rota deciſ. 413. num. 2. par. 4. diuerſ. cum alleg. in Parſen. bonorum 10.*
2 *Decembris 1614. coram me,* vel decennalis habitatio, ex qua dictus animus præſumitur *iuxta gloſ. in l. 2. verb. conſtituerint, C. de incol. lib. 10* quam plures approbauit *Rota, & vltra alleg. in dictis deciſ. Seraph. deciſ. 999. num. 1. & deciſ. 1169. num 2. Rota deciſ. 345. num. 2. par. 4. diuerſ.* & fuit latè dictum in *Granaten. Cappellaniæ 1. Decembris 1606. coram Reuerendiſſimo Domino Lugduno-*
3 *nen.* vel ſuarum fortunarum tranſlatio *iuxta text. in l. Ciuis, C. eodem tit. de incol.* res pendet à depoſitione dictorum teſtium, ex quibus viſum fuit DD. non reſultare probationem releuantem. Et quò ad voluntatem dicti Petri Franciſci perpetuò in Vrbe commorandi ſecundus, & quartus nihil dicunt, tertius verò iuxta 14. deponit, dictum Petrum Franciſcum duabus, vel tribus
4 vicibus ſibi dixiſſe, quòd Romam venerat permanſurus, qui cum non deponat, de quo tempore, non conclu-

dit, quòd dicta verba fuerunt prolata ante obitum Ma-
rij de anno 1602. vt in præiudicium Mariettæ requi-
ritur, *Anchar. conſ. 169. num. 2. verſ. & licèt, & fuit*
dictum in Ciuitatis Caſtelli hereditatis 10. Maij 1605.
5 *coram S. D. N.* vltra quòd prædicta verba videntur
obiter prolata, & ex illis colligi non poteſt certus, &
deliberatus animus domicilium contrahendi, vt de te-
ſtibus per eadem ferè verba deponentibus ponderatum
fuit in alijs deciſionibus. Remanet ſolus primus, qui
iuxta 17. dicit, audiuiſſe à dicto Petro Franciſco per an-
num ante Iubilæum, quòd Romæ libenter morabatur,
& ampliùs diſcedere nolebat, & ſuper primo, & quar-
6 to, quòd Romæ viuere, & mori intendebat: qui tamen
A tanquam vnicus non eſt attenden. *A, ad c. licet de teſtibus,*
7 præſertim cum eius fides valdè minuatur ex maxima
paupertate: cum iux. quartum dicit, ſe nõ poſſidere nec
ſtabilia, nec mobilia, *cap. ſi quis teſtium* vbi *Abb. num.*
8. in fin. & Bald. num. 5. de teſtib. Roman. in l. 1. num.
3. ff. qui ſatiſdar. cog. Seraph. deciſ. 1279. num 4. & fuit
dictum in Parmen. ſtatus 28. Aprilis 1603. coram Illuſtriſ-
ſimo Domino Cardinali Millino, & in alijs, & de com-
muni, & iure poſt alios latè, quamuis ſit alias honeſtæ
vitæ, & famæ, *Farinac. de teſt. quæſt. 57. num. 1. & 3.*
& 14. Quò verò ad habitationem dictus primus teſtis
iuxta 13. deponit, *Pier Franceſco venne à Roma, inanzi*
che ci veniſſe io, che ſono 22. anni, che ſon venuto, e ci era
venuto otto, ò dieci anni inanzi à me, ſe bene mi ricordo,
8 ex quibus verbis non probatur præcisè dicta decennalis
habitatio ante obitum Marij, vt requiritur, cum vis ſit
in tempore, *Verall. deciſ. 278. num. 6. par. 3.* cum al-
legatis in ſimili probatione temporis *in Romana, ſeu*
Tiburtina Caſtrorum 14. Iunij 1621. & 14. Ianuarij præ-
9 *teriti coram me.* Tùm quia deponit alternatiuè ibi, *otto*
ò dieci anni, Alex. in l. & ſi poſt tres, num. 6. circa med.
ff. ſi quis caut. cum alleg. per Farinac. de teſtibus quæſt.
69. num. 14. & fuit dictum in Parmen. ſtatus 3. Decem-
bris 1607. coram S. D. N. impreſſa poſt ſecundum vol.
10 *conſ. d. Farinac. 246.* Tùm quia dubitatiuè, *ſe bene mi*
ricordo, Alex. conſ. 33. num. 21. lib. 3. Verall. dicta deciſ.
278. num. 3. Bertaz. conſ. 95. num. 17. lib. 1. latè Fari-
nac. d. tract. quæſt. 69. num. 11. fuit reſolutum in dicta
Parmen. 24. Ianuarij d. anni 1607. ſecundus iuxta
idem dicit, *Pier Franceſco Toloſani venne à Roma può eſſe-*
re da 20. 22. & 23. anni in circa, che non mi ricordo pre-
ciſamente: qui pariter nihil probat, quia non ſolùm
11 deponit alternatiuè, ſed cum non recordetur præcisè
de initio aduentus, non poteſt concludere finem decen-
nij, *Socc. in l. ſi in diem 46. num. 6. ff. de cond. & de-*
monſtr. poſt Bald. & Imol. in l. de diuiſione, ff. ſolut. ma-
trim. & fuit dictum in allegata Parmen. 3. Decembris
12 1607. Et quia non deponit de dictis annis præcisè, ſed
cum dictione, *in circa, Cuman. conſil. 91. circa princ.*
verſ. hoc tamen, Alex. conſ. 149. num. 7. lib. 5. Caputaq.
deciſ. 247. par. 3. & Rota in repetita Parmen. 24. Ianua-
rij, & 3. Decembris 1607. Et nihilominus eius depoſi-
tionè intelligendo de annis 26. non reſultaret habitatio
decennalis completa de dicto tempore obitus Marij an-
ni 1602. Tertius ibidem credit, Petrum Franciſcum ve-
niſſe Romam tertio, vel quarto anno Pontificatus fel.
rec. Clementis Octaui, videlicet 1593. vel 1594. & ſic
licèt attingat decimum annum tempore dicti obitus
Marij, nihil cõcludit, cum deponat alternatiuè vt ſupra,
13 & de credulitate ſua, *Gloſ. in l. 2. §. penult. verb. memi-*
nerint, ff. de aq. plu. arcen. in l. teſtium verb. præſto C.
de teſtam. et in cap. quoties, verb. credere, eodem tit. Verall.
dicta deciſ. 278. num. 1. de communi omnium Vin. com.
op. concl. 465. num. 1. Quartus iuxta 12. deponit ſolùm,
vidiſſe Romæ dictum Petrum Franciſcum ante annum
Iubilæi, ſed neſcire tempus eius aduentus, & ſic non
probat ex prædictis. Tranſlatio autem omnium bono-
rum, ex qua pariter deſumitur coniectura domicilium
contrahen. non probatur: nam præter primum te-
ſtem ignorant alij, an dictus Petrus Franciſcus bona in
Ciuitate Collen. exiſtentia alienauerit: dictus verò pri-
mus vltra quod eſt vnicus, & patitur ſupradictam exce-
ptionem, deponit ſolummodò de alienatione, non au-
tem de translatione, vt ex lectura, & ſic nihil concludit,
vt de ſimili teſte fuit dictum in deciſione 10. Iunij 1616.
Imò in fide Communitatis Collen. aliàs, & nunc data
pro Petro Franciſco ad alienationem omnium bono-
rum proban. dicitur, remanſiſſe domum pro indiuiſa
cum fratribus, quam primus teſtis datus pro eodem in
poſitione 5. Maij 1617. dicit eſſe *aſſai buona, e di valuta*
14 *di mille fiorini*, ex qua domus retentione præcipuè de-
ducitur coniectura redeundi, *Gloſ. in d. l. 2. verbo conſti-*
tuerit, C. de incolis lib. 10. Menoch. conſ. 329. num. 36.
verſic. 3. coniectura, & fuit dictum in dictis deciſionibus
10. Iunij 1616. & 5. Maij 1617. in quibus latè reſpõde-
tur teſtibus aliàs examinatis, & nouiter datis, cum
quibus reſponſionibus, & alijs in eis deductis DD. tran-
ſierunt.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Limita, quando cum eius dicto concurrunt coniecturæ, &
15 præſumptiones ex circumſtantijs facti, *Gregor. XV. deciſ.*
247. num. 6. Rota in Parmen. ſtatus 24. Martij 1628. co-
ram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, vbi quod hæc cõ-
cluſio procedat in quacunque materia, & in alijs quas ad-
duxi ſupra ad *deciſ. 117. ſub lit. B.* Item limita, quando
cum dicto vnius teſtis concurrit fama, *Aretin. conſil. 13.*
num. 9. Caputaq. deciſ. 288. par. 3. Rota in d. Parmen. ſta-
tus 24. Martij 1628. & 30. Martij 1629. coram Reue-
rendiſſimo D. Decano.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Oſcen. portionis.

Veneris 25. Februarij 1622.

ARGVMENTVM.

Obitus in menſe reſeruato, ad effectum reſerua-
tionis, dato concurſu alterius prouiſionis, eſt
plenè, & concludenter probandus: & ex qui-
bus non cenſeatur ſufficienter probatus.

SVMMARIVM.

1 *Obitus in menſe reſeruato eſt plenè, et concludenter pro-*
bandus contra prouiſum ab Ordinario poſſeſſorem legiti-
mum contradictorem.
2 *Teſtis de fama, niſi exprimat tempus, quòd excludat litis*
pendentiam, non probat.
3 *Fama per vnum teſtem non probatur.*
4 *Fama facit ſemiplenam probationem.*
5 *Teſtis, qui dicit, ſe eſſe certum, vel pro certo credere, non*
probat.
6 *Relatiua depoſitio teſtis ad ſcripturas, illic non exhibitis,*
non probat.
7 *Epiſtola tertij directa teſti non probat contra alium, de*
cuius præiudicio agitur.
8 *Declaratoria debet ex eiſdem actis iuſtificari.*

9 *Teſtes examinati in alia cauſa, et inter alias perſonas non probant in alio iudicio inter alios.*
10 *Articuli non probant contra producentem.*
11 *Procurator non poteſt præiudicare principali.*
12 *Partita libri Parochi extracta lite pendente, et non recognita nullum gradum probationis facit.*
13 *Obitus in menſe reſeruato quando probetur per teſtes de fama.*
14 *Articulans non fatetur, niſi articuli eſſent dati medio iuramento num. 15.*
16 *Articuli dati per principalem medio iuramento, ſi non conſtat de errore, præiudicant, etiam ſi non fuerint admiſſi per iudicem.*
17 *Confeſſio minoris in reſponſione ad poſitiones, ſinè ſolemnitatibus, afficit, quando eſt facta cum iuramento.*
18 *Confeſſio facta in articulis datis abſque iuramento, licèt plenè non probat, facit magnum adminiculum.*

DECISIO DC.

IN firmandam dixerunt Domini ſententiam A. C. latam ad fauorem Matthæi
prouiſi Apoſtolici, declaratoriam incurſus cenſurarum Ioannis ob non dimiſſioné poſſeſſionis, de qua agitur, &
ſic ob non paritionem Breui de capien. poſſeſſione. Nam iuſtificatio ſolitæ clauſulæ *Conſtito* dicti Breuis conſiſtebat præcipuè
in proban. obitum Didaci, cuius occaſione ſucceſſit vacatio in menſe Nouembris, quod erat fundamentum
reſeruationis iuxta regulam 8. Cancellariæ, ſuper qua
1 fundatur Breue, & propterea dictus obitus in menſe
erat plenè, & concludenter iuſtificandus contra prouiſum ab Ordinario poſſeſſorem, & legitimum contradictorem, vt perpetuò ſeruat *Rota Put. deciſ.* 265. *num.*
2. 3. *&* 4 *lib.* 3. *Rot. deciſ.* 86. *num.* 3. *&* 4. *part.* 2. *diuerſ. & deciſ* 49. *num.* 1. *par.* 2. *recent. cum relatis per*
A *Gonzal. ad d. reg.* 8. *§.* 7. *proœm. num.* 217. A, Qui tamen ex duobus teſtibus, partita libri Parochi, & ex
prouiſione Ioannis non videbatur ſufficienter probatus. Quò ad teſtes primus deponit de morte in dicto
menſe, *per hauerlo inteſo dire publicamente*; cum tamen potuerit audire pendente lite *Mantic. deciſ.* 175. *nu.* 8.
2 *et* 9. & propterea non probat famam *cap. licet ex quadã, vbi etiam gloſ. verb motam Abb. num.* 3. *& alij de teſtib. Caputaq. deciſ.* 9. *num.* 1. *par.* 2. *Rota deciſ.* 335. *num.* 5.
3 *par.* 2. *recent.* & per vnum teſtem probata dici non poteſt, *Gloſ. in l.* 3. *§. eiuſdem verbo confirmatam, ff. de teſtib. Bart. in l. de minore, §. plurimum, num.* 19. *ff. de quæſt. Natt. conſ.* 672. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 358. *num.*
4 8. *par.* 2. *recent.* nec probata teleuatet, cum faceret tantum ſemiplenam, *Gloſ. dicta l.* 3. *§. eiuſdem, Iaſ. in l. admonendi num.* 200. *in fin. ff de iur. iur. cum alleg. per Surd. conſ.* 94. *num.* 4. *Rota dicta deciſ.* 358. *num.* 8. quæ
non ſufficit *ex Put. d. deciſ.* 265. *& alijs ſupra alleg.* Nec facit, quòd per obitum d. Didaci prouidere fecit ſuum
famulum de vno ex duobus beneficijs, quæ idem obtinebat: quia non concludit tempus mortis; prout etiam
non facit, quòd dicat, ſe pro certo credere obitum de dicto menſe: tum quia moueri potuit eadem ratione; tum
5 quia teſtis per hæc verba deponens, nihil probat, *Bald. in l. ſine poſſidetis num.* 6. *C. de prob. Iaſ. in l.* 1. *num.* 13. *ff. de iuſt. & iur. latè Farinac. de teſtib. quæſt.* 58. *num.* 66. *Mantic. deciſ.* 130. *num.* 2. *Rota deciſ.* 245. *num.* 5.
par. 1. *in recent.* Secundus verò teſtis non reddit aliam
rationem, niſi per hæc verba, *& queſto lo sò per hauerne hauute lettere da caſa mia,* quibus literis non exhibitis fi-
6 dem aliquam non meretur, *Rota dicta deciſ.* 237. *num.*
4. *part.* 1. *recent.* præſertim cum non dicat, cuius
fuerint, nec quo tempore ſcriptæ, & nihilominus etiã
7 exhibitæ d. obitum non probarent; quia epiſtola tertij
directa teſti non probat contra alium, de cuius præiudicio agitur *Bald. in l non epiſtolis num.* 5. *C. de probat. Rip. in l. admonendi num.* 140. *ff. de iur. iur. Couar. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 6. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 94. *num.* 22. *vbi de communi Rota deciſ.* 77. *num.* 2. *par.* 2. *diu. & deciſ.* 717. *num.* 6. *par.* 2. *in recent.* Non obſtant tres teſtes dati in ſummar. reſponſionum pro Matthæo num. 1. quia non fuerunt producti coram A. C. & propterea illius ſententia declara-
8 toria ſuſtineri non poteſt, cum ex eiſdem actis non iuſtificetur *cap. licet, vbi Doct. de ſent. excomm. in* 6. *Innoc. in cap. prudentiam num.* 6. *de offic. deleg Caputaq. deciſ.* 129. *par.* 3. *Seraph. deciſ.* 701. *num.* 3. *& fuit dictum in Salamantina penſionis* 9. *Martij* 1583 *coram Bubalo in Cæſarauguſtana penſionis* 20. *Decembris* 1591. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilo in Placentin. fideiuſſionis* 22. *Iunij* 1592. *impreſſ. per Marcheſ. de commiſſ. par.* 2. *fol.* 277. in qua aliæ ſunt relatæ; & fuerunt examinati in
9 alia cauſa, qui ſicut non probarent pro Ioanne contra
d. Matthæum prouiſum Apoſtolicum, *Seraph. deciſ.* 1169. *num.* 3. *Mant. deciſ.* 105. *num.* 8. *Rota deciſ.* 146. *num.* 23. *et* 25. *deciſ.* 592. *num.* 8. *par.* 4. *diu.* ita nec pro dicto prouiſo contra Ioannem *iuxta deciſ. Achill.* 1. *de te-*
10 *ſtib.* articuli verò non probant eadem ratione, & quia
B articulans non fatetur B, ex vulg. & tantò minùs,
quia fuerunt producti à procuratore, qui principali
11 præiudicare non potuit, *Bald. in l.* 1. *num.* 30. *C. de confeſſ. Pariſ. conſ.* 47. *num.* 92. *lib.* 1. *Rota deciſ.* 779. *num.* 2. *par.* 2. *recen. et in alijs.* Partita autem libri Parochi *de qua in ſumm. Matthæi num.* 4. fuit extracta per
notarium 12. Aprilis 1617. lite pendente abſque com-
12 pulſoria, & ſinè partis citatione, vlteriùs non eſt recognita, & ſic nullum gradum probationis facit *cap.* 1. *vbi Doct. de fid. inſtr. Rota deciſ.* 36. *de prob. in antiq. et deciſ.* 302. *num.* 1. *et* 511. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* Nec facit, quòd Ioannes ex eadem vacatione fuit ad præſentationem patronorum prouiſus ab Ordinario, *vt in dicto ſumm. num.* 3. quia in dicta prouiſione nulla fit mentio temporis obitus, ſed ſolummodo de vacatione, quæ non controuertitur.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Gregor XV. deciſ.* 37. *num.* 1. *Rota deciſ.* 296. *num.* 1. *&* 2. *part.* 2. *recent. & fuit dictum in Leodien. Cappellaniæ* 1. *Iulij &* 8. *Nouembris* 1619. *coram bon. mem. Vbaldo ſe-*
13 *niori;* probatur tamen obitus in menſe reſeruato per teſtes de publica voce, & fama, vbi nec Ordinarius, nec ab eo prouiſus ſunt in cauſa, *Rota in Burgen. de Pancoruo coram Gipſio apud Marcheſ. de commiſſ par.* 1. *pag* 346. *num.* 3. *in Placentina Canonicatus coram Orano apud. Marcheſ d. part.* 1. *pag.* 339. *num.* 3. *coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano deciſ.* 87. *num.* 2. *& coram Gregor. XV. deciſ.* 103. *num.* 6.
B Quod articulans non fatetur, *Felin. in cap. examinata*
14 *num.* 2 *verſ aduerte, de iudic. Marant. de ord. iudic. part.* 6. *tit. de poſit. num.* 7. *Mantic deciſ.* 198. *num.* 3. *Seraphin. deciſ.* 1054. *num.* 2. *& fuit dictum in Tudertina fideicommiſſi* 1. *Iunij* 1609. *coram Ortembergo, & in Conchen decimarum de Belmonte* 31. *Ianuarij* 1628. *coram R. P. D.*
15 *Pirouano*; hoc tamen fallit, vbi articuli eſſent dati medio iuramento, tunc enim habent vim confeſſionis, & præiudicant articulanti, *Ioan. Andr. in cap cum poſitionibus, in princip. Gemin num.* 5. *verſ. quaro, & Franc. num.* 2.
de

de iure iur. lib. 6. Caputaq deciſ 545. lib 5. in manuſcript.
Rot. deciſ. 215. num. 2. coram Gregor. XV. Beltramin. in
addit. ad deciſ 143. eiuſdem Gregor. num. 5. in fin. Rota
in Romana legati libraria 10. Maij 1654. coram bon. mem.
56 *Vbaldo ſeniori.* Et articuli dati per principalem medio
iuramento, ſi non conſtat de errore, præiudicant, etiam
ſi non fuerint admiſſi per Iudicem, *Caputaq. dicta deciſ.*
145. lib. 1. in manuſcript. & fuit dictum in Firmana bo-
noris 11. Februarij 1605. coram bon. mem. Cardinali Mil-
57 *lino.* Sicut etiam in ſimili confeſſio minoris in reſponſio-
ne ad poſitiones abſque ſolemnitatibus, licèt regulariter
illi non præiudicet, afficit tamen, quando eſt facta cum
iuramento, vt fuit dictum in *Maceraten. prædij 19. Ianua-*
58 *rij 1624. coram bon. mem. Remboldo.* Item confeſſio fa-
cta in articulis datis abſque iuramento, licèt plenè non
probet contra articulantem, facit tamen magnum admi-
niculum; cum articuli dari non ſoleant, abſque magna
conſideratione, *Rota deciſ. 320. num. 5. in fin. poſt 2. vo-*
lum. conſil. Farinac. & in Spoletana prædij 1. Decembris
1617. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Pamphilio iuniori,
relat. per Beltramin. ad d. deciſ 143. Gregor. XV. num. 5.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana domuncularum.

Mercurij 2. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Eccleſia poteſt cogere emphyteutam ad vendendum priuato, & ponendam rem emphyteuticam extra manus mortuas: & hoc ius cogendi non amittit, niſi ſpatio 40. annorum; & ex quibus proberur eius dominium. Item ex quibus probetur, rem eſſe emphyteuticam potiùs, quàm cenſualem.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia domina directa poteſt cogere emphyteutam ad vendendum priuato, & ponendum rem emphyteuticam extra manum mortuam.*
2 *Dominium probatur ex confeſſionibus aduerſarij.*
3 *Cenſualis potiùs, quàm emphyteutica præſumitur res, & num. 11.*
4 *Reſeruatio conſenſus, & beneplaciti Rectoris requiritur in alienatione rei emphyteuticæ, non autem cenſualis.*
5 *Laudemij ſolutio oſtendit rem eſſe emphyteuticam.*
6 *Dominium tam directum, quam vtile reſidet penes ſoluentem cenſum.*
7 *Dominium ex pluribus ſimul iunctis probatur.*
8 *Probatio minor admittitur ad proban. dominium ad effectum cogendi ad vendendum, vt exeat ex manibus mortuis.*
9 *Rector nec expreſsè, nec tacitè Eccleſiæ præiudicare poteſt.*
10 *Ius cogendi ad ponendum rem emphyteuticam extra manus mortuas, contra Eccleſiam non præſcribitur minori ſpatio 40 annorum.*
12 *Cenſuale nomen in dubio tàm cenſui, quàm emphyteuſi conuenire poteſt.*
13 *Cenſuarius, non emphyteuticus præſumitur contractus, licèt in eo caducitatis pactum adiectum fuerit.*

DECISIO DCI.

FVIT per DD. reſolutum, ſententiam
Reuer. Pad. Dom. Locumtenentis
Illuſtriſsimi Cardinalis Vicarij con-
demnatoriam officialium Beatæ Ma-
riæ de Laureto Vrbis ad vendendum,
& alienandum domum, ſeu domos,
de quibus agitur, in perſonas nō pro-
hibitas, tanquam emphyteuticas Eccleſiæ Sācti Nicolai,
tranſiuiſſe in iudicatum, & propterea exequendam;
fuit enim lata 15. Septembris 1616. & cauſa prætenſæ
appellationis (vt ſupponitur) interpoſitæ pro parte
dictorum officialium 25. dicti menſis, & commiſſa in
Rota de menſe Nouembris ſubſequentis non fuit infra
quadriennium, & vltra proſecuta: nec infra terminum
præfixum iuxta formam commiſſionis: fuit doctum de
legitima proſecutione dictæ appellationis. Iuſtitia an-
tem dictæ ſententiæ fuit DD. viſa euidens; cum Domi-
nus directus poſſit cogere ad vendendum rem emphy-
1 teuticam priuato, ne Eccleſia iure ſuo priuaretur, &
illam ponendum extra manum mortuam, iuxta doctri-
nam *Speculat. de emphyt. §. nunc aliqua. num. 142. Iaſ in*
l. fin. num. 91. verſ dicit etiam, & num 95. & ſeq. C. de
iure emphyt. latè Caldas de emphyt. tit. de poteſt. eligen. &
nominan reuoc lib 3 cap. 1. num. 16. cum allegatis in
Romana domorum 27. Maij 1614. coram bon. mem. An-
drea impreſſa in recentiorib. deciſ. 603. num. 1. par. 1.
Quòd autem dictæ domus fuerint, & ſint ſub dominio
dictæ Eccleſiæ Sancti Nicolai, non controuertebatur,
2 nec controuerti poterat, ſtantibus confeſſionibus au-
ctorum dictæ confraternitatis, videlicet Horatij Ro-
manelli in inſtrumentis 1593. 22. Auguſti, & in alio 25.
Octobris 1594. necnon Fauſtinæ filiæ, & hæredis dicti
Horatij in inſtrumento 22. Martij 1603. & auctricis
Confraternitatis, vt in inſtrumento 30 Decembris 1604.
& concurrunt etiam confeſſiones eiuſdem Confraterni-
tatis de annis 1604. 1609. 1612. & 1616 de quibus in-
fra, & quæ omnia dantur *in ſummario Abbatis à num.*
1. vſque ad num 10 Verùm difficultas conſiſtebat,
3 quòd domus præſumerentur potiùs cenſuales, quàm
emphyteuticæ, iuxta deciſionem *Creſcen. 1. de cenſib.*
vbi de communi cum alijs per Mantic. de tacit. &c. lib. 22.
A *tit. 3. num. 11. & deciſ. 134. num. 3.* A, Tamen mul-
ta viſa fuerunt Dominis exuberare pro emphyteuſi, &
ſignanter infraſcripta. Primò, reſeruatio conſenſus, &
beneplaciti Rectoris dictæ Eccleſiæ Sancti Nicolai facta
per dictum Horarium in dicta venditione del 1593. cum
clauſula, *& non aliàs,* &c. quæ reſeruatio non erat ne-
4 ceſſaria, ſi domus fuiſſet cenſualis, & non emphyteutica
Dec. conſ. 164. num 2. Mantic. de tacit lib. 22. tit. 3.
num. 16. Rota deciſ. 400 num. 8. par 1. in recentior. Se-
cundò, ex præſtatione conſenſus Rectoris 25. Octobris
1593. dictæ venditioni *in dicto ſummario num.* 3. qui
conſenſus non fuiſſet neceſſarius ex prædictis. Tertiò,
ex ſolutione laudemij *Mantic dicto tit. 3. num* 15. qui
refert deciſionem *Chiroga 165. in manuſcript. Rota deciſ.*
5 *168. num. 3. & 4. par. 2. diuerſ. dicta deciſ. 400. num.*
8. par 2. in recent. & fuit dictum in Lauden. deuolutionis
20 Ianuarij. & 9. Decembris 1596. & 2. Aprilis 1597.
coram bon. mem Corduba. Quartò, ex ſpeciali pacto,
quòd dictum appartamentum non poſſit vendi abſque
expreſſo conſenſu Rectoris proprietarij, & illius ſuc-
ceſſoris, qui debeat recognoſci in verum dominum, &
directum proprietarium; quæ concludunt, domum
eſſe emphyteuticam, quia ſi fuiſſet cenſualis, vtrum-
que dominium tàm directum, quàm vtile tranſlatum
eſſet in cenſum ſoluentem, *Affict. deciſ. 129. num. 6.*

Clar.

Clar. poſt alios qui de communi §. emphyteuſis quaſt. 1. verſ. contractus autem, cum allegatis in dicta *Lauden. deuolu-*
B *tionis 1. Aprilis* 1597. *coram Corduba*. B, Tantò magis
7 ſimul iuncta *Surd. deciſ.* 10. *num.* 14. *Rota in Romana emphyteuſis* 11. *Maij* 1613. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinale Sacrato*. Et præſertim cum nunc non agatur ad effectum deuolutionis, ſed remedio coactionis ad venden-
8 dum, vt res exeat ex manibus mortuis, quo caſu minor probatio admittitur *Rot. deciſ.* 249. *num.* 2. *par.* 1. *in recentior. & fuit dictum in Terdonen. bonorum* 1. *Martij* 1610. *coram R. P. D. meo Caualerio*., Nec obſtat, quòd per receptionem canonis, & laudemij factam per Rectorem à Societate del 1604. & 1609. 1612. & 1616. videatur approbata emptio Confraternitatis; quia non
9 potuerunt Rectores etiam expreſsè præiudicare Eccleſiæ, & Religioni, etiam tranſigendo *cap. veniens, vbi Doct. de tranſact. Honded. conſ.* 55. *num.* 25. *lib.* 1. *Rota in Vicentina ſcribania* 28. *Aprilis* 1603. *coram bon. mem. Litta, in Burgen. quindenniorum* 15 *January* 1616. *coram bon. mem. Andrea, in Toletana iuris celebrandi* 10. *Februarij* 1620. *coram Reuerendiſſimo Seleucien. & fuit dictum in Romana cenſus* 22. *Martij anni præteriti coram me*; multò minus tacitè *ad l. cum ex filio*, §. *fin. ff. de vulg. Oldr. conſ.* 126. *num.* 8. *Rota deciſ.* 662. *num.* 2. *& deciſ.* 783. *num.* 10. *par.* 2. *in recentior.* Non obſtat etiam, quòd Societas emerit del 1604 & iudicium non fuerit motum niſi del 1616. quia non fuit amiſſum ius cogendi ad ponendum extra manum mortuam, quod non tollitur
10 niſi præſcriptione 40. aonorum, *authen. quas actiones, C. de Sacroſ. Eccleſ. cap. de quarta vbi Abb. num.* 7. *Imol. num.* 2. *cap. illud, vbi Imol. num.* 2. *Anan. nu.* 6. *de præſcr. Dec. conſ.* 29. *num.* 7. *verſ iſta ratio*.

Et ita fuit vtraque parte informaote reſolutum.

ANNOTATIO.

A *Marſil. ſingular.* 95. *Valaſc. de iur. emphyt. quaſt.* 32.
11 *num.* 35. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 926. *num.* 6. *Cardinal. Caualer. deciſ.* 201. *num.* 2. *Rota in Romana Caſalis Turris vergata* 29. *Ianuarij* 1614. *coram R. P. D. Pirouano impreſſ. poſt addit. Cinc. ad tract. de cenſib. deciſ.* 495. *num.* 5. in qua fuit dictum, contractum præſumendum eſſe potius cenſualem, quàm emphyteuticum, etiam data poſſibilitate inferendi ad vtrumque; & ideo licet nomen
12 cenſuale, tanquam æquiuocum, poſſit conuenire, tam cenſui, quàm emphyteuſi, *Clar. in §. emphyteuſis, quaſt.* 1. *num.* 2. *verſ contractus autem, Honded. conſil.* 81. *num.* 8. *& ſeq. lib.* 2. tamen in dubio, & quando aliud ex coniecturis deſumi non poteſt, prædium, quod in contractu cenſuale appellatur, præſumendum eſt cenſuale, non emphyteuticum, ex prædictis, & ece. luit *Rota in dicta Romana Caſalis Turris Vergata apud Cinc. loco cit.* nec contractus
13 præſumitur potius cenſuatius, etiam ſi in eo appoſitum ſit pactum caducitatis, circumſcriptis alijs coniecturis, & in dubio, vt dixit Rota *in d. Romana Caſalis Turris vergata num.* 13. quia pactum caducitatis poteſt conuenire, etiam contractui cenſus, *Bald. in cap.* 1. *num.* 1 *de feud. non habent propr. nat. feud & conſil* 343. *num.* 4. *lib.* 1. *Menoch præſumpt.* 106 *num.* 12 *lib.* 3. *Mantic. de tacit. lib.* 22 *tit.* 3. *num.* 14. *Honded. conſil* 72 *num.* 19. *lib* 2. *Rota in Romana deuolutionis* 23. *Maij* 1625. *coram eodem R P D. Pirouano*.

B *Capic. deciſ.* 103. *num.* 10. *Menoch. d. præſumpt* 106. *num.* 6. *Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *quaſt.* 22. *num.* 3 *Rota d. Romana Caſalis Turris vergata* 20. *Martij* 1623. *coram R. P. D. Pirouano*.

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Romana domus de Blanchis.

Mercurij 2. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Dominium, finis lineæ, & identitas bonorum ad effectum deuolutionis, ex quibus probentur.

SVMMARIVM.

1 *Domino directo debetur immiſſio ob deuolutionē, conſtito de dominio directo, de fine lineæ inueſtiti, & de identitate rei.*
2 *Dominium probatur ex inſtrumento conceſſionis concurrentibus adminiculis, etiam ad effectum deuolutionis, & num.* 16. *etiam contra tertium num.* 17.
3 *Recognitio Eccleſiæ inſeruit pro adminiculo ad probandum dominium directum contra recognoſcentem, & habentem cauſam ab eo.*
4 *Confeſſio probat dominium contra confitentem. & ſingulares ſucceſſores: & maximè quando confeſſiones ſunt plures num.* 7.
5 *Dominium probatur ex conuentione ſolutionis laudemij, necnon ex promiſſione annui canonis.*
6 *Producens ſententiam in illa contenta approbare videtur.*
8 *Solutio canonum iuxta formam conuentionis inſeruit pro adminiculo ad probandum dominium.*
9 *Dominium ex pluribus ſimul iunctis probatur, præſertim quando agitur ad deuolutionem, non ob pœnam, ſed ob finitam lineam, quo caſu minor probatio admittitur.*
10 *Finis lineæ probatur per teſtes, coarctantes negatiuam non ſuſceptionis filiorum.*
11 *Identitas per duos fines probatur, etiam ſi ſint generales, ſi aliquis ex ſpecialibus conueniat.*
12 *Confeſſio tacita omnium in inſtrumento contentorum reſultat ex illius productione.*
13 *Admplimentum ab alligante concludenter probari debet.*
14 *Dominium ad effectum deuolutionis eſt plenè, & concludenter probandum, adeo quod non ſufficiunt ſolutiones canonum, locationes, & confeſſiones.*
15 *Dominium ad effectum deuolutionis probatur etiam ex adminiculis, & præſumptionibus, quæ ad illud tendunt.*
18 *Canonis ſolutio per* 30. *annos probat dominium in vim præſcriptionis, etiā contra tertios: ſecus ſi non ſit per ſpatium* 30. *annorum.*
19 *Inſcriptio ſuper aliquo lapide plurimum conducit ad probandum dominium directum.*
20 *Dominium ad probandum ad effectum deuolutionis inſeruiunt pro adminiculo antiquitas temporis, teſtes de fama, & pluralitas inueſtiturarum.*
21 *Enunciatiuæ duorum, vel plurium inſtrumentorum, ſi ſint vltra centum annos, probant dominiū ad quemcunq; effectum; & non ſufficit enunciatiua vnica licèt antiqua, etiam quòd concurrat alia enunciatiua non antiqua, n.* 22.
23 *Inſtrumentum continens donationem Principis ex certa ſcientia factam plenè probat dominium.*
24 *Dominium per viam exceptionis deductum probatur indicijs, & coniecturis, & quando procedat.*
25 *Emphyteuſis quando eſt conceſſa ad tertiam generationem, an porrigatur ad pronepotes, vel in ea comprehendatur primus acquirens, ſub diſtinctione traditur.*
26 *Emphyteuſis quando eſt conceſſa ad tertiam generationem finitam, porrigitur ad pronepotes.*
27 *Emphyteuſis non porrigitur ad pronepotes, quando conceſſio eſt facta pro ſe, filijs, & nepotibus vſque in tertiam generationem, etiam completam num.* 28. *niſi poſt nepotes addita eſſet dictio, Et, num.* 29.

DE-

DECISIO DCII.

ACTVM fuit per Rectorem parochialis
S. Mariæ de Monticellis contra illos
de Blanchis ad deuolutionem domus,
de qua infra, ob lineam q. Hieronymi
Victorelli primi inueſtiti finitam: & la-
ta ſententia per R. P. D. Locumtenen-
tem Illuſtriſſimi D. Cardinalis Vicarij ad fauorem Ec-
cleſiæ, & pro immiſſione d. Rectoris in poſſeſſionem
d. domus, propoſito dubio, An illa eſſet confirman. D.
pro confirmatione reſponderũt. Nam nullitas aliàs op-
poſita, & nunc repetita, quòd fuerit lata contra pupil-
los indefenſos, comparente procuratore a matre con-
ſtituto, de cuius legitima tutela non conſtabat, tollitur
ex publico inſtrumento ſuſceptionis d. tutelæ, cũ decre-
to Iudicis, & alijs ſolemnitatibus *in ſummario Rectoris*
num. 4. Illius verò iuſtitia reſultat ex probatione pri-
1 mò d. recti dominij d. Eccleſiæ, ſecundò finis lineæ dicti
Hieronymi inueſtiti, tertiò identitatis domus *iux. deciſ.*
Seraph. 1458. *per tot.* Dominium namque probatur ex
inſtrumento conceſſionis factæ per Rectorem 28. Iu-
nij 1535. q. Hieronymo de Victorellis pro annuo ca-
none, ſeu reſponſione ducat. 10. *in ſummario Rectoris*
num. 1. quod probat concurrentibus adminiculis, præ-
2 ſertim contra Blanchos habentes cauſam à filijs, & hæ-
redibus d. acquirentis, vt infra, etiam ad effectum de-
uolutionis, *Menoch. conſ.* 109. *num.* 15. *verſ. præterea*,
Seraph. deciſ 869. *num.* 3. *& deciſ* 1424 *in princ Rot. de-*
ciſ. 591. *num.* 2. *part.* 4. *diuerſ & in recent. deciſ.* 290. *&*
A 400. *num.* 1. *&* 5. *par.* 1. *& deciſ* 193. *num.* 1. *par.* 2 A,
Adminicula autem ſunt, primò laudum latum de anno
1549. 21. Maij per compromiſſarium tunc Auditorem
Cardinalis Saluiati inter Rectorem d. Eccleſiæ ex vna,
& Triphonem patrem, & filios d. Hieronymi ex alia,
augmenti canonis annui ad ſcuta 12. quod fuit acce-
ptatum per Triphonem ſuo, & fratrum nominibus, cum
promiſſione ſolutionis d. canonis ſcutorum 12. *in dicto*
ſummario num. 2. ex quo reſultat recognitio filiorum,
& hæredum d. Hieronymi ad fauorem Eccleſiæ, quæ
3 multum facit contra recognoſcentem, *Seraph. deciſ.*
1424. *num.* 2. *&* 3. *Rot. deciſ.* 193. *num* 3 *par.* 2 *recent.*
& habentes cauſam ab eo, latè *Rip. in l. ſi aliquam rem*,
num. 42. *ff. de acq poſſeſſione Surd. deciſ.* 10. *num.* 14.
Rot. d. deciſ. 193. *num.* 2. *part.* 2. *in recent.* Secundò,
confeſſio d. Triphonis in inſtrumento venditionis per
eũ factæ nomine ſuo, & fratrum Blancho, & Laurentio
fratribus, vti vicinis del 1592. 13. Octobris *d. ſumma-*
rio num. 3. quòd d. domus iure vtilis dominij ad eos,
ſpectabat ſub proprietate d. Eccleſiæ pro annuo canone
ſcutorum 12. relatiuè ad dd. inſtrumenta inueſtituræ, &
laudi, & cum reſeruatione conſenſus Rectoris, & lau-
demij ſoluendi communibus, & cum ceſſione iurium,
vigore d. inſtrumenti inueſtiture, & laudi: & cum ex-
preſſa Inbintratione dd. de Blanchis loco dd. fratrum
debitorum, & expreſſa promiſſione de ſoluen. in futu-
rum canonem d. Eccleſiæ debitum ſuis debitis tempori-
bus, & omnia alia adimplendi in d. inſtrumento pro-
miſſa *d. ſummario num.* 3 quæ confeſſio probat domi-
4 nium contra confitentem, & ſingulares ſucceſſores *Rip.*
in d. l. ſi aliquam rem num. 42. *Ruin. conſ.* 128. *num.* 16.
& 18. *lib.* 2. *Surd. d. deciſ* 10. *num.* 8. *&* 9. *Rot. in re-*
cent. deciſ 249. *num.* 3, *part.* 1. *& d. deciſ.* 290. *num.* 2.
par. 1. *& dicta deciſ.* 193. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* prout
etiam reſeruatio conſenſus Rectoris *Rol. conſil.* 2 *num.*
112. *in fin lib.* 2. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 3. *num.* 16.
Rot. d. deciſ. 249. *num.* 4. *& deciſ.* 400. *num.* 8. *part.* 1.
recent. & d. deciſ. 193. *num.* 3. *& ſuit dictum in Romana*
emphyteuſis 11. *Maij* 1613. *coram Illuſtriſſimo D. Cardina-*
5 *li Sacrato*, & conuentio ſolutionis Laudemij, *Mantic. d.*
tit. 3 *num.* 15. *Rot. deciſ.* 158. *num.* 1. *&* 4. *part.* 2. *di-*
uerſ. & d. deciſ. 400. *num.* 8. *& fuit dictum in d. Roma-*
na emphyteuſis, & in Lauden. deuolutionis 2. *Aprilis* 1597.
coram bon mem Corduba, necnon promiſſio annui ca-
nonis, *vt in d. deciſ.* 249. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Ter-
tiò, ſententia Locumtenentis Cardinalis Camerarij,
& Magiſtrorum Viarum lata ad fauorem dd. de Blan-
chis de anno 1563. contra Rectorem ſuper retractu di-
recti dominij d. domus pro ampl anda eorum domo vi-
cina *in dicto ſummario num.* 6. cum expreſſa conditione
inueſtien. pretium in alia domo, ſeu re ſtabili ſimilis va-
loris, ex qua percipiatur ſimilis annua reſponſio ſcu-
torum 12. vnà cum augmento decimæ partis, & ſic ad
annuum canonem ſcutorum 13. & pro condemnan. d.
fratres, donec d. bona emantur, ad ſoluen. Eccleſiæ ſo-
litum canonem ſcutorum 12. quæ ſententia fuit acce-
ptata per dd. de Blanchis, & producta, ex qua produ-
6 ctione reſultat confeſſio, quòd domus ſit directi domi-
nij Eccleſiæ, *Rolan. conſ* 2. *num.* 115. *&* 116. *lib.* 2 *et in*
bis terminis Rot. deciſ. 249 *num.* 6 *par.* 1. *recent.* Quar-
tò, ceſſio dictæ domus facta per Blanchum vnum ex dd.
emptoribus eius nepotibus reis conuentis, & poſſeſſo-
ribus 9. Martij 1611. *dicto ſummario num.* 10. cum ex-
preſſa confeſſione, quòd dicta domus eſt ſub proprietate
Eccleſiæ, & onerata annua reſponſione ſcut. 12. & cum
relatione inſtrumenti emptionis del 1562. & ſic reſul-
7 tant plures confeſſiones, quę fortiùs operantur *Surd. di-*
cta deciſ. 10. *num.* 8. *et* 14. *verſ. in facto cum relatis in*
dicta Romana emphyteuſis coram D. Cardinali Sacrato.
Quintò, ſolutiones canonum iuxta formam conuentio-
8 nis, & laudi, de quibus per dd. teſtes *d. ſummario num.*
6. *Rot. deciſ.* 193 *num* 2. *part.* 2. *recent.* adminiculatur
etiam ex confeſſione dd. de Blanchis in eorum commiſ-
ſione *dicto ſummario num.* 9. in qua dicunt, ſe eſſe in
pacifica poſſeſſione domus vigore legitimarum ceſſio-
num, & inueſtiturarum eorum aui. Quæ ſimul iuncta
videntur exuberare ad probationem d. directi dominij,
pręſertim quia cum non agatur ad deuolutionem ob pę-
9 nam, ſed ob finitam lineam, minor probatio admittitur,
Rot. deciſ 249. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* in qua aliæ refe-
runtur, *dictum fuit in Terdonen bonorum* 1. *Martij* 1610.
coram R. P. D. Caualerio. Secundò, probatur finis li-
neæ d. Hieronymi inueſtiti, cum conceſſio eſſet ad ter-
B tiam generationem maſculinam ab ipſo inchoandam, B
videlicet pro ſe, & eius filijs, & nepotibus legitimis,
& naturalibus, probatur optimè per teſtes *in ſumma-*
rio num. 5. deponentes, Hieronymum habuiſſe tres fi-
10 lios, videlicet Triphonem, Franciſcum, & Bernardinum,
& de illorum morte ſinè filijs, reddentes rationem
ſcientiæ, quia conſanguinei, & familiares, & quod Tri-
phon nunquam habuit vxorem: Franciſcus verò fuit ſa-
cerdos, & Canonicus Sancti Marci, & ſic non potuit
habere filios legitimos, & naturales, qui vocantur in
dicto inſtrumento conceſſionis: & Bernardinus ex ſua
vxore non ſuſcepit filios; & coarctant negatiuam, &
latiùs *dicto num.* 5. Tertiò, identitas domus pariter
viſa fuit DD. probata, cum conueniant regio, in qua
eſt ſituata, videlicet, Arenulæ: locus, videlicet, Pla-
tea Sancti Martinelli: confinia, propè viam publicam,
cui ab vno Palatium DD. de Sancta Crucijs nunc Mons
Pietatis, & quorum aliqua fuerunt enunciata in dicto
laudo, venditione, & ſententia Magiſtrorum Viarum,
& comprobant teſtes *dicto ſummario num.* 6. quorum
ſecundus deponit, domum, pro qua Blanchi ſoluunt ca-
nones Rectori, ſitam eſſe in Regione Arenulæ propè
11 Montem Pietatis; cum duo fines ſatis probent identi-

ta-

tatem, l. forma, ff. de cenſib. Bart. in l. demonſtratio falſa num. 14. ff. de cond. & demonſtr. & in l. ſi quis in fundi vocabulo, vbi etiam Alex. & alij ff. de legat. 1. cum relatis per Menoch. de arbitr. caſ. 105. num. 11. etiam ſi ſint generales, ſi aliquis ex ſpecialibus conueniat Rot. deciſ. 281. num. 1. part. 1. diuerſ. Et videtur ceſſare difficultas, cum Blanchi prætēdant hanc eandem domum liberam à canone, & acquiſiuiſſe tàm vtile, quàm directum dominium vigore prædictę ſententiæ ad eorum inſtantiam, & fauorem latæ, & per eos productæ, & datæ in
12 eorum ſummario 10. Maij 1619. num. 4. ex qua reſultat confeſſio dictæ identitatis cap. cum venerabilis, vbi Doct. de except. Bald. in l. ſcripturæ num. 2. C. de fide inſtrumentorum in ſimili Rol. d. conſ. 2. num. 115. & 116. lib. 1. Rot. d. deciſ. 193. num. 3. part. 2. in recent. licèt prędicta ſententia eis ſuffragari non poſſit pro acquiſitione d. dominij: cum non conſtet de aliqua effectuatione, & adimplemento contentorum in ea, & præſertim quòd ſcuta 388 ex pretio dictæ domus fuerint reinueſtita in tot bonis ſtabilibus ad fauorem eiuſdem Eccleſiæ, nec quòd fuerit pręſtita cautio de d. domum bonis ſuis incorporando, & de exponendo infra bienniū ſaltem ſcuta 60. iuxta illius tenorem, quæ omnia per dd.
13 de Blanchis eadem ſententia vti volentes adimpleta fuiſſe, concludenter probanda eſſent ad not. per Bart. & alios in l. 1. §. quod ait prætor, ff. vti poſſid. Pariſ. conſil. 152. num. 6. lib. 4. Rot. deciſ. 648. in fin. part. 1. & deciſ. 402. num. 4. part. 2. recent. Non obſtat aſſertum depoſitum factum ſucceſſiuè poſt dictā ſententiam, quia (vltra quod de eo non videtur conſtare per enunciatiuam notarij exhibitionis cedulæ) deponere non eſt ſoluere, & deficerent alia adimplenda. Imò prædicta effectuatio non ſolùm non probatur, ſed potiùs excluditur: cum poſtea fuerit ſolutus canon ad rationem ſcutorum 12. iuxta formam dicti laudi, vt deponunt ſupradicti teſtes, & in tanta ſolui debere, confeſſus fuit Comes Blancus in dicta donatione, ſeu nominatione facta de anno 1611. ad fauorem Thomæ, & Leonelli in ſummario Rectoris num. 10. cum tamen ſecuta emptione, & reinueſtimento alterius rei, ſolui deberet ex forma d. ſententiæ ad rationem ſcutorum 20. & b. 20.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Regulariter dominium ad effectum deuolutionis eſt plenè,
14 & concludenter probandum, l. in rem actio, ff. de rei vendicat. Speculat. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, num. 2. Caputaq. deciſ. 280. part. 1. adeo quòd ad hanc probationem non videntur ſufficere ſolutiones canonum, locationes, & confeſſiones: cum non tendant ad probandam rei traditionem, & vacuam tradentis poſſeſſionem, quæ ſunt de ſubſtantia probationis dominij, non incidenter, ſed concludenter probandi, vt per Alexand. conſil. 10. lib. 4. Caputaq. d. deciſ. 280. Rota deciſ. 150. & 606. part. 1. recent. in Romana domus 11. Maij 1602. coram bon. mem. Cardinali Millino, in Romana proprietatis vineæ 18. Iunij 1601. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio ſeniori, & coram eodem in Romana deuolutionis vineæ 17. Martij 1603. & in alijs pluribus relatis in Romana deuolutionis 28. Maij 1625. coram R. P. D. Pirouano.

Probatur tamen dominium, etiam ad effectum deuolu-
15 tionis ex adminiculis, & præſumptionibus, quæ inferunt dominium, & ad illud tendunt, Bald. in l. ad probationem num. 9. vbi etiam Bart. C. locat. Alexand. d. conſil. 10. per tot. & conſ. 12. in princ. lib. 4. Rip. in l. ſi rem aliquam, num. 39. verſ. & iterum ſubdiſtingue, ff. de acquiren. poſſeſſ. Crauett. conſ. 434. num. 4. Rota in d. Romana deuolutionis domus coram R. P. D. Pirouano, in qua plures aliæ deciſiones ſunt relatæ, & reſpondetur d. deciſioni 280. Caputaq. par. 1. in qua dicitur, coniecturis, & adminiculis probari dominium incidenter, non principaliter deductum, & intentatum: quòd ſcilicet d. deciſ. loquatur de adminiculis locationum, confeſſionum, & ſolutionum, quæ non inferunt per neceſſe dominium, vt ponderatur in
16 eadem Romana deuolutionis domus. Et ideo licèt ex ſolis inueſtituris non reſultet concludens probatio dominij ad effectum deuolutionis, & rei vendicationis, ad tex. in cap. inter dilectos propè fin. in verſ. per inſtrumenta verò, vbi Doct. & gloſſ. in verb. locatio, ext. de fid. inſtrument. Alexand. d. conſil. 10. num. 3. vol. 4. Aſſlict. deciſ. 14. num. 8. tamen ſecus eſt concurrentibus adminiculis quo caſu reſultat probatio concludens dominij, tàm contra conductorem, & habentes cauſam ab eo, vt in hac deciſione,
17 & in alijs mox allegandis, quàm etiam contra tertium, Rip. in d. l. ſi rem aliquam, num. 39. ff. de acquiren. poſſeſſ. Soccin. ſen. conſil. 157. num. 2. & ſeq. lib. 2. Dec. conſil. 246. num. 14. Pariſ. conſil. 104. num. 82. & ſeq. vol. 1. Rot. deciſ. 91. & 591. part. 4. diuerſ. Geſ. de Graſſ. deciſ. 10. num. 7. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Cardinal. Caualer. deciſ. 269. nu. 3. in Ciuitatis Caſtelli bonorum 8. Nouembris 1589. et 12. Februarij 1590. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio ſeniori, in Sublacen. bonorum 21. Maij 1604. coram Litta, in Romana deuolutionis domus ſub die 3. Aprilis 1623. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, et coram eodem in Romana medietatis domus 5. Martij 1625. in Leodien. dominij de Hollonia 5. Maij 1625. coram R. P. D. Merlino, & me informante in Aſſiſien. bonorum 1. Iunij 1627. coram Illuſtriſſ. D. Cardinali Virili. in Ferrarien. ſeu Comaclen. bonorum de Naſellis 7. Iunij 162. coram Reuerendiſſ. D. Coccino Decano, et in Romana domus 24. Martij 1628. coram R. P. D. Merlino.

Pro adminiculis autem, præter ponderata in hac deciſio-
18 ne, deſeruire poteſt ſolutio canonis per ſpatium 30. annorum, quæ probat dominium in vim præſcriptionis Bart. in l. ad probationem, C. locat. Alexand. conſil. 12. lib. 4. & plenius conſil. 8. num. 2. lib. 7. Valaſc. de iur. emphyt. quæſt. 9. num. 17. in fine Rota in d. Romana medietatis domus 5. Martij 1625. coram Patriarcha Manzanedo et in d. Romana deuolutionis 28. Maij 1625. coram R. P. D. Pirouano, etiam contra tertios, Speculat. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua verſ. 53. et verſ. 57. Roman. conſil. 127. num. 1. Rot. deciſ. 290. num. 4. part. 1. recent. et in d. Romana deuolutionis domus 3. Aprilis 1623. coram Patriarcha Manzanedo, et in d. Aſſiſien. bonorum 1. Iunij 1627. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Virili, vbi vero ſolutiones canonum non excedunt tempus 30 annorum, non augent probationem: quia cum ſolutio ſit actus conſecutiuus, ſi non probat inſtrumentum conceſſionis, nec etiam ſuffragatur ſolutio, vt per Bald. in d. l. ad probationem num. 2. Rota in d. Romana deuolutionis coram R. P. D.
19 Pirouano. Secundò deſeruiet pro adminiculo inſcriptio ſuper aliquo lapide, quæ plurimùm conducit ad probandum directum dominium, Rot. deciſ. 374. num. 7. part. 2. recent. & in terminis, quando agitur ad deuolutionem, & contra tertium, Rota in d. Romana deuolutionis domus 3. Aprilis 1623. coram Patriarcha Manzanedo. Tertiò
20 antiquitas temporis Ruin. conſil. 14. num. 9. lib. 4. Rota deciſ. 193. num. 2. part. 2. recent. et in d. Romana medietatis domus 5. Martij 1625. coram Patriarcha Manzanedo. Quartò teſtes de fama, qui plurimum conferunt ad probationem dominij, præſertim in antiquis, Burſatt. conſil. 27. num. 7. verſ. tertiò teſtes et Rota in d. Sublacen. bonorum 21. Maij 1604. coram Litta, et in d. Aſſiſien. bonorum coram Illuſtriſſimo Cardinali Virili, et in d. Ferrarien. ſeu Comaclen. bonorum de Naſellis coram Reuerendiſſimo Decano.

Digitized by Google

cano. Qnintò pluralitas inueſtiturarum, *Soccin. conſil* 187.
num. 16. *lib.* 2. *Rota d. deciſ* 193. *num.* 2 *par.* 2. *recent. in
Papien. bonorum* 28 *Aprilis* 1595. *coram bon mem. Cardi
nalis Millino*, *et in d. Ferrarien. et* Comaclen. *coram Reue-*
21 *rendiſs Decano*. Sextò, enunciatiuæ duorum, vel plurium
instrumentorum, quæ ſi ſint antiquiſſimæ, & vltra cen-
tum annos, probant dominium ad quemcunque effectum,
Dec conſ. 546. *num.* 14. *Soccin. d. conſ* 187. *num.* 5. *lib.* 2.
et conſ 65. *num.* 7. *lib.* 1. *Menoch conſ* 409. *num.* 9. *Caſ-
ſador deciſ* 3 *num.* 3 *de procur. Rot. deciſ* 91. *num.* 2 *par.*
1. *& deciſ* 223. *num.* 4. *par* 2. *recent in d Papien. bonorum*
28. *Aprilis* 1595. *coram Cardinali Millino*. *in d. Romana
deuolutionis* 28. *Maij* 1625. *coram R. P. D. Pirouano, et in d.
Ferrarien. et* Comaclen *coram Reuerendiſsimo Decano*; non
22 ſufficit tamen enunciatiua vnica, licèt antiqua, etiam quòd
concurrat alia enunciatiua non antiqua, vt fuit dictum in
Romana prætenſę deuolutionis domus 13. *Nouembris* 1596.
coram Litea.

Notandum autem, quòd licet inſtrumentum non plenè
23 probet dominium; ſecus tamen, ſi ſit inſtrumentum con-
tinens donationem Principis ex certa ſcientia factam; quia
habet Princeps potentiam transferendi dominium ad libi-
tum voluntatis, *Angel. in l. officium num* 3. *ff de rei ven-
dicat. Alexand in l.* 3. *num.* 17. *ff de acquiren. poſſeſſ et in
conſ.* 3. *num* 6. *et ſeqq lib.* 5. *Dec conſ* 186. *num.* 4 *verſ.
et iſta opinio. Ruin. conſ.* 32. *num* 4. *lib.* 4. *Couar. variar.
reſolut lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 3. *Soccin. iun. d conſ.* 65. *num.*
6. *vol* 1. vbi quòd conceſſio Principis transfert domi-
nium etiam ſinè traditione, *& fuit dictum in ſæpius allega-
ta Ferrarien. ſeu* Comaclen *coram Reuerendiſsimo Decano*.

Item notandum, quòd licèt dominium per viam exce-
24 ptionis oppoſitum probetur ex indicijs, & coniecturis,
Caputaq. d deciſ 280 *ſub num.* 4. *part.* 1. hoc tamen pro-
cedit quando de eo opponitur per viam exceptionis ante-
quam actor intentionem ſuam fundauerit; ſecus autem
poſt fundatam illius intentionem; primo enim caſu leuio-
res ſufficiunt probationes, quinimò ex poſſeſſione tunc
præſumitur, & probatur dominium; ſecundò verò caſu
debet plenè, & concludenter probari, prout ſi ageretur
iudicio rei vendicationis, iuxta diſtinctionem *Bart. in l.
quidam in ſuo, ſub num* 4. *verſ ſi vero dominium ff de
condit inſtitut.* quàm vbi ſequuntur *Alberic. num* 5. *verſ.
et circa hoc, Caſtren num* 7 *verſ. ſi vero dominium*, *Bald.
in l. indicia num.* 3. *C. de rei vendicat. Boer. deciſ* 42. *num.*
33. *verſ ſi verò dominium*, *Bellamer. deciſ* 759. *ſub num.*
1. *verſ vbi dicit*, *Bart et verſ ſi vero dominium*, *et fuit
dictum in Romana domus* 15. *Ianuarij* 1625. *coram bon.
mem. Patriarcha Manzanedo*.

B In hac materia, an quando emphyteuſis eſt conceſſa vſq;
25 ad tertiam generationem in ea comprehendatur primus
acquirens, vel porrigatur ad pronepotes. eſt communi-
ter recepta diſtinctio Bartoli relata per *Bald in auth ſi
quas ruinas, num* 4. *C. de ſacroſ. eccleſ* quòd vbi feudum,
vel emphyteuſis eſt conceſſa vſque ad tertiam generatio-
nem ſimpliciter, tunc prima generatio incipit ab ipſo pri-
mo acquirente, & vnaquæq; perſona dicitur conſtituere
vnam generationem; ſecus verò, ſi fuerit dictum, in ter-
tiam eius, ſiuè ipſius generationem: hoc enim caſu genera-
tio primum acquirentem non comprehendit, ſed cenſen-
tur incluſi pronepotes: quaſi quòd tunc diſtinguatur gene-
ratio à generante, cum nemo poſſit ſeipſum generare; &
hanc diſtinctionem ſequuntur *Iaſ in l.* 2 *num.* 166. *C. de
iur. emphyt. Alexand in l quod dicitur* 130. *num.* 23. *circa
fin. verſ item puto*, *ff de verb. obligat Bellon ſen. qui te-
ſtatur de communi conſil.* 80. *num.* 7. *Cephal conſ* 582. *nu.*
24. *Gabr. conſil.* 90 *in princ lib.* 1. *Menoch. conſ.* 115. *num.*
28. *conſil.* 883. *num.* 2. *et conſ* 1066 *num* 10. *Honded. conſ.*
54. *num.* 12. *lib.* 1. *& conſ.* 30. *num.* 38. *lib.* 2. *Marcſcott.
qui de communi, variar. reſol lib.* 2. *cap.* 53. *num* 1. *Sim de
Præt. conſ* 88. *per tot Pappon conſ* 36. *et* 67 *per tot. Ran-
den. deciſ. Piſan* 42. *num* 48. *part.* 1. *et tenuit Rota apud
Verall deciſ* 17. *num* 3 *& deciſ.* 18 *per tot. & deciſ* 112. *in-
cip inueſtitura conceſſa par.* 2 *et in recent deciſ* 305. *num* 1.
part 1. *in Farſen Villæ Caprarolæ* 10. *Maij* 1592 *corā Pe-
nia, & me ſcribente in Aſſiſien emphyteuſis* 27. *Iunij* 1625.
coram R. P D. Merlino, in qua reprobatur *Roſental. &
Mantic.* contrarium tenentes, & reſpondetur *deciſ.* 1362.
Seraphin. & 522. *Gregor XV. &* 218. *par.* 4. *diuerſ.* ſcili-
cet, quòd duæ priores loquantur quando adeſt prono-
men, *ipſius*: poſterior vero, quando conceſſio eſt facta
26 in tertiam generationem ſimplicem, quo caſu conceſſionem
comprehendere pronepotes, & primam generationem
incipere à filijs recipientis, tenent *Gabr. de iur. emphyt.
concluſ* 4 *num.* 5. *Mantic de tacit lib.* 22. *tit.* 25. *num.* 24.
vbi plures deciſiones recenſentur, & fuit etiam dictum in
Peruſina emphyteuſis 20 *Martij*. 1628. *coram R P.D Du-
nozetto iuniori*. Item non porrigitur emphyteuſis ad
27 pronepotes, quando conceſſio eſt facta pro ſe, filijs, &
nepotibus vſque in tertiam generationem. ſed generatio in-
cipit à primo acquirente. *Caſtren conſil.* 338. *num.* 2. *lib.* 2.
Cephal. d. conſil 582. *num* 13. *Honded. conſil.* 32. *num.* 38.
& 41 *lib* 2 vbi quod hoc caſu res non habet dubitatio-
nem, *& fuit dictum in allegata Aſſiſien. emphyteuſis* 27. *Iu-
nij* 1629. *coram R P. D Merlino*: etiam ſi inueſtitura
eſſet facta pro ſe, filijs, & nepotibus vſque in tertiam ge-
nerationem completam: vt fuit reſolutum in allegata *Pe-
ruſina emphyteuſis* 20. *Martij* 1628 *coram R. P. D. Du-
nozetto*; verba enim prædicta, *vſq. in tertiam generationem,
&c.* cenſentur ſtare demonſtratiuè, non autem augent di-
ſpoſitionem antecedentem: & ne contrarientur præce-
dentibus, exponuntur, ſcilicet, pro dictis recipiente, eius
filijs, & nepotibus, vt declarat *Rota in dd. Peruſina, et*
28 *Aſſiſien.* niſi tamen poſt nepotes addita eſſet dictio, *Et*, di-
cendo, pro ſe, filijs, & nepotibus, & vſque in tertiam
generationem, tunc enim dictio, *Et*, ſtaret augmentatiuè,
vt per *Caſtren d. conſ.* 338 *num.* 2. *lib.* 2. *et per Rotam
in d. Aſiſien. emphyteuſis coram R. P. D. Merlino*.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Romana, ſeu Ianuen. cambiorum.

Veneris 4. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Ad iuſtificationem cambiorum realium an ſit neceſſaria exhibitio literarum originalium expeditionis, ſiuè *dell'andata*, vel ſufficiant literæ reditus.

SVMMARIVM.

1 *Literæ nuncupatæ* dell'andata, *probantur ex literis*, del ritorno, *ad effectum iuſtificationis cambiorum*.
2 *Cambia quæ dicantur realia, & quæ ſicca.*
3 *Literæ cambiorum probantur ex libro regiſtri mercato-ris, in quo exemplatæ fuerunt.*
4 *Libri fides augetur morte ſcribentis.*
5 *Liber continens veriſimilia probat ad fauorem ſcribentis.*
6 *Libri quamuis priuati fides ſuppletur ex adminiculis, etiam ad fauorem ſcribentis.*
7 *Cambia realia iuſtificantur ex ſolis literis reditus, ſtante conuentione de ſtando, non ſolùm ſimplicibus copijs, ſed*

ver-

verbis mercatoris, cum beneplacito Apoſtolico.
8 *Literæ originales cambiorum, dell'andata, non remanent penès ſcribentem, ſiuè cambiantem, ſed apud correſponſalem, cui fuerunt tranſmiſſæ.*
9 *Mercator poteſt in diuerſis locis plures habere negotiationes, quæ adeò diuerſa cenſentur, vt creditores, & merces vnius negotij omnino ſeparentur à creditoribus, & mercibus alterius negotij.*
10 *Cambij literæ ſcribi poſſunt alicui ex ſocijs, qui pecunias mutuarunt, ſi habeat diuerſá rationem, quia tunc repræſentat perſonam correſponſalis, non cambiantis.*

DECISIO DCIII.

BON. mem. Cardinalis Aſcanius Columna de anno 1600. mutuo recepit à Hieronymo Spinula tūc Vrbis mercatore vti procuratore Mellini, & aliorum trium mercatorum Ianuen. ſcuta 25510. cum expreſſa facultate dictis mercatoribus data, dictam ſummam capiendi ad cambiū etiam à ſemetipſis, & cambia continuandi vſq; ad totalem ſolutionē faciēdam annuatim de certa ſumma per d. Hieronymū affictuariū Abbatiæ Sublacen. d. Cardinalis, & ita quòd ſolutiones cederent primò ad computū cambiorū ad certam ſummam taxatorum, & ſucceſſiuè ſortis, vt in publico inſtrumento inter partes celebrato, per Breue Apoſtolicū, in quo regiſtratum fuit, cōfirmato. Quæ ſumma ſcut. 25510. fuit per d. Hieronymū vtentem facultate, de qua ſupra, tracta ad nundinas Placentiæ ad dd. reſpectiuè mercatores, & Io. Franciſcum Pallauicinū, & continuata tām viuēte, quàm poſt mortem d. Hieronymi ſuper cambijs, & recambijs; & ceſſantibus hęredibus Hieronymi in dicta annua ſolutione taxata ſcut. 4000. petierunt dicti mercatores contra Excellentiſſ. D. Philippū magnum Comeſtabilem, & hæredē d. Cardinalis, tàm reſiduū verę ſortis, quàm cambia, & recambia vſq; ad totalē ſatisfactionē: & cauſa coram Illuſtriſſ. D. Card. Sacrato introducta, fuit primò ſub die 12. Iunij 1615. reſolutum, non obſtare conſtitutionē fel. rec. Pij V. taxationi cambiorum, de qua ſupra, ex eo, quòd Card. nō dederit literas pro certis nundinis; poſtea ſub die 10. Iunij 1616. dicta cābia deberi, ſi literæ *dell'andata* fuerint regiſtratæ in libris mercatorum; neq; obeſſe, quòd originalia dd. literarum non exhiberentur, & quòd cambia fieri nō potuerint pro pluribus nundinis. Cum autē hodie iſta vltima deciſio reuideretur, informantes pro D. Comeſtabili ſtrictè inſiſtebant ſuper exhibitione dictarū literarū originalium *dell'andata*, ſinè quibus prætendebant cambia minimè iuſtificari, nec mercatores illas non exhibentes audiri poſſe. Sed DD. dictam deciſionem confirmandam eſſe cenſuerunt, quibus placuit fundamentum deciſionis, quòd ſufficiat exhibitio literarum *del ritorno*, quæ veluti reſpōſiuæ probare videbantur lite-
1 ras prędictas miſſiuas: cū receptio ſinè miſſione eſſe non poſſit, habet enim ſe ad illam, vt conſequens, quod ſuum neceſſarium antecedens præſupponit, *l. ad rem mobilem, et l. ad legatum, ff. de procur. cum vulg. Rot. Ianuen dec. 175. nu.* 6. & in ſpecie ex literis huiuſmodi *del ritorno* probari literas *dell'andata* ad eundem effectū iuſtificationis cambiorum, tenuit *Rot in Rom. ſeu Florentina pecuniaria* 12. *Ian.* 1615. *coram Reuerendiſſ. Seleucien. & in Rom. pecuniaria* 13. *Iunij* 1616. *coram R. P. D. Pamph. confirmata corā*
A *me ſub die* 1. *Decemb.* 1617. A, Eoque magis eum ex di-
2 ctis literis reſpōſiuis *del ritorno* proueniat non ſolùm cōfectio literarum cambij, ſeu *dell andata*, ſed etiam vera illarum tranſmiſſio, & acceptatio, earumq. complementū, in quibus potiſſimùm realitas cambiorū cōſiſtit, ad differentiam eorū, quæ ſicca nuncupantur, & committuntur per ſimulatam, & confictam literarū tranſmiſſionē, *Lup. in cap. nauigantis de vſur. comm.* 3. *§.* 2. *num.* 23. cum nimirum vel literæ non tranſmittuntur, vel itanes redeunt *Gabr. conſ.* 158. *num.* 1. *lib.* 2. & declarat eadem conſtitutio Pij Quinti, vt ex eius lectura. Euiſa fuit ceſſare difficultas ex libro regiſtri literarum dicti q. Hie-
3 ronymi in Vrbe retenti per teſtes legitimè recogniti, vt in particulari *ſummario num.* 1. ſuper quo fuerunt exēplatæ literæ dictorum cambiorum, quemadmodum etiam ſimili libro delatum fuit *per Rotam in dicta Romana cambiorum* 12. *Ianuarij* 1615. Huiuſque libri (quem etiam omni ſuſpicione carere, dictum fuit coram me 21. Maij præteriti) fides plurimùm augetur ex morte eiuſ-
4 dem Hieronymi *Bart. in l. admonendi num.* 27. *ff. de iureiur. & ibi Iaſ. in repet. num.* 120. *Dec. conſ.* 42. *num.* 6. *Rot. deciſ.* 292. *num.* 4. *part.* 2. *in recent.* & quia dictæ literæ reperiuntur in eo exemplatæ, & continuatæ ab anno 1600. de tempore dicti mutui, vſque ad annum 1616. pro qualibet feria, & continent etiam negotia nundinarum, & cambiorum ad alias perſonas pertinentium, vt ex earum lectura, & ſic veriſimilia, *Bald. in l.* 1. *num.* 11. *& ibi Alex. num.* 9. *C. de eden. Iaſ. in dicta l. admonendi in prima lectura num.* 81. *verſ.* 4. *fallit*, & propterea ſi non plenam fidem, ſaltem magnum facit adminiculū ad ſupplendam fidē prædictarum literarum *del*
6 *ritorno*; quia adminicula ſupplent fidem libri, quamuis priuati etiam ad fauorem ſcribentis, *vt poſt Bart. & alios in dicta l. admonendi trad Aym. de antiq. temp. part.* 1. *§. vidimus, & abundè nu.* 19. *Surd. deciſ.* 199. *num.* 11. *Rot. deciſ* 610. *num.* 4 *par.* 1. *in recent.* Accedit ampliſſima promiſſio dicti D. Cardinalis in dicto inſtrumento
7 iurata, Apoſtolica auctoritate confirmata, de ſtando non ſolùm ſimplicibus copijs, ſed verbo dictorum mercatorum, & pro eis negotiantium: quæ magis clara, & præciſa eſſe non poteſt, vt ex inſtrumento, cui hodie hæredes contradicere non poſſunt, & de conuentionis validitate dubitari non poteſt, ſtante dicta confirmatione Apoſtolica, *Socc. conſ* 28. *num.* 11. *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. quæſt.* 25. *num.* 9. *Surd. deciſ.* 312. *num.* 3. *in fin. & num.* 4. Tandem prædictas probationes faciliùs admittendas in præſenti DD. exiſtimarunt, attenta impoſſibilitate, ſeu ſaltem difficultate exhibendi dictas origi-
8 nales, quæ non remanent penes ſcribentem, ſiuè cambiantem, ſed apud correſponſalem, cui fuerunt tranſmiſſæ, vt per *doctr. Molin. de iuſt. & iur. diſput.* 409. *num.* 5. benè conſideratum fuit in deciſione, de qua agitur, & facit *Rot. Ianuen. deciſ.* 26. *num.* 23. Nec obſtat, quòd ille correſponſalis in nundinis Placentiæ eſſet Franciſcus Pallauicinus vnus ex eiſdē mercatoribus mutuantibus; iterum namque placuit reſponſio, inde non conſequi, quòd eſſet eadem ratio, & menſa: cum quis
9 poſſit in diuerſis locis plures habere negotiationes, quæ adeò diuerſæ cenſentur, vt creditores, & merces vnius negotij in concurſu omnino ſeparentur à creditoribus, & mercibus alterius negotij, iuxta *doctr. Caſtr. in l. procuratoris ff. de trib act. Magon deciſ. Lucen.* 1. *num.* 5. *verſ. his tamen non obſtan. & num. ſeqq Stracch. de decott. par. vlt. num.* 20. *& ſeqq.* & ad noſtrum propoſitum *Scacc. de camb §.* 6 *gloſ.* 1. *num.* 93. & ideo dici non poteſt, quòd dictæ literæ exiſterent penes ipſos cambiantes: quod procedit etiam reſpectu eiuſdem Pallauicini, qui in receptione literarum *dell'andata* in nundinis
10 Placentiæ repræſentabat perſonam non cambiantis, ſed correſponſalis, quod permittitur *ad not. per Bart. in l.* 2. *§. fin. ff. de ſtip. ſeru. & in l. fiſtulas §.* 1. *ff. de contr. empt.* & licitum eſt etiam in hac materia cambiorum *Lup. in d. cap. nauigantis de vſur. comm.* 3. *§.* 2. *num.* 62.

verſ. additur, quòd ex *hoc exemplo Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 10. tit. de camb. cap. 9. quaſt. 2. verſ. in hac re Scacc. d. §. 6. gloſ. 1. num. 60. verſ. 1. caſus eſt*, ſubdens ibi, in hac concluſione videri omnes communiter concordare. Ex quo etiam ceſſat aliud obiectum, quòd prædictæ literæ *del ritorno* nihil probent, tanquam ipſorum ſcribentium, & mutuantium: cum imò ſint perſonæ diuerſæ, vt patet ex præmiſsis; & profectò cambia huiuſmodi cum ſe ipſis geſta, iuxta facultatem eis tributam, aliter probari poſſe non videntur, quàm per literas, & ſcripturas ab eiſdem vti tamen à diuerſis perſonis repræſentatiuè confectas ex ſupra deductis.

Ex quibus DD. vtraq; parte informante in deciſis ſteterũt.

ANNOTATIO.

A Et quòd ad cambiorũ realitatẽ probandam ſufficiant ſolæ literæ, quę vocãtur reditus, nec ſit neceſſaria exhibitio literarũ originalĩũ expeditionis *Rot dec. 951. in fin. par. 3. lib. 3. diuerſ. in Anconitana cambiorũ 9. Feb. 1629 coram R. P. D. Vbaldo iuniori et in Rom. cambiorum 7. Maij 1629. coram R. P. D. Motmanno, et nuper in Romana diſcuſsionis bonorum 26. Iunij 1630. corã Reuerendiſs. D. Coccino Decano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Anconitana florum.

Veneris 4. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur in quaſi poſſeſſione exigendi etiam poſt decennium, quando conſtat de animo poſſidendi: & an impediatur exceptione rei iudicatæ; & alia plura in eadem materia, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio non amittitur per negligentiam decennalem, probato animo poſsidendi: quod ſufficit pro manutentione etiam poſt decennium, & num. 18.*

2 *Poſſeſsio in incorporalibus non amittitur, niſi ex ſuſpicione concepta per poſſeſſorem, quòd potuerit repelli, & ex ſcientia, & patientia, quòd alius poſſeſsionem occupet.*

3 *Manutentionis in iudicio exceptiones contra perſonas teſtium non admittuntur.*

4 *Ciues quando probent pro Ciuitate.*

5 *Teſtium numerus ſupplet defectum eorum.*

6 *Teſtis vnicus ſufficit in iudicio manutentionis.*

7 *Scientia vniuerſitatis ex quibus probetur.*

8 *Scientia præſumitur ex actibus ſucceſsiuis, & multiplicatis.*

9 *Vniuerſitas parua facilius præſumitur ſcire.*

10 *Negatiuã non probat teſtis non remouens actum à ſenſu.*

11 *Ancona Ciuitas habet ſuperioritatem, & iuriſdictionem in Terra Offanea, & in illius homines.*

12 *Ex quaſi poſſeſsione vniuerſali infertur ad quaſi poſſeſsionem rei particularis.*

13 *Manutentionem impedit exceptio rei iudicatæ.*

14 *Reſtitutio in integrum impedit virtutem rei iudicatæ, & conceditur manutentio, prout pendente appellatione.*

15 *Manutentio an detur, facta executione, & pendente cauſa reſtitutionis in integrum: & num. ſeq.*

17 *Quadriennij lapſus de ſtylo Curiæ, conſtito de bono iure, non attenditur.*

18 *Poſſeſsio ciuilis amittitur per decennium, alio exiſtente in naturali poſſeſsione, etiam ſi conſtaret de poſſeſsione naturali antiqua ſimul cum ciuili. num. ſeq.*

20 *Penſio an, & quando cenſeatur habita pro derelicta ex negligentia penſionarij per decennium, & num. ſeq.*

22 *Quaſi poſſeſsio in incorporalibus vt amittatur, requiritur denegatio præſtationis cum acquieſcentia petentis.*

23 *Poſſeſsio ciuilis præſumitur continuata, & animo retenta etiam poſt decennium, vel aliud longum tempus, quando nemo poſſeſsionem naturalem occupauit.*

24 *Poſſeſsionem ciuilem ad amittendam quando requiratur decennium.*

25 *Mandatum de manutenendo priùs conceſſum Rota quibus caſibus reuocare ſoleat.*

DECISIO DCIV.

COMMISSA ad inſtantiã Ciuitatis Anconę in Rota cauſa reſtitutionis in integrum aduerſùs ſententiam Rotalem, quã prætenditur tranſiuiſſe in iudicatũ, reuocatoriam ſententiæ de partibus, per quam fuerat conceſſa d. Ciuitati manutentio cõtra Terrã Offaneæ in quaſi poſſeſſione delationis Florum in ſolemnitate, & proceſſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti: petitaque iterũ pro Ciuitate manutentione, fuit pro ea reſponsũ, & ſic recedendũ à duabus deciſionibus alias ad fauorem d. Terræ factis *coram Illuſtriſſ. D. Card. Sacrato, ſub diebus* 18. *Aprilis, &* 20. *Iunij* 1616. Nam quaſi poſſeſſio Ciuitatis concludenter probatur per ſeptem teſtes poſt ſententiam in partibus examinatos del 1619. *in ſummario Ciuitatis num.* 20. plenè deponentes non ſolùm de vniuerſali delatione facta, & fieri ſolita per homines nonnullorum Caſtrorum, & Terrarum, ſed de particulari dictæ Terræ Offaneæ in vim præcepti pęnalis annuatim per Antianos Ciuitatis trãſmiſſi; & dicunt de viſu, & aliqui de intereſſentia conſignationi florum, & de florum collectione de mandato Vicariorum, & Priorum, & tranſmiſſione facta à multis, & ſucceſſiuis annis. Cum quibus etiam concordant teſtes primæ inſtantiæ *in ſummario dd. poſitionum* 18. *Aprilis, &* 20. *Iunij* 1616. qui dicunt de ſolita delatione, & aliqui à 25. & 30. annis retrò, & de tranſmiſſione dd. intimationum, & præceptorum pęnalium facta certis alijs Terris ſobiectis, & præſertim Offaneæ; & duæ intimationes, de quibus infra, dantur in hodierno *ſummario, num.* 4. *& teſtes num.* 5. *&* 6. qui in ſpecie dicunt, quòd Terra Offaneæ, & aliæ non contradicebant, ſed ſoluebant mercedem Baliuis, ſeu exequutoribus dd. intimationum pro parte d. Communitatis Offaneæ; imò tertius teſtis, qui fuit vnus ex dictis nuncijs, deponit de receptione d. mercedis, & ſic de facto proprio. Et quamplures ex dd. teſtibus nouiter examinatis percutiunt decennium ante motam litem, quæ fuit cœpta primò coram Congregatione Boni regiminis del 1612. *vt in d. ſummario præteritæ poſitionis nu.* 21. & deinde proſequuta coram Gubernatore Anconæ del 1613. *in d. ſummario num.* 27. videlicet, primus ſuper 3. ſecundus iuxta 23. tertius, & quartus iuxta 33. ſextus iuxta 34. octauus ſuper 3. quorum dicta adminiculantur ex dd. intimationibus exequutis del 1609. & del 1610. Ex quibus non ſolùm ceſſat, ſed retorquetur primum motiuum deciſionum, quòd anterior poſſeſſio Ciuitatis, quæ expreſsè ſupponebatur, eſſet amiſſa per negligentiam decennij, & ſic deficeret de tempore litis motæ. Nec poterat dici amiſſa poſſeſsio per negligentiam decennalem, ſtantibus dd. intimationibus duran-
1 te decennio, & ſic probato animo poſsidendi; & hoc
A ſufficit pro manutentione, etiam poſt decennium A,

Gui-

Guidopap. deciſ. 619. Roland. conſ. 9. num. 47. lib. 3. &
tenuit Rota deciſ. 378. num. 3. par. 1. diuerſ. & in Roma-
na fructuum 9. Aprilis 1601. coram Corduba, in Theati-
na iuriſdictionis 17. Decembris 1607. coram Reuerendiſſ.
D. Attrebaten. in Neritonen. penſionis 18. Aprilis 1608.
coram bon. mem. Iuſto, in Bononien. penſionis 8. Iunij
1612. coram R. P. D. meo Manzanedo, impreſſ. in recent.
404. num. 7. par. 2. & in Cuſentina penſionis 12. Aprilis
1618. coram R. P. D. meo Vbaldo. Nam amiſsio poſſeſ-
ſionis in iſtis incorporalibus non cauſatur, niſi ex ſuſpi-
2 cione concepta per poſſeſſorem, quòd potuerit repelli,
& ex ſcientia, & patientia, quòd alius poſſeſsionem oc-
cupet, Bart. in l. 1. §. huius autem interdicti, num. 3.
verſ. ſed ſi non obſtante, & ibi alij ff. vti poſſid. Put. deciſ.
258. num. 2. lib. 1. in quibus terminis loquuntur Doct.
alleg. in dd. deciſionibus; quæ ſuſpicio, & patientia non
adeſt, nec poteſt præſumi ex prædictis. Non obſtant
oppoſita contra aliquos ex prædictis teſtibus; nam ex-
ceptiones perſonales, quia ſint de Conſilio Ciuitatis,
vltra quòd non videntur admittendæ in hoc iudicio
3 poſſeſſorio manutentionis, vt fuit ſæpè deciſum, & ſi-
gnanter in d. Cuſentina penſionis, & in Placentina deci-
marum perſonalium 15. Nouembris præteriti coram me,
4 cum non agatur de aliquo commodo ſingulorum, pro-
bant etiam pro Ciuitate, Put. deciſ. 85. num. 2. lib. 2.
Surd. conſ. 28. num 41. cum alijs latè congeſtis in Segni-
na pœnarum 28. Iunij præteriti coram me: & nihilomi-
5 nus illorum defectus ſuppletur ex numero aliorum,
Surd. d. conſ. 28. num. 43. & fuit dictum in alleg. Placen-
6 tina decimarum coram me, & aliàs ſæpè: qui ſuperabũdant
pro manutentione, cum vnus tantùm ſufficiat, Menoch.
de retinen. remed. vlt num. 34. Seraph. deciſ. 624. num.
3. Rota deciſ. 196. num. 6. par. 1. diuerſorum, in Bergo-
men. Cappellaniæ 22. Aprilis 1617. coram Reuer. P. D.
meo Pirouano, & in alijs paſsim. Quò verò ad dicta,
quatenus deponant, ſe ignorare, an dd. Flores fuerint
delati cum participatione Communitatis congregato
Conſilio, videtur ceſſare difficultas ſtantibus dd. inti-
mationibus, vt ſupra præſentatis, & ſolutionibus mer-
7 cedis factis nuncijs, quæ veriſimiliter non fuiſſent fa-
ctæ ſinè ſcientia Communitatis, Alexan. conſ. 175. num.
24. verſ accedit, lib. 5. præſertim cum ſint ſucceſſiuæ,
8 & multiplicatæ, Abb. conſ. 61. ante num. 8. par. 2. Be-
nintend. deciſ. 70. num. 18. Rot. deciſ. 166. num. 4. par. 1.
diuerſ. & dictum fuit latè in Reatina barchæ 23. Ianuarij
1617. coram me: & præſertim in Vniuerſitate parua,
9 in qua faciliùs præſumitur notitia, Pariſ. conſ. 21. num.
39 & 40. & conſ. 91. num. 7. lib. 4. Rimin. iun. conſ. 6.
num. 73. Nec obſtat, quòd quartus teſtis examinatus
in prima inſtantia deponat per annos 18. quibus fuit
deputatus ad dd. Flores recipien. non viderit illos per
Communitatem Offaneæ deferri; quia idem ad octauum
interrogatorium dicit, intimationes quotannis tranſ-
miſſas fuiſſe, & eſſe poſſe, Flores ipſo inſcio delatos fuiſ-
ſe, vt in ſummario Ciuitatis præteritæ poſitionis, num.
10 31. & ſic non probat negatiuam, cum non remoueat
actum à ſenſu, Bald. in l. 1. num. 7. C. de bon. poſſ ſecun-
dùm tab. Dec. conſ 101. num. 2. verſ. 4. principaliter, Rot.
deciſ. 92. num. 4. par. 2. recent. & in alijs. Addebatur
etiam, quòd quaſi poſſeſſio eſt titulata, cum Ciuitas
11 habeat ſuperioritatem, & iuriſdictionem in d. Terra, &
illius homines ex acquiſitione facta à Sede Apoſtolica
ſub Nicolao V. & Paulo III. in dicto, & hodierno ſum-
mario num. 1. Necnon ex Statutis eiuſdem Ciuitatis
auctoritate Apoſtolica confirmatis in dicto vltimo
ſummario num. 2. vt fuit dictum in Anconitana dotis 20.
Iunij 1606. coram bon. mem. Penia: & adminiculatur ex
pluribus, & diuerſis actibus iuriſdictionalibus annuis, &
bimeſtralibus recognitionibus probatis per teſtes, &
per ſcripturas coadiuuatis, vt in d. ſummario prædictæ
poſitionis a num. 2. vſque ad 20. Ex quibus redditur ma-
gis veriſimilis quaſi poſſeſſio dictæ delationis, præſer-
tim cum ab alijs Caſtris, & Terris d. Ciuitati ſubiectis
12 abſque contradictione deferantur, vt probant teſtes
dicto num. 20. Surd. conſ. 323. num. 44. Molin. de pri-
mogen. lib. 2. cap. 5. num. 17. Rot. deciſ. 17. num. 2. par.
2. diu. Seraph. deciſ. 1295. num. 6. Non obſtat exceptio
13 rei iudicatæ, quæ impedit manutentionem Rip. in l na-
turaliter, §. nihil commune, num. 97. ff. de acq. poſſ. Me-
noch. remed. 3. retinen. num. 685. cum alleg. nam (quic-
quid ſit an pars Offaneæ tacitè renunciauerit, admitten-
do, & patiendo fieri probationes ſuper iuſtitia, vel ex-
preſsè ex decreto Conſilij generalis etiam Flores actua-
liter deferendo, vt ex datis in ſummario Ciuitatis a num.
22. vſque ad 26. & an iuſtificetur ex actis) ceſſat omnis
14 difficultas, quia per commiſsionem reſtitutionis in
integrum eſt ſuſpenſa virtus rei iudicatæ, & conceden-
da eſt manutentio, prout pendente appellatione, Caſ.
de Graſſ. deciſ. 4. num. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. in
recent. deciſ. 111. num. 8. par. 1. & 404. num. 3. par. 2.
& fuit dictum Piſtorien. penſionis 3. Iulij 1606. coram
Sanctiſſ. Domino Noſtro. Nec facit, quòd dicta ſententia
ſit abſolutoria, & traxerit ſecum exequutionem, &
15 exequutione facta non concedatur manutentio, etiam
pendente cauſa reſtitutionis in integrum, vt in Came-
rinen penſionis 22. Iunij 1594. coram bon. mem. Giptio,
in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Illuſtriſſ.
16 D. Card. Sacrato, & in alijs. Quia id procedit in exequu-
tione petita, vel facta ab homine: non autem in ea,
quæ venit ex diſpoſitione iuris, & in abſolutoria, Ro-
ta in Venetiarum cenſus 22. Martij 1596. coram
bon. mem Cardinali Arigonio, in Romana cenſus 6. No-
uembris 1606. coram Penia, in Ferrarien. bonorum de
Zaualeis 26. Iunij 1614. coram R. P. D. meo Pamphilio,
in quibus plures aliæ ſunt relatæ. Lapſus quadrien-
17 nij de ſtylo Curiæ, conſtito de bono iure, non atten-
ditur, vt fuit dictum in Burgen. Legati 15. Nouembris
1610. coram Reuerendiſſimo Attrebaten. & Vicen. paro-
chialis 26. Ianuarij 1618. coram Illuſtriſſimo D. Cardi-
nali Sacrato, & coram me in Leodien. hæreditatis 13.
Nouembris 1617. in Vrbinaten. iuriſdictionis 10. Fe-
bruarij 1620. & in Salernitana contributionis 26. Iunij
præteriti.
Et ita deciſum poſt duas alias propoſitiones ſub diebus
18. Iunij, & 26. Nouembris anni præteriti, & vtraque
parte informante.

ANNOTATIO.

A Poſſeſſio ciuilis amittitur per decennium, alio exiſtente
18 in naturali poſſeſſione. nec poteſt ampliùs dari manuten-
tio ratione ciuilis, Bald conſ. 20. in fin. lib 5. Matthes-
ilan. ſingul. 816. Iaſ. in l. clam poſſidere, §. qui ad
nundinas, verſ ſecundò limita, ff. de acquiren. poſſeſſ. Cra-
uett. conſil. 235. num 1. Tiraquell. de præſcript. §. 1. gloſſ.
4. col penult. verſ ſed multò plures, Mileſ in verb. poſſeſ-
ſio ſemel habita, Benintend. deciſ. 10. num. 2. Cardinal.
Mantic. deciſ. 172. num 4. Gregor. XV. deciſ. 307. num
53. Rota deciſ 28. num. 2. par. 1. diuerſ. & in recentior.
deciſ. 452. num. 2. & deciſ. 634. num. 5. part. 1. & fuit
dictum in Albanen. confinium 22. Iunij 1620. et 24.
Ianuarij 1624. coram R P. D. Pirouano, & in Leodien.
coloniæ 18. Februarij 1628. coram Reuer. P. D. Merlino,
cum alijs infra deciſ. 614 num. 4. & hoc procedit, etiam
ſi conſtaret de poſſeſſione naturali antiqua ſimul cum
ciuili, vt firmat Menoch. dicto lib. 6. præſumpt. 66. num

6. *et* 7. reijciendo opinionem *Alciat. et Couarr.* aſſeren-
rium, poſſeſſionem ciuilem non amitti ſpatio decennij quā-
do conſtat non ſolùm de ciuili poſſeſſione antiqua, ſed ſi-
mul etiam de naturale, *& Menoch. ſecuta eſt Rota in Ro-
mana Canonicatus S. Marci 25. Februarij 1611. coram
Illuſtriſſimo D. Cardinali Pamphilio iuniori, et in d. Al-
banen. confinium 22. Iunij 1620. coram R. P. D. Pirouano.*

Item d. concluſio habet locum etiam in quaſi poſſeſſio-
20 ne exigendi penſionem; nam ſi penſionarius per decen-
nium illam exigere neglexerit, cenſetur habita pro dereli-
cta, *Sarnen in compend vtriuſque ſignat. cap fin verſ.
et eſt aduertendum, Gig de penſion. quaeſt. 85. num 3. Per-
rett conſil. 188 ſub num 3. verſ circa ſecundam, et num.
17. Cardinal Caualer. deciſ 249. num 5.* hoc tamen proce-
21 dit, quando volenti exigere penſionem denegatur ſolu-
tio, tunc enim ſi fuerit negligens per decennium, cenſetur
penſio habita pro derelicta, & ſic amittitur quaſi poſſeſ-
ſio: ſecus verò per ſimplicem non exactionem, *vt per In-
nocent. in cap. querelam ſub num 3. verſ ſed quando pe-
tam, Abb. ſub num. 2 verſ et nota quòd eo ipſo, de elect.
Bald in l. 2. num. 50. C. de ſeruit et aqu. Gratian diſcept.
113. num. 21. Bertazzol. conſil ciuil 47 num 21.* & ita in-
telligendæ ſunt deciſiones *in Romana fructuum 9. Apri-
lis 1601. coram Corduba, et in Cuſentina penſionis 12. Fe-
bruarij 1618. coram bon mem. Vbaldo,* in quibus firmatum
fuit, nō cenſeri amiſſam quaſi poſſeſſionem exigendi, etiam
ſi per decennium penſio exacta non fuerit, prout illas de-
clarauit *Rota in d. Albanen. confinium 22. Iunij 1620. co-*
22 *ram R. P D. Pirouano,* & regulariter in incorporalibus
ad amittendam poſſeſſionem requiritur denegatio præſta-
tionis, cum acquieſcientia petentis, *vt infra deciſ. 826.*
23 *num. 5.* Verùm quando nemo poſſeſſionem naturalem
occupauit, ciuilis præſumitur ſemper continuata, & animo
retenta, etiam vltra decennium, vel aliud longum tem-
pus, *Guidop deciſ. 629. num 3 Couarru in cap. poſſeſſor.
2. part. §. 1 num 3. ad fin de regul iur in 6. Mantic. dicta
deciſ 172 ſub d num. 8. Menoch. d. præſumpt. 64. num. 42.*
vbi quòd hoc caſu præſumptio continuationis poſſeſſio-
nis procedat ſine præfinitione temporis, *Rot. deciſ. 634.
ſub num. 6. part 1. & deciſ 404. ſub num 7. part. 2. recent.*
24 Notandum autem, quòd decennium tunc requiritur ad
amittendam ciuilem poſſeſſionem, quando antiquus poſ-
ſeſſor ignorat, naturalem poſſeſſionem ab alio fuiſſe occu-
patam; ſecus ſi ſciat alium poſſidere, tunc enim ſi non re-
cuperat poſſeſſionem de facto, vel non recurrit ad Iudicem
pro manutentione, præſumitur animum poſſidendi ami-
ſiſſe, quia videtur ſuſpicari ſe poſſe repelli: & ideo hoc
caſu non requiritur decennium, ſed ſufficit quodlibet mo-
dicum tempus ad ciuilem poſſeſſionem amittendam, *Ale-
xand. conſil 35. num. 12 lib 6. Afflict. deciſ 295. num. 7.
Aym. conſil 235. num. 1 quos ſecuta eſt Rota in dicta Ro-
mana canonum 25 Februarij 1611. coram Illuſtriſſimo D.
Cardinali Pamphilio iuniori, in Leodien. beneficij 15. De-
cembris 1619. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano &
coram eodem in Romana ſtagni 6. Iunij, & 12. Decembris
1622. in Alben iuriſpatronatus 14. Martij 1622. coram
bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in Bononien pro-
feſſionis 14. Martij eiuſdem anni coram R. P. D. meo
Merlino,* à qua Rota non receſſit in alia eius poſitione
ſub die 23. Ianuarij 1623. in qua mandauit videri, quæ
profeſſio ſit attendenda, vt dixit additionator *ad conſil.
40. Giouagnon. lib. 2.* imò tunc omnes Domini incli-
narunt pro eius confirmatione, vt audiui à bon. mem.
Domino meo Buratto; nec ex eo, quod Rota manda-
uerit videri de bono iure vtriuſque partis videtur, man-
datum de manutenendo reuocaſſe, ſed potiùs interim
ſtetiſſe in iam reſolutis, & voluiſſe guſtare de titulo
poſſeſſionis ad illam magis confirmandam. Rota
25 enim in duobus caſibus reuocare ſolet mandatum de
manutenendo, nempè, vel quando poſtea pars aduer-
ſa meliùs docet de ſua poſſeſſione; vel quando ei con-
ſtat de non poſſeſſione, *vt in deciſ Seraphin 1295. num.
5. & in deciſ. 404. num. 4. & 5. part. 2 recent. & apud
Gregor. XV. deciſ 276. num. 15.* & primo caſu mandatum
de manutenendo concedit aduerſario docenti meliùs de ſua
poſſeſſione, vt par eſt, *Bart. in l. ſi duo ſub num. 4. ad
med ff vti poſſidet.* ſecundo verò caſu, quando non conſtat
de poſſeſſione, vel reddita eſt dubia, illud reuocat per
appoſitionem ſequeſtri, vel per depoſitum, *vt in deciſ.
389. in princip. part. 4. diuerſ & apud Gregor. XV. deciſ.
351. num. 39.* At cum hoc caſu Rota nihil horum fecerit,
apparet, quòd noluerit mandatum de manutenendo priùs
conceſſum reuocare.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Segobien. Cappellaniæ.

Veneris 11. Martij 1622.

Argumentum ex ſummarijs colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio in beneficio iuriſpatronatus eſt omnino nulla, abſque præſentatione patroni.*
2 *Oppoſitio ſola nullum ius in re, vel ad rem tribuit, abſque præſentatione.*
3 *Adiudicatio nihil habet commune cum poſſeſſione.*
4 *Aetas per fidem baptiſmalem ſufficienter probatur.*
5 *Beneficia quamuis ſimplicia ad obtinenda de iure communi ſeptennium requiritur, & iuxta diſpoſitionem Concilij Trident. ætas 14. annorum.*
6 *Aetas minor in partibus Hiſpaniarum non obſtat in Cappellanijs iuriſpatronatus, quando ſuper hoc aliquid dictum fuit in fundatione.*

DECISIO DCV.

CONCVRRENTIBVS ad Cap-
pellaniam, de qua agitur poſita in pa-
rochiali Sanctæ Mariæ oppidi de Nieba
Gaſpare, & Alphonſo, dato dubio, cui
eſſet adiudican. Domini responderunt
neutri ex ipſis. Non Gaſpari, quia
Alphonſus ſenior, & illius fundator in
eius vltimo, ſub quo deceſſit, teſtamento condito del
1611. *ſummario Gaſparis num. 1.* voluit, vt ad illam
præſentaretur filius Martini eius nepotis, quo non
exiſtente, proximior conſanguineus, & deinceps alij: di-
ſpoſuitque, vt nominatio fiat ad electionem, & arbi-
trium dicti Martini eius nepotis, qui propterea fuit cō-
ſtitutus patronus, & poſtea aliæ perſonæ ibi expreſſæ:
& ita etiam fuit obſeruatum, quia Franciſcus frater
Gaſparis fuit coram Prouiſore Segobien. poſt erectio-
nem dictæ Cappellaniæ nominatus de anno 1617. de
menſe Februarij, per dictum Martinum tanquam filius
fratris conſobrini dicti fundatoris, *vt in dicto ſumma-*
1 *rio num. 4. & 5.* Gaſpar autem nullam habet præſenta-
tionem à Martino, neque alio, ſicè qua collatio, ſeu in-
ſtitutio in beneficio iuriſpatronatus eſt omnino nulla,
*cap. decernimus 16. quaeſt. 7. Lambert. de iurep. 6. quaeſt.
princ. art. 2. prima partis 1. lib num. 5.* & Gaſpar ex ſola
A oppoſitione nullum ius acquiſiuit in re, vel ad rem A,
*Caſſad. deciſ. 18. num. 5. de præb. Gonzal. ad reg. 8. gloſ.
9. §. 1. num. 88. & ſeqq.* & fuit in his proprijs termi-
nis

Digitized by Google

nis reſolutum *in Palentina Cappellania* 14. *Nouembris præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo, &c.* Nec poſſeſſio illi data per prouiſorem eſt conſiderabilis; tùm quia fuit reuocata per prouiſorem Valliſoletanum; tum quia attentata, *vt in dicta Palentina*, cum cauſa pendeat in Rota in gradu appellationis in tertia inſtantia; tùm quia
2 hodie agitur de adiudicatione, quæ nihil habet commune cum poſſeſſione *ad not. in l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acq. poſſ.* Non obſtat, quòd Gaſpar ſit proximior fundatoris, & ſic vocatus in defectum filiorum Martini; quia teſtes *dati in ſummario num.* 3. non conſtat, quòd ſint examinati parte citata, ſed videntur recepti ad inſtantiam Franciſci, & deponunt de illius conſanguinitate, & proximioritate; ſed nihil dicunt, quòd Gaſpar ſit frater dicti Franciſci. Non etiam dixerunt, adiudicandam eſſe Cappellaniam Alphonſo tanquam infanti, vt ex fide Baptiſmali, *in ſummario num.* 6. quæ
3 ætatem probat *Verall. deciſ.* 314. *num.* 1. *par.* 3. *& fuit dictum in Spoletana prædij* 30. *Martij* 1615. *coram R.P.D. meo Pirouano*, & in alijs: & ſic inhabilis ad obtinen.
4 beneficium quamuis ſimplex: cum de iure communi ſepticennium requiratur *cap. ſi eo tempore, vbi gloſ. verb. ætatem, & Franc. num.* 1. *de reſcr. in* 6. & ætas 14. annorum ſecundùm diſpoſitionè *ſacroſ. Conc. Trid. cap.* 6. *ſeſſ.*
5 23 *de reform.* Et quamuis in partibus Hiſpaniarum in Cappellanijs iuriſpatronatus non obſtet minor ætas, vt per *Gonzal. gloſ.* 5. *num.* 91. Tamen hoc procedit, quando in fundatione de hoc aliquid appareat fuiſſe cautum, vt expreſsè declarat *Rot. deciſ.* 194. *par.* 2. *in recent.* de hoc autem nihil cauetur in fundatione dictæ Cappellaniæ, imò apparet potiùs de contrario, cum vocetur filius Martini, qui erat Sacerdos de miſſa, & in defectum proximioris Sacerdos pauper naturalis d. oppidi, *vt d. num.* 1. Alphonſus autem nouiſſimè nominatus fuit poſt paucos dies natiuitatis *ſummario Gaſparis num.* 6. *et* 7. Et ita deciſum parte Gaſparis tantùm informante.

ANNOTATIO.

A Oppoſitio ſola an, & quando tribuat ius in re, vel ad rem abſque præſentatione, dixi ſupra *ad deciſ* 55. *lit B.*

Ioannes Franciſcus Perentillus.

Bononien. gabellæ.

Veneris 11. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Compulſatio iurium valida declaratur, reiectis nullitatibus oppoſitis.

SVMMARIVM.

1 *Compulſor deputat Notarium actuarium, locum tribunalis, & nuncios ſinè citatione.*
2 *Citatio debet continere locum Tribunalis.*
3 *Citatio non requiritur ad actum non læſiuum.*
4 *Recuſatio Notarij, loci, & nuncij facilè admittitur.*
5 *Interlocutoria non vitiatur ob defectum citationis, quando infert modicum præiudicium.*
6 *Intimatio ſupplet citationis defectum.*
7 *Approbare videtur notarium, qui citatus per eius acta non contradixit, imò ipſe citauit per eadem acta.*
8 *Citationes perſonaliter fieri debent iuxta ſtylum Rotæ.*
9 *Citationes domi executæ factis prius diligentijs de reperiendis perſonis, ſuſtinentur, maximè quando idem ſeruatum fuit in citationibus executis ad inſtantiam aduerſarij num.* 10.
11 *Auſcultatio, & collatio proceſſus ante illius clauſuram requiruntur pro valida compulſatione.*
12 *Notario actuario creditur in iudicialibus, de quibus ipſe atteſtatur.*
13 *Notario creditur atteſtanti de his, quæ pertinet ad eius officium.*

DECISIO DCVI.

OPPONEBATVR de nullitate cõpulſus facti in partibus ad inſtantiam adminiſtratorum gabellæ groſſæ, & DD. dixerunt, iura eſſe validè compulſata, & ſic non obſtare prætenſas nullitates. Prima enim defectus citationis coram Compulſore ad viden. deputari Notarium actuarium, necnon locum Tribuna-
1 lis, & nuncios pro expeditione dictæ Compulſoriæ, ceſſat: quia huiuſmodi deputatio eſt actus præparatorius ad citationem, & potuit ſinè citatione expediri, *Bald. in l. ea quæ, num.* 8. *verſ. vltimò not. C. quom. & quand. Iud. & in l ſed & ſi, §. prætor in princip. & ibi Alexand. in §. liberos, num.* 10. *in fin. ff. de in ius voc. Corn. conſ.* 46. *num.* 20. *& ſeq lib.* 2. & in his terminis colligitur etiam ex tradd. per *Veſtr. in praxi lib.* 1. *num.* 14. vbi in ſpecie tradit modum exequen. compulſoriam, & vult, quòd Iudex priùs deputet locum, actuarium, & nuncios, deinde procedat ad citationem: quem ſequuntur *Seuerol de remiſſ. cap.* 31. *num.* 1. *Moderni Rom. de iud. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 884. Quia citatio non potuit committi ante deputationem Notarij, loci, & nuncij, cum citatio de-
2 beat continere locum Tribunalis, *Bart. in l. ſi vt propoſuiſti* 2. *num.* 1. *& ibi alij C. quom. & quan. Iud. Alexand. conſ.* 71. *num.* 5. *lib.* 7. *Vant. de nullit. ex def. cit. num.* 31.
3 *& num.* 61. *&* 62. & ad actum non læſiuum non eſt neceſſaria, *Bald. in l. ab eo num.* 17. *C. quom. & quan. Iud.* potuit enim pars recuſare Notarium, locum, & nun-
4 cios: & huiuſmodi recuſationes facilè admittuntur; & tamen pars non ſolùm non contradixit, ſed proceſsit per acta eiuſdem Notarij in eodem loco, & medianti-
5 bus iiſdem nuncijs. Et regulare eſt, quòd interlocutoria non vitiatur ob defectum citationis, quando infert modicum præiudicium, cum ſemper poſsit reuocari *Bart. in l nec quicquam, §. vbi decretum, num.* 1. *ff. de offic. proconſ. Butr. Abb. & alij in cap audita de procurat. latè Corn. d conſ* 46. *num.* 20. *lib.* 4. *Gabr. de cit. concluſ.* 1. *num.* 390. *&* 391. præſertim quando poſtea intima-
6 tur, cum intimatio ſuppleat citationem *Crauett. conſil. pro genero num.* 264. *Surd. conſ.* 86. *num.* 21. *in fin. Rot. deciſ.* 227. *num.* 3. *par.* 1. *recent. & fuit dictum in Lauretana bonorum* 16. *Iunij* 1614. *coram Illuſtriſsimo D. Car-*
A *dinali Sacrato*, A; vnde cum pars Communitatum citata
7 per acta Notarij, & nuncios, non contradixerit deputationi, videtur approbaſſe *l.* 1. *vbi gloſ. verb. obtemperet, & ibi Bart. C. de poſtul. l. ab eo, C. de appell. cum vulg.* Et eo magis, quia citauit per eadem acta, & ad eundem locum vt ſupra; & ſic videtur expreſsè approbaſſe, vt in ſimilibus terminis conſiderauit *Rota deciſ.* 393. *num.* 3. *&* 17. *deciſ.* 411. *num.* 2. *in fin. &* 611. *num.* 7. *par.* 1. *in recent. & in Melenitana conſeruæ coram me* 10. *Iunij* 1615. Secunda verò nullitas, ex eo, quòd citationes
8 non fuerint executæ perſonaliter procuratoribus Communitatum, ſed domi, & ſic non ſeruato ſtylo Rotæ, & Tribunalis ſubdelegantis iux. *Put. deciſ.* 122. *lib.* 1. *in correct. cum alleg. in Piſtorien. beneficij* 22. *Aprilis* 1616. *coram me* illa fuit reijcienda: cum nuncij fecerint priùs di-

diligentias de reperiendis perſonis procuratorũ, & illis
9 non repertis citationes fuerint domi executæ: & ideo
ſuſtinentur, *clem. cauſam de elect. Rot. deciſ. 22. de reſer. in nou. latè Vant. de null. ex defec. cit. num. 83. 90. & 93. & in his terminis Veſtr. dicto lib. 6. cap. 1. num. 14. Boccacc. de remiſſ cap. 10. num. 64.* Et idem ſtylus fuit ſeruatus in citationibus factis ad inſtãtiam Communitatum
10 de procuratoribus adminiſtratorum, vt conſiderauit *Rot. in dictis deciſionibus Meleuitana, & deciſ. 393. & 411. nu. 2. in fin. par. 1. in recent.* Imò procuratores dictarum Communitatum ita domi citati pluries comparuerunt, & nihilominus de illegitima executione non oppoſue-
11 runt. Tertia verò nullitas, quòd proceſſus non fuerit auſcultatus, & collationatus ante illius clauſuram iux. *trad. per Veſtr. in prax. d. lib. 6. cap. 1. num. 14. circa fin.* tollitur ex facto: cum Notarius actuarius atteſtetur de huiuſmodi auſcultatione, & collatione, & concordia cum originali, vt in *proc. fol.* 1723. cui tanquam
12 actuario in iudicialibus ſtandum eſt, *cap. quoniam, vbi gloſ verb. duos, & ibi Butr. num. 35. verſ. oppono. Anchar. & Imol. num. 16. de probat. & in ſimilibus terminis fuit dictum in Bracharen. parochialis 15. Decembris 1606. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Sacrato impreſſ poſt ſecundum vol. conſ. Farinac. deciſ. 229. num. 1.* & cum actus
13 pertineat ad eius officium *Bart. in l. 1 num. 1. & 2. C. de ponder lib. 10. Ruin. conſ. 56. num. 15. lib. 1. & fuit dictum in Mediolanen beneficij 10. Martij 1613. coram bon. mem. Andrea, in Romana pecuniaria 13. Martij 1615. coram Reuerendiſsimo Seleucien. & alias ſapè.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Cardinal Seraphin deciſ. 1057 num 4. & fuit dictum in Beneuentana terrarum 5. Decembris 1590. coram Cardenali Sacrato*, hoc tamen fallit in actu grauis præiudicij. *Rot. deciſ 300 in fin part. 2. diuerſ & deciſ 274 num 3. part. 1. recent.*

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

Toletana pecuniaria.

Lunæ 14. Martij 1622.

Argumentum ex ſummario colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*
2 *Nouatio non inducitur per delegationem factam ſinè debitoru conſenſu.*
3 *Creditor non poteſt agere contra debitorem, niſi factis diligentijs contra debitorem delegatum per ipſum acceptatũ.*

DECISIO DCVII.

RESPONDERVNT DD. dubio propoſito, an ſit relaxandum mandatum executiuum in caſu, &c. & pro qua ſumma, vt infra. Primò relaxan. eſſe contra D. Epiſcopum de Caieta vigore eius obligationis factę 23. Nouembris 1610. ad fauorem Nicolai patris Mariæ, & ceſſionarij Antonij illius mariti, in qua idem Epiſcopus recognoſcen. bonam fidem, confeſſus fuit ſe debitorem Ioannis primi mariti dictæ Mariæ in regalijs 11710. facien. ſummam ſcut. 1170. pro quibus ceſſit certa nomina debitorum, pacto, ſeu conditione adiecta, quòd ſi infra annum ſumma prædicta non ſolueretur Nicolao per dictos debitores, & idem Nicolaus infra dictum annum conſignaret D. Epiſcopo ſcripturam retroceſſionis dicti crediti, cum teſtimonio diligentarum ſuper exactione factarum; tali caſu dictus D. Epiſcopus ſe obligauit in forma Cameræ Apoſtolicæ, ſoluere eidem Nicolao dicta regalia 11710. infra duos annos proximos in pecunia numerata *in ſummario Mariæ num. 1.* Vndè cum conſtet de dicta retroceſſione, & diligentijs receptis, & conſignatis infra dictum tempus procuratori ad eas recipien. per Epiſcopum ſpecialiter deputato *dicto ſummario num. 4. & in proceſſu fol.* 48. in quo principium ſcripturæ dictas diligentias continen. enunciatur; fueritque tranſactum non ſolùm biennium conuentum, ſed etiam quadriennium, intrat obligatio Cameralis dicti D. Epiſcopi, quæ habet
1 executionem paratam ex vulg. nec poteſt dici per d. delegationem inducta nouatio ſinè debitorum conſenſu,
2 *l. 1. l. nec creditores, C. de nouat. Caſtr. conſ. 181. num. 4. l. 1. Dec. conſ. 421. num. 15. & ſeq.* Item pro ſecunda obligatione 27. Nouembris 1610. *dicto ſummario num. 2.* in qua factis computis Epiſcopus ſe vocauit debitorem Nicolai in ſumma regalium 6450. facien. ſcuta ſexcenta quadragintaquinque, quæ ſe obligauit ſoluere infra annum, & ad computum pars actrix fatetur, ſe recepiſſe ſcuta tercenta: & ſic remanent ſcuta 345. pro quibus pariter dixerunt DD. relaxan. eſſe mandatum executiuum vigore dictæ obligationis Cameralis. Quò verò ad ſecundum inſtrumentum celebratum ab Epiſcopo 16. Decemb. d. anni 1610. *d. ſumm. num. 3* in quo promiſit Antonio ſecundo viro Mariæ filiæ prædicti Nicolai ducatos mille pro augmẽto dotis, pro quorum conſecutione fuerunt pariter reſignata certa nomina debitorum, & ſi non ſoluerent, ſe obligauit in forma Cameræ infra quadriennium, DD. dixerunt: mandatum eſſe relaxan. pro ducatis 600. quæ exigi non potuerunt per Antonium à quodam fratre Ferdinando in partibus del Perù, vno ex dictis debitoribus, quamuis petita, vt conuentum erat à dicto Antonio, mediante eius procuratore ſpeciali, *vt dicto ſummario num. 5. &* de mandato *in proceſſ fol.* 65. Pro alijs autem ducatis 400. obligatio Epiſcopi cantat de illis habendis à Didaco altero ex dictis debitoribus Epiſcopi pro pretio quorundam librorum, ſuper vita, vel fine hominis: qui libri ligati in corporibus num. 160. erant conſignan. Antonio, aut ex illis exactum, ſtatim quòd Didacus fuiſſet requiſitus, vel alia perſona, in cuius poſſe dicti libri reperiebantur: cum non conſtat, quòd Antonius requiſierit d. Didacum, vel alium, non eſt locus dictæ ob-
3 ligationi Epiſcopi, *l. decem, vbi DD. ff. de verb. oblig. facit Ruin conſ. 45. num. 5. & 6. lib. 5.* De legitimatione dictæ Mariæ non fuit dubitatum, cum tanquam filia ſit inſtituta hæres in teſtamento dicti Nicolai, *vt in ſummario num.* 6 & agendo ad dicta credita faciat ſe hæredem, vt eſt notiſſimum.

Et ita deciſum parte dictæ Mariæ tantùm informante.

Romana laudi.

Mercurij 16. Martij 1622.

Hæc deciſio non indiget Argumento, neque Summario.

DECISIO DCVIII.

IN hac Rota memorialium habui expreſſum ordinem a DD. meis, expediendi cauſam ſuper nullitate laudi, & exinde ſecutorum inter q. D. Pirrhum Albericum ex vna, & Octauium, & Nicolaum de Donis ex alia, iux. deciſiones in cauſa factas ſub diebus 18. Iunij 1613. & 13. Ianuarij 1614. & iuxta formam primæ commiſſionis ſuper nullitate dicti laudi, quia ſic fuit vltimo loco reſcriptum per S. D. N. vt præfixo dictis de Donis termino ad exhibendũ libros rationis bancharię, & illis non exhibitis procedatur ad expeditionẽ cauſæ, prout de iure, & prout in dicta prima cõmiſſione: & perinde ac ſi nõ emanaſſet alia cõmiſſio ſanct. mem Pauli V. ſanatoria dictarũ nullitatũ: & per quam ordinabatur, vt videretur de bono iure, dictis nullitatibus reiectis: & cuius vigore fuerat proceſſum ad electionem peritorũ hinc inde ſuper computis, & rationibus inter partes, qui retulerant in actis, & fuerat electus tertius, ſtante illorum diſcordia, D. Claudius Burgheſius; & pluries fuerat inſtitum pro parte dicti Alberici pro exhibitione dictorum librorum, & factæ deciſiones ſub diebus 25. Iunij, & 17. Decembris de anno 1618. Vnde cum ſub die 22. Decembris proximè præteriti fuerit præfixus Dominis de Donis terminus per totum menſem Ianuarij ad exhibendum dictos libros; & pro parte illorum oppoſitum fuerit, non poſſe exhiberi tanquam penès diuerſas perſonas de ordine Illuſtriſſimi Domini Theſaurarij, & ad inſtantiam R. C. Apoſtolicæ exiſtentes, & præſertim penès Felicem de Totis notarium dictæ Cameræ; pro parte D. Commiſſarij Cameræ fuit præſtitus conſenſus illorum exhibitioni, vt in actis; & tandem non facta exhibitione ex ordine Dominorum fuerint etiam intimata parte de Donis adhibitæ plures diligentiæ pro habendis dictis libris, vel ſaltem reperiendis neceſſarijs, & ſinè quibus relatio per tertiũ peritum fieri non poterit: qui niſi fuerint illi, ſuper quibus laudauit q. Robertus Primos arbiter, vt in eius reſtricto, ſeu compendio, de quo in regiſtro coram A. C. non fuerunt reperti infraſcripti libri in dicto reſtricto, & compendio memorati; necnon in relatione periti Alberici, quibus dictus Dominus Claudius tertius peritus dixit ſe opus habere, & ſinè illis non poſſe deuenire ad relationem, vt in eius apocha mihi tranſmiſſa tenoris infraſcripti &c. quibus omnibus relatis Dominis meis, & ſuper inde pluries habito diſcurſu in relationibus cauſarum, ac parte dictorum de Donis ex vrbanitate expectata pro dicta exhibitione: tandem habui ordinem, & mandatum de expediendo cauſam, vt ſupra, iuxta formam vltimæ commiſſionis. Ezita decretum.

Romana bonorum.

Veneris 8. Aprilis. 1622.

ARGVMENTVM.

Marito inſtituto ab vxore in vſufructu in bonis dotalibus, ſoluto matrimonio, competit manutentio in bonis ſtabilibus, & interdictum, *Vtrobi*, in bonis mobilibus: probata anteriori poſſeſſione, vel detentione, etiam per vnicum teſtem, non obſtante poſteriori poſſeſſione capta, ipſo non citato.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus ſufficit in ſummario poſſeſſorio, maximè concurrentibus adminiculis.*

2 *Manutentio datur ex ſola inſiſtentia, & detentatione, Iudicis officio.*

3 *Interdictum Vtrobi competit pro poſſeſſione mobilium.*

4 *Poſſeſſionis cauſa præſumitur mutata ex ſuperueniente titulo, etiam ſinè aliqua declaratione.*

5 *Poſſeſſio capta, poſſeſſore non citato, dicitur nulla, præſertim quando habet clauſulas præſeruatiuas*, quatenus poſſeſſio ſit vacans, & ſine præiudicio poſſidentium, & meliora iura habentium.

6 *Poſſeſſionem rerum dotalium vir non amittit ſoluto matrimonio.*

DECISIO DCIX.

MANVTENENDVS eſt Franciſcus maritus quondam Plautillæ in poſſeſſione domus, nec non apothecæ, ſeu magazeni artis librariæ ad inſigne fontis aurei in via Peregrini, ac dictæ librariæ mobilium ſuppellectilium, tàm domus, quàm apothecæ.

Quia illius poſſeſſio anterior probatur per teſtem in *ſummario num.* 1. deponentem de continua habitatione dicti Franciſci in eadem domo, & apotheca à decennio, & citra: & de exercitio, & adminiſtratione dictæ librariæ, emptione, & venditione librorum, illorum permutatione: necnon de retentione clauium, & mobilium, famulorum pro dicto exercitio, illorum expulſione, & de alijs actibus poſſeſſorijs dici, & fieri ſolitis, & conſuetis per veros poſſeſſores bonorum ſuorum: & reddit optimam rationem de viſu, & intereſſentia, vt
1 ex eius lectura; qui licèt ſit vnicus, tamen in hoc ſummariſſimo ſufficit *Menoch. de retin. poſſeſſ. rem. vlt. num.* 34. *Seraph. deciſ.* 624. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 196. *num.* 6. *par.* 1. *diuerſ. & fuit ſæpiſſimè dictum*; & ſinè difficultate concurrentibus adminiculis, prout hic: cum in decreto R.P.D. Locumtenentis Illuſtriſſimi D. Cardinalis Vicarij auocationis poſſeſſionis in ſpecie ordinauerit Notario, vt clauem domus, & apothecæ deferret ad Officium, cum compulſione (quatenus opus ſit) dicti Franciſci; in cuius decreti executionem Notarius cum executore inuenit dictum Franciſcum in apotheca, & libraria, & ex capſa leuauit libros, & ſcripturas, & fecit inuentarium coram Franciſco, & alijs, deferendo dictos libros, & ſcripturas, vnà cum claue apothecæ ad officium; qui Franciſcus incontinenti proteſtatus eſt, ſe diſcedere non animo dimittendi poſſeſſionem, in qua reperitur, per expulſionem de eo factam de dicta domo, & apotheca: nec intendit ſe habere pro ſpoliato, vel expulſo: ſed animo velle poſſeſſionem retinere, licèt per vim ex naturali poſſeſſione fuerit eiectus, vt *in ſummario num.* 5. Ex quibus clarè conſtat, Franciſcum non ſolùm fuiſſe in inſiſtentia, & detentione, quæ ſufficit
2 ad manutentionem, Iudicis officio mediante, *l. Aquilius Regulus, vbi Caſtr. num.* 5. *ff. de donat. Neuiz. conſ.* 80. *num.* 3. *Couar. pract. quæſt. cap.* 17. *num.* 5. *verſ. ſic ſanè, Menoch. de retin. remed. vlt. num.* 18. *Rot. deciſ.* 641. *num.* 9. *par.* 1. *diuerſ. &* 661. *num.* 2. *par.* 1. *recent. & fuit dictum in Peruſina bonorum* 21. *Iunij* 1616. *&*
A 29. *Octobris præteriti coram me* A, ſed in actuali poſſeſſione, & propterea illi competere manutentionem,
3 & reſpectu librorum, & mobilium interdictum Vtrobi, *l.* 1. *ff. vtrob.* 9. *ſed interdicto Inſtituta de interdict. Menoch. de retin. in prælud. num.* 5. *& rem.* 2. *num.* 1. *Rot.* in

in Romana diuiſionis de Antolinis 4. *Februarij* 1619. *coram R. P. D. Vbaldo*, & officium Iudicis, vt ſupra. Et cum dicta bona eſſent hæreditaria dictæ Plautillæ eius vxoris, & Ioannes Dominicus aduerſarius vti hæres ab inteſtato obtinuerit mandatum de immittendo, *vt in ſummario num.* 3. & ſic negari non poſſit, quin eſſent poſſeſſa perd. Plautillam: ſequitur quòd poſſeſſio nunquam fuit vacans: quia Franciſco ſuperuenit titulus inſtitutionis in vſufructu de eo factæ *in ſummario num.* 2. & ideo cenſetur cauſam poſſeſſionis ſibi mutaſſe,

4 etiam ſinè aliqua declaratione, *Achill. deciſ.* 4. *de cauſ. poſſ. & prop. Rot. deciſ.* 324. *num.* 2. *par.* 1. *& deciſ.* 143. *num.* 4. *par.* 2. *diuerſ. & fuit dictum in Romana Vineæ* 24. *Nouembris præteriti coram me*. Non obſtat poſſeſſio capta per Io. Dominicum tanquam hæredem ab inte-

5 ſtato dictæ Plautillæ, eſt enim nulla, ex defectu citationis dicti Franciſci anterioris poſſeſſoris *cap. licèt Epiſcopus, vbi gloſ. de præb. in* 6. *Menoch. de adip. rem.* 4. *num.* 563. *Surd. conſ.* 263. *num.* 9. *Rot. deciſ.* 476. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* & cum clauſulis præſeruatiuis, quatenus

6 poſſeſsio eſſet vacans, & ſinè præiudicio legitimè poſſidentium, & meliori iura haben. *vt per Put. deciſ.* 34. *lib* 2. *in correct. & dixit Rota in Papien. Præpoſituræ* 5. *Martij* 1584. *coram Bubalo cum alleg. in Foroliuien. hæreditatis* 1. *Martij anni præteriti coram me*. Nec etiã ſubſiſtit, quòd quatenus dicta bona fuiſſent dotalia, ſoluto ma-

6 trimonio per mortem vxoris Franciſcus deſierit poſſidere; quia vltra quòd contrarium tenet *Bald. in l.* 1. *nu.* 3. *in fin C. de ſeru. pign. dat manum. & Alex. in l. ſi mora num.* 3. *ff. ſolut. matr.* ceſſat difficultas, quando ex ſuperuenientia noui tituli cenſetur ſibi mutaſſe cauſam poſſeſsionis ex ſupradictis.

Et ita fuit reſolutum ſolo dicto Franciſco informante.

ANNOTATIO.

A *Rota in Neocaſtren parochialis* 30. *Ianuarij* 1623. *coram R. P. D. Nauarro & in Camerinen prædij* 21. *Iunij* 1624. *coram bon. mem. Remboldo*. & poſſeſſio non dicitur vacans, quando res etiam ſimpliciter ab aliquo detinetur *iux. l.* 2. *§. vacua ff de act. empt.* hoc tamen procedit, quando cõſtat, eum, qui detinet, detinere animo poſſidendi, *Achill de ciſ.* 2. *in fin. de cauſ poſſ & propriet. Rota in Maceraten hæred.* 30. *Aprilis* 1595. *corã bon mem. Cardinali Pãphilio ſeniori.*

Ioannes Franciſcus Ferentilius.

Romana prælationis.

Veneris 8. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Mercatores ex conſtitutione Pij V. habent ſecundum locum, & præferuntur ceteris creditoribus, etiam hypothecarijs, & anterioribus, pro veſtiarijs ex eorum fundaco habitis à Prælatis decedentibus in Romana Curia, pro ipſorum perſonis, nõ autem pro veſtiarijs familiæ; & appellatione Prælatorum veniunt Abbates etiam commendatarij.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores pro veſtiarijs habent ſecundum locum inter creditores Prælatorum deceden. in Vrbe, & præferuntur alijs hypothecarijs, & anterioribus.*

3 *Abbas Prælati nomine continetur, etiam ſi ſint Abbates Commendatarij, dummodo perpetui num.* 3.

4 *Verba vniuerſalia ſunt apta comprehendere caſus, & perſonas etiam diſſimiles.*

5 *Veſtes neceſſariæ intelliguntur iuxta dignitatem perſonæ.*

6 *Dictio, eos, eſt relatiua, & reſtrictiua diſpoſitionis, ad quam refertur.*

7 *Primus locus datur pro cibarijs præſtitis pro vſu Cardinalium, & Prælatorum, eorumque familiæ.*

8 *Prælatio non datur pro veſtiarijs familiæ prælatorum in Vrbe accedentium.*

DECISIO DCX.

DVBITAVI, an eſſet locus prælationi pro credito mercatorum cum olim Abbate Bonello iuxta conſtitutionem fel. rec. Pij V. & Domini affirmatiuè reſponderunt ſolùm pro ſumma ſcutorum 885. occaſione mercium ex illorum fundaco ad vſum corporis habitarum. Nam mercatores pro veſtiarijs habent ſecun-

1 dum locum, & ſunt ceteris etiam hypothecarijs, & anterioribus præferen. iuxta formam d. conſtitutionis, quæ non eſt reſtricta ad Prælatos Romanæ Curiæ, ſed ad decedentes in illa, vt in proœmio, ibi, *in Romana Curia deceden.* & in diſpoſitiua, ibi, (defunctis in Romana Curia, tàm S.R.E. Cardinalibus, quàm alijs quibuſcũque Prælatis;) & etiam in fine. Prælatorum autem appellatione viſum fuit Dominis comprehendi etiam d. Abbatẽ Bonellum, qui licèt non indueret habitum Prælati, tamen in confeſſo eſt apud partes, & notum maiori parti Dominorum, quòd habebat duas Abbatias inſignes, & viuebat in Curia cum familia, habitando in Palatio nunc Illuſtriſsimi D. Cardinalis Lenij more Præla-

2 torum; Abbates enim Prælatorum nomine continentur *cap.* 2. *vbi Abb. num.* 2. *Dec. num.* 8. *Rip. num.* 30. *de iud. Ant. de Butr. in cap.* 1. *num.* 7. *de ætat. & qual. Lap. alleg.* 84. *num* 11. *Dec. in cap. edoceri num.* 4. *de reſcript. & in cap. quia nos, num.* 7. *de appell. Vital in clem.* 1. *nu.*

A 3. *de ſupplen. negl. Præl.* A, quamuis ſint Abbates cõ-

3 mendatarij dummodo perpetui, *Dec. in d. cap. edoceri. num.* 4. *de reſcr. Barbat. conſ.* 2. *num.* 18. *&* 25. *lib.* 2. *Sarnen ſuper reg. de trien. quæſt.* 5. *num.* 17. *& ſeq. Rebuff. conſ.* 77. *num.* 1. *Rota deciſ.* 346. *num.* 2. *par.* 3. *lib.*

B 3. *diuerſ. Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 3. *§.* 8. *num.* 27. B, ſtantibus præſertim dictis verbis conſtitutionis vniuerſalibus, *& alijs quibuſcunq. Prælatis*, vt in his terminis *Dec. in d. cap.* 2. *num.* 8. *in ſecundo not. de iud.* quæ apta

4 ſunt comprehendere etiam caſus, & perſonas diſſimiles, quæ non ſunt propriè tales, *latè Curt. iun. conſ.* 1. *num.* 1. *& conſ.* 48. *num.* 3. *& latiſſimè Tiraq. de retr. lign. §.* 1. *gloſ.* 7. *num.* 20. *cum plur. ſeqq.* Couar. *pract. qq cap.* 25. *num.* 3. *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 2. *num.* 5. *de verb. ſign. Rota. deciſ.* 791. *num.* 10. *par.* 1. *diuerſ.* Et ampliùs viſum fuit Dominis militare eandem rationem in dicta conſtitutione expreſſam, quòd ex cauſis huiuſmodi creditores, vt plurimùm, ſint pauperes, vel mercatores, qui pro mercibus adurhendis innumera pericula ſubeunt, & ſinè illis Cardinales, vel Prælati ſtatum eorum dignitatis vſque ad obitum minimè ſuſtentare potuiſſent, & requiſiti veriſimiliter omnem honeſtam obligationem, etiam cum iuramento, & in forma cameræ feciſſent. Quæ dicta fuerunt cum præſuppoſito, quòd dicta ſc. 885. fuerint pretium merciũ fundacalium, videlicet veſtiariorum, & aliorum ad vſum perſonæ dicti Abbatis iuxta ſententiam, & mandatum A. C. de quibus in

5 *ſummario mercatorum num.* 1. *&* 2. intelligen. etiam mer-

cec

ces neceſſarias eſſe iuxta dignitatem perſonæ *l. plenum*, *§. æquitÿ ff. de vſu, & hab. & fuit reſolutum in Romana mercium 28. Nouembris 1607. coram Reuerendiſſimo Attrebaten.* Non obſtat declaratio eiuſdem Pontificis, de qua inter eiuſdem conſtitutiones num. 153. dum excipit eos, quibus fuit ſatisfactum cum obligatione de reſtituen. prioribus, & potioribus; quia illa non loquitur, niſi de Aromatarijs, vt ex illius rubrica, & nigro, quos declarat non gaudere priuilegio anterioritatis: ſed non ideo obligat ad reſtitutionem Aromatarios, quibus vti potioribus antea fuerat ſatisfactum, vt de-
6 monſtrat illa dictio, eos, relatiua, & reſtrictiua diſpoſitionis, ad quam refertur, *Parif. conſ.* 18. *num.* 32. *lib.* 2. *Rol. conſ.* 97. *num.* 23. *lib.* 4. *Rota deciſ.* 669. *num.* 1. *poſt med verſ. prout etiam par.* 1. *in recent. & fuit dictum in Romana domus* 13. *Februarij* 1617. *coram R. P. D. Pirouano.* Et ideo pro dicta ſumma intrat obligatio bonmem. Hieronymi Lenij creditoris anterioris dicti Abbatis præſtita de reſtituen. prioribus, & potioribus, licèt creditum ſit anterius, hypothecarium, & cum obligatione Camerali. Pro alijs verò duabus partitis, videlicet, *per le liuree de ſtaffieri*, & pro ſeruitio domus, Domini dixerunt, non eſſe locum d. prælationi, & conſtitutioni, quæ non loquitur de veſtiarijs pro familia; &
7 apparet, quia in primo loco graduauit eos, qui res cibarias dederint pro vſu Cardinalium, & Prælatorum, eorumque familiæ: ſed in ſecundo loco quando loquitur
8 de veſtiarijs, nullam mentionem fecie de veſtiarijs pro familia.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Lel. Zecch. de republ. eccleſiaſt. cap.* 25. *Azor inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 29. *& part* 2. *lib.* 5 *cap.* 25. *q.* 1. *Suar. de relig tom.* 4. *tract.* 8. *lib* 2. *cap.* 2 *num* 2

B *Paſch. de viſit. lib.* 2. *cap* 9. *de commend. num.* 5.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Lunen. Sarzanen. iuriſpatronatus.

Lunæ 11. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum eſſe in forma probanti, deciditur, & plura traduntur in materia recognitionis.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura vt ſit in forma probanti, quæ requirantur.*
2 *Notariatus non eſt proban. quando ſcriptura excedit* 100. *annos, ſed ſtatur aſſertioni Notarÿ.*
3 *Recognitio non requiritur in ſcripturis exceden.* 100. *annos.*
4 *Suſpicio falſitatis adimit fidem ſcripturæ in ciuilibus. Declara, vt num.* 15.
5 *Teſtes lite pendente, ſinè remiſſoria, & parte non citata recepti, non faciunt gradum aliquem probationis.*
6 *Recognitio facta per teſtes, qui dicunt habere notam manum, dicitur fallax, præſertim adminiculis non concurrentibus.*
7 *Teſtis dubitatiuè deponens non probat.*
8 *Comparatio ſcripturarum quomodo fieri debeat. & latè ſub num.* 16.
9 *Comparatio ſcripturarum fit in ſubſidium quando alter recognoſci non poſſunt.*
10 *Probatio non concludens non eſt attendenda.*
11 *Producens teſtamentum videtur omnia in illo contenta approbare, etiam quo ad perſonam Notarij, etiam ſi a procuratore fuerit productum, num.* 12. *maximè vbi quis declarauit, velle vti inſtrumento pro bono, & legali. num.* 13.
14 *Confeſſio non reuocatur tanquam erronea, niſi conſtet de errore.*

DECISIO DCXI.

LATAE fuerunt duæ ſententiæ Rotales ad fauorem Lazzari vti præſentati à maiori parte patronorum Cappellaniæ, de qua agitur, fundatæ per quondam Lazzarum; & quia dictus Lazzarus præſentatus erat de agnatione dicti fundatoris, ſicque præferen. Ioanni eius aduerſario extraneo, & à minori parte præſẽtato; fundamentumque dd. ſententiarum fuerit ſuper teſtamento antiquiſſimo dicti Lazzari condito del 1454. 18. Octobris rogato per Paulum de Bardeiro Notarium Lunen. diœceſis, vt in *deciſ. coram R. P. D. Pamphilio* 27. *Ianuarÿ* 1613. *&* 17. *Iunÿ* 1619. ideo d. Ioannes, & alij prætenſi patroni conabantur ſubuertere tocalem fidem dicti teſtamenti, qua ſublata prætendebatur, dictum Ioannem prætenſ. eſſe tanquam præſentatum à ſeniori, ſeù maiori natu de familia, iuxta fundationem factam del 1421. propterea dubitaui, an eſſet receden. à dictis duabus deciſionibus: & DD. reſponderunt, ſtandum eſſe in deciſis. Nam dictum teſtamentum del 1454. 18. Octobris eſt clariſſimum, quia mutata voluntate fundationis de dicto anno 1421. in qua reſeruauerat ius præſentandi ſeniori de familia ab eo deſcẽdenti, vocauit ad illud æquis portionibus Antonium, Petrum, & Bartholomæum eius filios, & deſcendentes, cum fideicommiſſo, & ſubſtitutione, de quibus in eo; nec dubitatur, quin præſentantes Lazzarũ deſcendant ab eo, & ſint maior pars patronorum ſuperuiuentium. Dictaque ſcriptura teſtamenti ex eius oculari inſpectione eſt antiquiſſima, & in carta hædina ſcripta, & habet omnia
1 requiſita, de quibus per *Gloſ. in l. generali, C. de tabell. lib.* 12. & munita præſertim ſubſcriptione notarij, & ſigno tabellionatus. Nec ſimiliter dubitatur de notariatu illius, cuius probatio non eſt neceſſaria, præſertim cum ſimus ſupra centum annos, ſed ſtatur ipſius aſſer-
2 tioni iuxta ſtylum Rotæ, *Caputaq. deciſ.* 245. *&* 266. *par.* 2. *Rot. deciſ.* 581. *num.* 3. *par* 2. *in recent.* & fuit
3 ſæpiſsimè dictum: nec recognitio *Caputaq. deciſ.* 5. *num.* 3. *par.* 3. *Put. deciſ.* 146. *lib.* 1. *in correct. Rot. deciſ* 27. *num.* 2. *& deciſ.* 693. *num.* 7. *in fin.* quæ loquitur in te-
4 ſtamento *par.* 2. *recent.* Motiua, quę excitantur contra fidem dictæ ſcripturæ, ſunt prætenſæ ſuſpiciones falſita-
A tis, quæ in ciuilibus ſufficiunt ad tollendam fidem, *A Dec. conſil.* 448. *num.* 28. *cum alleg.* ſuſpicio autem principaliter deducitur ex atteſtatione cuiuſdam Gaſparis Cheller Theutonici militis in præſidio Sarzanen. *quæ datur in ſummario Ioannis num.* 4. & continet, quòd ipſe ad preces dicti Lazzari, & fratrum tranſcripſit in carta hædina nonnulla inſtrumenta, *quali erano ſcritti in carta pecora, & ordinaria, & mi furno letti, &c. & in dette mie copie poſi nel fine il ſegno, & ſottoſcrittione del Notaro, che in eſſa bolla, ò ſia carta, che trouai, ſi diceua eſſerſi d'eſſi rogato, &c.* Quæ fides præſupponitur recognita, etiam cum iuramento per teſtes in ea adhibitos, & ſubſcriptos: & per Archiuiſtam Capitolinum peritum comparatorem in huiuſmodi cauſa electum fuit facta recognitio, quòd dictum teſtamentum eſt ea-

dem

dem manu, literis, & characteribus, quibus eſt dicta
fides ſubſcripta, vt in dicta relatione *ſummario Ioan-
nis num*. 3. & quæ comprobatur per alias duas extraiu-
diciales *num*. 6. conſequenter impoſſibile ſit, quòd di-
ctum teſtamentum, ſeu ſcriptura exhibita ſit in forma
probanti, ſed fuerit ad inſtantiam Lazzari, & fratrum
in hanc formam per dictum Theutonicum redacta, vt
appareret antiqua, & fide digna. Huic motiuo reſpon-
ſum fuit. Primò, quòd non conſtat dictam atteſtatio-
nem fuiſſe manu dicti Theutonici ſcriptam, & ſubſcri-
ptam, nec fuit ab eo recognita: & pariter teſtes reco-
gnitores, qui dicunt, vidiſſe illam ſcribere per dictum
Gaſparem, ſunt lite pendente, imò poſt dictas ſenten-
tias Rotales ſinè remiſſoria, ſeu compulſorialibus, &
parte non citata recepti: nec faciunt aliquem gradum
5 probationis *cap. 2. de teſtib. l. ſi quando, §. ſed cum opor-
tet*, C. *de teſtib. Rot. deciſ.* 146. *num* 24. *part. 2. diuerſ.*
Alia verò prætenſa recognitio per teſtes dicentes, ſe ha-
bere notam manum dicti Theutonici, *de qua in ſumma-*
6 *rio num*. 1. nihil releuat, cum iſta ſit fallax in materia
*Auth. de inſtr. cau. & fid. §. 1. Bar. in auth. at ſi contra-
ctus num* 9. *C. de fid. inſtr. Aret. conſ.* 64. *num.* 3. *verſ.
primò quia*, & latè in his terminis *Pariſ. conſ.* 19. *num.* 43.
& 44. *lib* 3. præſertim adminiculis non concurrenti-
bus, *Rota deciſ.* 553. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 234.
num. 1. *par.* 2. *recent*. vbi plures aliæ ſunt relatæ, *& fuit
dictum in Beneuen. nobilitatis* 15. *Nouembris præteriti co-
ram me*; vltra quòd omnes dicunt per verba, *mi pare*,
7 dubitatiuè, & nihil concludunt, *Alex. conſ.* 32. *num.* 21.
lib. 3. *Verall. deciſ.* 778. *num.* 3 *par.* 3. *latè Farin. de te-
ſtib. quæſt.* 69. *num.* 11. *& fuit dictum in Parmen. ſta-
tus* 24. *Ianuarij* 1607. *coram Sanctiſſimo, & in Collen. hæ-
reditatis* 25. *Februarij* 1622. *coram me*. Secundò præ-
tenſa relatio periti comparatoris non eſt attendenda,
cũ deficiant omnia requiſita per *l. comparationes C. de fid.*
B *inſtr.* B, *vt latè dictum fuit in deciſ. R. P. D. Pamphilij* 11.
8 *Maij* 1618. & comprobant informantes. Et inter cæ-
tera conſideratum, quòd cum comparatio ſit proba-
tio ſubſidiaria, & ad quam non deuenitur, niſi in defe-
ctum aliarum probationum: cum debeat ſuper hoc præ-
ſtari ſpeciale iuramentum: & hic detur ſaltem fumus,
quòd aliunde probari poteſt veritas, vel falſitas dictæ
atteſtationis, ex alia atteſtatione ſimili Franciſci q. Bla-
ſij, qui enunciatur in dicta atteſtatione Theuthonici,
quòd fuit ille, qui ſibi ſcribenti legebat Inſtrumẽta, quæ
9 tranſcribebat; non erat deueniend. ad dictam compara-
tionem *Bald. in d. l. comparationes num.* 29. *Rim. iun.
conſ.* 779. *num.* 10 *lib.* 7. *Cephal conſ.* 570. *num.* 7. *&* 8.
Tertiò dicta atteſtatio Theutonici, ſi benè legatur, ni-
hil concludit, nec quò ad teſtamentum, de quo agitur,
de quo nullam mentionem facit, nec de anno, menſe,
10 die, & Notario: & ideo non attendenda *ad cap in præ-
ſentia, vbi Doct. de probat l. non hoc, C. vnde legit*. nec etiam
quòd d. Theutonicus aliud fecerit, niſi quòd tranſcripſit
inſtrumẽta ex carta bambacina in cartam hædinam: ex
quo aliud inferri nõ poteſt, niſi quòd inſtrumẽta redacta
in cartã hedinam erant merũ exemplũ. Ideo ex illa nihil
penitus probatur, vt ex prædictis proban. eſſet imò
inueriſimile eſt, quòd dictus Lazarus, & fratres talia
fieri fecerint, & quòd deinde dictum teſtamentum fuerit
in Rota productum per partem aduerſam, nunc de falſo
illud impugnantem. Prætenſa ſuſpicio, quod Laza-
rus teſtator eſſet mortuus del 1454. & ante, vt ex enun-
ciatiuis trium inſtrumentorum, vltra quod ſublatæ fue-
runt in deciſione dicta die 17. Iunij, non conſtat de iden-
titate perſonæ: quia in teſtamento nominatur Lazarus
Faber: in dictis verò inſtrumentis Lazarinus, & abſque
vllo cognomine: nec conſtat, quòd ille Antonius q. La-
zarini eſſet filius Lazari fundatoris. Aliæ prætenſæ
ſuſpiciones nimis ſubtiliter conſideratæ viſæ fuerunt
DD. fragiles, & leuiſſimæ: maximè quia omnem diffi-
cultatem tollere videtur productio facta per Pancra-
tium vnum ex collitigantibus nomine proprio, & vtì
procuratorem Ioannis ab eo, & fratre, ſiue eorum
patre præſentati, *vt in regiſtro coram bon. mem. Penia fol.*
11 169. *&* 170. qui propterea cenſetur approbaſſe omnia
in dicto teſtamento contenta *cap. cum venerabilis, vbi
Doct. & præcipuè Felin. num.* 22. *de except. cum alleg per
Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 45. *num.* 1. etiam quò
ad perſonam Notarij, *Bald. in l. ſi quis teſtium, in princ.*
C. *de teſtib. latè Menoch. vbi proximè num.* 2. & de produ-
cente teſtamentum, *Cephal conſ.* 369. *num.* 76. *lib.* 3. *et fuit
dictum coram me in Comen. parochialis de Brenta* 25. *Iunij*
12 *præteriti*: etiam ſi à procuratore fuerit productum,
cum præſumatur per principalem ſibi tranſmiſſum, &
à procuratore de productione certioratum, *Roman.
conſ.* 481. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 396. *num.* 3. *& deciſ.* 131.
num. 7. *par.* 2. *diuerſ. & fuit dictum in dicta Comen. pa-
rochialis, & in Peruſina bonorum* 29. *Octobris præteriti*
13 *coram me*; & non videtur locus eſſe dubitationi, cum
expreſsè, & medio iuramẽto declarauerit, ſe velle vti di-
cto teſtamento pro bono, & legali, *vt in dicto reg fol.* 215.
& fuit dictum coram R. P. D. Pamphilio 27. *Ianuarij*
1613. *&* 17. *Iunij* 1619. Non obſtat, quòd dicta con-
feſſio tanquam erronea fuerit reuocata; quia cum de
errore dictæ confeſſionis, & approbationis non appa-
14 reat, prout requiritur: omnis falſitas excluſa remanet,
ex alleg. in d. deciſ. coram R. P. D. Pamph. 17. *Iunij* 1619.
Ex quibus, & alijs in dictis deciſionibus allegatis DD. ab
eis non receſſerunt vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Falſitatis ſuſpicio in ciuilibus ſufficit ad tollendam fidem
15 ſcripturis, *Aym. conſil* 134 *num.* 26. *Natt. conſil.* 315.
num. 34. *Menoch præſumpt.* 99. *num.* 5. *lib.* 5. *Surd. conſil.*
6 *num.* 4 *& conſil* 173. *num.* 1. *cum ſequent. Gratian. di-
ſcept. forenſ cap.* 889. *num* 18. *Card. Seraphin. deciſ* 1259.
num. 4. *Gregor. XV. deciſ.* 546. *num.* 11. *Cardinal. Caua-
ler. deciſ* 455. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 132. *num.* 5. *& ſeq. poſt
tract. Zacch. de obligat. Cameral deciſ* 45. *ſub num.* 1. *poſt
med. et deciſ* 123. *num.* 2 *et deciſ.* 132. *num.* 3. *poſt primum
volum. conſ Farinac. et in Burgen. Abbatiæ* 2. *Aprilis* 1593.
*coram Arigonio, et in Romana dotis, ſeu reſtitutionis in
integrum* 27. *Iunij* 1619 *coram R. P. D. Merlino*, & ad
hunc effectum duæ præſumptiones ſufficiunt *Aym. d. conſ.*
134 *num.* 39. *Rota dicta deciſ.* 123. *in fin. et d. deciſ* 132.
num. 3. *in fin. poſt* 1. *volum. conſil. Farinac.* Debent tamen
huiuſmodi ſuſpiciones eſſe vehementes, & proſpicue,
Caputaquen. deciſ. 207. *part.* 1. *et deciſ* 4. *part.* 2. *Man-
tic deciſ.* 79. *ſub num.* 3. *verſic. neque officiunt, Rota
dicta deciſ.* 45. *num.* 5. *in fin. poſt* 1. *volum. conſil Farinac.
coram Card. Caualer. deciſ*, 205. *num.* 10 *in Ceneten. pen-
ſionum* 22. *Iunij* 1620. *coram R P. D. Pirouano*. & quan-
do adſunt ſuſpiciones falſitatis, & coniecturæ veritatis,
ſemper illæ præualent, quæ ſunt pro veritate, *Surd. con-
ſil.* 175. *ſub num.* 6. *Cardinal. Caualer dicta deciſ.* 205. *ſub
d num*, 10. Vide in materia latiſſimè *Farinac. quæſt.* 152.
per tot. et Gaſp. Anton. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. *quæſt.*
47. *per tot*.
B In materia recognitionis iurium per comparationem
16 manus eſt lata deciſio *coram Reuerendiſſimo D. Coccino
Decano in Nouarien bonorum* 26. *Iunij* 1628. in qua op-
timè expenduntur omnia ad illam requiſita per *l. compa-
rationes C. de fide inſtrum.* quæ tria ſunt, videlicet, iura-
mentum peritorum, per quos fieri debet comparatio à
ſcri-

ſcripturæ certæ, ad quam fieri debet: & diligens examinatio eorumdem peritorum. Circa primum requiſitum, quod eſt iuramentum peritorum, illud eſt de iure neceſſarium, & de forma, vt dicit *tex. in d. l. comparationes, §. omnes autem*; & periti iurare debent, quòd neque aliqua ſpe lucri, vel intereſſe, neque prece, neque odio, neque amore ducti comparationem faciunt: quod iuramentum ita concipi debere, eſt de forma, vt ſentiunt *Salicet. in d. l. comparationes, num. 3. verſ. item nota formam iuramenti, Sichard. num. 4. Bald. num. 4.* vbi quòd periti debent interrogari, an id, quod dicunt, cauſa odij, vel inimicitiæ, aut gratia teneri dicant, *Bart. ibid in lect. antiqua in fin. Rota in d. Nouarien. bonorum coram. Reuerendiſſimo D. Decano.*

Secundum requiſitum eſt, quòd ſcripturæ, ad quas facienda eſt comparatio, ſint certæ. Hæc autem certitudo habetur, primò quando illæ ſcripturæ ſunt vnius, vel plurium inſtrumentorum publicorum manu eiuſdem Notarij confectorum *d. l. comparationes, & notant ibidem Doct. & Menoch. de arbitr. caſ. 114. num. 29.* vel ſi tales ſcripturæ licèt non eſſent inſtrumenta publica, haberent tamen ſubſcriptionem trium teſtium, qui omnes, vel duo ſaltem affirment, & denuo in iudicio deponant, illas ſcripturas eſſe ſcriptas ab illo, ſe præſentibus, & deinde ſubſcribentibus, vt ſunt verba *text. dicta l. comparationes,* & notat *Menoch loco cit.* Habetur ſecundò hæc certitudo ex ſcripturis confeſſatis per aduerſarium expreſſè, vel tacitè, ſcilicet per productionem in iudicio, *Bald. in d. l. comparationes num. 15. & ſeq. Menoch. ſub d. num. 29. verſ. ſumeretur etiam, poſt Curt ſen. et Crauett. ibi allegatos.*

Tertiò deducitur hæc certitudo ex ſcripturis, quibus ex ſtatuto, vel conſuetudine datur plena fides, *Bald. in d. l. comparationes num. 16. verſic. ego addo ſeptimam ſcripturam, & num. ſeq. et Rota in d. Nouarien. bonorum coram, Reuerendiſſimo D. Decano.*

Quartò ex ſcripturis exiſtentibus in Archiuio publico, vt probat *tex. in auth. ad hæc, §. item & charta, C. de fide inſtrument. & in §. illud etiam, Auth. de his, qui ingred. ad appell. & notat Salicet. in d. l. comparationes, num. 23. verſ. quinta ſcriptura, Sichard. num. 8. Bald. num. 15. verſ. item ſcriptura.* Et de certitudine harum ſcripturarum conſtare debet in iudicio coram Iudice Ordinario, non coram peritis electis ad faciendam comparationem, vt notat *Menoch. ſub d. num. 29 ad fin.*

Tertium requiſitum eſt, quòd periti inſpiciant ſingulas literas, ſeù elementa, dictiones, & elementorum, verborumque tractus, ſigna, & his ſimilia, *vt notat Bald. in d. l. comparationes, num. 30. & ſeq. Salicet. num. 19. Menoch. d. caſ. 114. num. 31 & Rota in d. Nouarien. bonorum coram Reuerendiſſimo D. Decano.* Et debent facere eorum relationem in ſcriptis, vel eam in actis ſcribi facere, vt dicunt *Salicet. d. l. comparationes, num. 19. in fine, Curt. ſen. in l. admonendi, num. 214. verſ. vltimò requiritur, ff. de iur. iuran.* & hi periti debent eſſe partibus non ſuſpecti, *Salicet in d. l. comparationes, num. 18. Bald. num. 31 in fin.*

Poteſt tamen Iudex, ſi velit, ipſe ſolus facere comparationem: ſed tutius eſt, vt adhibeat duos peritos, vt notant *Cyn. in d. l. comparationes. num. 10. Bald. num. 30. & latè Menoch. d. caſ. 114. num. 26.* nec ſufficit vnus peritus, ſed debent eſſe plures, *Cyn. dicta l. comparationes num. 10. Bart. in lect. antiq. num. 3. Bald. num. 30.* vbi tamen quòd ſi duo haberi non poſſunt, ſufficit vnus, *& Rota in d. Nouarien. coram Reuerendiſſimo D. Decano.*

Notandum autem, quòd petens comparationem tenetur iurare de calumnia, non ſolùm in cauſa principali, ſed etiam in ſpecie quādo agit ad recognitionem per comparationem: & inſuper debet iurare, ſe non habere alium modum recognoſcendi; quæ duo iuramenta ex parte petentis comparationem requiruntur tanquam de neceſſitate, & forma, vt in *Auth. de inſtrument. cautel. & fid. §. ſi verò nihil,* notant *Gloſſ. in d. l. comparationes, in verb. ab his, verſ. iurant autem, & ibi Angel. num. 11. Caſtren. num. 12. verſ. addo, Salicet. num. 7. Bald. num. 7. verſ. tertio oppono, Sichard. num. 5. verſic. ſunt autem, Menoch. dicto caſ. 114. num. 34. & Rota in dicta Nouarien. bonorum coram Reuerendiſſimo Decano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ferrarien. dotis.

Lunæ 11. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Confeſſio mariti dotis receptæ conſtante matrimonio, nulla præcedente promiſſione, an cenſeatur facta animo donandi, & an confirmetur iuramento promiſſorio.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio, nulla præcedente promiſſione, præſumitur ſimulata in fraudem donationis inter coniuges prohibitæ: etiam ſi confeſſio facta ſit ad fauorem ſoceri, & non ſolius vxoris, num. 2.*

3 *Mentiri non præſumitur in articulo mortis conſtitutus.*

4 *Augmentum dotis quando dicatur, non autem ſolutio pro reſiduo dotis.*

5 *Confeſſio dotis receptæ, conſtante matrimonio, confirmatur iuramento promiſſorio, non autem aſſertorio; nec quando iuramentum promiſſorium non ſtat de per ſe, ſed ſubſequitur aſſertorium, num. 6.*

7 *Iuramentum nihil operatur, quando contractus præſumitur ſimulatus ex diſpoſitione ſtatuti.*

8 *Statutum lucrorum licèt non comprehendat actum iuratum, ſecus eſt quando præſumitur ſimulatio.*

DECISIO DCXII.

CONFESSIO facta per quondā Capitaneū Ioſephum anno 1569. receptionis ſcutorum 2000. auri pro dote Margharitæ vxoris, vltra dotem iam habitam, viſa fuit DD. nulla: & propterea vltimam ſententiam de partibus, abſolutoriam hæredum dicti Ioſephi eſſe confirman. Moti ſunt, quia facta fuit conſtante matrimonio, nulla precedente promiſſione, imò poſt cōſtitutam, & conſignatam dotem anno præcedenti con-
1 tentam: ideoque præſumitur ſimulata in fraudem donationis inter coniuges prohibitæ *Bart. in l. 2. §. creditum num. 5. ff. ſi cert. pet. Caſtr. conſ. 56. num. 1. lib. 2.* & de cōmuni, & magis communi *Alex. conſ. 4. num. 6. lib. 1. Surd. conſ. 489. num. 1. cum relatis per Gabr. conſ. 163. num. 4. lib. 2.* & hanc opinionem ſecuta eſt perpetuò Rota antiqua, & moderna *Put. deciſ. 55. num. 8. lib. 3. in nou. Rot. deciſ. 485. num. 1. par. 3. lib. 3. et in Rauennaten. Saluani 28. Iunij 1602. coram Sanctiſſimo & in alia Ferrarien. dotis 4. Maij 1615. quæ eſt 683. par. 2. in
A recent.* A vbi firmatur id procedere, etiam ſi confeſſio fa-
2 cta ſit ad fauorem ſoceri, & non ſolius vxoris: prout hic facta fuit etiam ad fauorem ſoceri, & admittunt hinc inde informantes. Qui animus donandi clariùs apparet in propoſito ex eiuſdem Ioſephi teſtamento, in

quo

Digitized by Google

quo legauit vxori ad ſecunda vota tranſire volenti
ſcut. 2000. auri, quæ confeſſus fuit habuiſſe ab ea in do-
tem ex inſtrumento, de quo agitur, ſubdens, licèt in rei
veritate teſtator ab ea non habuerit d. quantitatem: &
3 in articulo mortis non præſumitur fuiſſe mentitus *arg.
cap. ſancimus* 1. *quæſt.* 7. *l. vltim. C. ad l. Iul. repet.*
quod teſtamentum Margarita acceptauit, eiuſque vigo-
re omnium bonorum vſufructum ſibi iure inſtitutionis
relictum, donec vidua eſſet, conſequuta fuit vſque ad
mortem. Quod eo magis procedit ſtante ſtatuto Fer-
rariæ *lib.*2. *cap.*108. diſponen. augmentum dotis præſu-
mi ſimulatum, aut in fraudem creditorũ, etiã futurorũ,
ſi conſtante matrimonio factum fuit: quod cum ſit cla-
rum, aliud non videtur inueſtigandum, &c. Nec dubi-
tan. videbatur, quin prædictum eſſet augmentum dotis,
4 ex quo antea in dotem, & pro dote fuerunt promiſſa, &
conſignata tot bona, vt in inſtrumento, *& ſummario
num.* 1. in quo veriſimiliter ſi dicta bona data non fuiſ-
ſent pro integra dote, dictum fuiſſet, ad computũ dotis,
vel quid ſimile *ad l. nam ad ea ff. de legib.* Non obſtat, quòd
confeſſio dotis, vel alterius receptionis à viro conſtan-
5 te matrimonio facta ad fauorem vxoris confirmetur
iuramento promiſſorio. Tum quia admiſſa etiam dicta
concluſione, quæ plures habet contradictores, ſicut illa
procedit in promiſſorio tantùm, non autem in aſſerto-
rio, ad notata *in cap. cum contingat de iure iur. Aretin. conſ*
74. *num.* 7. *Soccin. conſ.* 66. *num.* 26. *&* 23. *verſ. & hac
opinio lib.* 1. *Ruin. conſ.* 192. *num.* 16. *lib.* 3. *& de com-
muni Rol. conſ.* 76. *num.* 90. *verſ. his non obſtan.* & de
recepta *opin. Gabr. conſ.* 146. *num.* 4. *lib.* 1. & plures
cumulat *Surd conſ.* 489. *num.* 17. *&* 24. ita nec etiam
6 procedit, quando iuramentum promiſſorium non ſtat de
per ſe, ſed ſubſequitur aſſertorium *Soccin. conſ.* 65. *nu.*
13. *verſ. & tamen, & num.* 14. *lib.* 1 *Gratus reſp.* 55. *in
fin. lib.* 1. *Soccin. conſ.* 130. *num.* 4. *&* 190. *num.* 14. *lib.*
1. *Seraph. de priuileg. iuram. priuileg.* 71. *num.* 59. *latè
comprobat Mantica de tacit. lib.* 21. *verſ.* 8. *num.* 51. *&*
B *ſeqq.* B, quorũ opinio placuit Dominis. Tum quia quid-
quid ſit in terminis iuris communis, dicta diſpoſitio
ſtatuti videbatur clara per ſimulationem confeſſionis
augmenti, qua ſimulatione ſtãte iuramentum nihil ope-
7 ratur propter defectum conſenſus, ad notata *in l. om-
nes populi, ff. de iuſtitia, & iure, & in d. c. cum contin-
gat de iure iuran Corneus conſ.* 135. *num.* 3. *& ſeqq. lib.*
2. *Ancharan conſ.* 338. *num.* 3. *Barbat. conſ.* 28. *num.* 14.
vol. 3. *Ruin. d. conſ.* 130. *num.* 4. *Grammat deciſ.* 76. *nu.*
21. *Soccin iun. conſ.* 3. *num.* 34. *& ſeqq. lib.* 2. *Rolan.
conſ* 99. *num.* 19 *lib.* 3. *Gabr. conſ.* 13. *num.* 6. *lib.* 1.
Seraph. de priuileg. iur. priuil. 53. *num.* 55. *Becc. conſ.*
52. *num.* 108. Nec facit, quòd ſtatutum laicorum non
7 comprehendat actum iuratum: quia non procedit,
quando ſtatutum præſumit ſimulationem, *vt not. Doct.
in d. cap.* cum contingat, & ibi præcipuè *Abb. poſt Butr.
num.* 11. *Rom. conſ.* 12. *num.* 1. *Curt. iun. conſil.* 118.
num. 7. *& conſ.* 119. *num.* 6. *Tobias Nonius conſ.* 108.
num. 22. *verſ. nec eſſet, Seraph. de priuileg. iuram. priuileg.*
C 73. *num.* 55. C.
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Rot coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano deciſ.* 451.
num. 2. *inter eius impreſſ. et in Romana dotis ſeu reſtitu-
tionis in integrum* 27. *Iunij* 1629. *coram R. P. D. Mer-
lino.*
B *Rota coram Domino in meo hac eadem cauſa infra deciſ.*
933. *quas ſecuta eſt eadem Rota in Bononien. dotis* 2. *Maij*
1627. *coram R. P. D. Merlino.*
C Cum alijs per *Caball conſil.* 180. *num.* 32. *lib.* 1. *& fuit
dictum in Romana nullitatis obligationis* 16 *Ianuarij* 1626.
*coram R. P. D. Durano, & coram eodem in Romana do-
nationis de Capranica* 26. *Iunij* 1628.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Cappellaniæ de Toledo.

Veneris 15. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Agitur de iuſtificatione gratiæ.

SVMMARIVM.

1 *Valor obtentorum probatur per teſtem deponentem de pu-
blica voce, & fama.*
2 *Gratia non vitiatur, quando narratiua eſt in maiori ſum-
ma, qua Papam difficiliorem reddidit.*
3 *Vacatio apud Sedem, & in Romana Curia confunditur.*
4 *Prouiſio Apoſtolica ex quibus cognoſcatur eſſe facta vi de
reſeruato.*
5 *Prouiſio beneficiorum vacantium apud Sedem ad ſolum
Papam ſpectat.*
6 *Idoneus quando quis refertur ab examinatoribus, intelligi-
tur etiam quò ad mores, & alias qualitates narratas in
ſupplicatione, nec idoneitas reſtringitur ad literaturam
tantum.*
7 *Officiales Datariæ non ſolent relaxare ſupplicationes, niſi
præuia approbatione examinatorum, qui ſolent adhibe-
re alios pro examine ſuper alijs requiſitis.*
8 *Commutare voluntatem teſtatoris Papam noluiſſe præſu-
mitur.*

DECISIO DCXIII.

AD vtramque dubij partẽ reſpondentes
DD. dixerũt, gratiã Flaminij in omni-
bus eſſe iuſtificatã, nec illi obſtare re-
ſeruata in deciſione 7. Iunij præteriti.
Quò ad primam partem controuerte-
bantur tria ex narratis per Flaminiũ,
videlicet, primò valor obtentorum,
ſecundò expreſsio penſionum, tertiò obitus Franciſci
apud Sedem. Circa primum de valore quinque benefi-
ciorum, qui fuit expreſſus inſimul ducat. 40. auri de
Camera per non exceſſum, viſum fuit DD. ſufficientem
eſſe probationem ex depoſitione vnius teſtis nouiter
examinati, qui ſuper ſecundo optimè deponit, & per-
cutit tempus prouiſionis Apoſtolicæ, & ante, & poſt,
reddens rationem, quòd fructus dd. quinque beneficio-
rum exegit: & quòd de his fuit, & eſt publica vox, &
fama, *vt ex dicto ſummario teſtium num.* 1. & hanc pro-
1 bationem ſufficere, iam firmatum fuit in dicta deciſione
circa valorem aliorum trium beneficiorum iuxta *deciſ.
Aegid.* 683. *cum alijs allegatis*. Circa ſecundum, & ſic
narratiuam quatuor diuerſarum penſionum obtentarũ,
quamuis non eſſet neceſſarium, illam verificare: ſufficien-
ter tamen iuſtificatur ex literis Apoſtolicis illarum re-
ſeruationum *in dicto ſummario num.* 2. ex quibus licèt
colligatur valor in ſcutis 90. tantùm, & narratiua con-
tineat centum: tamen non ideo vitiatur gratia, quia
2 multò faciliùs fuiſſet per Papam conceſſa, ſi narratiua
fuiſſet in minori ſumma, *Felin. in cap. ſuper literis num.* 8.
de reſcript. Put. deciſ. 17. *lib.* 3. *Seraphin. deciſ.* 653. *num.* 5.
& deciſ. 1199. *num.* 2. *& ſeqq.* Circa tertium, narrati-
ua

næ vacationis apud Sedem: quæ difficultas fuit excitata
per vnum ex DD. vt in dicta deciſione: viſa fuit ceſſare
ex lectura literarum; non enim fuit narratum, Cappel-
laniam vacare apud Sedem, & ſic in Romana Curia, quæ
A clauſulæ inuicem fraternizant, & confunduntur A,
*gloſ. in cap. ſtatutum, verb. in Curia de præb. in 6. Franc.
in cap. 2. num. 2. eodem tit. Simonett. de reſeru. quæſt.* 30.
num. 2. Tantò magis, quia prouiſio Apoſtolica non
4 eſt de reſeruato, non enim incipit ab illo ſolito modo,
(Dudum ſiquidem omnia beneficia, &c.) nec eſt appoſi-
ta alia clauſula (dummodo collatio) &c. ſed eſt ſim-
plex prouiſio, vt ex proœmio ibi: (cum itaque ſicut ac-
cepimus) &c. & ita ad cognoſcendum, prouiſionem
non eſſe de reſeruato, obſeruauit *Rot. in alia Romana
Cappellaniæ Sancti Petri 9. Decembris* 1602. *coram Illu-
ſtriſsimo Domino Cardinali Millino, quæ eſt* 617. *par.* 4.
diuerſor. & in Varmien. Canonicatus 7. Maij 1604. *coram
eodem, & ſequuta eſt Rota in Leodien. Canonicatus* 9. *Iu-
nij præteriti coram* R. P. D. *meo Vbaldo*, & patet quia
Papa fecit mentionem de nominatione facta à Turnio
de perſona eiuſdem Flaminij, ad quem nominatio ſpe-
ctare dignoſcitur: ſignum euidens, quòd noluit prouide-
re vti de reſeruato, tanquam de vacanti apud Sedem:
5 cum aliàs ad ſolum Papam prouiſio ſpectaſſet *cap.* 2. *de
præb. in ſexto Aegid. deciſ.* 655. *Gõzal. ad reg.* 8 *gloſ.* 13. *nu.*
19. Quò verò ad ſecundam partem dubij in alia deci-
ſione reſeruatam, an videlicet gratia Flaminij fuerit
ſubreptitia ex eo, quòd iuxta legem fundationis proui-
ſi de iſtis Cappellanijs debeant inſeruire in Choro, &
ideo eſſe experti, & verſati in cantu firmo; quæ tamen nõ
ſolùm nõ fuerunt narrata, ſed tacitũ etiam, quòd Flami-
nius in examine dicti cantus facto per Magiſtrum Cap-
pellæ ad hoc deputatum defecit, & reiectus fuit, *vt in
ſumm. Octauij num.* 3. dixerũt DD. gratiam ex hoc capite
non poſſe impugnari: cum Papa aſſerat in gratia, ipſum
ab examinatoribus in Vrbe deputatis idoneum reper-
6 tum fuiſſe: quæ relatio examinatorum de illius idonei-
tate comprehendit etiam mores, & alias qualitates
narratas in ſupplicatione, & conſequenter etiam intel-
ligitur de practica in cantu firmo, nec eſt reſtringenda
ad literaturam tantùm, iuxta *gloſ. in clem.* 1. *in verb. re-
putamus de conceſſ. præb. Garz. de benef. par.* 6. *cap.* 2.
num. 286. *& fuit dictum Albinganen. concurſus* 28. *Apri-
lis* 1614. *coram* R. P. D. *meo Caualerio*. Præſertim quia
de ſtylo Datariç non conceditur, *Examinetur*, niſi iuxta
formam ſupplicationis, & examen fit per examinatores
de ſciẽtia per ſemetipſos, & de alijs requiſitis per alios:
vt ex atteſtatione Sollicitatorum *ſummario Flaminij nu.*
6. & cum dicta qualitas eſſet neceſſaria ex forma fun-
dationis, & eſſet etiam narrata in ſupplicatione porre-
cta per Flaminium: præſumptio eſt pro officialibus, quòd
non relaxarent talem ſupplicationem, niſi præuia iſta
7 approbatione, vt in ſimili *Achill. ſuper reg. de mutat.
deciſ. citic. alias* 412. *num.* 3. *Pariſ. de reſign. lib.* 8. *num.*
83. *& fuit dictum in Segobien. parochialis* 15. *Ianuarij*
1603. *coram bon. memor. Cardinali Pamphilio, & in Ca-
lguritana de Olleuari* 15. *Decembris* 1604. *coram Penia*.
Et vltimò, quòd Flaminius eſſet verſatus in cantu firmo,
deponunt quatuor illius teſtes in cantu experti per
optimas rationes, quia illum pluries cantare audierunt,
& de communi reputatione, de publica voce, & fama
in eius ſummario num. 3. qui percutiunt tempus gratiæ,
& anterius: & coadiuuantur ex depoſitione vnius ex
teſtibus Octauij *in ſummario num.* 4. qui iuxta 26. op-
timè deponit, & dicit quòd eſt vnus ex Cappellanis
Tholetanis; necnon ex atteſtatione trium Magiſtro-
rum Cappellæ Eccleſiarum inſignium, & duorum Can-
torum Cappellæ Pontificiæ *in ſummario dicti Flaminij
num.* 5. Et difficultatem tollit relatio R. P. Alagonæ
vnius ex examinatoribus *in dicto ſummario num.* 7. quæ
ſubſequitur approbationem D. Felicis Anerij Magiſtri
Cappellæ, de qua etiam relatione in articulis Octauij,
& teſtibus examinatis num. 2. Huiuſmodi autem pro-
bationes viſæ fuerunt DD. præualere depoſitioni Magi-
ſtri Cappellæ S. Mariæ Maioris, & aliorum duorum
teſtium ex aduerſo nouiter examinatorum, qui depo-
nunt de reiectione Flaminij facta per Capitulum ex eo,
quòd non fuit per eundem Magiſtrum Cappellæ reper-
tus idoneus in cantu; quia dicti duo ſolùm dicunt de au-
ditu à dicto Magiſtro Cappellæ, & percutiunt tempus
præſentationis, non autẽ gratiæ Apoſtolicç: & quia Fla-
minius non fuit à dicto Magiſtro Cappellæ examinatus,
ſed dum volebat illum examinare, dixit, neſcire cantum,
vt ex depoſitione dicti Magiſtri Cappellç iuxta quintum
in ſummario Flaminij num. 10. & ita fuit ſimplex aſſer-
tio extraiudicialis Flaminij, quæ non eſt attendenda,
cum de contrario conſtet ex prædictis: & per noſtrum
affirmare, vel negare veritas non immutetur. Non
obſtat prçtenſa ſubreptio, vel obreptio commiſſa, tàm
in non expreſſione cantus firmi iuxta legem Cardinalis
fundatoris, mediante examine Magiſtri Cappellæ, cui
non cenſetur per clauſulam, *non obſtan.* derogatum,
cum non præſumatur Papam voluiſſe voluntatem teſta-
8 toris commutare, *Felin. in cap. nonnulli num.* 23. *de re-
ſcript. & in tract. quand. lit. Apoſt. num.* 7. *Seraph. deciſ.*
871. *cum allegatis per Garz. de benef. par* 7. *num.* 118.
120. *&* 121. quàm etiam in non exprimen. Flaminium
fuiſſe per dictum Magiſtrum Cappellæ reprobatum:
& quòd aliorum approbationes, & formam decreti, ſeu
ſtatutorum Capituli ſunt nullæ: quod ſimiliter Papam
retraxiſſet, vel difficiliorem reddidiſſet ad conceden. gra-
tiam. Quia non applicantur. Nam examen cum alijs
qualitatibus fuit à Cardinali fundatore, & in Bulla ere-
ctionis commiſſum examinatoribus Vrbis, ſub iſtis ver-
bis (pro Cappellanis, qui bonæ vitæ, & famæ, & per
examinatores Vrbis præuio diligenti examine ſuper
eorum ſcientia, & ritibus, & cæremonijs miſſæ, necnon
ſeruitio Chori approbati, ac etiam in cantu firmo ver-
ſati, & experti exiſtant) *vt in ſummario Octauij præteri-
tæ poſitionis num.* 1. & propterea ſtatutum, ſeu decretum
Capituli, quòd approbatio in cantu fieri debeat per
Magiſtrum Cappellæ, eſt in hoc directè contrarium legi
fundatoris, & Bullæ erectionis: & propterea ſufficit ex-
preſſio, quòd obtinens Cappellaniam in cantu firmo
verſatus ſit, & quòd ab examinatoribus in Vrbe depu-
tatis examinatus, & idoneus repertus fuerit, cum clau-
ſula derogatoria conſtitutionum, & ordinationum
Apoſtolicarum, ac dictæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris. Ex
quibus, cũ gratia Flaminij in reliquis ſic iuſtificata, illius
effectuatio per prædictũ ſtatum impediri non debet.
Et ita deciſum vtraque parte informante.

A De quo vide quæ dixi ſupra *ad deciſ.* 540. *lit.* C.

Romana domus, & lauatorij.

Lunæ 18. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Manutentio non datur miſſo in poſſeſſionem
bonorum ſubhaſtatorum, quando in ſubha-
ſtatione poſſeſſores citati non fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio non acquiritur in bonis ſubhaſtatis, quando in iudicio ſubhaſtationis proceſſum fuit, abſque poſſeſſoris citatione.*
2 *Poſſeſſio tertij allegari poteſt ad excludendam alterius poſſeſſionem.*
3 *Manutentio non datur non poſſidenti de tempore moti iudicij.*
4 *Poſſeſsio ciuilis amittitur ſpatio decem annorum.*
5 *Locatio cum perceptione penſionis probat poſſeſsionem etiam contra tertium.*
6 *Teſtium variationes, & contrarietates non attenduntur, niſi ſint in ſubſtantialibus.*
7 *Poſſeſsionis cauſam mutaſſe quis præſumitur ex ſuperueniemtia nouæ cauſæ.*
8 *Poſſeſsio præſumitur acquiſita vigore tituli præambuli, & num. 12. & quid ſtantibus duobus titulis, altero valido, & altero inualido num. 14.*
9 *Poſsidere poſſunt plures eandem rem diuerſis reſpectibus.*
10 *Creditor retinens iure pignoris, poſsidet ad commodum debitoris.*
11 *Poſsidens ciuiliter, agendo pro reintegratione, non dicitur ſe habuiſſe pro ſpoliato.*
13 *Procurator ſi emat fundum procuratorio nomine, & poſtea fundus illi ſimpliciter tradatur, cenſetur ei acquiſita poſſeſsio procuratorio nomine, & ſic domino acquiſita.*

DECISIO DCXIV.

IN hac cauſæ poſitione viſum fuit Dominis, poſſeſſionem captam à Domino
Pheo, & litis conſortibus vigore ſubhaſtarionis anno 1600. non eſſe manutenibilem. Omiſſo enim, an dicta ſubhaſtatio ſit iuſtificata reſpectu prætenſorum creditorum, pro quibus facta
fuit, & an interuenerit pretij numeratio: non conſtabat,
in dicto iudicio ſubhaſtationis fuiſſe citatos Delicorũ,
vel Syluiam, ſiue filios, bon. memor Cardinalem Marcum Antonium, nec Odeſcalcum immiſſum ex Saluiano; ſiuè igitur poſſeſſio adhuc eſſet penes Syluiam, quæ
poſſidebat ante immiſſionem Odeſcalchi, vt infra, ſiue
penès Odeſcalcum, ſeù bon. mem. Cardinalem Columnam prætenſum hæredem Cynthij: ſemper eſt verum,
1 fuiſſe proceſſum abſque citatione poſſeſſoris: & conſequenter Pheo, ac litis conſortibus non fuiſſe quæſitam
2 poſſeſſionem; & poſſunt Syluia, eiuſque filij dare de poſſeſſione Cardinalis, vel Odeſcalchi tanquam excluſiua poſſeſſionis aduerſariorum *Bart. in l. quod ait prætor, nu. 19. ff. vti poſſid. Aret. in §. retinenda nu. 5. in fine Inſtit. de interdict.* Rota *deciſ. 206. num. 8. part. 2 recent. & in Beneuentana ſpolij 10. Martij 1614. coram R. P. D. Verospio.* Ac vlterius filij Syluiæ dent non ſolùm de poſſeſſione Odeſcalchi, ſed de propria: cum ipſa perſeuerauerit in poſſeſſione, ſeù detentione, etiam poſt captam per
aſſertum procuratorem Cardinalis, (de cuius mandato
non conſtat) poſſeſſionem, vſque ad corporalem immiſſionem Odeſcalchi: & recuperauerit etiam anno 1610.
nomine ſuo, & filiorum naturalem à dicto Odeſcalco,
& deinde continuauerit, inhabitando domum, & locando lauatorium, & diſcoopertum, & percipiendo penſionem vſque ad tempus motæ contra eam, & filios,
præſentis litis ſuper aſſociatione. Ex quibus neceſſariò
ſequitur, dictos creditores non poſſediſſe de tempore
moti iudicij, vt requirit *vulg. §. retinenda*, imò poſſeſ-
3 ſionem, ſi quam acquiſiuiſſent, per decennium amiſiſ-
A ſe, A *ad l. peregrè ff. de acq. poſſ. Alciat. de præſ. reg. 2. præſ. 21. num. 12. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrin.*
4 *num. 33. de cauſ. poſſ. & propriet. & fuit dictum in Anconitana ſlorum coram Illuſtriſsimo Card. Sacrato 28. Aprilis, & 20. Iunij 1616. & in Albanen. confinium coram R. P. D. Pirouano ſub die 12. Iunij 1620.* Secundò
mouebantur Domini, quia probatur poſſeſſio Syluiæ, &
filiorum bonorum, de quibus agitur, tàm in vita, quàm
poſt mortẽ Cynthij, ex teſtibus nouiter examinatis deponentibus de inhabitatione domus cum familia: de qua
etiam conſtat ex inſtrumento poſſeſſionis captæ pro
Cardinali, & pro creditoribus anno 1600. necnon de
locatione lauatorij, quæ fuit etiam enunciata in inſtrumento locationis factæ nomine Odeſcalchi cum
perceptione penſionis: & vnus nempe Anna de facto propriæ conductionis, & ſolutionis deponit: quo ca-
5 ſu locatio probat poſſeſſionem etiam contra tertium, *l. qui vniuerſas, §. quid per colonum, vbi gloſ. & Doct. ff. de acquir. poſſeſſ. cum alleg. per Gabr. de locat. concluſ. 4. num. 2. & per Rot. deciſ. 555 num. 1. part. 1. in recent.*
vbi aliæ referuntur. Nec obſtat, quòd primus dicat,
Delicorum, & Syluiam poſſediſſe per annos 10. cum
tamen non venerit ad Vrbem, nec illos cognouerit, niſi ſub Pontificatu fel. rec. Sixti V. Quia, omiſſo, quòd ex
lectura examinis conſtare videtur, ipſam, quæ ſe dicit
annorum 70. æquiuocare potuiſſe in ſolo calculo temporis, deceptam, ac inuolutam ab interprete partis illam nimis ſubtiliter interrogante: ſicut nata ex hac diſcordia interpretum fuit interruptum, ac dimiſſum
examen; variationes, & contrarietates non attendun-
6 tur, niſi ſint in ſubſtantialibus, vt fuit dictum in *Romana legati de Vrſinis 1. Martij 1621. coram R. P. D. meo Vbaldo*; ſinè illius dicto remanet depoſitio duorum teſtium adminiculata ex enunciatiuis, de quibus ſupra.
Quæ confirmantur, quia cum domus, & lauatorium
detinerentur per Syluiam de tempore obitus Cynthij
patris, eſſentque de iuribus ſpolij Epiſcopi Alatrini,
quod ſibi pro tertia parte debebatur ab Alexandro fratre, qui propter parricidium morte damnatus fuit; præſumitur mutaſſe cauſam poſſeſſionis abſque aliqua de-
7 claratione, iuxta *deciſionem Achill. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* quam Rota ſequitur, *vt in deciſ. 324. num. 2. part. 1. diuerſ. & deciſ. 741. num. 8. part. 2 in recent.* & præſu-
8 mitur acquiſita vigore tituli præambuli, vulgata *l. 2. C. de acq. poſſ. vbi gloſ. Rot. deciſ. 560. num. 1. part. 2. recent.*
B *late Surd. conſ. 221. num. 46. & ſeqq. lib. 2.* B, antequam nomine Cardinalis prætenſi hæredis caperetur;
& ſic ceſſat prima reſponſio primæ deciſionis: prout
etiam ſecunda, quòd tertia pars non eſſet ipſi directè
relicta, ſed frater eſſet grauatus onere illam eidem præſentandi, contra quem experiri debebat; quia id procedit, vbi agere deberet, ſed non taliter, quin, dum
detinebat, potuerit, & præſumatur ex iſto titulo ſibi
mutaſſe cauſam poſſeſſionis. Non obſtat recognitio
facta per maritum Syluiæ de anno 1590. ad fauorem
Cardinalis de Columna hæredis Cynthij; nã vltra quòd
poſſeſſio Syluiæ erat anterior, videlicet del 1593. quæ
fuit capta pro dicto D. Cardinali del 1600. vti ipſa non
citata: dictus eius maritus non potuit illi præiudicare:
quia ipſa non habebat cauſam à marito, ſed fuit legataria Epiſcopi Alatrini, vt ſupra dictum eſt; & ſic nihil
etiam facit, quòd eius maritus haberet in curam, &
cuſtodiam nomine dicti Cardinalis dictam domum, &
lauatorium. Minùs obſtat, quòd ipſa priuata fuerit
poſſeſſione per immiſſionem Odeſcalchi, à cuius procuratore iſta bona conduxit, vt fuit in ſecunda deciſione deductum; quia cum plures poſſint diuerſis reſpecti-
9 bus poſſidere *Bar. in l. duo num. 4. ff. vti poſſid. Caſtr. conſ.*

Digitized by Google

conſ. 234. *num.* 1. *verſ. & primò vol.* 2. cum deductis in prima deciſione; & poſſeſſio Odeſcalchi fuerit iure
10 creditoris Cinthij *Bart. in l. Celſus num.* 15. *ff. de vſucap. Natt. conſ.* 435. *num.* 5. *Ceph. conſ.* 63. *num.* 21. *latè Surd. conſ.* 481. *num.* 14. & temporalis, donec ſibi eſſet ſatisfactum; ciuilis remanſit penes Syluiam, quæ conduxit ratione naturalis, quam ad tempus capiebat Odeſcalcus pro ſuo credito; propterea, illo ſatisfacto, recuperauit etiam naturalem; neque enim agen-
11 do pro reintegratione, dicitur ſe habuiſſe pro ſpoliata, ſed reintegratio intelligitur petita ratione vniuerſalis poſſeſſionis *Bald. in l.* 1. *num.* 12. *C. vti poſſid. Caſtr. d. conſ.* 234. *num.* 1. *verſ. ſed debent dicta verba Put. deciſ.* 409. *lib.* 2. *in nou. & fuit dictum in Romana domorum* 24. *Februarij* 1612. *coram R. P. D. Vbaldo*. Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A De quo dixi ſupra *ad deciſ.* 604. *ſub lit. A.*
B *Cardinal. Mantic. deciſ.* 3. *ſub num* 6. *Rot. deciſ.* 634. *nu.*
12 6. *part.* 1. *recent. in Sabinen Caſtri Mompei* 28. *Nouembris* 1622 *coram bon mem. Vbaldo ſeniori. in Imolen. fideicommiſſi* 14. *Iunij* 1627. *coram R P. D. Vbaldo iuniori, & in alijs, Natt conſil.* 443. *num.* 4. *& ſeq.* vbi quòd
13 ſi quis emat fundum procuratorio nomine alterius, & fundus poſtea illi ſimpliciter tradatur, cenſetur ei acquiſita poſſeſſio procuratorio nomine, & ſic domino acquiſi-
14 ta. Verùm ſtantibus duobus titulis, vno valido, & altero inualido, poſſeſſio tribuitur potiùs titulo valido, quàm inualido, *Aym. conſil.* 322. *num.* 3. *verſ rurſus non obſtat, Rota in Maioricen ſacriſtia* 5. *Nouembris* 1603. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio ſeniori*, in qua fuit dictum, quòd ſi quis habeat collationem Ordinarij nullam, & Papæ validam, præſumitur poſſidere ex collatione Papæ.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Leodien. ſeu Namurcen. Abbatiſſatus.

Lunæ 18. Aprilis 1622.

Argumentum præbet ſummarium:

SVMMARIVM.

1 *Abbati, & Abbatiſſæ, lite pendente ſuper accuſatione, alimenta debentur, etiam ſi ſint ab adminiſtratione remoti.*

DECISIO DCXV.

MARGARITA petebat manutétionē in q. poſſeſſione Abbatiſſatus Monaſterij d' Argenton Ordinis Ciſtercienſis contra Catherinam nouiter in Abbatiſſam electam, & interim alimenta. Domini, reſeruato articulo manutentionis, dixerunt, alimenta deberi, prout debentur Abbati accuſato, lite pendente
1 ſuper accuſatione, *cap. ex parte, vbi gloſ. verbo alia ratione in fin. de accuſat.* etiam ſi ſit ab adminiſtratione remotus, vt ibi *Io. Andr. in addit. Butr. num.* 9. *Abb. & Soccin. num.* 5. *cum relatis per Surd. de alim tit.* 1. *quaeſt.* 227. *num.* 1. *& ſeq. Aegid. deciſ.* 88. *in princ.* & in ſuis terminis *Put. deciſ.* 164. *nu.* 1. *lib.* 1. *in correct. & fuit dictum in Senen. Monaſterij* 5. *Martij* 1608. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Sacrato*.
Et ita deciſum ſola Margherita informante.

Spoletana hæreditatis, ſeù confidentiæ.

Veneris 22. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum eſſe confidentiale, & fiduciarium an, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris directa per ſeptem teſtes, obliqua verò per quinque probari debet.*
2 *Subſtitutio tacita pupillaris non comprehenſa in expreſſa vulgari, probanda eſt per ſeptem teſtes: ſed contenta in vulgari iuxta aliam opinionem per duos teſtes.*
3 *Subſtitutio extra teſtamentum facta eſt probanda ad minus per quinque teſtes.*
4 *Fiduciaria ſubſtitutio probanda eſt per legitimum numerum teſtium.*
5 *Teſtamentum inter liberos duos teſtes requirit conteſtes, prout teſtamentum ad pias cauſas, quod regulatur ſecundum teſtamentum inter liberos.*
6 *Teſtes in omni materia, in qua duo ſufficiunt, debent eſſe conteſtes.*
7 *Promiſſio per heredem, de reſtituendo alijs hæreditatem, facta per viam contractus probari debet per duos teſtes conteſtes.*
8 *Teſtis varius non probat.*
9 *Verba futuri temporis enunciatiui, & incidenter prolata inducunt diſpoſitionem.*
10 *Teſtamentum recipit perfectionem ab vltimo puncto, aut ſyllaba concluſiua.*
11 *Rancoris inditium eſt, ſi ſoliti alioqui, & ſanguine coniuncti mutuò alloquuti non fuerint per biennium vel circa.*
12 *Maleuolentiæ, & odij cauſa ſufficit ad repellend. teſtem, vel tollen. fidem.*
13 *Confidentia probatur per duos teſtes etiam ſingulares, dummodo aliàs non patiantur exceptiones in perſonis, vel in dictis num.* 14.
15 *Teſtamentum quando ſit confidentiale, deducitur ex eius verbis, & cauſa.*
16 *Teſtes ſingulares ſufficiunt, quando non agitur de probanda ſubſtantia diſpoſitionis, ſed ad illam declarandam.*
17 *Iudicis arbitrio committitur præſtare, vel non præſtare fidem teſtibus ſingularibus.*
18 *Intentio quæ non perſeuerauit vſque ad diſpoſitionem, non attenditur.*
19 *Teſtamentum non recipit interpretationem ex dictis ante, vel poſt teſtamentum, quando verba teſtamenti non ſunt dubia, ſed clara.*
20 *Obſeruantia declarat, quid actum fuerit, & confidentiam excludit.*
21 *Hæres fiduciarius eſt nudus miniſter, & nullum ius habet.*
22 *Subſtitutio reciproca, & fideicommiſſaria inter liberos non eſt illis fauorabilis, ſed odioſa, quia liberam rerum adminiſtrationem impedit.*
23 *Confidentiale teſtamentum vt probetur, quæ requirantur.*
24 *Ceſſante cauſa, ceſſat diſpoſitio.*
25 *Cautela, vt bona perueniant ad bannitos, poſtquam reuerſi ſunt ad gratiam, & interim Fiſcus non capiat.*

DECISIO DCXVI.

ASSEREBAT Decius, Ludouicum eius patrem vltimum, ſub quo deceſſit, teſtamentum 19. Aprilis 1592. in quo hæredem inſtituit Didonem vxorem ſuam, dicti Decij, & fratrum communem matrem, fuiſſe fiduciarium: cum filij eſſent tunc criminaliter imputati de conuerſatione bannitorum, contumaces, & fortè banniti: ne bona deuenirent ad Fiſcum, & vt mater conſeruaret, & reſtitueret illis capacibus hæreditatem: cum hoc, quòd ad inuicem eſſent per fideicommiſſum ſubſtituti, videlicet ſuperſtites prædecedentibus ſinè filijs legitimis, & naturalibus, prout ita dictus Ludouicus inſtituerat, & ſubſtituerat dictos filios in alio teſtamento per eum condito anno 1591 præcedenti; prætendebatque Decius, per mortem Franciſci fratris natu maioris ſinè dictis filijs legitimis, & naturalibus fieri debere locum fideicommiſſo ad ſui, vel filiorum fauorem, ſi ſuperuiuerent in parte hæreditatis paternæ dicto Franciſco obuenta. Dubitaui, an dictum vltimum teſtamentum Ludouici eſſet confidentiale. Et DD. in hac tertia propoſitione reſponderunt, non conſtare de confidentia: moti, primò quia intentio Franciſci rei conuenti eſt fundata ſuper dicto teſtamēto Ludouici ſolemni, & effectum ſortito per aditionem hæreditatis Didonis hæredis ſcriptæ, & apprehenſionem, & continuationem poſſeſſionis per multos annos, & reſpectu proprietatis vſque ad obitum, & pro tali ſe geſſit, & à filijs, & præſertim Decio reputata fuit, vt infra; vndè cùm agatur de auferenda ab ea, ſeu hæredibus hæreditate dicti Ludouici, & conferen. filijs, tanquam in dicto teſtamento contemplatis, hæc voluntas eſt probanda per legitimum teſtium numerum, videlicet ſi prætendatur directa per ſeptem, & ſi obliqua per quinque, prout requi-
1 ritur in teſtamento, & codicillis reſpectiuè, *gloſ. in l. heredes palam, §. ſi quid poſt, ff. de teſtam. verbo poſſe, vbi Bart. num. 3. & 4. Caſtr. num. 2.* qui in ſpecie exemplificat, quando agitur de proban. teſtatorem alium voluiſſe inſtituere, quàm ſcriptum, & ibi etiam *Goffred. num. 2. & 3.* & eſt communis diſtinctio *gloſ. in l. cum proponebatur, verbo quæreretur de leg. 2. vbi Bart. num. 4. & 5. Imol. num. 3. Goffred num. 6. & 7. & alij, & not. l. quærebatur, ff. de hæred. inſt. & in l. errore, C. de teſtam. Bal. conſ. 15. per tot. lib. 3.* & dictam gloſ. ſequitur, & communem dicit *Dec. conſ. 105. num. 3. Surd. conſ. 147. num. 11. in fin.* & eſſe communem omnium concluſionem, dicit *Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 16. num. 29. & ſequen. latè Surd. conſ 129. num. 29. & conſ 356. num. 9. & latiſſimè Magdalen. de num. teſt. in teſtam. requiſ. cap. 30. num. 1. & per tot. Hond. conſ. 51. num. 72. & ſeq lib. 2.* Et quòd ſubſtitutio tacita pupillaris comprehenſa in expreſſa vulgari ſit proban. per
2 ſeptem teſtes, retenta opinione, quòd non ſit compre-
A henſa in expreſſa vulgari, A, *Bart. in l. 2. num. 39. ff. de vulg. & pupill. Dec. conſ. 315. num. 4. verſ quarta, & vltima, Surd. d. conſ. 129. num. 18. & conſ. 147. num. 15. & ſeqq. Hond d. conſ. 51. num. 71. & 73.* licèt ſufficiant duo teſtes, retenta opinione, quòd expreſſa vulgaris contineat tacitam pupillarem, *Bart. d. l. 2. num. 30. & ibi Claud. num. 25. Mantic. de coniect. d. tit. 16.*
3 *num. 5. & alij ſupra allegati.* Et quòd ſubſtitutio extra teſtamentum facta ſit proban. ad minus per quinque teſtes, *Caſtr. conſ. 304. in fin. vol. 2. quem Surd. d. conſ. 147. num. 12.* & in terminis noſtris, quòd ſubſtitutio
4 fiduciaria ſit proban. per legitimum numerum teſtium, videtur eſſe *tex. & ibi gloſ. & Doct. in l. fin. C. de fideic. & in §. fin. Inſtit. eod. tit. & ibi not. Doct. & præſertim Io. Fabr. num. 4. & expreſsè Rota in illa Auenionen. coram Cardinali Seraphino, quæ eſt 1302. num. 4. & 5.* vbi reſpondendo motiuo defectus numeri quinque teſtium, dicit, quòd in illo caſu interuenerant quinque, quorum quatuor erant examinati, quintus verò non potuit examinari, quia mortuus: nec videtur diſſentire *in illa Romana de Alexijs quæ eſt 765. par. 2. rec. vt ibi num. 7.* Talis autem probatio non affertur per Decium reſpectu numeri, ſiue agatur de inſtitutione directa, ſiue obliqua, & ſiue dicatur teſtamentum conditum inter liberos, ſiue ad eorum fauorem, ſiue inter extraneos: quia ex ſex teſtibus pro eo examinatis ad proban. prætenſam confidentiam, nullus eſt inſtrumentarius, & ex deſcriptis in teſtamento, & nullus ex illis interuenit illius ſtipulationi, & celebrationi, vt omnes expreſsè deponunt, & eſt in confeſſo apud partes, &c. Et nihilominùs admiſſo citrà veri præiudicium, quòd poſſet dici teſtamentum inter liberos, vel eorum fauore, & minor nu-
5 merus teſtium ſufficeret, tamen duo ſaltem ſunt neceſſarij, *iuxta gloſ. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam.* quam communiter ſequuntur Doct. & in terminis noſtris *Card. Seraph. deciſ. 1302. num. 6.* qui debent eſſe conteſtes, prout in teſtamento ad pias cauſas, *Bal. conſ. 221. num. 2. lib. 3. Dec. conſ. 159. num. 10. vol. 1. Pariſ. conſ. 24. num. 24. vol. 3. Gabr. de teſtib. concluſ. 2. num. 12.* quod regulator ſecundùm teſtamētum inter liberos: & in ſpecie in teſtamento inter liberos *Corn. conſ. 181. num. 13. vol. 3. Natt. d. §. ex imperfecto num. 52. in fin. & ſentit Card. Seraph. d. deciſ. 1302. ante num. primum, & num. 5.* vbi conſiderat, quòd illi teſtes, licèt non ſe dicerent conteſtes, tamen
6 præſumebantur; & regulare eſt in omni materia, in qua duo ſufficiunt, debere eſſe conteſtes, *cap. bonæ memoriæ il primo de elect. cap. licèt ex quadam,* vbi poſt alios *Felin. num. 2. de teſtib. Rota deciſ. 744. num. 6. par. 2. recentior.* Et ideo nec probata dici poteſt accommodatio fidei facta per Didonem dicto Ludouico eius viro de reſtituen. hæreditate filijs per viam contractus in
7 condendo teſtamentum celebrati, qui indiget duobus teſtibus, vt in *l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. not. Bart. ante num. 1. verſ. contra hoc, Imol. col 2. verſ. adde dictis, Alex. num. 9. in fin. Croc. qui dicit communem num. 19. & magis communem Rip num. 32. & 35. Iaſ. in l. 2. num. 11. C. de bon poſſ. ſec. tab. & ibi Curt. iun. num. 9. in fin. Clar. §. teſtamentum quæſt. 95. verſ. in hoc tamen, latè Surd. deciſ. 149. num. 12. &c.* In propoſito autem teſtes Decij non ſolùm non ſunt numero ſufficientes, & ſingulares in eorum depoſitionibus, vt ex lectura, ſed patiuntur exceptiones: & præſertim duo deponentes de declaratione Ludouici prætenſæ confidentiæ, videlicet primus *in primo & ſecundo ſummario Decij num. 6.* iux. 35. non firmat, an de tempore, de quo dicit ſe inuiſiſſe Ludouicum ob infirmitatem excarceratum, an idem Ludouicus dixerit de teſtamento facto, vel faciendo: aliquando enim videtur deponere, Ludouicum dixiſſe de teſtamento confidentiali facto, & quòd ita declarauerat coram Notario, & vxore in actu ſtipulationis dicti teſtamenti. Et nihilominus ſuper tertio *in ſummario Franciſci num. 19.* præſupponit, Ludouicum non condidiſſe teſtamentum, dum refert, eum dixiſſe, *che vorrebbe laſciare herede la Signora Didona ſua moglie, con*
8 *patto expreſſo, che faceſſe il fideicomiſſo, &c.* & ſic teſtis videtur varius, & non probat *l. 2. ff. teſtib.* & non erat certus de voluntate Ludouici, & loquitur de eius ver-
9 bis futuri temporis, enunciatiuis, & incidenter prolatis, quæ non inducunt diſpoſitionem *l. ex his, C. de teſt. mil. l. ex hac ſcriptura, vbi Doct. ff. de donat. & not. in cap.*

Aud

Digitized by Google

ſtud de præſ. Alius verò, & ſecundus teſtis, qui eſt in
ordine quintus *in ſummario Decij dicto num.* 6. licèt de-
ponat de explicita voluntate Ludouici paulò ante ſti-
pulationem teſtamenti, & de fide per Didonem accom-
modata de reſtituen. hæreditatem filijs, vltra quod non
percutit horam, & actum ſtipulationis teſtamenti, &
10 eum pœnitere potuit; cum teſtamentum accipiat per-
fectionem ab vltimo puncto, aut ſyllaba concluſiua,
Bald. in l. ſi is qui teſtamentum 25. *in princ. ff. de teſtam.*
Surd. conſ. 258. *num.* 1. *& deciſ.* 292. *num.* 15. *in fin &*
num. 16. eſt ſuſpectus de odio, & maleuolentia erga
Franciſcum, contra quem oſtendit ſe malè affectum, *vt*
in ſummario Franciſci num. 20. vbi explicat cauſam, &
quòd propterea per biennium, vel circa ante examen
ceſſauit inter eum, & Franciſcum alloquutio mutua,
11 quæ ſignum rancoris indicat, præſertim cum ſint ſan-
guine coniuncti, & ſoliti inuicem alloqui, & con-
uerſare *gloſſ. in cap. cum Adrianus, verbo ad ſalutandum,*
63. *diſt. & not. in cap. cum ſuper, de officio deleg. Abb in*
cap. olim, num. 6. *verſ. ex hoc enim, de iniur. Menoch. de*
præſumpt. præſ. 43. *num.* 10. *lib.* 5. *Rot. deciſ.* 643. *num.*
1. *part.* 1. *recent.* & ſola cauſa maleuolentiæ, & odij
12 ſufficit ad repellen. teſtem, vel tollen. fidem, §. *ſi ve-*
rò, Auth. de teſtib. Speculat. de teſtib. §. 1. *apponitur*
num. 82. *verſ. item quod amore, vel odio, Alex. conſ.* 99.
vol. 1. *Natt. conſ.* 412. *num.* 24. *Bertaz. in crimin. conſ.*
170. *num.* 17. *lib.* 1. *& conſ.* 251. *num.* 16. *lib.* 2. *latè*
Farinac. de teſt. quæſt. 53. *num.* 30. Alij autem teſtes
nihil deponunt de voluntate Ludouici illis declarata,
ſed de confeſſionibus Didonis, & filiorum, & alijs ve
infra. Non obſtat, quòd dicti duo teſtes, etiam ſingu-
13 lares ad probandum hanc confidentiam admittantur,
Caſtr. conſ. 395. *num.* 1. *verſ. primo quia, & verſ. cum*
ad hanc, Seraph. d. deciſ. 1302. *num.* 1. *Rot. in d. deciſ.*
765. *num.* 7. *&* 8. *vbi alij.* Nam admiſſa pro nunc di-
cta opinione, illa procedere poteſt, niſi teſtes alias pa-
14 tiantur exceptiones, vel in perſonis, vel in dictis, vt
in propoſito reſpondet *Honded. d. conſil.* 51. *num.* 83.
quæ exceptiones non adducebantur in caſibus *Caſtr.*
Mandel. Aym. nec in dictis deciſionibus Seraphin. & in di-
cta deciſ. 765. vltra quòd numerus videbatur ſupplere
defectum, cum in dicto caſu *Caſtr.* eſſent teſtes num.
decem, & in caſu deciſionis Rotæ nihil opponeba-
tur: & ibi etiam agebatur non de ſubſtantia teſtamen-
ti, quæ erat probata ex eius lectura, ſed de declaran-
dis verbis ambiguis ſignificantibus confidentiam, vi-
delicet, *del quale mi confido, e io che eſſeguira, ſecondo lui*
sola mente mia, vt ponderatur *in dicta deciſ. num.* 3.
15 cauſa enim, & verba teſtamenti ſunt, quæ præcipuè
indicant illud confidentiale, *Bald. in l.* 3. §. *cum polli-*
dius, ff. de vſu. Honded. dicto conſ. 51 *num.* 88. *Bertaz.*
conſ. ciuil. 8. *num* 4 *Peregr. de fideic. art.* 3. *num* 19. *&*
dicitur in d. deciſ. 765. *num.* 3. & tunc intrat concluſio,
16 quòd quando non agitur de proban. ſubſtantia diſpoſi-
tionis, ſed declaranda, ſufficiunt teſtes etiam ſingulares
B *iux. dictum conſ. Caſtren.* B, cum allegat. & aliàs Iu-
dex poteſt non adhibere fidem teſtibus ſingularibus,
cuius arbitrio committitur præſtan. vel non præſtan.
fidem *Marſil. ſingul.* 114. *num.* 3. *circa med. Soccin. conſ.*
11. *num.* 6. *vol.* 3. *Gabr. de teſtib. concluſ.* 2. *num.* 60.
Farinac. de teſtibus quæſt. 65. *num.* 11. Secundò, princi-
paliter moti ſunt DD. quia nec ex dd. teſtibus, nec ex
alijs reſultat ſufficiens probatio certæ, determinatæ, ac
diſpoſitiuæ voluntatis Ludouici, quòd voluerit, dictam
Didonem vxorem eſſe hæredem confidentialem: nec
enim ſufficit, quòd aliquando hanc mentem, & inten-
tionem habuerit, & ideo non eſt attenden. vt in termi-
17 nis noſtris eſt *text. in l. quidam cum filium, & ibi Bald.*
Angel. Imol. Caſtr. & alij ff. de hæred. inſtit. Caſtr. conſ.
160. *num.* 2. *verſ. ſed nec iſta pars lib.* 2. Nec recipit in-
terpretationem ex dictis ante, vel poſt teſtamentum,
18 quando verba teſtamenti non ſunt dubia, ſed clara,
Rot. in Romana ſcriptoriæ 5. *Iunij* 1609. *coram Reuerен-*
diſſimo Lugdunen. quæ eſt 150. *num.* 18. *poſt tract. Pacif.*
de Saluian. vbi etiam, quòd voluntas poſterior eſt po-
tior; maximè cum iſta confidentia requireret ſpecia-
lem prouiſionem, de qua nullum verbum in dicto te-
19 ſtamento. Tertiò, moti ſunt ex probatis pro Franciſco,
videlicet ex confeſſionibus Didonis, & filiorum, quæ
reſultant ex factis poſt obitum Ludouici, & conſequen-
20 ter ex obſeruantia inter eos ſubſequuta, quæ declarat,
quid actum fuerit, & confidentiam excludit *cap. cum*
dilectus, vbi Doct. de conſuet. Gabr. conſil. 66. *num.* 24.
lib. 2. *Rot. deciſ.* 571. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ. Seraph. de-*
ciſ. 600. *num.* 3. *latiſſimè Becc. conſ.* 101. *num.* 49. *Rot.*
in nullius, ſeu Squillacen. iuriſdictionis 4. *Martij* 1616.
coram bon. mem. Andrea, & latè per interpretationem
voluntatis teſtatoris, *Honded. conſ.* 60. *num.* 10. *&* 11.
vol. 2. & præſertim ex aſſignatione per d. Didonem fa-
cta 1593. de duobus molendinis ad fauorem dicti Frã-
ciſci, necnon ex alia aſſignatione, & diuiſione vſufru-
ctus eidem Decio, & duobus alijs fratribus de anno
1599. in quibus inſtrumentis profeſſa fuit verbis ex-
preſſis, ſe fuiſſe dominam dd. bonorum, *vt in ſumma-*
rio Franciſci num. 4. *&* 6. & ex alio inſtrumento con-
ſenſus per eam præſtiti Decio de venden. certis bonis
ſibi aſſignatis, dummodo alia per ipſum, & vxorem ſub-
rogarentur loco vendendorum, ſuper quibus expreſ-
sè ſibi reſeruauit priora iura, quæ habebat in dictis
venditis priùs aſſignatis, *vt in dicto ſummario num.* 7.
Quæ incompatibilia ſunt cum hærede fiduciario, qui
21 eſt nudus miniſter, & nullum ius habet *iux. not. in l.*
ſeius Saturninus, ff. de vſur. Peregr. de fideic. d. art. 3.
num. 19. *Rot. d. deciſ.* 765. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* imò ex
poſſeſſione per eam continuata poſt mortem viri, & per-
ceptione fructuum vſque ad dictas aſſignationes, & poſt
illas ex proprietate retenta; quia ſi aliàs ipſa fuiſſet hæ-
res fiduciaria, non feciſſet fructus ſuos, etiam bona fide
perceptos, ſed illos reſtituere tenebatur ex proximè al-
legatis, &c. Nec veriſimiliter tanto tempore diſtuliſſet
executionem voluntatis mariti, cum eſſet matrona ti-
moratæ conſcientiæ, omni exceptione maior, vt de-
ponunt ex dictis teſtibus Decij primus, & ſecundus iux.
40. & 50. & quintus iux. 39. & 68. &c. Et tandem mi-
nùs veriſimile eſt, quòd in vltimo per eam condito te-
ſtamento del 1605. *de quo in ſummario Franciſci num.* 1.
non oppoſuiſſet reciprocam ſubſtitutionem inter filios
iuxta primum teſtamentum Ludouici, & fidem per eam,
vt dicit illa, accommodatam. In quo etiam (vt aduer-
tebat vnus ex DD.) deficiunt teſtes, & probationes
Decij, videlicet, quòd Ludouicus voluerit non ſolùm
facere fiduciariam inſtitutionem ad ſaluandam hæredi-
tatem à Fiſco, ſed etiam quòd inter filios fieret recipro-
22 ca, & fideicommiſſaria ſubſtitutio, quod non erat fi-
lijs fauorabile, ſed odioſum, cum liberam rerum ad-
miniſtrationem impediret, *l. non vſque adeo, ff. ſi quis*
à patr. fuer. man. cum relat. per Marzar. in epitom. fideic.
quæſt. 1. *& per Peregr de fid. art.* 1. *num.* 23. Ex iſtis
autem confeſſionibus Didonis, & filiorum nedum ver-
bis, ſed factis multiplicatis, & in publicis, & iteratis
inſtrumentis, & obſeruantia ſubſecuta viſum fuit DD.
confundi coniecturas adductas pro Decio, & non ap-
23 plicari illa quatuor requiſita ad proban. teſtamentum
confidentiale, videlicet, quòd Decius, & alij eſſent fi-
lij teſtatoris, quòd ſit inſtituta perſona confidens, quòd
agatur de tota hæreditate, & adſit cauſa confidentiæ

de quibus per *Caſtr. in d. l. ſeius Saturninus num.* 1. *ff. ad Trebell. & per Peregr. de fideic. art.* 3. *num.* 19. Nam iſta non ſufficiunt, niſi probetur diſpoſitiua voluntas per ſufficientem numerum teſtium, & ex alijs, vt ſupra, & quando alia non repugnant, & præſertim confeſſiones, & obſeruantia. Minùs obſtat potiſſimum fundamentum cauſæ, qua motus fuit Ludouicus ad facien. teſtamentum confidentiale, quia filij erant imputati à Curia criminali de conuerſatione bannitorum: & ideo Ludouicus volebat proſpicere, ne bona deuenirent ad Fiſcum, vt deponunt teſtes Decij *num.* 2. *&* 6. Nam quicquid ſit de probatione iſtius cauſæ per teſtes, quæ debuiſſet potiùs probari per proceſſus criminales tunc formatos: cauſa non conueniebat Decio, & Pandulpho tunc minoribus, & fortè impuberibus, de quibus teſtes nihil deponunt, quòd eſſent imputati, imò videntur eos excludere, *vt in ſummario Franciſci num.* 6. & datur pro Franciſco fides, & atteſtatio Cancellarij criminalis Spoleti negatiua, quòd dd. duo non erant imputati *d. ſumm. Franciſci num.* 9. Vndè cum cauſa reſpe-
24 ctu dictorum duorum ceſſet, conſequenter ceſſat diſpoſitio *ad not in l. ſi ex falſis, vbi præſertim Caſtr. num* 3. *& ſeq. C. de tranſ. in cap. conſtitutus, de reſcript. & in cap. cum inter, de re iud.* vltra quòd poterat vti cautela,
25 vt hæreditas reſtitueretur ipſis liberatis, & reſtitutis in gratiam Principis: de qua per *Durand. de arte teſtan. tit. de his qui non hab. teſt. fact. caut.* 10. *in fin. Farinac. de var. & diuerſ. quæſt.* 102. *num.* 108.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A De hac materia, an ſubſtitutio vulgaris expreſſa contineat tacitam pupillarem latè tractat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 28. *per tot.*

B *Aym. conſil* 73. *num.* 33. *Simon de Pret de interpret vltim volunt. ſolut* 5 *num* 34 *ad fin Surd conſil.* 94 *num.* 47. *Cardinal. Mantic de coniect lib* 12 *tit* 18. *num.* 18. *Farinac. de teſtib. quæſt.* 64 *num* 291. *Rot deciſ.* 765 *num.* 7. *&* 8. *part* 2. *recent. & in Romana Caſalis* 28 *Nouembris* 1622. *coram R. P. D. Nauarro.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Taurinen. reductionis penſionis.

Mercurij 27. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Reductio penſionis facta ſub pacto reſolutiuo in caſu non ſolutionis, non reſoluitur ex ceſſatione ſolutionis, ſinè ſcientia certa, & clara d. pacti; & ſtante receptione, & quietatione pro penſionibus decurſis facta per legitimum procuratorem; & an ad hunc effectum noceat ceſſatio prædeceſſoris.

SVMMARIVM.

1 *Scientia certa, & clara requiritur ad incurrendam pœnam.*
2 *Succeſſori non nocet mora & culpa prædeceſſoris.*
3 *Pactum reſolutiuum non habet locum abſque mora.*
4 *Caducitas iam incurſa remiſſa cenſetur per ſubſequentes ſolutiones, & receptiones, & latè ſub num.* 8. *vbi dantur ampliationes, & limitationes.*
5 *Succeſſor non tenetur ſoluere penſionem pro terminis decurſis viuente prædeceſſore, niſi adhibitis diligentijs contra illius hæredes.*
6 *Diligentiæ contra anteceſſorem, ad hoc vt ſucceſſor teneatur ad penſiones decurſas, debent eſſe iudiciales, & continuatæ.*
7 *Caducitas non poteſt declarari poſt obitum incurrentis. Limita vt num.* 9.

DECISIO DCXVII.

VNICVM fundamentum vltimæ reſolutionis *factæ ad fauorem D. Archiepiſcopi ſub die* 14 *Maij anni præteriti* viſum fuit DD. ſublatum ex nouiter deductis in facto, & propterea ab ea vnanimi voto receſſerunt. Nam licèt pactum reſolutiuum, ſeu condito, aut modus, ſub quibus fuit facta vtraque reductio annuæ penſionis de ducatis 200. auri in auro ad centum, verbis claris concepta fuerit, quatenus penſionarius non deficeret in ſolutione biennali penſionis: & ideo, ea deficiente, reductio non videatur facta, & ſic deficiat conſenſus titularis ex capite non implementi; tamen dicebatur, prædicta non poſſe applicari. Primò quia Thomas modernus Prior non erat titularis de tempore dictæ reductionis, & conuentionis: quia fuit prouiſus de anno 1616. 13. Iunij, & prima reductio fuit de anno 1605. ſecunda verò de anno 1615. & propterea habuit iuſtam
1 ignorantiæ cauſam d. pacti reſolutiui: & ſinè ſcientia, quæ debet eſſe certa, & clara, non potuit incurrere periculum, vt ſolueret totam penſionem, & caderet à dicta reductione, *ad gloſ. communiter approbatam in cap. concertationi verb ſciuerit de app. in* 6. *Put. deciſ.* 142. *num.* 2. *lib.* 2. *in correct. Seraph. deciſ.* 991. *num.* 1. *&* 2. *Rot. deciſ.* 593. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* & in ſimilibus terminis *Socin. iun. conſil.* 70. *num.* 4. *& ſeq. lib.* 1. *Anchar. conſil.* 174. *num.* 5. *Cardin. Seraphin. deciſ.* 794. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 261. *num.* 8. *part.* 1. *recent.* Nec
2 ex mora, & culpa prædeceſſoris potuit acceptari caducitas contra Thomam ſucceſſorem *Caſſad. deciſ.* 2. *num* 2. *& deciſ.* 3. *num.* 1. *de iur. Benintend. deciſ.* 37. *nu.* 17. *Corbul. de cauſ. priu. ob non ſol. can. ampl.* 45. *num.* 17. *& ſeq. de communi poſt alios Surd. conſ.* 425. *num.* 25. *lib.* 3. *Pariſ. de reſign. lib.* 6. *quæſt.* 5. *num.* 19. *&* 20. Secundò quia (ora ſuppoſita, & citra veri præiudicium, ſcientia) nec Hieronymus anteceſſor, nec ipſe fuerunt
3 in mora ſoluen. ſinè qua non erat locus dicto pacto, *ad not. in l.* 2. *C. de iur. emph. Rot. deciſ.* 377. *in fin. par.* 2. *rec. & deciſ.* 4. *num.* 3. *par.* 4 *diu.* Non Hieronymus, quia ſub die 14. Aprilis 1615. fuit inter procuratorem D. Archiepiſcopi (de cuius mandati ſufficientia non dubitatur) confectum publicum inſtrumentũ ſolidationis penſionum vſque tunc decurſarum, enunciando, quòd à multis annis dicta penſio non fuerat ſoluta: & calculan. debitum iux. dictam reductionem, dictus Hieronymus, & Franciſcus eius frater, tàm ratione dictæ penſionis, quàm fructuum vnius cenſus conſtituerunt ſe debitores D. Archiepiſcopi in ſcut. 1400. & dictus procurator reſiduum dictis fratribus remiſit, illoſque quietauit per pactum de vlteriùs nõ petendo, &c. & de nouo penſionem prædictã reduxit ad duplas 50. Hiſpa-
4 niarum, vt in inſtrumento hinc inde dato; per quam quietationẽ omnis caducitas, ſi aliqua adeſſet, cenſere-
A tur remiſſa, ſicuti per receptionem A. *Gig. de penſ. quæſt.* 73. *num.* 1. *&* 2. *Gambar. de pot. Legat. de lat. lib* 6. *num.* 473. *Surd conſ* 104 *num.* 8. *Pariſ. de reſign. lib.* 6. *quæſt.* 5. *num.* 50. *& fuit dictum in Roſſanen. regreſſus* 16. *Iunij* 1595.

Digitized by Google

1595. *coram bon. mem. Litta & in Salam. ntina beneficiorum 7. Aprilis 1617. coram R. P. D. meo Vbaldo*. Poſtea verò de menſe Iunij 1616. dictus Hieronymus reſignauit Prioratum Thomæ, & obijt in principio menſis Septembris dicti anni, & ſic non dum claſo ſecundo anno; & tamen poſt biennium dabatur etiam aliud biennium iux. formam conuentionis initæ de dicto anno 1605. *in ſummario D. Archiepiſcopi num.* 2. Nec etiam ex noo implemento ipſius Thomæ, cum ipſe adeptus fuerit poſſeſſionem Prioratus 26. Aprilis 1617. & ideo
5 pro penſionibus decurſis non tenebatur, niſi adhibitis diligentijs contra hæredes Hieronymi *Seraph. dec. 1351. nu. 2. et fuit dictũ in Cæſaraugustana penſionis 13. Aprilis 1592. coram bon. mem. Cardinali Pamph. in Tolet. na penſionis 13. Iunij 1608. coram bon. mem. Penia*, & in
6 alijs; quę debent eſſe iudicales, & continuatę, *vt in Larinen. penſionis 7. Februarij 1620. & 15. Decembris præteritis coram R. P. D. meo Vbaldo*, in quibus plures aliæ ſunt relatæ; quas tamen per D. Archiepiſcopum adhibitas fuiſſe nõ conſtat. Nec poterat declarari caducitas
B post illius mortem B, ſi noca fuiſſet commiſſa ex ſupradictis. Pro tempore enim dicti Thomæ conſtat de ſolutionibus, & quietantijs infraſcriptis. Prima videlicet de annis 1617. & 1618. parte citata recognita per teſtes, qui interfuerunt ſolutioni, cuius vigore D. Nuntius interpoſuit decretum abſolutorium ad fauorem dicti Thomæ, *vt in ſummario prateritæ poſitionis num.* 1. ſecunda die 4. Auguſti 1620. duplarum 75. pro anno, 1619. & ſemeſtre decurſo 24. Iunij anni 1620. eodem modo recognita *dicto ſummario num.* 2. tertia verò eſt oblatio aliarum duplarum 75. facta ſub die 8. Aprilis præteriti, & depoſitum coram dicto D. Nuntio, qui illud admiſit in forma pro terminis vſque ad diem oblationis, & depoſiti decurſis, *vt in dicto ſummario num.* 3.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Caducitas incurſa cenſetur ipſo facto remiſſa per recep-
8 ptionem canonis, *l. poſt diem, ff. de leg. commiſſ. l. commiſſoria. C. de pact. inter empt. & vendit. gloſſ. in cap. potuit. in verb. expelli, de locat. Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua, verſ. 23. num. 34. Roland. conſil. 87. num. 31. lib. 1. Menoch. de recuperand. remed. 9. num.* 152. vbi quòd hæc concluſio ſit receptiſsima, *Afflict. deciſ. 129. num. 10. cum alijs per Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 138. num. 5.*

Ampliatur primò hæc concluſio, vt procedat, ſiue dominus recipiat canonem temporis, quod lapſum eſt poſt incurſam caducitatem: ſiue etiam temporis præteriti ante commiſſam caducitatem, ſi non incepit ab expulſione, vt reprobatis Bartolo, & alijs contrarium ſentientibus, tenuerunt *Gig. de penſion. quaeſt. 73. num. 3. Clar. in §. emphyteuſis. quaeſt. 10. poſt princip. cum alijs per Corbul. de emphyt. tit. de priuat. ob non ſolut. canon. limit. 21. Surd. deciſ. 317. num. 14. Gratian. diſcept. forenſ. 633. num. 38. 39. & 40.*

Secundò ampliatur, vt procedat, etiam quòd dominus in actu receptionis proteſtetur, ſe canones recipere, ſinè præiudicio deuolutionis, ſeu ſaluo iure caducitatis; quia huiuſmodi proteſtatio tanquam contraria facto non ſuffragatur; non enim repetitur per dominum aliquid, quod poſſit præſeruari; ex quo exactio penſionis, & caducitas ſunt contraria, itaut ſimul ſtare minimè poſſint; vnde cum caducitas per voluntatem Domini canonem recipiẽtis ceſſauerit, nullum ius ipſi proteſtanti poteſt reſeruari; eſt enim inconueniens, quòd quis eodem tempore habeatur pro emphyteuta, & pro non emphyteuta, ac ideo, quicquid proteſtatio dicat, factum præualet verbis. Ita contra *Bartol. tenent, Ruin. poſt alios atteſtans de communi conſil. 110. num. 4. & conſil. 151. num. 12. lib. 1. Guid. pap. deciſ. 171. & 172. & latè ibi Adden. Gig. d. quaeſt. 73. in fin. & alij. quos ſecuta eſt Rota coram Cardin. Mantic. deciſ. 200. num. 2. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. c. 19. 138. num. 6. & ſeq. Surd. conſil. 85. num. 14. & fuit dictum in Romana præſtationis cedulæ 1. Decembris 1628. coram Reuerendiſs. D. Coccino Decano, & infra deciſ. 624. num. vlt.* Sed hoc intelligitur habere locum, vbi dominus cum tali proteſtatione recipiat canones temporis decurſi poſt cõmiſſam caducitatem: ſecus autem, ſi recipiat canones temporis præteriti tantum, in quibus terminis loquitur *Rota coram Domino meo d. deciſ. 624. et declarant Ruin. d. conſil. 171. num. 12. lib. 1. Clar. d. §. emphyteuſis. quaeſt. 10. in princip. Cardinal. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 33. num.* 5. præterea habet locum, ſi emphyteuta expreſsè tali proteſtationi non contradicit, quia tunc videtur conſentire; quo caſu proteſtatio domino ſuffragatur, *Imol. in cap. potuit, num. 39. de locat. Curt. ſen. conſil. 81. num. 2. Iaſ. in l. 2. num. 127. C. de iur. emphyt.* cenſetur tamen emphyteuta expreſsè contradicere, ſi proteſtetur, ſe non ceciſſe à iure ſuo, *Ruin. d. conſil. 151. num. 12. verſ. nec obſtat. lib. 1. Mantic. d. tit. 33. num. 8.*

Tertiò ampliatur principalis concluſio, vt caducitas cenſeatur remiſſa, etiam per ſolam canonis petitionem, *Ruin. conſil. 119. num. 4. volum. 5. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 2. num. 64. Surd. dicto conſil. 86. num. 15. & dicta deciſ. 317. num. 1. & 14. Corbul. dicta limit. 21. num. 9. Gratian. d. cap. 633. num. 37. 38. & 39. & fuit dictum per Rot. in Romana domus 17. Iunij 1619. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Limitatur prædicta principalis concluſio, vt per receptionem canonis non cenſeatur remiſſa caducitas, quam dominus ignorabat eſſe commiſſum, *Speculat. dicto tit. de emphyt. dicto §. nunc aliqua. num. 35. Iaſ. in d. l. 2. num. 150. C. de iur. emphyt. Bero conſil. 156. num. 23. lib. 1. Corbul. loco cit. limit. 23. num. 14. Surd. deciſ. 181. num. 7. Honded. conſil. 55. num. 89. lib. 1. quos ſecuta eſt Rota in Aquen. emphyteuſis 27. Martij 1628. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Verali.* Ignoraſſe autem illam præſumitur, *Corbul. poſt alios dicta limit. 23. num. 5. Surd. dicta deciſ. 181. num.* 8. Niſi poſt commiſſam caducitatem emphyteuta per multum temporis ſpatium rem emphyteuticam poſſederit, ſoluendo canonem: quia tunc præſumitur in domino ſcientia caducitatis, & per conſequens tacita illius remiſſio, vt per *Dec. conſil. 185. ſub num. 12. verſic. nec obſtat, Riminald. iun. conſil. 22. num. 15. & conſil. 619. num. 50.*

Secundo limitatur, quando receptio penſionum non eſt facta per principalem, ſed per procuratorem ſinè ſpeciali mandato, qui nequit per receptionem canonis emphyteutæ caducitatem remittere, & domino præiudicare, *Bero. d. conſil. 116. num. 10. lib. 1. Afflict. d. deciſ. 129. num. 10. & ſeq. Menoch. conſil. 460. num. 14. cum alijs per Corbul. dicta limit. 21. num. 16. Honded. conſil. 55. num. 86.* niſi dominus, receptionem canonis ratam habuerit. *Ruin. d. conſil. 171. ſub num. 12. verſic. & inſuper non obſtat, lib. 1. Riminald. iun. dicto conſil. 22. num. 11. Corbul. d. limitat. 21. num. 16. in fine, Honded. d. conſil. 55. num. 87. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 33. num. 10. Gratian. dicto cap. 633. num. 42. Rota deciſ. 896. in fin. part. 4. diuerſ.* Vel niſi is, qui recepit canonem, ſit pater domini directi, quia legitimus administrator bonorum filij recipiendo canonem domino præiudicat. vt poſt *Soccin. ſen. conſil. 66. colum. fin. verſic. nec obſtat ſi dicatur, lib. 3. Corbul. d. limit. 21. num. 17. & Honded. vbi proximè.*

B Quòd caducitas non declarata in vita defuncti non poſſit
9 poſt eius mortem declarari contra ſucceſſorem *Soccin. ſen. conſil. 66. num. 18. verſ. quintò confirmatur, vol. 3. Ruin.*

conſ.

conſil. 10 *num.* 5. *& conſil.* 159. *num.* 12. *vol.* 1. *Pariſ. de reſignat. beneſic. lib.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 26. *Honded. conſil.* 55. *num.* 20 *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 757 *num.* 9 *& conſ.* 865. *num.* 13. *cum alijs per Bellon. iun. conſ.* 68. *nu.* 11. *Caſſad. deciſ.* 2. *num.* 2. *& deciſ.* 3. *num.* 3. *de locat. Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 34. Limitatur tamen hæc concluſio, vt non procedat in deuolutione ipſo iure incurſa, vt quando adeſt pactum, quòd emphyteuta cadat ipſo iure, & facto, ſi non ſoluit; quia tunc caducitas poteſt quandocunque declarari, etiam per hæredes, vel contra hæredes, & ſucceſſores, *Bero. conſil.* 98. *num.* 38. *lib.* 1. *Burſatt conſ* 252. *num.* 4. *Clar in* §. *ſeudum quæſt.* 65. *num.* 1. *Gabriel de maleſic. concluſ.* 35. *num.* 16. *Honded. lib.* 2. *conſil* 80. *num.* 69. *Surd deciſ.* 29. *num.* 12. Limitatur ſecundò, vt non procedat, quando dominus ignorarit, caducitatem per prædeceſſorem emphyteutam eſſe incurſam; quia tunc etiam contra ſucceſſores agi poteſt, *Gabr. dicta concluſ.* 35. *num.* 4. *verſic. tenendo primam opinionem*, *Ruin. conſil.* 70. *num.* 13. *verſic. nec obſtat*, *lib.* 5. *cum alijs pluribus per Honded. conſil.* 55. *num.* 92. *lib.* 1. *Gregor. XV. deciſ* 529. *num* 18. *& num. ſeq.* quod ignorantia præſumatur. Tertiò limitatur concluſio in ea deuolutione, quæ incurritur vigore pacti, *Gabr. dicta concluſ* 35. *num.* 14. *Corbul. de emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat.* 10. *Gregor. XV. dicta deciſ.* 529. *num.* 20.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana de Cangijs.

Veneris 29. Aprilis 1622.

ARGVMENTVM.

Fructuum quantitas an, & quando cenſeatur probata.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum quantitas non dicitur probata, niſi etiam probetur expenſæ factæ pro cultura, & fructuum perceptione: cum fructus dicantur deductis expenſis.*
2 *Teſtis deponens per verba poſſibilia non concludit quantitatem, & valorem fructuum.*
3 *Teſtium dicta ſunt contra inducentem interpretanda.*
4 *Teſtes contra inducentem magis probant.*
5 *Compenſatio non fit de re illiquida.*
6 *Fructus in communem vſum conſumpti non debent poni ad debitum vnius.*

DECISIO DCXVIII.

CREDITORES quondam Blaſij obtinuerunt reſolutiones Rotales contra illius nepotes, & donatarios plurium bonorum, inter quæ eſt vinea, de qua agitur, illos videlicet teneri actione negociorum geſtorum ad ſoluendum æs alienum poſt dictam donationem per dictum Blaſium contractum pro diſſolutione debitorum, ad quæ dictus Blaſius in donatione obligauerat eoſdem donatarios: Ludouicus filius vnius ex illis prætendebat, dictum Blaſium poſt donationem per totum tempus, quo ſuperuixit, poſſediſſe eandem vineam, & fructus illius notabilis valoris percepiſſe, ad eoſdem donatarios pertinentes, & proinde ex illis ſatisfeciſſe creditoribus, quibus donatarij tenebantur; & ideo ceſ-
ſare actionem negociorum geſtorum, vel aliàs de dd.
fructibus rationem habendam eſſe in compenſationem,
ſeu diminutionem prætenſi crediti dicti Blaſij cum do-
natarijs; & examinatis teſtibus dubitaui, an conſtaret
de tali perceptione fructuum ex dicta vinea, quæ rele-
uaret in caſu, &c. & DD. negatiuè reſoluerunt. Nam
licèt hodie probatum ſit, dictam vineam fuiſſe fructiſe-
ram, & non ad ſolum oblectamentum, vt dictum fuit
coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Sacrato 18. Maij 1612.
& Blaſium donatorem continuaſſe poſt donationem in
illius gaudimento, prout antea fructus illius percipien-
do, per duos teſtes, de quibus *in ſumm. Ludouici num.* 3.
quorum primus de centum cadis vini, vel circa, qui
erat Cappellanus, & Magiſter domi Blaſij: & ſecundus
de fructibus pulcherrimis, & de arboribus celſis, & va-
lore foliarũ illorũ. Tamen cum nec verbũ quidẽ dicant
de expen. neceſſariò factis pro cultura, & fructuum col-
lectione, nulla reſultat efficax probatio quantitatis, nec
valoris fructuum ad Blaſium ſupra dictas expenſas per-
1 uenti, cum fructus non dicantur *iuxta vulg. reg.* niſi de-
ductis expenſis *l. fructuum, l. diuortio,* §. *impendia, ff. ſo-
lut. matrim. l.* 1. *C. de fruct. & lit. expen. & ibi Doct. &*
fuit in his terminis dictum in *Romana vineæ de Luzar.* 8.
Nouembris 1602 *coram Litta, & in Rauennaten. cenſuũ*
10. *Maij* 1606. *coram R. P. D. Manzanedo confirmata*
2. *Maij* 1608. 4. *Februarij* 1611. 29. *Martij, &* 24. *Maij*
A *anni præteriti*. A Præterea quatenus etiam fructus, qui
colligi potuiſſent, exceſſiſſent ſummam impoſitam, pro-
ut conatur deponere alius teſtis ſuper recognitione cu-
iuſdam fidei à ſe factæ, quæ etiam fuit ab alio ſubſcri-
pta, licèt non recognita, *in ſummario Equitis num.* 8.
2 Tamen ex poſſibilitate dictæ perceptionis, de qua idem
teſtis per illa verba, *che di detta vigna ſi puol cauare ſcu-
di centocinquanta l'anno liberi per il padrone, e d'ogn' altra
ſpeſa*, & refert ſe etiam ad tempus annorum 25. & 30.
retrò, non infertur, quòd re vera Blaſius perceperit
tot fructus, & tanti valoris: & ſic probatio non eſt con-
cludens *ad l. non hoc, C. vnd leg. & in his terminis Corn.
conſil.* 301. *num.* 11. *lib.* 3. *& fuit dictum in dicta Rauen-
naten. cenſuum* 20. *Maij anni præteriti*, & eſt interpre-
3 tandus contra inducentem, *ad not. in cap. in præſentia,
de probat. Rot. deciſ.* 6. *de teſt in antiq. Surd. conſil.* 19. *n.*
14. *lib.* 1. *latè Farinac. de teſt. quæſt.* 68. *num.* 60. Vlte-
riùs non probatur, Blaſium cum dd. fructibus ſatisfeciſ-
ſe creditoribus: primus enim dicit de auditu tantum,
quòd de vino vineæ dabat aliquid modicum cuidam
ſutori, & alijs, qui domui, & familiæ Blaſij inſeruie-
bant, *ma non ſi daua altrimente à creditori, ò à compagnie
d'offitio* & ſecundus, *che il vino Biagio non lo vendeua, nè
s'eſtingueua debiti, ò compagnie d'offitio; ma ne daua qual-
che poco al ſarto, & ad altri artiſti, che ſeruiuano la caſa:*
& quòd Blaſius nunquam vendidit folias celſorum.
4 Qui teſtes cum ſint inducti pro Equite, magis probant,
quòd cum dd. fructibus non fuit ſatisfactum creditori-
bus *l. ſi quis teſtibus, vbi Doct. C. de teſt. Mant. deciſ.*
274. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 182. *num.* 7 *par.* 1. *recent. &
fuit dictum in Anconitana florum* 18. *Aprilis* 1616. *coram
Illuſtriſſimo D. Card. Sacrato*. Exinde reſultat, quòd
non probatur debitum Blaſij ratione perceptionis fru-
5 ctuum, nec liquidatur, & ſic non intrat compenſatio,
vt fuit latè dictum in hac cauſa 16. *Nouembris* 1615. *co-
ram dicto Illuſtriſſimo Sacrato*. Tanto magis, quia ex
6 eiſdem teſtibus colligitur, quòd nepotes donatarij,
vel eorum aliqui inhabitabant Palatium vineæ, ſeu illa
gaudebant cum Blaſio, & cõſequenter de vino bibebant:
& vinum, quod dabatur artiſtis inſeruientibus domui,
vertebatur in communem vſum; & ideo iniquum vide-
tur nunc, ponere ad debitum Blaſij eoſdem fructus,
vt

Digitized by Google

vt conſiderauit *Rota in dicta deciſ.* 18. *Maij* 1612. *coram Illuſtriſsimo Card. Sacrato in vltimis verbis*.
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Rota in Romana fructuum* 1. *Iulij* 1622. *coram Reuerendiſſimo D Decano, & in Romana vinea* 13. *Nouembris* 1625. *coram R. P. D. Pirouano*: vide plures limitationes ad hanc concluſionem per *Tiraquell. de retract. conſanguinit.* ſ. 15. *gloſſ.* 1. *a num.* 10. *Capic. deciſ.* 20. *num.* 10. *& ſequen.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Mutinen. Monaſterij.

Lunæ 2. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

ReIntegratio datur eiecto à poſſeſſione virtute decreti nulliter, & ſubreptitiè obtenti.

SVMMARIVM.

1 *Citatio generalis, & incerta nulla eſt.*
2 *Decretum ſi ſit executum, non poteſt ampliùs ab eodem Iudice reuocari, etiam ſi ſit interlocutorium.*
3 *Semel quod placuit ampliùs diſplicere non poteſt.*
4 *Citatio ad audien. voluntatem non ſufficit loco citationis ad ſententiam, quamuis citatio contineret terminum peremptorium.*

DECISIO DCXIX.

CVM in executionem piæ voluntatis q. Syluiæ fuiſſet erectum Monaſterium Monialium, & in eo introductæ quatuor puellæ per Capitaneum Ludouicum eius fratrem, iuxta ſibi attributam facultatem, nominatæ, præuio ſuperinde facto decreto Rotali 16. Nouembris 1620. & deinde extortum ad inſtan. executorum teſtamenti q. Syluij Milani aliud decretum repoſitionis aduerſus primum, & dictæ Puellæ è Monaſterio eiectæ; dubitaui, an eſſent reintegrandæ; & Domini affirmatiuè reſponderunt, moti, quia dictum vltimum decretum viſum fuit nullum, tùm ex defectu citationis dd. puellarum, ſeu procuratoris, qui illarum, & dicti Capitanei Ludouici nominibus obtinuerat primum decretum, & illius executionem, cum ſolita proteſtatione in actis, nihil fieri, niſi ipſo citato, vt *in ſumma-*
1 *rio num.* 4. nec conſtat de mandato prætenſi procuratoris citati; tùm etiam, quia prætenſa citatio erat generalis, & incerta ad ſententiam, & quodcunque aliud decretum Domino benè viſum, non autem ad viden-
A dum reponi: ideò nulla, A *vulg. l. at qui aliter*, & ibi *Bar. ff. quod vi, aut clam, Rot. deciſ.* 17. *num.* 1. *de re iudic. in nou.* latè *Vant. de nullit. ex defectu cit. num.* 30. Inſuper
2 cum dictum primum decretum fuiſſet executum, non poterat ampliùs per eundem Iudicem reuocari, etiamſi eſſet interlocutorium, *Bar. in l.* 1. ſ. *fin. num.* 4. *ff. de prætor. ſtipul. Iaſ. in l. quod iuſſit, num.* 10. *verſic. limita prim. ff. de re iudic. Franc. in cap. cum ceſſante*,
3 *nu.* 20. *de appell.* Maximè quia erat iuſtiſs. & iuxta mentē, & formam teſtamenti d. Syluiæ, de quo *in ſummario num.* 1. cuius diſpoſitionem hæredes obſeruare tenentur, & quæ voluntas ſemel ab executoribus prædictis approbata fuerat per receptionem duarum ex dictis puellis in Monaſterio, *ad reg. quod ſemel de reg. iur. in* 6. Et quia indemnitati Monaſterij conſultum fuerat per cautionem de ſubminiſtrandis alimentis, & in euentum, in quem fierent Moniales, de ſoluen. dote, caſu quo bona per Syluiam pro ſubſtentatione Monaſterij relicta auocarentur, vel aliàs Monaſterium impediretur in conſequutione, & perceptione bonorum occaſione litis pendentiæ in Rota: vt in primo decreto *in ſummario num.* 2. & ſic ceſſat motiuum d. litis pendentiæ inter Capitaneum Ludouicum, & Moniales: cum in omni caſu fuiſſet prouiſum per dictum primum decretum iam executum, & inde ſuccedit clara concluſio pro reintegratione dd. puellarum in dicto Monaſterio, & ſtatu, in quo erant: cum nulliter, & iniuſtè fuerit proceſſum ad expulſionem, & virtute decreti à Iudice extorti, & ſubrepti.
Et ita reſolutum informante tantùm parte dd. Puellarum, & Capitanei Ludouici, pluries citato, & monito procuratore dd. executorum.

ANNOTATIO.

A Citatio ad audien. voluntatem Iudicis, ſiue conti-
5 nens verba æquipollentia non ſufficit, vt ſententia valeat, ſed requiritur ſpecifica, *Gregor. XV. deciſ* 209. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 18. *num* 2. *par.* 1. *recent. & deciſ.* 486. *num.* 7. *&* 548. *num.* 3. *par.* 2. *Gonzal. ſuper reg.* 8. *in annot. contra nullit. num.* 118. *Mattheſ. ſing.* 8. *num.* 3. *Roman. ſingul.* 372. *& conſil.* 369 *num.* 8. etiam ſi adeſſet terminus peremptorius in eadem citatione ad audien. voluntatem, vt dixit *Rota in Vrbinaten bonorum* 11. *Martij* 1615. *coram R. P. D. Pirouano*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Vrbeuetana dotis.

Mercurij 4. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Filij, qui non acceptant diſpoſitionem paternam cum clauſula (æquè, ac ſi facta non fuiſſet) non poſſunt ex ea commodum reportare.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula (æquè, ac ſi præſens teſtamentum factum non fuiſſet) æquipollet clauſulæ (habeatur pro non ſcripto).*
2 *Filius ſi acceptet relictum ſibi à patre factum iure inſtitutionis cum prohibitione petitionis dotis maternæ, debet eo eſſe contentus, etiam ſi relictum ſit minus dote.*
3 *Contrariorum eadem eſt diſpoſitio.*
4 *Teſtatoris voluntas non præſumitur mutata, nec correcta niſi in expreſſis, num.* 6.
5 *Filij ſecundi matrimonij nullum ius habent in bonis maternis filiorum prim., & è conuerſo.*

DECISIO DCXX.

PRO confirmatione ſententiæ Rotalis reſponſum fuit per Dominos; de illius enim validitate non dubitatur; iuſtitia verò viſa fuit pateus ex motiuis deciſionis, & ex lectura teſtamenti q. Iacobi, qui licèt in prima eius parte prohibuerit Lucæ, & Gẽtili filijs ex primo matrimonio, certa annua pecuniaria præſtatione iure inſtitutionis eiſdem relicta, ne plus de bonis, & iuribus ipſius teſtatoris petere poſſent, minùſque aliquid prætendere ſuper eius bonis, & iuribus, occaſione dotium D. Conſtantiæ eorum matris: reſeruatis tamen iuribus agendi contra hæredes, & bona hæreditaria Ioannis Franciſci patris dictæ Cõſtantiæ pro dictis dotibus, ſeu earum parte, & fructibus, ſiue interuſurijs: ita quòd contra filios ſecundi matrimonij hæredes ſcriptos retorqueri non poſſent: & deinde filios ex ſecundo matrimonio hæredes inſtituerit. Tamen in vltima parte dicti teſtamenti expreſſè voluit, & mãdauit, quod dicti Lucas, & Gentilis infra mẽſem à die notificati teſtamẽti declararent an uellent illud vnà cum qualitatibus ſuis acceptare, vel non, validè, & iudicialiter; & ſi elapſo dicto termino non declarauerint, velle acceptare, & effectualiter non acceptauerint: tunc, & eo caſu habeantur eorum portiones, æquè, ac ſi præſens teſtamentum factum non fuiſſet. Vndè cum dicti Lucas, & Gentilis, quibus ſupponitur intimatũ teſtamentũ, d. declarationẽ, & acceptationem iuxta formam teſtamenti non fecerint: imò declarauerint, nolle acceptare paternum teſtamentum cum qualitatibus ſuis, ſed velle conſequi eorum portiones, ac ſi teſtamentum factum non fuiſſet; neque vltra ratam bonorum paternorum illis contingentem recuperare poſſunt dotem maternam à filij ſecundi matrimonij pro eorum portionibus hæreditarijs; cum dicta clauſula, (æquè ac ſi præſens teſtamẽtum factum nõ fuiſſet,) æquipolleat clauſulæ, (habeatur pro nõ ſcripto,) de qua in *§. optimè*, & ibi *Ang. & in §. ſed quod ſancitum in Auth de nupt. in l. hæ edictali §. ſi vero plus, C. de ſecund nupt. & toto tit. ff. de ijs quæ pro ſcrip. hab* Ponderandũ etiam, quòd teſtator dixit, prædicta habere locum, ſi filij primi matrimonij nolint acceptare teſtamentum cum qualitatibus ſuis; & inter ceteras qualitates adeſt prohibitio, non peten dotem maternam ſuper bonis ipſius teſtatoris; ideo non acceptatio teſtamenti DD. Lucæ, & Gẽtilis debet intelligi etiam quò ad d. prohibitionẽ. Non obſtat clauſula, (firmo tamen remanente in reliquis præſenti teſtamento,) quia intelligitur in reliquis extra dictam particularem inſtitutionem, cuius reuocatio intelligitur cũ qualitatibus, ſeu oneribus eidem adiectis; ſicuti enim illorum acceptatio excludebat ipſos à petitione dotis maternæ in
2 bonis patris, quia debebant eſſe contenti relicto eis iure inſtitutionis facto, etiam ſi minus fuiſſet dicta dote, ad *l. cohæredi, §. cum filia, & ibi gloſ. in verb. tenebuntur ff. de vulg. & pupill. & in l. ex facto ff. ad Trebell. Dec conſ.* 687. *num.* 2 *&* 3. *Soccin. iun. conſ.* 122. *num.* 9. *&* 13. *vol.* 1. *Duran. de arte teſtan. caut.* 31. *tit.* 4. *verſ. ſic & in teſtamento, Marzar in epit. fideicom. quæſt.* 50. *col. pen.* ita non acceptatio, & reuocatio in caſu non accepta-
3 tionis debet operari, vt dos peti poſſit: vt contrariorum eadem ſit diſpoſitio, iur. vulgar. nec redditur eluſoria, & inutilis, ſi non maneat firma dicta diſpoſitio: cum imò poſſit verificari in alijs, de quibus in teſtamento: nempe in legatis, in datione curatorum, in mandato de dotan. condecenter filias, in iure reſeruato eiſdem Lucæ, & Gẽtili contra auum maternum, & eius bona hæreditaria pro dotibus maternis, ſiue earum parte, & fructibus, vel earum interuſurio, cum conditione, quòd contra hæredes teſtatoris retorqueri non poſſent. Nec vi-
3 dentur applicari, quæ dicentur, quòd voluntas teſtatoris
A non præſumitur mutata, nec correcta A; quia iſtud videtur præſupponere, quod diſputatur: cum non agatur de mutanda voluntate, ſed de illa exequen. cum in facultate filiorum primi matrimonij relictum fuerit, an vellent teſtamentum acceptare. Nec etiam ex præmiſſis reſultat aliqua inæqualitas inter filios primi, & ſecũdi matrimonij; quia in bonis paternis rediguntur ad
4 æqualitatem, in maternis verò ſicuti filij primi matrimonij nullum ius habent in bonis maternis filiorum ſecundi: ita idem eſt de filija ſecundi quò ad bona materna filiorum primi.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *L.* 3. *ff de prob l Lucius Titius in fin ff. de leg* 2. *Mantic. de coniect vlt. vol lib.* 12. *tit* 1. *Maſcard. de prob concl.* 1416. *Pret. de interpr. vlt. volunt. fol.* 32. *ſolut* 8. *Menoch. lib.* 4 *præſumpt.* 16. *& lib* 6 *præſumpt.* 37. *Fuſar. de ſubſtit. q.* 632. *num.* 14.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana, ſeu Tiburtina Caſtrorum.

Lunæ 9. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius ad impediendam hæredi immiſſionem, debet probare, bona fuiſſe in bonis fideicommittentium, & per eos poſſeſſa de tempore fideicommiſſi; & quando cenſeatur id minùs ſufficienter probatum.

SVMMARIVM.

1 *Fundans ſe in fideicommiſſo facto de bonis præſentibus, ad hoc, vt bona dicantur illi ſubiecta, probare debet, vel ea fuiſſe in bonis fideicommittentis, vel ab eo poſſeſſa de tempore fideicommiſſi.*
2 *Fundans ſe in hypotheca ſpeciali de bonis præſentibus, debet probare rem hypothecatam fuiſſe in bonis debitoris de tempore obligationis.*
3 *Frater diſponens de bonis communibus cum fratre præmortuo, videtur eius hæreditatem adire.*
4 *Hæreditatis aditione omnia iura, quæ erant apud defunctum, acquiruntur hæredi.*
5 *Determinatio reſpiciens plura determinabilia, pari forma ea determinat.*
6 *Paciſci non præſumitur quis, niſi de ratis, quæ ad illum ſpectant.*
7 *Verba vniuerſalia reſtringuntur ex ſubſequentibus.*
8 *Hæres quis non arguitur, ſi ab actibus, quos exercuiſſet ſi hæres fuiſſet, abſtinuit.*
9 *Hæreditatis aditionem non concludit probatio æquiuoca.*
10 *Fama in antiquis non probat, quando aliquod in contrarium adeſt.*
11 *Teſtis deponens de his, quæ non cadunt ſub ſenſu corporis, etiam in antiquis non probat, non reddita ratione ſui dicti, etiam non interrogatus.*

12 *Pa-*

Digitized by Google

12 *Papæ enunciatiuæ de facto proprio ſtandum eſt, ſiuè etiam de facto alieno ſecum geſto, & num.* 17. *& quando dicatur narratiua de facto proprio num.* 18.

13 *Ex præſenti non præſumitur in præteritum.*

14 *Poſſeſſio de præſenti non probat poſſeſſionem de præterito.*

15 *Hæreditatis aditio præſumi non poteſt ex longinquitate temporis.*

16 *Immiſſio non impeditur per fideicommiſſarium, niſi incontinenti doceat de iure ſuo: quod remittitur Iudicis arbitrio.*

19 *Papæ aſſertioni de facto alieno non ſecum geſto, non ſtatur: etiam ſi ſuper ea fundetur intentio Papæ, num.* 20.

21 *Inhabilitas non probatur ex literis Apoſtolicis, in quibus Papa narrat, ſe ex proceſſu maturè diſcuſſo deprehendiſſe, aliquem fore inhabilem; ſecus ſi dicat, ſe vidiſſe, vel legiſſe proceſſum, & ex illo deprehendiſſe inhabilitatem, num. ſeq.*

22 *Papæ aſſertio de facto alieno, ſuper quo intentionem ſuam fundat, licèt plenè non probet, facit qualem qualem præſumptionem.*

24 *Papæ aſſertio de facto alieno, facta motu proprio, plenè probat. admittitur tamen probatio in contrarium, nu. ſeq.*

26 *Papæ narratiua quando dicatur facta motu proprio.*

DECISIO DCXXI.

EXCEPTIONEM fideicōmiſſi oppoſitam per Illuſtriſſimos DD. de Vrſinis ad impediendam immiſſionem in poſſeſſionem duorum Caſtrorum, de quibus agitur, quarta vice, & vnanimiter dixerunt Domini, non obſtare hæredibus ab inteſtato Catherinæ. Nā
(vt aliàs dictum fuit) dictorum hæredum intentio eſt
fundata, cum probauerint omnia requiſita pro victoria in interdicto, *Quorum bonorum*, ſeu Iudicis officio,
quibus experiuntur pro dicta immiſſione; & præſertim
probata eſt poſſeſſio D. Catherinæ dictorum duorum
Caſtrorum de tempore eius vitæ, & mortis. Hoc ſic
formato, & præſuppoſito (citrà veri præiudicium)
fideicommiſſo del 1477. 4. Auguſti inter Cardinalem
Latinum, Robertum, & Neapolionem conuento: in
quo non ſunt expreſſa dicta duo Caſtra, ſed Caſtrum
Vicouarij, & plura alia cum eorum pertinentijs: & fi-
1 deicommiſſum non fuerit factum de futuris, ſed de præſentibus
tantùm; neceſſe eſt probare, hæc duo fuiſſe,
vel in bonis paciſcentium, vel per eos poſſeſſa de tempore
dicti fideicommiſſi conuenti: nec ſufficit, quòd poſtea
2 fuiſſent poſſeſſa; vt de eo, qui nititur ſuper hypotheca
ſpeciali de bonis præſentibus, quòd debeat probare, rem
hypothecatam fuiſſe in bonis debitoris de tēpore obligationis,
eſt *tex. in l. & quæ non ſunt, §. quod dicitur, ff. de pign. vbi poſt Alber. Odofr. Bar. Bald. & Ang. Natta conſ.* 234. *num* 9. *verſ. vlterius, & num.* 10. Quòd
autem dicta duo Caſtra fuerint, vel in bonis, vel poſſeſſa
per dictos fratres, vel de dicto tempore, Dominis
non fuit viſum probari. Primò, non ex dictis con-
3 uentionibus, in quibus dicti fratres inter cetera paciſcuntur
de Caſtro Vicouarij, & illius arce, communibus
cum olim Ioanne eorum fratre Archiepiſcopo Tranen.
præmortuo de menſe Maij dicti anni: itaut ex diſpoſitione
totius dicti Caſtri Vicouarij, & ſic vltra eorum
tres partes ſit inducta aditio hæreditatis dicti Ioannis,
4 & ex ea illis quæſitum dominium dictorum duorum Caſtrorum,
ad l. cum heredes, ff. de acquir. poſſeſſ. Nam placuerunt
DD. reſponſiones aliàs datæ, quòd dictæ conuentiones,
non ſunt referendæ, niſi ad tres ex quatuor
partibus dictorum fratrum, non verò ad quartam partem
Ioannis. Nec obſtat replicatio, quòd ſicuti co-
5 uentio reſpectu aliorum Caſtrorum intelligitur, nulla
parte excepta; ita & de Vicouario, ad *reg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* Quia diuerſa eſt ratio, cum
ſupponatur, dictos fratres fuiſſe Dominos in totum dictorum
Caſtrorum, vel ſi non fuiſſent, conuentio ca-
6 rum reciperet interpretationem, vt intelligatur de ratis,
quarum erant Domini: vt dicitur de Vicouario:
nec applicantur *Alex. conſ.* 113. *in fin. lib.* 4. *Dec. conſ.* 146. *num.* 13. quia non conſtat, dictos fratres poſſediſſe
vltra eorum tres partes, & ideo præſumi poſſe, quòd
voluerint paciſci ſuper toto dicto Caſtro Vicouarij.
Nec ſimiliter faciunt illa verba vniuerſalia, *filijs Roberti poſt obitum dictorum fratrum in Caſtris, domibus, & toto*
7 *eorū ſtatu, &c.* quia reſtringuntur a dictione, *eorum*, ſubſequenti,
itaut de ſtatu, & omni eo, quod ad ipſos ſpectabat,
intelligatur, & non vltra, *Pariſ. conſ.* 18. *num.* 32. *lib.* 3. *Rol. conſ.* 97. *num.* 23. *lib.* 4. *Rota deciſ.* 669. *num.* 1. *poſt med. par.* 1. *recent. & fuit dictum in Romana prælationis* 8. *Aprilis præteriti coram me*. Secundò, ad
obſeruantiam tranſactionis initæ per dictum Ioannem
cum Communitate Vicouarij mediante ſubſcriptionibus
Neapolionis, & poſt eum Ioannis, Virginij, Pauli,
Iordani, Franciſci Abbatis Farfen. & aliorum deſcenden.
dicti Neapolionis: ex qua obſeruantia dicebatur reſultare,
Neapolionem fuiſſe hæredem Ioannis, etiam mediante
reſpectiuè dictis Cardinali Latino, & Roberto.
8 Subſiſtere viſæ fuerunt reſponſiones in deciſionibus datæ,
conſiderando, quòd ſi Cardinalis Latinus, & Robertus
fuiſſent hæredes Ioannis, ſubſcripſiſſent etiam ipſi
dictam concordiam: cum Cardinalis ſuperuixerit Ioanni
quatuor circa menſes, *vt in ſummario DD. de Vrſinis num.* 2. & Robertus per annos duos circiter, *dicto*
9 *ſummario num.* 3. Et cum dicta ſubſcriptio poſſit referri
tàm ad aditionem, quàm ad promiſſionem de rato, quā
fecerat Ioannes pro Cōdominis in dicta concordia; redditur
æquiuoca, nec poteſt importare aditionem, vt
in dictis deciſionibus. Tertiò, ad teſtes de fama, quæ
ſufficit in antiquis, vltra reſponſiones alias datas addebatur,
quòd eorum depoſitio non poteſt referri ad tempus
poſt obitum Ioannis, ſed potiùs ad tempus illius vitæ:
quia primus, & ſecundus deponunt, quòd Caſtra
poſſidebantur à Cardinali Latino, Roberto, Neapolione,
& fratribus, quod verbum, *& fratribus*, non
poteſt verificari, niſi in Ioanne: & ſic loquuntur de
tempore vitæ Ioannis, qui cum eſſet Dominus in ſolidum
Vicouarij, eorum poſſeſſio remanet iure familiaritatis,
vel æquiuoca, & nullius conſiderationis: & fama
10 nec in antiquis probat, quando aliquid eſt in contrariū,
Rot. deciſ. 176. *num.* 6. *par.* 1. *diuerſor.* prout in propoſito
non deficiunt ex dictis in alijs deciſionibus, &
pro reſponſione ad teſtes de fama, & auditu, in antiquis
deponen. plura ad rem facientia deducit *Surd. conſ.* 151. *num.* 77. *& ſeq.* Alius verò teſtis examinatus coram
Gubernatore de anno 1543. *dicto ſummario num.* 7. deponens,
Vicouarium fuiſſe poſſeſſum à Ioanne Iordano
vti ſucceſſore Cardinalis Latini, Roberti, & Neapolionis,
nihil facit, nedum tanquam inter alios: ſed
etiam quia dicta qualitas, quòd vti ſucceſſor, & deſcendens
poſſederit, non cadit ſub ſenſu corporis: & propte-
11 rea etiam in antiquis, nō probat, nō reddita ratione ſui
dicti, etiam non interrogatus *ad cap. cauſam, vbi omnes, de teſtib. Alex. conſ.* 136. *num.* 10. *vol.* 1. & ita reiecit
teſtes Conſilium Neapolitanū, deponentes in antiquis,
rem non fuiſſe poſſeſſam vti feudalem, *Afflict. deciſ.* 127. *Surd. conſ.* 135. *num.* 93. necnon etiam quia depoſuit
de ſolo Caſtro Vicouarij: ſicque depoſitio ſecundum

præ-

Digitized by Google

prædictam qualitatem, benè verificatur reſpectu dicto-
rum trium fratrum fideicommittentium. Quartum
fundamentum ſententiarum Gubernatoris Vrbis lata-
rum del 1534. & 1543. occaſione confiſcationum ſecu-
tarum contra Hieronymum, & Franciſcum, quibus fuit
pronunciatũ, Caſtra in eis memorata eſſe ſubiecta huic
fideicommiſſo del 1477. fuit in alijs ſublatum. Et ſub-
ſiſtit etiam reſponſio; quòd non conſtat de identitate fi-
deicommiſſi, & quòd fuerit illud initum del 1477. inter
dictos tres fratres, cum ſit facta mentio de Carolo, qui
non interuenit in dicto fideicommiſſo conuento anno
1477. Nec obſtat, quòd dictum nomen Caroli poſitum
in ſecunda ſententia in accuſatiuo, deberet eſſe in ge-
nitiuo, cum eſſet pater Cardinalis Latini, *dicto ſum-
mario num.* 4. Nam ſi dictus Carolus fuiſset pater Car-
dinalis Latini, eius nomen debuiſset apponi ſaltem poſt
nomen omnium fratrum enunciatorum, non autem
poſt nomen Cardinalis Latini tantùm, cum omnes eſ-
ſent filij eiuſdem patris. Nec reſponſio, quòd non con-
ſtet de effectuatione reſpectu primæ ſententiæ latæ ad
fauorem Abbatis Franciſci, tollitur ex eo, quòd in in-
ſtrumento del 1550. d. Abbas confirmet ad fauorem
Petri Iordani donationem aliàs à ſe factam ad fauorem
quondam Hieronymi ſui fratris Status Brachiani, &
pertinentiarum, *dicto ſummario num.* 9. quia donatio
facta Hieronymo non probatur ex dicta enunciatiua, &
non exprimitur tempus, quo facta fuit, quod potuit eſ-
ſe ante ſententiam: nec includit per neceſſe, iſta duo Ca-
ſtra eſſe in dicto ſtatu comprehenſa. Imò ex quodam
capitulo dictæ tranſactionis videtur colligi non effe-
ctuatio dictæ ſententiæ; cum fuerit conuentum, Paulum
reſtituere debere Franciſco Statum Vicouarij, qui ta-
men iuxta dictam ſententiam ſpectabat eidem Paulo, &
per eum poſsideri debuiſſet. Nec reſpectu ſecundæ ob-
ſtant mandatum procuræ matris, & tutricis Pauli Ior-
dani ad capiendam poſſeſſionem, & confirmatio Pauli
Tertij dictæ ſententiæ facta ad preces dictæ tutricis no-
uiter exhibita *in ſummario num.* 12. *&* 13. Nam ex
alio eiuſdem Pontificis Motu proprio expedito Nonis
Februarij 1548. *in ſummario hæredum Catherinæ num.*
4. apparet, Caſtra confiſcata Franciſco fuiſſe pleno iu-
re, & in perpetuum conceſſa dicto Paulo Iordano: &
ita dictam ſententiam tanquam de bonis fideicommiſſa-
rijs nullum ſortitam effectum: cui enunciatiuæ Summi
12 Pontificis de facto proprio eſt ſtandum, A *Clem.* 1. *& ibi*
A *omnes, de probat. Rot. deciſ.* 361. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*
Tandem vltimum continuatæ poſſeſſionis à dictis paci-
ſcentibus in deſcẽdentes, cum ſit fundatum in dictis ſub-
ſcriptionibus, & teſtibus ſupra euacuatis, remanet ſub-
latum; maximè quia teſtes deponunt de fama poſſeſſio-
nis Pauli Iordani, & fratrum, & aliorum ab eis deſcen-
dentium; & ſic ceſſaret præſuppoſitum antiquitatis:
conſiderato præſertim tempore litis, quæ fuit cum
quondam Catherina, quod eſt deducendum. Nec ex
poſſeſſione deſcenden. probatur poſſeſſio fratrum paci-
ſcentium de tempore fideicommiſſi: cum ex præſenti
13 non præſumatur in præteritum; & poteſt eſſe, quòd fue-
rint in bonis paciſcen. ſed non de tempore conuentio-
nis: & hoc ſufficit, ad hoc, vt probatio non concludat
Alber. d. l. & quæ non ſunt, §. *& quod dicitur, & ibi*
14 *not. Bald. ff. de pignor.* Ex probatione enim dominij, vel
poſseſsionis de præſenti nõ probatur de præterito, *Alex.*
conſ. 65. *in fin. & conſ.* 16. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 3. *Natt. con-
ſil.* 149. *num.* 5. *verſic. circa ſextum dubium, latiſsimè
Surd. dicto conſil.* 135. *num.* 58. *verſ. ſecundò reſpondetur,
& numm. ſeqq. & præſertim num.* 55. *circa fin. num.* 59.
60. *&* 61. & ex longinquitate temporis non poteſt præ-
15 ſumi aditio hæreditatis Archiepiſcopi Ioannis, *Dec. con-
ſil.* 443. *num.* 22. Quare viſum fuit Dominis, aliàs, &
26 hodie deducta, & allegata requirere altiorem indagi-
nem, & ad effectum, de quo agitur impedienda im-
miſsionis non ſufficere, ſed eſse remittenda ad petito-
rium, præſertim ex in contrarium oppoſitis, & proba-
tis: & deficere illud proprium requiſitum, quod fi-
deicommiſsarius incontinenti doceat de iure ſuo,
quod, vt aliàs dictum eſt, Iudicis arbitrio committitur,
ex aliàs alleg.
Et ita vnanimiter deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Narratiuæ ſummi Pontificis de facto proprio, ſiue etiam
17 de alieno ſecum geſto ſtandum eſt, latè *Gabr. de probat.
concl.* 2. *num.* 2. *&* 13. *Maſcard. de prob. cõcl.* 139. *num.* 1.
Farinac de teſtib. quæſt. 63. *num* 92. *& ſeq. Verall. deciſ.*
286. *par.* 2. *Rot. deciſ.* 405. *ſub num.* 1. *part.* 1. *recent. Car-
dinal Caualer. deciſ.* 533. *num.* 1. *& fuit dictum in Farfen.
ſeu nullius Monaſterij, & Prioratum* 26. *Aprilis* 1614.
18 *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori*; & dicitur narratiua Pa-
pæ de facto proprio, quando eſt facta per verba, *cenſemus,
& arbitrantes, & nos attendentes, Rot. deciſ* 416. *num.* 1.
& deciſ. 506. *num.* 2. *par.* 1. *& deciſ.* 612. *ſub num.* 3. *in
fin. part.* 2. *recent.* ſicut etiam quando eſt facta per verba,
vt aſſeritur, vel ſimilia, *Rot. deciſ.* 60. *nu.* 3. *&* 77. *de reſcr.
in antiq. Caſſador. deciſ.* 4. *num.* 8. *de probat & deciſ* 7.
nu. 6. *de iurepatr. Rota in Legionen præſtimoniorũ* 14 *Iunij*
1595. *coram bon. mem. Card. Pamphilio ſeniori, & coram
eodem in Mediolanen. Cappellaniæ* 27. *Maij* 1596. *Cardi-
nal. Caualer. d. deciſ.* 533. *num.* 5. licèt ſecus ſit, quando
eſt facta per verba, *vt aſſeris*, vt diſtinguit *Rota d. deciſ.*
60. *num.* 3. *& deciſ.* 77. *de reſcript in antiq. Caſſad. d. deciſ.*
4. *num.* 6. *de probat. & d. deciſ.* 7. *num.* 6. *de iure patr. Fe-
lin. in cap ad aures num.* 10. *in* 7. *concluſ de reſcript. Rota
in Paduana penſionis* 28. *Iunij* 1581. *coram Rubeo. apud
Garz. de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 406. *Cardinal. Ca-
ualer. d. deciſ.* 533. *num.* 5.
Quando verò narratiua Papæ eſt ad inſtantiam partis, &
19 de facto alieno non ſecum geſto, tunc illi non ſtatur. *Rum.
conſ* 41 *ſub num.* 13. *lib.* 1. *Tiraquell. de retract conſangui-
nit.* §. 1. *gloſſ.* 14. *num.* 49. *cum alijs per Farinac. d. quæſt.*
63. *num.* 157. *Verall deciſ.* 23. *&* 239. *part.* 2. *Bellamer.
deciſ* 158. *verſ patet tertium, & fuit dictum in Sorana
iuriſpatronatus* 28. *Aprilis* 1603. *coram Cardinali Pamphi-
lio ſeniori, & coram eodem in Pacten. penſionis* 5. *Decem-
bris* 1595.
Et hoc procedit, etiam ſi ſuper ea fundetur intentio Pa-
20 pæ. *Aretin. conſil.* 23. *num* 9. *Aym de antiquit temp par.*
1. §. 1. *num.* 9. *Alexand. conſil.* 112 *num.* 2. *&* 3. *ad fin.
vbi de communi lib.* 7 *Mynſinger. cent.* 5. *obſeruat.* 34. *num.*
8. *Verall deciſ.* 33. *&* 241. *part.* 2 *num* 2. *Rot. deciſ* 154.
num 4. *part.* 2. *diuerſ. in d. Sorana iuriſpatronatus coram
Cardinali Pamphilio, & in Segobien. penſionis* 22. *Martij*
1604. *coram Ortembergo*; vbi quod talis narratiua nec etiã
transfert onus probandi in aduerſarium, refert *Beltramin.
in annot. ad deciſ.* 239. *Gregor. XV. ſub lit. B. verſ. aut ve-
rò, ead. Rota in Tullen. ſeu nullius Monaſterij* 22. *Maij*
1609. *coram Cardinali Sacrato*, in qua fuit reſolutum,
21 non fuiſſe probatam inhabilitatẽ coadiuti ex literis Apo-
ſtolicis coadiutoriæ, in quibus Papa narrauit, ſe ex pro-
ceſſu maturè diſcuſſo deprehendiſſe, coadiutum fore inha-
bilem; ex quo quando Papa narrat aliquem criminoſum,
indignum, & ſimilia: tunc videtur aſſerere factum alienum,
& conſequenter talis narratiua non probat in tertij præ-
iudicium, etiam ſi Papa ſuper ea fundet intentionem ſuam,
Crauett. conſil. 48. *num.* 1. *Mohed deciſ.* 26. *num.* 1. *de re-
ſtit. ſpoliat. Creſcent. deciſ.* 6. *de probat.* & etiam ſi videatur
de-

Digitized by Google

deponere tanquam informatus: quia nihilominus potuit
decipi ad falſam relationem, *Ruin conſil* 30. *num.* 1. *cum*
pluribus ſeqq. vol. 1. *Put. deciſ.* 124. *lib.* 1. *in correct.* niſi
22 Papa narraret, ſe vidiſſe, vel legiſſe proceſſum, & ex illo
deprehendiſſe inhabilitatem; tunc enim videtur aſſerere de
facto proprio, vt per *Decian. conſil* 18 *num.* 233. *lib.* 1.
quando verò narrat, ſe ex proceſſu maturè diſcuſſo de-
prehendiſſe inhabilitatem, vt in caſu *d. Tullen.* eius narra-
tiua non probat; cum non dicat, per ſe ipſum diſcuſſiſſe
proceſſum; & eſſe poteſt, quòd per alium diſcuti fece-
rit, *ad reg. qui per alium de regul. iur. in* 6 maximè quia
Papa maioribus curis impeditus ſimiles proceſſus vide-
re non ſolet, *ad notat. in l. ſi quid donaturus, ff. de*
vſufruct. vt in his terminis *Roman. conſil* 350. *num.* 23.
verſ. cum ergo, & ſic eius narratiua tanquam de facto alie-
no non probat, ex prædictis.

Limitatur tamen hæc concluſio, vt licèt narratiua Papæ
23 de facto alieno, ſuper quo intentionem ſuam fundat, ple-
nè non probet, faciat tamen qualem qualem præſumptio-
nem, *Alexand. conſil.* 15. *num.* 3. *lib.* 5. *Mynſing. d. obſer-*
uat. 34. *num.* 9. *cum alijs per Gabr. dicta concluſ.* 2. *num*
49. *Farinac. d. quæſt.* 63. *num.* 161. *& ſeq.*

Secundò limitatur, quando aſſertio Papæ de facto alieno
24 eſſet facta motu proprio *Gloſſ. in clem.* 1. *verb. feciſſe nar-*
ramus de probat. Put. deciſ. 100. *lib.* 3. *in correct. Seraph.*
deciſ. 1016. *num.* 5. *&* 6. *Rot. deciſ.* 344. *num* 1. *par.* 1. *& de-*
ciſ. 656. *num.* 3. *part.* 2. *recent. in Meten. Monaſterij* 21.
Februarij 1600. *coram Litta, in Nullius locationis* 27. *Iu-*
nij 1616. *coram Remboldo, in d. Farſen ſeu Nullius Mo-*
naſterij, & Prioratuum coram Vbaldo ſeniori, & in Par-
men. Status 14. *Decembris* 1629. *coram Reuerendiſſimo D.*
25 *Coccino Decano.* Admittitur tamen aduerſus aſſertionem
factam motu proprio, probatio in contrarium, oſten-
dendo, quòd Papa fuerit malè informatus, vt per *Gloſ. in*
dicta clem. 1. *verb. feciſſe narramus ad med. de probat. Soccin.*
conſil. 266. *num.* 27. *volum* 2. *Put. d. deciſ.* 100. *in fin lib.*
3. *Rot. deciſ.* 523. *num.* 6. *& deciſ.* 524. *num.* 3. *par.* 4. *di-*
uerſor.

Dicitur autem narratiua facta motu proprio, quando
26 Papa in literis explicat, ſe motu proprio concedere, *cap.*
ſi motu proprio, de præben. in 6. quod procedit, etiam ſi
conſtet, partem ſupplicaſſe; quia ſunt compatibilia inter ſe,
ſupplicatio præcedens, & gratia motu proprio emanata,
vt per *Bald in cap. niſi ſpecialis num.* 8. *verſic. pone in li-*
teris, de offic. Legat. quem ſequuntur Caſſad. deciſ 1. *num.* 4.
de reſcript. Dec. in cap. cum M. Ferrarien. num. 116. *de con-*
ſtit. & in cap. ex parte num. 28. *de reſcript. & conſil.* 51.
num. 2. *verſic nec obſtat, Anton. Auguſtin. de motu propr.*
num. 1. & ex ſententia Rotæ probat *Gambar. de offic. Le-*
gat. lib. 3. *num.* 61. *& ſequentib Gabr.* qui plures congeſ-
ſit, *de clauſul. concluſ.* 2. *num.* 117. & reprobatis *Cardinal.*
& alijs contrarium tenentibus, *Sarnen. in regula de annali*
quæſt. 10. *num.* 5. *latè Seraphin deciſ* 356. *num.* 2. *&* 5. *&*
deciſ 465. *num.* 1. *&* 2. *& Rot. deciſ.* 656. *num.* 1. *&* 2.
part. 2. *recent. & in d. Parmen. Status coram Reuerendiſſi-*
mo D. Decano. Item procedit, etiam ſi Papa abſque par-
tis poſtulatione conceſſurus non fuiſſet, vt reprobato
Dec. contrarium tenente *in d. cap. ex parte, num.* 28.
firmant *Sarnen. in regula de annali dicta quæſt.* 10. *num.*
8. *Gabr. dicta concluſ.* 2. *num.* 108. *verſic. contrarium*,
Rota apud Seraphin. d. deciſ. 356. *num.* 7. *in fin. & num.*
8. *& in d. Parmen. ſtatus coram Reuerendiſſimo D. De-*
cano. Inſuper ad dignoſcendum ex ſubſcriptione Papæ,
an gratia ſit motu proprio, vel ne, diſtinguendum eſt;
quòd, vel agitur de merè gratioſis, & tunc Papa, quan-
do concedit ad poſtulationem partis, ſignat per verba,
Fiat vt petitur; quando verò concedit motu proprio,
ſignat per verba, *Fiat motu proprio, Sarnen. in com-*
pend. vtriuſque Signat quæſt. 16. *num.* 15. *Veſtr. in prax.*
lib. 1. *cap.* 3. *num.* 6. *Anton. Auguſt. de mot. propr. num.*
1. Aut verò agitur de concernentibus iuſtitiam, & ſignat per verbum, *Placet, vt per Veſtr. loco cit.* & ideo reſcripta concernentia iuſtitiam dicuntur motu proprio conceſſa, quando Papa, præuia motus proprij expreſſione, ſignat per verbum, *Placet, vt egregiè Rota in d. Parmen. ſtatus corā Reuerendiſſ. D. Decano* in qua etiā fuit dictū, clauſulā *De mandato D. N. Papæ N. procedat, vt petitur*, poſitam à Regente in reſcriptis Signaturæ gratiæ non obeſſe, quin reſcriptum dicatur motu proprio conceſſum, ſi Papa in narratiua expreſſerit verba, *motu proprio*, ſignando poſtea per verbum, *Placet*; quia extenſio Regentis, licèt attendatur in reſcriptis Signaturæ iuſtitiæ, iuxta *deciſ. Creſcent.* 1. *de reſcript* quā ita intelligit *Rota apud Seraph. deciſ.* 922. *num.* 4. ſecus eſt in reſcriptis Signaturæ gratiæ, in quibus ſignatura Papæ ſemper eſt præcipuè attendenda, *Seraphin. d. deciſ.* 922. *d. num.* 4. quæ ſunt valdè notanda in praxi.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Tiraſonen. beneficij.

Lunæ 9. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Iuſtificatio literarum Apoſtolicarum probatur ex decreto executoris, in quo pronunciat, ſibi conſtitiſſe, omnia in eis contenta fuiſſe iuſtificata: & alia plura in materia regulæ de triennali.

SVMMARIVM.

1 *Iudex executorialis poteſt ſe extraiudicialiter informare de narratis in gratia, ſi in literis non adſit aliqua clauſula, quæ iudicialem requirat cognitionem.*
2 *Pro executoris decreto præſumitur.*
3 *Producens ſcripturam, cenſetur approbare omnia in eis etiā enunciatiuè contenta.*
4 *Reſtitutio in integrum conceditur, etiam quòd non conſtet de notoria iniuſtitia.*
5 *Reſidentiam requirere dicitur beneficium, ſi ob non reſidentiam beneficiatus aliquid amittat.*
6 *Poſſeſſori triennali non obſtat immiſſio alterius, & res iudicata, ſi erat poſſeſſor tempore rei iudicatæ, & num.* 7.
8 *Poſſeſſio triennalis non excluditur per contradictionē extraiudicialem, & non continuatam.*
9 *Poſſeſſionis triennalis interruptio non prodeſt tertio.*
10 *Reſeruatio in corpore iuris clauſa, intelligitur de vacantibus apud Sedem, non autem de alijs reſeruatis, & nu.* 12.
11 *Indulta Cardinalium Ordinariorum collatorum tollunt obſtaculum omnium reſeruationum, excepta clauſa in corpore iuris.*

DECISIO DCXXII.

RESOLVTIO facta ſub die 20. Decemb. præteriti placuit DD. qui propterea in illa ſteterunt ex fundamētis, & rationibus in ea deductis, circumſcripto tamen motiuo regulæ de annali; ex quo hodie prorogatio eſt de actis, & præcipuè quia gratia impetrata à Petro fuit ſub narratiua beneficij, ſeu portionis

vacantis per obitum Cipriani, licèt Ioannes, nullo ſal-
tem canonico titulo ſibi deſuper ſuffragante, in dicto
beneficio ſe intruſerit, *vt in ſummario Petri aliàs dato
num.* 5. & tamen illud erat plenum, cum Ioannes fuiſſet
de illo prouiſus per gratiam Coadiutoriæ 7. Maij 1615.
cum poſseſsione Capitulari ſubſecuta 4. Martij 1617.
& gratia dicti Petri habebat datam ſub die 18. Ianuarij
1610. Nec obſtat prætenſa intruſio Ioannis, ex eo quòd
illius gratia eſſet ſubreptitia, tanquam obtenta ſub nar-
ratina, quòd beneficium requireret perſonalem reſiden-
tiam: cuius contrarium ſupponitur probari ex teſtibus
ex aduerſo datis *in ſummario Petri num.* 8. Nam dicta
1 ſubreptio excluditur per decretum Vicarij Tiraſo-
nen. executoris in literis Apoſtolicis ſpecialiter depu-
tati, in quo pronunciat, ad plenum ſibi conſtitiſſe, omnia,
& ſingula in eiſdem literis narrata eſse iuſtificata, *vt in
ſummario Ioannis num.* 2. in quibus cum non adeſset
alia clauſula, quæ iudicialem cognitionem importaret,
& coadiutus conſentiret: potuit etiam extraiudiciali-
ter ſe informare, & non videbatur neceſsaria alia iuſti-
2 ficatio: cum pro dicto decreto executoris præſumatur,
vt fuit in his terminis reſolutum *in Hiſpalen. Canonica-
tus* 20. *Aprilis* 1606. *coram Sanctiſsimo, & in Vercellen.
Coadiutoriæ* 23. *Ianuarij* 1608. *coram bon. mem. Cardi-
nali Lancellotto*; & tantò magis, cum ſumptum ſupplica-
tionis coadiutoriæ Ioannis cum futura ſucceſſione, &
inſtrumentum illius poſseſsionis fuerint coram A. C.
3 pro parte Petri producta: ex qua productione cenſetur
omnia in eis contenta, etiam enunciata approbaſse, *cap.
cũ venerabilis*, vbi *Doct. de except.* latè *Ruin. conſ.* 141. *num.*
13. *lib.* 5. *Aym. conſ.* 134. *num.* 8. *& fuit dictum in Co-
men parochialis de Brenta* 25. *Iunij anni præteriti coram*
4 *me*, & in alijs; ex quibus reſultat notoria iniuſtitia ſen-
tentiæ A. C. quæ etiam non notoria ſufficit pro reſtitu-
tione in integrum obtinenda, *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 10.
num. 12. *de re iud. Rot. deciſ.* 492. *num.* 1. *par.* 1. *rec. cum
alleg. in deciſ.* Nec obſtant ſupradicti teſtes, nam tertius
deponit de ſimplici auditu, & fama: ſecundus verò non
recordatur, an ex cauſa non reſidentiæ amiſerit aliquam
partem fructuum: & primus conſtantiſſimè affirmat,
quòd Beneficiati ob non reſidentiam amittunt tertiam
partem fructuum, *vt in dicto ſummario num.* 8. ob quam
5 amiſsionem beneficium dicitur requirere reſidentiam
ſaltem cauſatiuam *Butr. poſt Innoc. in cap. fin. num.* 6.
Imol. num. 13. *de cleric. non reſid Nauar. conſ.* 1. *num.*
4. *in fin. eodem tit. lib.* 4. *latè Gonzal ſuper reg.* 8. *gloſ.* 15.
num 2. & ex hac cauſa potuit Ciprianus petere Coadiu-
torem, & conſequenter excluditur ſubreptio. Subſi-
6 ſtere etiam viſum fuit fundamentum regulę de triennali
in alia deciſione cõprobatũ. Cui non obſtat, quòd Ioan-
nes amiſerit poſseſsionem per immiſsionem Petri, &
rem iudicatam: quia erat poſseſsor tempore rei iudi-
catæ, vt reſponſum fuit *in deciſ. iux. deciſ.* 564. *num.* 2.
par. 3. *diuerſ. lib.* 3. Non obſtat, quòd dicta deciſio non
loquatur, quando Iudex priuauit poſſeſsorem, transfe-
ren. in alium poſseſsionem; quia cum vacatio non fue-
rit (vt ſupra) iuſtificata, imò videatur iniuſtificabilis,
ſtante gratia præuentiua Ioannis, ab aduerſario (vt ſu-
7 pra) producta: non priuauit illum ſua poſſeſſione ſaltem
ciuili, cum non habuerit ſe pro ſpoliato, iuxta *l.* 3. *§. in
amittenda, ff. de acquir. poſſeſ.* & triennalis erat comple-
ta ante executum monitorium A. C. vt in dicta deciſio-
8 ne. Minùs reddita fuit poſſeſſio Ioannis non pacifica
ex contradictione Capituli, quia fuit extraiudicialis, &
non continuata, *Mohed. deciſ.* 7. *&* 8. *in fin. de cauſ. poſ-
ſeſſ. & propriet.* & non erat ſuper titulo beneficij, nec ſu-
per poſſeſſione, nec fructuum perceptione: ideoq. non
impedit virtutem regulæ, *Seraphin. deciſ.* 1254. *num.* 2.
9 *verſic. quicquid*, & dicta contradictio Capituli non po-
teſt ſuffragari Petro ad excludendam triennalem poſſeſ-
ſionem Ioannis, *Rebuff. de pacif. poſs. num.* 200. & fuit
10 dictum in deciſione. Nec etiam intrat limitatio, de
qua in regula de beneficijs reſeruatis ex aliqua reſerua-
tione in corpore iuris clauſa. Quia licèt per dationem
Coadiutoris Papa manum appoſuerit, iuxta *extrauag.
ad regimen*, tamen exceptio intelligitur de vacantibus
apud Sedem, *iuxta cap.* 2. *& cap. de præſenti, de præben.
in ſexto*, non autem de alijs reſeruatis, *Sarnen ſuper di-
cta regula de trienn. quæſt.* 31. *num.* 3. *&* 4. illa enim eſt
vnica reſeruatio vera, & in corpore iuris clauſa, ex latè
cumulatis per *Garz. de benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 128.
& 132. *& ſeqq.* Aliæ enim non ſunt propriæ reſeruatio-
nes, ſed ſunt temporales, quæ expirant cum conditore,
A niſi renouentur. A

Et ita vtraque parte informante deciſum.

ANNOTATIO.

A *Rota in Ferrarien. canonicatus* 26. *Aprilis* 1624. *coram
R. P. Pirouano, & in eadem cauſa* 11. *Decembris eiuſdem
anni coram bon. mem. Vbaldo ſeniori*, in qua fuit dictum,
Capitulum Ferrarien. potuiſſe eligere ad Canonicatum va-
cantem per obitum Prothonotarij, vigore indulti Car-
11 dinalis Ordinarij collatoris; ex quo indulta huiuſmodi
tollunt obſtaculum omnium reſeruationum, excepta dum-
taxat reſeruatione clauſa in corpore iuris, *vt per Gonzal.
ad reg.* 8. *gloſſ.* 24. *num.* 24. *& ſeqq.* quæ reſeruatio eſt
vnica tantum *ex cap.* 2. *de præbend in* 6. aliæ verò non ſunt
propriè reſeruationes, ſed temporales, quæ expirant cũ
conditore, ideoque renouantur per regulas. vt de *extra-
uag ad regimen. de præbend.* loquitur *Creſcent. deciſ.* 3. *nu.*
5. *de priuileg. Put. deciſ.* 180. *num.* 1. *lib.* 3. *Garz. de benefic.
par.* 5. *cap.* 1. *num.* 192.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana bonorum, ſeu librariæ.

Veneris 13. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur marito, ſoluto matrimonio,
in bonis dotalibus per eum poſſeſſis in vita
vxoris: maximè ſtante clauſula, Conſtituti,
quæ poſt mortem conſtituentis durat in con-
ſtiturarium; & an cenſeatur depoſitus ani-
mus poſſidendi, ex conſtitutione procurato-
ris ad capiendam poſſeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non poteſt in dubium reuocare poſſeſſionem defuncti
de tempore conſtituti.*

2 *Poſſeſſio mariti rerũ dotaliũ durat etiã ſoluto matrimonio.*

3 *Conſtituti virtus non reſoluitur per mortem conſtituentis,
ſed durat in conſtitutarium.*

4 *Poſſeſsionis cauſa cenſetur mutata ex titulo ſuperuenienti,
etiam abſque alia declaratione.*

5 *Poſſeſsionem præcedentem non excludit mandatum ad ca-
pien. poſſeſsionem, ſi ſuperuenit nouus titulus.*

6 *Mandatum ad capien. poſſeſsionem, & continuan. intel-
ligitur de continuanda anteriori poſseſsione, quando con-
ſtituens de tempore mandati poſſidebat.*

7 *Poſſeſsionem perdendi animus non arguitur ex mandato*

Digitized by Google

ſacto ad capien poſſeſsionem, ſi adſint alia bona, de quibus capta adhuc non erat poſſeſsio.

8 *Mandatum debet interpretari, prout vtilius eſt mandanti.*

9 *Fideicommiſsi exceptio reijcitur ad petitorium, nec admittitur in ſummariјſsimo poſſeſſorio.*

DECISIO DCXXIII.

PLACVIT DD. reſolutio facta ſub die 8. Aprilis præteriti, videlicet, quòd Franciſco ſit dandum mandatum de manutenen. in poſſeſſione domus apothecæ, ſeu magazzeni ad artem librariæ, necnon & mobilium, & librorum in eis exiſtentium. Non enim fuit dubitatum de poſſeſſione dicti Frãciſci in vita Plautillæ eius vxoris, ex deductis in dicta deciſione; quæ nec etiam ex aduerſo controuertebatur: & tantò minus reſpectu domus, quæ per dictam Plautillam fuit del 1596. titulo dotis tradita dicto Franciſco cum clauſula, *ad haben. & conſtituti*; & ſic tranſlata in eum vtraque
1 poſſeſsio; & non poteſt Io. Dominicus, qui prætendit ſe hæredem dictæ Plautillæ ab inteſtato, in dubium reuocare poſſeſsionem dictæ Plautillæ de tempore conſtitu-
2 ti. Nec ſubſiſtit, quòd dicta poſſeſsio domus dotalis fuerit ſoluto matrimonio reſoluta, quia, (quicquid dicat *Ceuall. relatus per Modern. Bonon. de legit. contrad. queſt. 13. num. 102.*) contrarium in puncto firmant *Bald. & Alex. in deciſ. alleg.* & vltra eos *Campegg. in tract. de dot. par. 1. quæſt. 4. in fin num. 2.* & tantò minus fuit re-
3 ſoluta virtus conſtituti, quæ poſt mortem conſtituentis durat in conſtitutarium, *Claud. in l. exitus num. 2. verſ. ſed ego, ff. de acquir. poſſ. Gozzad. conſ. 42. num. 18. Grauett. conſ. 107. num. 2.* & latè declarat *Tiraq. de conſtit. par. 2. ampl. 13. num. 3. Surd. conſ. 171. num. 20. lib. 2. & fuit dictum in Peruſina, ſeu Eſina teſtamen-*
A *ti 27. Iunij 1603. coram bon. mem. Litta,* A; nec etiam fuit reſoluta detentio, & inſiſtentia facti, quæ ſola ſufficit ad manutentionem, vt in deciſione. Prout non ſubſiſtit ſecundum motiuum Io. Dominici, quòd Franciſcus depoſuerit animum poſſidendi, dum conſtituit procuratorem ad capien. poſſeſsionem; nam imò ex quo, mortua Plautilla, ſuperuenit titulus vſusfructus per
4 eam in teſtamento relicti: cenſetur ſibi mutaſſe cauſam poſſeſsionis, abſque alia declaratione, ex allegatis in deciſione, & comprobat *Dec. conſ. 400. num. 5. Put. deciſ. 441. lib. 1. in correct.* tantò magis, quia Franciſcus fuit præſens teſtamento, & dictum relictum acceptauit: ex qua acceptatione arguitur, ipſum præſumi poſt mortem mutaſſe cauſam poſſeſsionis. Non obſtat
5 mandatum per eam factum ad capien. poſſeſsionem, quia verba dicti mandati poſſunt intelligi cumulatiuè ex nouo titulo dicti vſusfructus, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 5. num. 5. de reſt. ſpol.* & propterea non infertur, quòd antea non habuerit animum adeundi, & mutandi ſibi
6 cauſam poſſeſsionis, & mandatum non ſolùm fuit ad capiendũ poſſeſsionem ſed etiam ad cõtinuandum: & licèt d. clauſula regulariter intelligatur de continuanda, poſtquam capta fuerit: tamen non videtur procedere, quando conſtituens de tempore mandati poſſidebat, prout hic, & ſic referri poteſt ad poſſeſsionem anteriorem continuandã; & ponderanda ſunt verba dicti mandati, *ad capiendam poſſeſsionem actualem, & corporalem*, quæ præſupponunt, ciuilem fuiſſe penès dictum Franciſcum,
7 & poſſunt etiam referri ad reliqua bona hæreditaria, quæ non poſsidebat; quæ interpretatio vti excluſiua animi perdendi poſſeſsionem eſt capienda, *Rot. deciſ. 560. num. 2. & ſeqq. & deciſ. 561. num. 6. & 7. par. 1. recent. & in Bononien. manutentionis 16. Decembris 1611. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Sacrato*; & mandatum
8 eſt interpretan. prout vtilius eſt mandanti, *Surd. deciſ. 268. ſub num. 25. Card. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 15.*
9 *num. 20. & ſeqq.* Quæ dicebantur de prætenſo fideicõmiſſo, tanquam reſpicientia petitorium non fuerunt viſa DD. eſſe attenden. in hoc articulo ſummarijſsimo.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Surd. conſil. 221. num. 14. Adrian Neguſan reſponſ. 400. num. 2. & ſeq & num. 122.* idem tradit de precario, quod ſcilicet per mortem concedentis non extinguatur, ſed tranſeat paſſiuè ad eius hæredes.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Florentina prætenſæ deuolutionis.

Mercurij 18. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Recognitio per teſtes dicentes, habere notam manum, quando ſufficiat. Defectus ſolutionis cauſatus ab errore, non à malitia, & quælibet cauſa credendi etiam iniuſta, excuſat à caducitate: quæ cenſetur remiſſa per receptionem canonum pro temp[illegible] futuro, quamuis factam ſinè præiudic[illegible]

SVMMARIVM.

1 *Recognitio facta per teſtes deponentes habere notam manum ſcribentis, dicitur ſufficiens, ſi agatur de ſcriptura fieri ſolita abſque teſtibus.*

2 *Recognitio ſcripturæ facta per teſtes, dicentes habere notam manum ſcribentis, ſufficit, concurrentibus adminiculis, de quibus num. 3. 4. 5. & 6*

4 *Solutio ſubſequuta confirmatur ex præcedenti diligentia, & animo ſoluendi.*

6 *Falſitas commiſſa non præſumitur, ſtante nobilitate, & modicitate ſummæ, & num. 11.*

7 *Caducitas dicitur euitata, ſi emphyteuta probabiliter crediderit, canonem fuiſſe ſolutum*

8 *Cauſa qualibet quamuis iniuſta excuſat à caducitate.*

9 *Caducitas euitatur, ſi canon non fuerit ſolutus per errorem.*

10 *Caducitas cenſetur remiſſa per receptionem canonum poſtea decurſorum, quamuis factam abſque ipſius Domini præiudicio.*

DECISIO DCXXIV.

DOMINI vnanimiter reſoluerunt, nõ conſtare de aliqua deuolutione bonorum, de quibus agitur; quia licèt Rector Eccleſiæ S. Donati in libello per ipſum dato de anno 1599. allegauerit, fuiſſe ceſſatum in ſolutione librarum duarum ceræ per annos quinque, & in ſolutione grani per biennium; tamen reſpectu ceræ conſtat de ſolutione pro annis 1595. 96. & 97. ex quietantia *in ſummario DD. de Scarlattis num. 6.* & pro anno 1598. ex alia *in ſummario num. 5.* & reſpectiuè grani pro anno 1598. ex quietantia data *in d. ſummario num.*

5. & conſequenter excluditur deuolutio per Rectorem
prætenſa. Nec obſtare viſum fuit, dictum Rectorem
negaſſe quietantiam pro anno 1598. eius manu confe-
ctam; quia dicta quietantia fuit recognita per quatuor
teſtes deponentes, pluries vidiſſe dictum Rectorem ſcri-
bere, & conſequenter habere notam eius manum, *vt in*
ſummario num. 7. Et quamuis talis recognitio non ſit
omnino ſufficiens, nihilominus viſum fuit, ex pluribus
ceſſare difficultatem; & primò quia cum ſimus in ſim-
plici recepta, ſeu quietantia reſponſionis: & huiuſmo-
1 di quietantiæ, (vt apparet ex alijs) fieri ſoleant abſque
teſtibus, ſufficit illa recognitio, *Ruin. conſil.* 70. *num.* 4.
lib. 5. *Rot. deciſ.* 570. *num.* 2. *& deciſ.* 343. *num.* 4. *par.*
1. *diuerſ. & deciſ.* 732. *num.* 8. *par.* 2. *recent. & fuit di-*
ctum in Bononien. de Guidalottis 26. *Ianuarij* 1618. *co-*
ram R. P. D. meo Caualerio, & in Imolen. cenſus 15. *De-*
2 *cembris præteritis coram me.* Secundò, quia concurrenti-
bus adminiculis ſufficit recognitio facta per teſtes di-
centes habere notam manum, *Ruin. conſ.* 46. *num.* 8.
verſic. hinc etiam dicit, & num. 9. *verſ. ſuppletur autem,*
& num. 11. *circa med. lib.* 4. *Rota deciſ.* 553. *num.* 1. *par.*
1. *et* 124. *num.* 3. *&* 4. *par.* 2. *diuerſ. & in Bononien. bonorũ*
3 18. *Decembris* 1617. *coram me.* Adminicula autem plura
concurrunt in propoſito; primò quia in ſolidatione
computorum facta per Saluium cum Ioanne eius villi-
co, quæ fuit recognita per teſtes, qui interfuerunt di-
ctæ ſolidationi, hæc quantitas frumenti fuit illi excom-
putata vigore dictæ quietantiæ dicto Saluio conſignatæ,
Rota dicta deciſ. 124. *num.* 4. *in primo, & ſecundo admini-*
4 *culo par.* 2. *diuerſ.* Secundum, quia villicus rogauit te-
ſtes, vt dic[illegible] Rectori, quatenus accederet ad recipiẽ-
dũ frume[illegible] ex iſta diligentia, & animo præcedẽ-
ti à commu[illegible]cidentibus, confirmatur ſubſequuta
5 ſolutio, *Ma*[illegible]*eciſ.* 352. *num.* 3. Tertium, quia D.
Saluius de hoc querelatus reportauit ſententiam abſo-
lutoriam; ideo ceſſat omnis ſuſpicio, *Alber. in l. edictũ*
num. 2. *ff. de quæſt. cum alijs per Farinac. conſ.* 175. *num.*
6 19. Quartum, nobilitas familiæ, & modicitas ſummæ,
itaut ſit prorſus inuериſimile, ſcripturam falſam fuiſſe
A fabricatam, A *Ruin. d. conſil.* 46. *num.* 11. *in fine, verſ.*
& quia non eſt veriſimile, lib. 4. *Pariſ. conſil.* 54. *num.* 6. 7.
& 8. *volum.* 1. Secundò, quia vbi etiam dicta recogni-
tio non ſufficeret, tamen prætendi ſolùm poterat reite-
rata canonis ſolutio, non autem deuolutio: ex quo D.
Saluius, qui receperat à villico quietantiam pro bona,
ipſiq. quantitatem in illa contentam excomputauerat,
iuſtè potuit credere, canonem fuiſſe ſolutum: quæ pro-
7 babilis credulitas ſufficit ad euitandam caducitatem,
Soccin. iun. in l 4. *§. Cato, num.* 148. *ff. de verb. obligat.*
latè Corb. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon ampl. 8. *nu.*
8 22 prout etiam quælibet cauſa credendi quamuis iniu-
ſta, *Corb. ibidem limit.* 17. *num.* 2. *Rota in Romana fidei-*
commiſſi coram Sanctiſſ. impreſſ. poſt tract. Moder. Peruſ.
de cenſ. deciſ. 4. *num.* 2. *& deciſ.* 261. *num.* 5. *par.* 1. *in*
recent. in quibus firmatur, quamlibet cauſam, etiam be-
ſtialem, excuſare à deuolutione, & in terminis defectus
9 ſolutionis cauſati ab errore, non autem à malitia, *Ve-*
rall. deciſ. 180. *num.* 4. *par.* 1. *Rota deciſ.* 896. *num.* 1. *&*
2. *par.* 4. *diuerſ. & in Bononien.* de Carnalijs 27. *Iunij*
1609. *coram Reuerendiſſ. D. Lugdunen.* Et viſum fuit,
ceſſare omnem difficultatem, cum Rector receperit re-
ſpõſione lite pendente pro tempore futuro, videlicet ab
anno 1599. & per totum annum 1607. quo lis durauit;
ex tali enim receptione, quamuis ſine eius præiudicio,
10 (vt dicitur,) facta, omnis cenſetur remiſſa caducitas, cũ
incompatibile ſit, recipere reſponſionem pro tempore
B poſt caducitatem, & ius caducitatis eſſe ſaluum, B
Butr. in cap. potuit, num. 19. *Card. num.* 26. *quæſt.* 25. *in*
fin. de locat. Ruin. qui de communi conſil. 160. *num.* 4. *&*
conſil. 151. *num.* 12. *lib.* 1. *Gig. de penſ. quæſt.* 75. *num.*
77. *Clar. in §. emphyt. quæſt.* 10. *poſt princip. Corb. vbi*
ſupra limit. 21. *num.* 2. *Mantic. deciſ.* 200. *& Rot. deciſ.*
896. *num.* 4. *&* 5. *par.* 4. *diuerſ.*
Et ita deciſum, informantibus tantùm DD. de Scarlattis.

ANNOTATIO.

A Quòd falſitas commiſſa non præſumatur, ſtante modicitate ſummæ; ex quo ſine magno lucro committi non conſueuit, *Gloſſ in cap accedens, & ibi communiter Canoniſtæ, de crimin falſ Crauett. conſil.* 75. *num.* 16. *Roland. conſil.* 38. *num.* 36. *& ſeq lib.* 1. *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt* 20 *num.* 49. *Gabr conſil.* 169. *num.* 11. *et* 22. *verſ. quoties verò lib* 1. *Honded. conſil.* 109. *num* 23. *&* 24. *&* 37. *lib.* 1. *& conſil.* 95. *num.* 39. *&* 62. *lib* 2. *Farinac. de falſit. quæſt.* 153. *num.* 207. *& ſeq. quos ſecuta eſt Rota in Bononien legati* 27. *Martij* 1626. *coram R. P. D. Merlino.*

B De quo vide quæ dixi ſupra ad *deciſ.* 617. *lit. A.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Hieracen. iuriſpatronatus.

Veneris 20. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio ad parochialem iuriſpatronatus, facta pendente termino ad appellandum, eſt attentata; maximè quando ſententia continet miſturam poſſeſſorij, & petitorij.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicitur inſtitutio, & poſſeſſio capta in termino ad appellandum.*
2 *Sententia lata in poſſeſſorio, continens complicationem, & miſturarum, redditur ad vtrunque effectum appellabilis, & num.* 7. *etiam quòd Iudex dederit refutatorios, num.* 3.
4 *Sententia lata ſuper parochiali, non recipit appellationem quòad effectum ſuſpenſiuum.*
5 *Appellatio non admittitur, ſi facto concurſu appellatur à mala electione, & iudicio irrationabili Ordinarij; ſecus autem ab inſtitutione ad iuſpatronatus.*
6 *Sequeſtrum apponitur, ſi poſſeſſio capta ſit attentata.*
8 *Appellatio datur à ſententia lata in poſſeſſorio mixto, procedente a contractu inueſtitura.*
9 *Appellatio datur à ſententia, in qua datur immiſſio hæredis, vigore Statuti continuantis poſſeſſionem defuncti in hæredem, & quando procedat. num. ſeq.*
11 *Sententia quando dicatur continere miſturam ad effectum appellationis.*

DECISIO DCXXV.

1 ATTENTATA viſa fuerunt Dominis clariſſima, quia pendente termino ad appellandum à diffinitiua ſententia lata ad fauorem Iacobi ſuper illius præſentatione ad Eccleſiam, de qua agitur, vti præſentati à mulieribus deſcendentibus à fundatore, & declaratoria præſen-

ſentationes dictarum mulierum eſſe præferendas præ-
ſentationibus aliorum patronorum factis de Benedicto,
& interpoſita etiam appellatione, *vt in ſummario num.*
1 2. non potuit, citra vitium attentatorum, fieri per di-
ctum Vicarium inſtitutio de perſona dicti Iacobi, & in-
continenti eidem tradi poſſeſſio *d. ſummario num. 3. cap.*
non ſolum, de appellat. in 6. & in his terminis *Calderin.*
conſ. 1. *vt lit. pend. Rot. deciſ.* 6. *num.* 1. *& 2. par.* 2. *di-*
uerſ. & deciſ. 198. *num.* 1. *& 2. par.* 1. *in recent.* Et tantò
2 magis, quia dicta ſententia, vt ex lectura, continet com-
plicationē, & miſturam poſſeſſorij, & petitorij: ſicq. erat
A in totum appellabilis ad vtrūque effectū, A *ad not. in l.*
vnic. & ibi præſertim *Bald. num.* 8. C. *ſi de moment. latè*
Bero. conſ. 110. *num.* 2. *lib.* 3. *Rot. deciſ.* 263. *num.* 2.
3 *&* 356. *num* 7. vbi quòd hæc eſt omnium communis
opinio *par.* 1. *diuerſ.* nec reddita fuit inappellabilis, ex
eo, quòd Iudex dederit reſutatorios *cap. ſæpè de appellat.*
cap. cum appellationibus, vbi præſertim Franc. nu 2. *eod. tit.*
4 *in* 6. Minus obſtat, quòd ſentētia ſit lata ſuper parochia-
li, & ſit prohibita appellatio quoad effectum ſuſpenſi-
uum, ex diſpoſitione S. Concil. Trid. & conſtitutione
ſanct. mem. Pij V. & fuit latè dictum *in Barchinonen. pa-*
rochialis 29. *Nouembris* 1613. *&* 10. *Martij* 1614. *corā*
5 *me*; quia loquuntur, quando facto concurſu appellatur
à mala electione, & irrationabili iudicio Ordinarij: non
autē in beneficijs iuriſpatronatus, in quibus nō eſt locus
concurſui: quia tunc appellatio ab inſtitutione ad vtrū-
que effectum admittitur, vt fuit dictum *in Compoſtella-*
na parochialis 3. *Iunij* 1588. *coram bon. mem. Cardinali*
Platto, & in puncto in alia Compoſtellana parochialis 26.
Iunij 1619. *coram Reuer. Seleucien.* in qua aliæ ſunt re-
B latæ. B, Ex quibus DD. dixerunt eſſe apponendū ſeque-
6 ſtrum iuxta ſtylum Rotæ, *Caſſad. deciſ.* 3 *num.* 3. *de reſt.*
ſpol. Caſ. de Graſs. deciſ. 2. *num.* 1. *de appell. cum alleg. in*
dicta deciſ. 598. *num.* 2. *par.* 1. *in recent. & in Bosanen.*
beneficij 6. *Iunij* 1614. *&* 26. *Iunij* 1615. *coram me.*

Et ita.

ANNOTATIO.

A Sententia continens miſturam poſſeſſorij cum petitorio
7 redditur ad vtrunque effectum appellabilis, vt præter hic
allegat. *Scacc de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 6. *memb.* 9. *nu.*
8 1. *& ſeqq. Rot. deciſ* 196. *num.* 3. *poſt tract. Pacific. de*
Saluian. in vlt. impreſſ. & ideo datur appellatio à ſenten-
tia lata in poſſeſſorio miſto, procedente à contractu in-
ueſtituræ, vt fuit dictum in *Aſſiſien. bonorum* 26. *Iunij*
1626. *coram bon. mem. Remboldo*; ſicut etiam datur ap-
9 pellatio à ſententia lata in poſſeſſorio miſto, prouenien-
te ex beneficio ſtatuti, continuantis poſſeſſionem defuncti
in hæredem, *Bald. conſil.* 330. *num.* 5. *lib.* 1. *Menoch. de*
adipiſcen. remed. 4. *num.* 859. *& ſeq. Scacc. loco cit. num.*
214. *Rot. deciſ* 34. *num.* 21. *part.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 513.
10 *num.* 8. *part.* 1. *recent.* hoc tamen procedit, quando Iu-
dex expreſsè in ſententia declarat aliquem hæredem,
& poſſeſſorem, vt declarant *Scacc. d. memb.* 9. *num.* 125.
Rot. dicta deciſ 34. *ſub num.* 22. *poſt med. verſ. accedit etiā,*
11 *part.* 2. *diuerſ.* & ratio eſt, quia ad hoc, vt ſententia di-
catur continere miſturam ad effectum appellationis, eſt
neceſſarium, quòd in ſententia exprimatur cauſa, quæ ha-
bet complicationem cum petitorio; aliàs ſi complicatio
non ſit explicita, ſed implicita, non diceretur facere mi-
ſturam, *Gratian. diſceptat forenſ cap.* 6 *ſub num.* 38. *Sera-*
phin. deciſ. 603. *num* 1. *Rot. deciſ.* 229. *num.* 6. *& deciſ.*
242. *&* 243. *poſt tract. Pacific. de Saluian. in vlt. impreſſ.*
& in Firmana Saluiani 11. *Iunij* 1619. *coram Illuſtriſſi-*
mo D. Cardinali Pamphilio iuniori relata per Beltramin. ad
deciſ. 232. *Gregor. XV ſub num.* 6. imò oportet, miſturam
eſſe in parte diſpoſitiua, non autem in narratiua, *Seraphin.*
deciſ. 616. *num.* 7 *Rot. diuerſ. d. deciſ.* 34. *num.* 12. *part.* 2.
& deciſ. 381. *ad fin. par.* 4. in qua aliæ allegantur, *in Ro-*
mana vineæ coram Cardinali Pamphilio ſeniori apud Mar-
cheſ. par. 1. *pag.* 1030. *num.* 3. *& deciſ.* 297 *num.* 7. *poſt*
d. tract. de Saluian. ſufficit tamen, quòd in ſententia ex-
primatur cauſa continens complicationem cum petitorio,
licèt de eo non principaliter, ſed incidenter actum fuerit,
Rot. deciſ 196. *in fin. poſt d. tract. de Saluian.*
B *Rot. deciſ.* 656. *num.* 2. *par.* 1. *recent. & in Florentina iu-*
riſpatronatus de Ianſiliaccijs 3. *Iulij* 1628. *coram. R. P. D.*
Durano.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Bergomen. penſionis.

Lunæ 20. Maij 1612.

ARGVMENTVM.

Penſio ſolui debet in ſpecie monetæ, quæ eſt in obligatione, quando illa reperitur: vel ſi eius bonitas intrinſeca eſt mutata, debetur iuxta valorem de tempore contractus; & quando dicatur mutata bonitas intrinſeca monetæ, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Moneta quando eſt certa in obligatione, ſi reperitur, debet in ſpecie ſolui, nec attenditur valoris augmentum, vel diminutio, quando eius bonitas intrinſeca non eſt mutata, num.* 2. *& num.* 6.

3 *Monetæ bonitas intrinſeca ſi mutetur, attenditur valor de tempore contractus, non ſolutionis, & num.* 9.

4 *Monetæ bonitas intrinſeca dicitur mutata, vel ſi minuatur in quantitate, vel ſi eius valor augeatur.*

5 *Moneta debet ſolui iuxta valorem de tempore contractus, non obſtante obſeruantia in contrarium, niſi fortè ſit præſcripta.*

7 *Penſio reſeruata in ducatis de Camera quomodo ſolui debeat.*

8 *Ducatus de Camera valutatur ad rationem vnius ſcuti aurei in auro ſtamparum, cum iulio vno pro quolibet ducato.*

DECISIO DCXXVI.

RESERVATA fuit anno 1611. per Sanctæ mem. Paulum V. ad fauorem Reuerendiſsimi Domini Archiepiſcopi Athenarum ſuper fructibus menſæ Eccleſiæ Bergomen. cum conſenſu illius Præſulis, annua penſio ſcutorum 500. monetæ illarum partium. Cumque tunc reperiretur ibi quædam moneta argentea, cum numero impreſſo ſolidorum 140. conſtituens libras 7. & [illegible] monera nuncupata ſimiliter cuſa pro ſolidis vi[illegible] ita pro communi commercio currentes, & ex[illegible]bilis pro dictis reſpectiuè ſolidis. A nonnulli[illegible] citra dicta moneta ſolidorum 140. fuit aucta pro valore 161. moneta verò libr. ſolidorum viginti, vſque ad 23. & dictus D. Epiſcopus titularis prætendat ſoluere penſionem, numerando dicta ſcuta im-

preſſa per ſolidos 161. ſeu libr. pro ſolidis 23. penſionario verò dicente, ſolui debere dictas monetas cuſas in ſpecie, vel earum valorem currentem de tempore ſolutionis. Dubio ſæpius propoſito, hodie reſolutum fuit, ſolutionem eſſe facien. iuxta prætenſionem D. penſionarij. Moti autem ſunt DD. quia aut dicta reſeruatio
1 de ſcutis 500. monetæ illarum partium eſt intelligen. de dictis monetis cuſis Venetijs: itaut ſcutum verum conſiſtat in dicta moneta cum dicto numero 140. vel cõſtituatur ex monetis impreſsis de ſolidis viginti pro quolibet; & cum dictæ monetæ reperiantur, & ita ſint
A in obligatione, veniunt in ſpecie ſoluendæ A, *Bart. in l. Paulus, ff. de ſolut. & in l. cum quid, ff. ſi certum petatur, cum alijs allegatis*, nec fit diſtinctio valoris aucti,
2 vel diminuti, cum earum bonitas intrinſeca non ſit mutata, *Gab. conſil.* 164. *num.* 4. *lib.* 1. *cum alijs, &c.* Aut verò reſeruatio eſt intelligenda de ſcutis imaginarijs ſolidorum 140. pro quolibet, ſeù de libris 7. ſolidorum 20. pro libr. iuxta teſtes d. titularir, & iuxta commune commercium in toto Dominio Veneto, & preſertim in Ciuitate Bergomi, de qua deponunt dicti teſtes; & tunc ſolutiones ſunt faciendæ de monetis impreſsis, & realibus antiquis, vel etiam de nouis ſecundùm valorem antiquarum: cum iſtæ nouæ ſint deteriores; quan-
3 do enim mutatur bonitas intrinſeca monetæ, tunc attenditur valor de tempore contractus, non ſolutionis, iuxta concluſionem indubitatam antiquorum, & modernorum: vt teſtatur *Socc. iun. conſ.* 101. *num.* 1. *volum.* 1. & tàm Legiſtarum, quàm Canoniſtarum, *Gabr. d. conſ.* 164. *num.* 3. *lib.* 1. *cum alijs, &c.* & procedit in debito ex quacunque diſpoſitione, contractu, & in annua penſione, vt per DD. & iura allegata, & in ſpecie *Alberic. in d. l. cum quid, ff. ſi cert. pet. cum alijs allegatis*. Mutata autem dicitur bonitas intrinſeca,
4 non ſolùm quando mutatur moneta in ſpecie debita: veluti ſi ſecuta fuiſſet diminutio ſcuti, vel libr. de quibus ſupra, in liga, vel pondere, quæ ſecuta non fuit; ſed etiam quando diminuta eſt moneta inferior, qua emitur moneta ſuperior; prout in præſenti caſu: adeò vt debeatur eius valor, & æſtimatio temporis reſeruationis: ne penſionarius creditor verſetur in damno; quam concluſionem firmant in tractatu de monetis, *Laud. colum.* 6. *verſ. vlteriùs quærendum, Brun. in* 6. *par. num.* 5. *verſ. ſed minùs dubium, cum alijs pluribus allegatis*. Monetas verò inferiores diminutas eſſe in bonitate intrinſeca, & hinc proceſsiſſe augmentum ſuperiorum, patebat. Primò, quia hoc in dubio præſumitur, vt iuribus vulg. Secundò, ex experimento ponderatorum Zeccæ Vrbis, qui retulerunt, Groſſettos, & Gazzettas nouas eſſe inferioris ponderis Gazzettis antiquis. Et ex alio experimento Aſſaggiatorum, experimento eiuſdem Zeccæ referẽtium, ſolidos cum literis *M. A. Memo Dux*, & ſic modernos eſſe longè deterioris bonitatis ſolidis antiquis. Nec non ex regulatione monetarum eodem anno Bergomi edita, augente valorem monetarum ſuperiorum: inferioribus verò videlicet Gazzettis, Groſſettis, & da Otto, eundem, quem antea habebant, præſcribente; ex qua regulatione ſequitur, quòd cum non ſit aucta bonitas intrinſeca ſuperiorum, diminuta ſit bonitas intrinſeca inferiorum, & hanc dediſſe cauſam regulationi quò ad augmentum ſu[illegible]iorum. Demum & quartò, quia ſcutum, & li[illegible]reſſa ſicuti non ſunt mutatæ in bonitate intrinſe[illegible]ta eandem recipiunt functionem cum moneta Papali, & cum monetis aureis, quam recipiebant de tempore reſeruationis: & valor ſcuti, & libræ ſemper idem manſit, nempè ſcutum ſolidorum 140. & libr. ſolidorum 20. vndè à ſufficienti partium enumeratione ſequitur, mutationem prouenire à deterioratione inferiorum monetarum, ex quibus ſcutum, & libr. imaginariæ conſtituuntur. Non obſtat, non probari, Gazzettas, & Groſſos deteriores cuſus fuiſſe; quia contrarium viſum fuit ex oculari inſpectione, & ex atteſtationibus, & effectu ipſo mutationis, & variationis, de qua agitur, poſt reſeruationem ſubſecutæ: & adminiculantur ex alijs prædictis. Minùs obſtat, quòd ex communi commercio Bergomi debitores libr. vel ſcutorum in libris cuſis, retrò accipiant ſolidos tres pro qualibet libr. quod non eſſet, vbi mutatio eſſet intrinſeca, ex ſupra allegatis. Quia omiſſo, quòd obſeruantia non videtur ſpecificè probata quò ad debita contracta ante mutationem,
5 dum obſeruantia non eſt præſcripta, & mutatio ex prædictis appareat prouenire ex deterioratione monetarum inferiorum, concluſio iuris eſt certa contra debitorem, & ſic prætenſa obſeruantia nihil faceret, vt in hac materia *Surd. conſ.* 220. *num.* 18. *Theſ. de augm. monet.* 1. *par. num.* 77.

Et ita vtraque parte ſæpiùs informante deciſum.

ANNOTATIO.

A Quando certa ſpecies monetæ eſt promiſſa, quæ extet de
6 tempore, quo fieri debet ſolutio, nec ſit in bonitate intrinſeca, ſed ſolùm in extrinſeca immutata; illa ſpecies eſt ſoluenda, vel moneta illi æquiualens iuxta æſtimationem de tempore ſolutionis, vt poſt *Bart.* in hac deciſione allegatum, *Aretin. conſil.* 11. *num.* 3. *Corn conſil.* 287. *num.* 2. *lib.* 1. *Surd. conſil.* 335. *Benintend. deciſ.* 39. *Seraphin. deciſ.* 82. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 149. *num.* 11. *part.* 2. *& deciſ.* 597. *num.* 2. *part.* 1. *recent. apud Cinc. de cenſib. deciſ.* 216. 217 *&* 218. *coram Gregor. XV. deciſ.* 42. *num.* 6. *vbi Beltramin. num.* 8. *in Capuana penſionis* 6. *Martij* 1617. *corã Illuſtriſsimo Domino Cardinali Verospio, in Mantuana penſionis* 12. *Iunij* 1617. *coram bon. mem. Dunozetto ſeniori*, vbi quòd contraria obſeruantia non poteſt deſeruire pro interpretatiua, *in Rom. cambiorum* 2. *Iunij* 1625. *coram R. P. D. Pirouano, in Foroliuien. dotis* 9. *Iunij* 1625. *coram R. P. D. Durano, & in Mediolanen. ſeu Camerinen pecuniaria* 18. *Maij* 1629. *coram R. P. D. Verospio*, in qui-
7 bus aliæ deciſiones allegantur. Et ideo penſio reſeruata in ducatis de Camera, cum ipſi ducati adhuc hodie in corpore reperiantur, licèt in modico numero, ſolui debet, vel in ipſis ducatis, vel in tanta ſpecie alterius monetæ, ex qua totidem ducati de Camera iuſti ponderis emi poſſint: *vt in dicta Capuana coram Illuſtriſſimo Verospio*,
8 *& in d. Mantuana coram Dunozetto*, in quibus ducatus de Camera fuit valutatus, vt ſoluatur ſcutus auri in auro ſtamparum, cum iulio vno pro quolibet ducato; & idem etiam fuit obſeruatum *in Lucana penſionis* 20. *Iunij* 1622. *coram R. P. D. Pirouano*.

Si verò monetæ mutatio contigit in bonitate ipſius in-
9 trinſeca, vel non reperiatur: ſolutio fieri debet ſecundùm valorem de tempore contractus, iuxta diſtinctionem *Bart. in d. l. Paulus, ff. de ſolut. quam ſecuta eſt Rota d. deciſ.* 597. *num.* 2. *part.* 1. *& d. deciſ.* 149. *num.* 11. *part.* 2. *recent. & in d. Maceraten. ſeu Camerinen. pecuniaria coram R. P. D. Verospio, & in hac deciſione*, & *infra deciſ.* 793. *in fin.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ro-

Romana vineæ.

Lunæ 23. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Executio an, & quando impediri poſſit per tertium poſſidentem. Repoſitio à decreto de ſtylo Curiæ fit, interpoſita per partem appellatione, cum ſola intimatione. Subhaſtatio facta contra minores indefenſos, & de re magni valoris pro paruo credito, eſt nulla.

SVMMARIVM.

1 *Dominium, & poſseſsio transfertur ex aſsignatione rei in ſolutum.*

2 *Exequutionē impedire non poteſt tertius detinens rem pignoris, vel aſsecurationis nomine: & quando procedat, num. 4.*

3 *Executionem impedit, qui proteſtetur, ſe non iure pignoris, ſed iure proprio rem detinere.*

5 *Sententia contra debitorem lata exequi poteſt contra habentem cauſam ab eo poſt latam ſententiam.*

6 *Repoſitiones a decretis de ſtylo Curiæ fieri ſolent cum ſola partis intimatione, abſque alia citatione.*

7 *Per repoſitionem a ſecundo decreto primum remanet firmum.*

8 *Iudicium cum pupillis, & minoribus indefenſis, eſt nullū.*

9 *Subhaſtari non poteſt res magni valoris pro exiguo credito.*

10 *Subhaſtari non poteſt res, quando ex eius redditibus intra breue tempus creditori ſatisfieri poteſt.*

DECISIO DCXXVII.

PLACVIT Dominis deciſio in hac
cauſa facta ſub die 24. Nouembris præ-
teriti, quòd ſubhaſtatio vineæ, de qua
agitur, ſit nulla, ex fundamentis in ea
deductis. Nec contra primum obſta-
re dixerunt obiectum repetitum pro
parte D. Zeccadori, quòd Virginia
1 dictæ vineæ inſiſteret ſolùm iure pignoris: ex quo aſ-
ſignatio illius ſibi à marito viuente facta non fuit ſim-
pliciter, ita vt dominium, & poſſeſſio io ipſam tran-
ſlata fuerint, ex doctr. *Bart. in l. ſi conſtante, num. 43. ff. ſolut. matr.* ſed clauſula, *donec, et quò vſque de dicta
dote, & donatione propter nuptias, & iuribus dotalibus
fuerit integrè ſatisfacta, prout in ſummario Zeccadori
num.* 1. quæ non ſonant in dationem in ſolutum, ſed
2 potiùs in ſimplicem aſſecurationem; ideoque illa impe-
dire non potuerit exequutionem *l. à Diuo Pio, ſ. quòd
ſi res pignorata ſit, ff. de re iudic.* Nam tunc oon fuit pro-
ductum inſtrumentum dictæ aſſignationis, ita vt con-
ſtare poſſet, Virginiam poſſidere iure pignoris: ſed poſ-
ſeſsio illius aliundè iuſtificabatur, nimirum ex locatio-
nibus, & quietantijs receptionum fructuum, de quibus
3 in deciſione; imò ipſa expreſsè ſub die 2. Decembris
1603. proteſtata fuit, ſe eſſe patronam dictæ vineæ, &
contra ipſam debere procedi via ordinaria, & nihil fie-
ri, niſi ſeruatis ſeruandis: ideoqoe donec appareret,
quo iure ipſa poſſideret, ſuperſedendum erat io exe-
4 cutione: nec intrabat diſpoſitio *text. in d. ſ. quòd ſi res
pignorata ſit*, quia procedit, quando tertius, contra
quem intentatur executio, confitetur, proprietatem,
& poſſeſſionem ſpectare ad debitorem: ſecus ſi neget,
vt declarat ibi *Alexand. num. 4. verſic. ſecunda limitatio
5 eſt*, & reſponſum fuit in dicta deciſione. Vndè tollitur
etiam aliud obiectum, quòd cum eadem Virginia habe-
ret cauſam ab ipſo debitore, ſententia contra eum lata
poſſet contra ipſam executioni demandari, *Card. Mantic. deciſ. 7. num* 1. Quia, vltra quòd de hoc non conſta-
bat, dicta deciſ. loquitur in habente cauſam à debitore
poſt latas ſententias, vt loquuntur Doct. io ea allegati,
& ſe benè explicat *ſub num.* 4. quia tuoc agitur execu-
tiuè cootra tertium poſſeſſorem, etiam abſque reuoca-
toria, vt fuit reſolutum in *Veneta donationis* 15. *Aprilis
1616. coram me*, in qua allegatur eadem deciſio Mantic.
cum pluribus alijs; & propterea non applicatur in præ-
ſenti, cum prædicta aſſignatio ſit facta oon ſolùm aote
ſententiam, ſed etiam longè ante iudicium motum.
Contra ſecundum pariter fundamētum omiſſionis for-
mæ ſtatutariæ, ex quo non fuit præfixus terminus vnius
menſis, vt diſponit Statutum Vrbis *lib. 1. cap.* 194. non
obſtare cenſuerunt, quòd dictus terminus præfixus fue-
rit io primo decreto facto ſub die ſecunda Iunij, *vt in
ſummario Zeccadori num.* 2. in quo Iudex mandauit, vi-
neam deliberari plus offerenti, iuxta formam ſtatuto-
rum; ſiquidem cum ab iſto decreto Virgioia appellaſſet
ſub die 15. Iunij, Iudex repoſuit cum intimatione, quæ
fuit exeeota, vt non controuertitur; vndè perinde eſt,
ac ſi dictum decretum non emanaſſet; & quamuis ad
iſtam repoſitionem Fenitia citata non fuerit: tamen
6 ſufficit, quòd illi fuerit intimata; cum de ſtylo Curiæ
huiuſmodi repoſitiones paſſim fiant, interpoſita per par-
tem appellatione, cum ſola intimatione: qui ſtylus at-
tenditur, præſertim in hac materia *Caſtren. conſil. 254.
lib. 2.* Neque rurſus obſtat, quòd etiam ab huiuſmodi
repoſitione Iudex poſtea die 13. Septembris ſequentis
repoſuerit, & ſic remanſerit firmum primum decretum.
Nam iſtud tertium decretum non dicit, *prauia repoſitione a quibuſcunque repoſitionibus*, vt ſupponebat Zeccadorus, ſed, *a quibuſcunque decretis*, vt legitur in eiuſ-
demmet *ſummario num.* 4. Et propterea non tàm ipſa
repoſitio, quàm etiam omnia decreta, hanc vltimam
generalem repoſitionem præcedentia, reuocata extite-
runt, ita vt primum illud decretum reuiuiſcere non
potuerit. Præterea dictum primum decretum fuit etiam
circumductum per productionem vnius quietantiæ pro
parte Fenitiæ 4. Septembris factam, *vt in ſummariolo
dato in reſponſione facti*. Sed vltra prædictas duas nul-
litates in deciſione firmatas, vni ex DD. viſa fuit quo-
que releuans alia nullitas eiuſdem ſubhaſtationis pro
Virginia deducta: oimirum quia illa facta fuit contra
7 filios Blaſij mioores, & pupillos indefenſos, *Bart. in
l. cum & minores, num. 2. & ſequentib. C. ſi aduerſ. rem
iudic. Rot. deciſ. 115. num. 2. par. 4. diuerſ. & latè in
illa Romana dotis de Olphis 25. Octobris 1613. coram
Reuerendiſsimo D. meo Decano, & in Romana ſpolij 17.
Februarij, & 28. Iunij 1617. coram R. P. D. meo Pamphilio*; & quamuis datus fuerit curator, ille tamen oun-
quam comparuit, niſi in termino ad calculandum, &
peritos eligendum, vt legitur *in ſummario Zeccadori
præteritæ poſitionis num. 6. & 8.* nec vllas exceptiones
8 oppoſuit, prout ſanè poterat, & præſertim, quòd pro
debito ſcutorum 9. deueniendum non erat ad ſubhaſta-
9 tiooem dictæ vineæ æſtimatæ valoris ſcutorum 450.
detractis cenſibus ſuper illa impoſitis, *ad text. in l. magis
puto, ſ. non paſsim, in fin. ff. de rebus eorum, gloſ. in
dicta l. à diuo Pio, ſ. in venditione, & ibi Bart. num. 5.
Alexand. num. 4. vbi de communi, & Iaſ. num. 10. Rot.
in Romana ſpolij domus de Venturis 17. Februarij 1620.
A coram R. P. D. meo Caualerio*. A Maximè cum de eo
tem-

Digitized by Google

tempore extarent fructus maturi adhuc pendentes ad
10 valorem ſcurorum 97. aſcendentes, ex quibus cum
poſſet infra breue tempus, imò incontinenti ipſi Feni-
tiæ ſatisfieri, prout etiam pro parte eiuſdem Virgi-
niæ proteſtatum fuit, non debuit procedi ad ſubhaſta-
tionem vineæ, *Saluſt. in praxi lib. 1. cap. 42. num. 15.*
Et ita deciſum.

ANNOTATIO.

A *Gloſſ. 2. ad med. in l. quamdiu C. de diſtract. pig. Menoch. de arbitr. caſ. 182. num. 34. Rot. in Romana nullitatis ſubhaſtationis 27. Iunij 1616. coram R. P. D. Pirouano, & coram eodem in Rom. vineæ ſeu pecuniaria 4. Iulij 1625.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veneta matrimonij.

Mercurij 25. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Metus filiæ matrimonium contrahenti per patrem illatus qualiter probari debeat, ad effectum annullandi matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis, dicitur notoriè iniuſta.*
2 *Matrimonium præſumitur liberum, & voluntarium.*
3 *Metus in matrimonio ſpecificè probari debet, & num. 5.*
4 *Metus non præſumitur illatus à patre; quia amor nullus, & nullum conſilium vincit paternum.*
6 *Metus reuerentialis non ſufficit ad irritandum matrimonium, niſi præceſſerint minæ, vel verbera; & latè ſub num 9.*
7 *Metus ſuſpicio excluditur ex ſubſequuta copula, & conſumatione matrimonij.*
8 *Confeſſioni, & declarationi mulieris, ſi non fuiſſe metu inductam ad matrimonium contrahendum, ſtandum eſt.*

DECISIO DCXXVIII.

CONFIRMANDAM dixerunt DD. ſen-
tentiam ſuper validitate matrimonij,
& reuocatoriam primę latę ſuper nul-
litate, eo quòd eſſet per vim, & me-
1 tum contractum. Primò enim ex actis
non iuſtificatur, & ideo redditur no-
toriè iniuſta, iuxta ſtylum Rotæ, *Se-
raphin. deciſ. 684. num. 8. & deciſ. 987. num. 2. cum al-
legatis.* Nihil enim penitus fuit probatum de prætenſis
vi, & metu, quibus dicitur Cæciliam inductam fuiſſe à
patre ad matrimonium contrahendum cum Ioann. Ba-
2 ptiſta, & præſumptio eſt in contrarium, quòd illud
fuerit liberum, & voluntarium, *Innoc. in cap. cauſam
matrimonij, num. 1. & ibi Bald. num. 4. Abb. num. 5.
Anchar. num. 1. Bellam. num. 1. verſ. & ideo, & Card.
num. 1. in fin. verſ. dicit ergo, de offic. deleg. Caputaq. de-
ciſ. 223. part. 2. & plenè in iſtis terminis Mantic. deciſ.
142. num. 1. & ſeqq. vſq ad 4.* & regulare eſt, metum
3 eſſe ſpecificè probandum *l. 2. C. de his, quæ vi, &c. l. in-
terpoſitas, C. de tranſact. Menoch. lib. 3. præſumpt. 126.
num. 1. Rot. deciſ. 463. num. 3. part. 2. recent.* Qui me-
4 tus tantò minùs præſumitur illatus à Patre, cum nullus
amor, & nullum conſilium vincat paternum, vt in ſpe-
cie poſt *Caputaq. & Mantic. dictis deciſ. tradit Sanchez.
de matrim. lib. 4. diſput. 6. num. 8. verſ. verùm ferè om-
5 nes;* & ideo non ſufficit probatio in genere, ſed cum
qualitatibus, & circumſtantijs, *Caputaq d. deciſ. 223.*
vbi quòd eſt probanda qualitas per actum proximum,
nec ſufficit metus reuerentialis, niſi præcedant mi-
A næ, vel verbera A, *cap. 1. vbi Anchar. & Abb. num. 4.
6 de deſponſ. impub. Caputaq. d. deciſ. 223. num. 9.* & tra-
dunt omnes in princip. relati, & plures cumulat *San-
chez de matrim. dicto. lib. 4. diſputat. 6. num. 7. & 8. vbi
num. 14. poſt Abb. & alios in cap. veniens il primo num.
5. de ſponſal.* quòd matrimonium eſt validum per filiam
contractum, minis non præcedentibus, ad euitandam
patris indignationem; & nihilominus, nec etiam
probatur ſuſpicio, quòd Cæcilia cogitauerit, vel co-
gitare potuerit de tali indignatione. Imò quæcunque
7 vis, vel metus ſuſpicio excluditur ex ſubſecuta copula,
& conſumatione illius, *cap. ſignificauit, de eo, qui duxit,
&c. Abb. in d. cap. veniens il primo num. 7. de ſponſal.
Menoch. lib. 3. præſumpt. 4. num. 30. & ſeqq. latè San-
chez. dicto lib. 4. diſp. 18. num. 2. & 12.* vltra quòd etiam
ſubſecuta eſt matrimonialis cohabitatio, & coniunctio;
& omnem difficultatem tollit iudicialis declaratio Cæ-
ciliæ coram Auditore Nuntij, quòd matrimonium fuit
libenter per eam contractum, & non per vim, & vt ip-
ſa dicit, *di mia buona volontà: nè è vero, che mi ſia ſtata
vſata forza, nè violenza alcuna dal detto Signore mio pa-
dre, nè da altra perſona, accioche io pigliaſſi per marito il
detto Signor Gio. Battiſta.* Quæ omnia confirmauit poſt
plures monitiones, & interrogationes, cum iuramen-
to: vt ex lectura dictæ declarationis *in ſummario num.*
2. vbi etiam declarat, ſe velle in dicto matrimonio con-
tinuare, & oblata etiam ſibi plena libertate in aliquo
8 monaſterio, vel loco: cuius confeſſioni, & declara-
tioni eſt ſtandum, cum pendeat ab animo, & ſtet pro
matrimonio, *ex not. in dicto cap. cauſam de offic. deleg.* &
ideo viſum fuit DD. nouum, quòd muliere non ſe con-
querente de vi, & metu, & nihil prorſus probato,
procedi poſſit ad annullan. matrimonium ad inſtan-
tiam auiæ maternæ, & Promotoris Fiſcalis.
Et ita deciſum parte Ceciliæ, & viri ſola informante.

ANNOTATIO.

A Et quòd ſolus metus reuerentialis non ſufficiat ad annul-
9 landum matrimonium, niſi concurrant minæ, vel verbera
aut alius metus addatur *Guttier. de matrimon. cap. 44 ſub
num. 32. verſ. nihilominus;* & regulariter ſola reuerentia,
quæ perſonæ debetur, non ſufficit ad probandum metum
in quacunque materia, *Felin. in cap. cauſam il 1. num. 3.
verſ. tamen iſtis non obſtantibus, de offic. deleg. Crauett.
conſil. 115. num. 13. Rota deciſ. 341. num. 2. part. 2. diuerſ.
coram Gregor. XV. deciſ. 120. num. 1. & in Valentina do-
nationis 3. Iunij 1624 coram R. P. D. Merlino.* Et præ-
dicta concluſio procedit, etiam ſi cum metu reuerentiali
concurreret enormis læſio; vt ſi filia, ob patris reueren-
tiam, nubat viro longè diſparis conditionis, cui aliàs non
nuberet; vt reprobatis contrarium ſentientibus, probat
*Sanch. de matrimon lib. 4. diſp. 6. num. 15. verſ ego tamen,
quem ſequuntur Guttier. d. diſput. 44. num. 43. Beltramin.
ad deciſ 326. Gregor. XV. ſub num. 51.* Nec ſufficit ſolus
metus reuerentialis cum minis: niſi probetur ſimul, quòd
minans ſit ſolitus minas exequi, *Rot. deciſ. 463. num 3.
part. 2. recent. & in Hydruntina pecuniaria 27. Aprilis
1622. coram R. P. D. Merlino,* & in terminis matrimonij
Sanch d. lib. 4 diſput. 6. num. 21. vbi plures adducit, re-
por-

Digitized by Google

probando contrarium ſentientes. Notandum tamen, quòd licèt metus reuerentialis ſolus non ſufficiat ad annullandum matrimonium: tamen operatur, vt ſufficiat minor metus, quàm aliàs requireretur *Gregor. XV. d decis. 326. num. 11. & ſeqq & ibi Beltramin. ſub lit. B. vbi allegat deciſionē in Toletana profeſſionis 19 Nouembris 1614. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori, idem Gregor. deciſ. 374. num. 12.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Hiſpalen Voti.

Mercurij 25. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Præſcriptio ad hoc vt, Sede vacante, non currat contra Eccleſiam, & Prælatum, ſufficit quale quale intereſſe, quod ſit certum, & non euentuale.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio ne currat contra Eccleſiam, Sede vacante, ſufficit quale quale intereſſe, prout ſufficit, ad hoc ne cauſa, Eccleſia vacante, tractare poſſit, & num. 5.*
2 *Præſcriptio, & quòd ſileat cauſa, a pari procedunt.*
3 *Præſcriptio faciliùs impeditur Sede vacante, quàm actio.*
4 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*
6 *Canonicus familiaris Epiſcopi debet habere idem votum in negotijs pertinentibus ad ipſum Epiſcopum, & eius dignitatem.*
7 *Præiudicium perpetuum dicitur magnum præiudicium.*
8 *Præſcriptio, Sede vacante, non currit in bonis, & iuribus communibus inter Prælatum, & Capitulum: ſecus quò ad bona, quæ non ſunt communia, ſed diſtincta, & ſpectant ad ſolum Capitulum, num. 10.*
9 *Præſcriptio vt non currat, Sede vacante, in rebus communibus inter Prælatum, & Capitulum, ſufficit potentia inferendi præiudicium Prælato.*
11 *Familiaritas ad inſtar ſocietatis ſoluitur per mortem confamiliaris.*

DECISIO DCXXIX.

DOMINI ſteterunt in deciſis die 21. Februarij præteriti, videlicet ex quadragenaria, propter quam Capitulum prætendit excludere à votando Canonicos familiares D. Archiepiſcopi, quando tractatur de negotijs ad eum, vel dignitatem Archiepiſcopalem ſpectantibus, deducenda eſſe tempora Sedis vacantis: quia Eccleſia caruit legitimo defenſore. Intereſſe namque D. Archiepiſcopi, & dignitatis Archiepiſcopalis videbatur indubitatum, fuitq. per Rotam pluries firmatum. Et licèt Capitulum prætenderet, illud non eſſe attendendum, prætextu, quòd non eſſet primarium, ſed conſecutiuum, & ſecundarium: & quòd non eſſet certum, ſed euentuale; DD. viſum fuit, ad hoc, ne tempus currat, Sede vacante, non eſſe neceſſarium intereſſe primarium, ſed ſufficere quale quale: prout ſufficit ad hoc ne cauſa,
1 Eccleſia vacante, tractari poſſit, *cap. verum, de for. compet. vbi Butr. num. 2. in fin. Abb. num. 3. in 2. not. Barbat. num. 18. Alexan. de Neu. num. 6. Soccin. num. 3. Felin. in cap. edoceri, num. 7. in 2. ampliat. de reſcript. &*
2 *conſ. 40. num. 3. verſ. & vlterius;* cum, quòd ſileat cauſa
3 & præſcriptio à pari procedat, *Oſt. in cap. olim, il 1. ſub num. 4. de reſt. ſpol.* imò faciliùs impediatur præſcriptio, Sede vacante, quàm actio, *Ant. Aug. deciſ. 586. lib. 3. in manuſcr.* Vndè intrat regula illa vulgaris, quòd non
4 valenti agere non currit præſcriptio. Nec videbatur obſtare *Abb. in cap. cum olim, ſub num. 3. verſ. nec obſtat vacatio, de teſtibus, quem Felin in d. cap. edoceri,*
5 *num. 7. ad fin. in addit.* volens, agi poſſe cauſam per Archidiaconum, vel alium de Capitulo pro iuribus, & intereſſe ſuæ dignitatis, etiam quòd deducat in conſequentiam quandam ius Sedis vacantis. Tùm quia *Abb.* loquitur, ſuppoſito intellectu *Oſt.* quòd textus ille loquatur Sede vacante, qui tamen habet plures intellectus, & communis eſt contrarius intellectus *Innoc.* quòd loquatur, Sede non vacante, ſed Epiſcopo negligente: vt per *Felin.* ibi *num. 2.* & tunc quando Archidiaconus agere vult pro iure ſuæ dignitatis Sede vacante competen. & in conſequentiam venit libertas Eccleſiæ, quãdo non vacat: & ita etiam loquuntur alij *in d. cap. cum olim*, qui propterea continet caſum ſpecialem, vt poſt *gloſ. dicit Card. num. 1. poſt med. verſ. in gloſ. vltima.* Tū quia, Archiepiſcopo defuncto, Canonici eius familiares non agunt ampliùs de iure proprio: quinimò eorum tunc intereſt, præſcribere in præiudicium familiarium Archiepiſcoporum ſucceſſorum. Præterea con-
6 ſiderabant, intereſſe Archiepiſcopi, & eius dignitatis, videri maius, quàm Canonicorum familiarium; tum quia poteſtas illius eſſet nimium diminuta, & limitata, ſi Canonici familiares non haberent idem votum in Capitulo, prout alij, etiam in negotijs ad Archiepiſcopum, & eius dignitatem pertinentibus; quia hoc modo Eccleſia, & eius Caput priuarentur iuſto conſilio, & fauore iſtorum Conſiliariorum: quod in proximis terminis valdè conſiderauit Rota, vt per *Put. deciſ. 6 num. 6. lib. 3.*
7 *in nou.* Tum quia præiudicium eſt perpetuum, reſpectu verò Canonicorum familiarium temporale: quod ſufficit ad iudican. illud maius, *Put. deciſ. 410. num. 5. & deciſ. 431. in princ lib. 2. in nou* Vel ſaltem negari non poteſt, quin intereſſe ſit commune inter Canonicos, & Archie-
8 piſcopum, & coæquale; & ideo, Sede vacante non currit, præſcriptio, *Put. deciſ. 404 nu. 2. & 439. num. 3. d. lib. 2.* & firmatur in deciſione. Ex quibus etiã tollitur, quòd D. Archiepiſcopus non habeat ius firmatum, & quòd præiudicium ſit euentuale. Quia imò habet ius firmatum, cum poſſit conferre Canonicatus, cum pleno iure Canoniæ, & interſtare actionem, ne Canonici expellantur, vt dictum fuit in deciſione. Euentualitas verò, quòd Canonici poſſint dare vota contra, non eſt conſiderabilis, nec facit euentuale intereſſe Archiepiſcopi, quod eſt certum conſiſtens in hoc; ne Canonici vti familiares habeant ius Canoniæ diminutum, & priuentur ratione familiaritatis à iuribus de iure competentibus, & ipſe habeat in Capitulo Canonicos benè affectos; ſed potiùs redderet euentualem ceſſationem præiudicij in aliquibus caſibus, ratione huius vltimi capitis; & poſſunt etiam teſtes familiares deponere contra Archiepiſcopum: & nihilominus intereſſe eſt clarum, vt illi ad-
9 mittantur pro eo in teſtes. Vltra quòd ſufficit potentia inferendi præiudicium, *d. cap. verum, & ibi Doct. Put. d. deciſ. 404. num. 2. lib. 2.* vbi poſt *Felin. in d cap. edoceri, num. 7. in 3. ampliatione*, conſiderat potentiam nocendi, quando bona, vel iura ſunt communia cum Ca-
10 pitulo. Nec applicantur, quæ deducuntur circa maiorem, vel minorem temporis præſcriptionem, & exempla adducta ad effectum, vt tempus Sedis vacantis non ſit deducendum. Quia ſemper viget ratio, quòd Eccleſia caret legitimo defenſore, & illius cauſa tractari non po-

Digitized by Google

poteſt; ſed ſolùm applicantur, quando bona, vel iura non ſunt communia, ſed diſtincta, & ſpectabant ad ſolum Capitulum, *Abb. in d. cap. 1. num. 4. de præſcr. Felin. poſt Oſtien. in d. cap. edoceri, in 4. limitat.* Tandem non applicatur, quòd Eccleſia non caruerit legitimo defenſore, quia Canonici familiares extabant, & remanebant reliquiæ familiaritatis cum Archiepiſcopo.

11 Quia retorquetur, cum per mortẽ Archiepiſcopi fuerit finita omnis familiaritas: quemadmodum per mortem ſocij ſoluitur ſocietas, ad cuiusinſtar familiaritas contrahitur, *Anchar. in cap. fin nu. 3. verſ. contrahitur, de verb. ſignific. in 6. Simonett. de reſeru. q. 35. num. 5.* cum alleg. in deciſione; & ideo ſemper Eccleſia caruit legitimo defenſore, cum Canonici priùs familiares, & ad quos, pars Capituli prætendit, ſpectaſſe primam cauſam defenſionis, per mortem Archiepiſcopi facti fuerint aduerſarij, & pars formalis ad acquirendum ius excludendi familiares Epiſcoporũ ſucceſſorum, vt magis amplam, & liberam haberent in votando auctoritatem; & ideò tanto magis viget ratio carentiæ legitimi defenſoris, à iure conſiderata. Alijs patet reſponſio ex prima deciſione, cuius rationes placuerunt Dominis.

Et ita reſolutum, vtraque parte informante.

Romana Saluiani.

Lunæ 30. Maij 1622.

Argumentum ex ſummario patet.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana ad hoc vt locus non ſit, grauamen debet eſſe notorium.*

2 *Aegidiana vt non intret, iniuſtitia ex eiſdem actis demonſtrari debet.*

DECISIO DCXXX.

CVM ſententia extra Rotam lata ſit iuſtificata ex deciſione coram me facta 8. Nouemb. 1619. cenſuerunt DD. locum eſſe Aegidianæ. Nam fuit lata in mero poſſeſſorio inter laicos, & ſuper re profana, vt iuſtificatur in dicta deciſione, in qua reſolutum fuit, conſtare de bono iure Ioannis Baptiſtæ: & probata fuerunt extrema in Saluiano per eum intentato, videlicet creditum cum hypotheca ex publico inſtrumento cenſus, & quòd domus, ſuper qua fuit conceſſa immiſſio, fuerit de tempore obligationis, & poſt poſſeſſa per q. D. Camillũ, qui principaliter, & inſolidũ cum obligatione Camerali, & iuramento acceſſit cenſui impoſito per Canſacchum; & quòd de tempore litis ſit poſſeſſa per Floridum reum conuentum; & in eadem deciſione ſunt ſublatæ exceptiones prætenſæ anterioritatis creditorum autoris dicti Floridi, & aliæ. Proinde non ſolùm non conſtat de
1 notorio grauamine illato, prout conſtare debet ad excludendam diſpoſitionem dictæ conſtitutionis, vt ex eius verbis *Rot. deciſ. 324. num. 3. par. 2. recent.* & fuit pluries dictum: ſed de contrario, & ſic de nullo grauamine; nec controuertitur validitas dictæ ſententiæ, quam non laborare aliquo defectu iuriſdictionis, mandati, citationis, & aliorum, quæ ſeruanda erant, conſtat ex reuolutione proceſſus, & actorum. Nec appellatio,
2 ſeu iniuſtitia ſententiæ poſſunt iuſtificari ex nouis, ſed ſolùm ex eiſdem ad impedien. Ægidianam, *Corn. conſ. 10. num. 25. vol. 4. Seraph. deciſ. 823. num. 2.* meritò concluſum fuit, eſſe locum Ægidianæ, & ſic pro dicto Ioanne Baptiſta informante.

Romana altiùs non tollendi.

Lunæ 30. Maij 1622.

ARGVMENTVM.

Aedificare poteſt vicinus altiùs tollendo: præſertim quando ædificium eſt nobile, & inſigne: & non ſit ad æmulationem; & an, & quando impediri poſſit ratione excluſionis ventorum Aquilonarium, vel etiam proſpectus in ædes vicini.

SVMMARIVM.

1 *Interdictũ, ne quid in loco publico, habet locum, etiam ſi quid fiat in priuato, quod noceat publico.*

2 *Faber malleans propè ſcholas expelli poteſt.*

3 *Aedificium altiùs tolli non poteſt ſi venti excludantur in damnum publicæ vtilitatis.*

4 *Moderator eſt, & arbiter quiſque in re propria.*

5 *Aedificijs nobilibus, & inſignibus Ciuitatem ornari, publicè intereſt.*

6 *Aedificium altiùs tolli poteſt, cum non ſit ad æmulationem, quod non præſumitur, & allegans æmulationem, tenetur probare num. 25.*

7 *Aedificium iam cœptum habendum eſt in conſideratione, ac ſi eſſet perfectum.*

8 *Aedificare vt non liceat propè domum alterius, ne ventus impediatur, probandum eſt ab actore, ventum prorſus, & vndique excludi, ita vt locus penitus inutilis efficiatur.*

9 *Experientia ſemper attendi debet tanquam rerum magiſtra.*

10 *Teſtium depoſitio dubia interpretari debet contra producentem.*

11 *Aedificium impediri non poteſt à vicino, licèt ab eius domo excludat vnum ventum, ſi plures eiuſdem benignitatis, & ſalubritatis in eam aliundè ingredi poſſunt.*

12 *Indefinita non æquipollent vniuerſali in teſte.*

13 *Teſtibus magis veriſimilia deponentibus in concurſu ſtandum eſt.*

14 *Teſtibus deponentibus ſuper re ſpectante ad eorum exercitium magis creditur.*

15 *Teſtibus, data eorum paritate, magis creditur deponentibus pro reo, quàm pro actore.*

16 *Teſtibus quamuis paucioribus magis creditur, ſi veriſimiliora deponunt.*

17 *Teſtes contra inducentem magis probant.*

18 *Reo ſufficit probationem inuicem conquaſſari, vt eius probatio præferenda ſit.*

19 *Publicæ vtilitati quoties poteſt aliter prouideri, iuri alterius non derogatur.*

20 *Aedificium non debet impediri, ceſſante alterius detrimento, & ædificantis vtilitate concurrente.*

21 *Feneſtras non licet conſtruere etiam citra æmulationem, ſi ex eis inſpici poſſit intra monaſterium monialium.*

22 *Feneſtras conſtruere non licet, ſi per eas inſpici poſſit intra Collegium ſeminarij, vbi adoleſcentes Eccleſiaſticis diſciplinis imbuuntur. Contrarium num. 28.*

23 *Aedificare non impeditur vicinus cum feneſtris reſpicientibus in domum vicini.*

24 *Li-*

Digitized by Google

24 *Limita in præiudicium loci publici quale eſt ſeminarium contrarium num* 29.
26 *Aedificium quando fiat ad æmulationem, Iudicis arbitrio relinquatur*.
27 *Aedificium quando præſumatur fieri ad æmulationem*.

DECISIO DCXXXI.

PROPOSITO ſub die 3. Decemb. 1618. *coram R. P. D. meo Pirouano* præſenti dubio, An liceret Ferrino, altiùs tollere eius Palatium iuxta ædes Seminarij ædificatum; fuit tunc firmatum, Seminarium gaudere priuilegio loci publici, & proſequen. diſputationem coram me, Seminarium prætendebat elationem dicti Palatij impedire, ratione damni dictis ædibus imminentis. Primò propter excluſionem ventorum Aquilonarium, ob quam, aſſerebat, dictas ædes reddi inſalubres: & ſic obſtare interdictum, ne quid in loco publico, quod habet locũ, etiam ſi quid fiat in priuato, quod noceat publico *l. 2. §. idem labeo, & §. idem ait, vbi Bart. & §. ſi quis domum, & §. ſi quis in ſuo, vbi idem Bart. ff. ne quid in loc. public.* & adducebantur exempla de expellen.
2 fabro malleante penes ſcholas, & de non officiendo illarum luminibus, & alia, de quibus per *Doct. in l. 1. ff. ſol. matr.* & latè per informantes pro Seminario: & ob-
3 ſtare etiam diſpoſitionem *l. fin. §. fin. C. de ſeruit. & aq.* in lucentis ipſo iure ſeruitutem altiùs nòn tollen. ne vẽti excludantur in damnum publicæ vtilitatis, iux. intellectum *Vgon. quem poſt gloſ. ſequitur ibi Cyn. in fin. Alberic.* atteſtans, ſecũdùm eos pluries obtinuiſſe de facto, *Butrig. Bart. Bald. Salic. qui de communi Ang. & Caſtr.* idem *Ang. in l. imperatores ff. de ſeruit. vrban. præd. cum alijs alleg.* Secundò deducebatur damnum ex proſpectu intus dd. ædes per feneſtras dicti palatij, ex infra allegan. Sed DD. (pro maiori tamen parte) in hac 3. propoſitione reſoluerunt, eidem Ferrino licere, dictum Palatium altiùs tollere: cum moderamine tamen quò ad feneſtras, & lumina, de quo infra. Moti ſunt autem, quia Ferrinus, qui eſt reus, vltra vulgatiſſimas regulas,
4 quòd Actore non probante, &c. & quòd quiſque in re propria eſt moderator, & arbiter, de qua in ſpecie *gloſ. in l. per prouincias in ver. ſui dominij, C. de ædific. priuat.* habet pro ſe in hac materia reg. *l. altius, C. de ſeruit. & aq. & ibi not. per gloſ. & Doct. Cepoll. de ſeruit. vrban. præd. cap. 27. num. 4. latè Honded. conſ.* 81. *lib.* 1. *& fuit dictum in Tyburtina Calcariarum* 14. *Martij* 1614. *coram*
5 *me*. Præſertim cum d. Palatium ſit valde nobile, & inſigne, publicèq; interſit, Ciuitatem ſimilibus ædificijs ornari, *l. prætor ait* 20. *§. hoc interdictum prohibitorium, ff. de nou. oper. nunciat. l. 2. C. de ædific. priuat. & ibi gloſ. in ver. aſpectus Salic. in ſumm. & 1. not. Surd. deciſ.* 168. *num.* 9. *Sim. de Prat. conſ.* 73. *num.* 22. qua ratione per Summ. Pontifices, & præſertim per fel. rec. Greg. XIII. multa fuerunt indulta priuilegia, de quibus in Bulla Congrui quotidie practicata; cumque d.
6 elatio non fiat ad æmulationem, quod non prætenditur, nec præſumitur, *gloſ. in l. fluminum §. fin. verſ. non teneri ff. de damn. inf.* quam ibi omnes ſequi, & eſſe communem opinionem, *latè Padill. in d. l. altius num.* 22.
A *verſ. ſed in dubio*. A, Nec obſtare viſum fuit damnum ex dicta elatione prætenſum. Nam primò quò ad impedimentum ventorum Aquilonarium, & aeris inſalubritatem, quamuis admiſſæ fuerint concluſiones iuris ſuper hoc firmatæ, & per informantes pro Seminario latè comprobatæ, Domini cenſuerunt, factum in præſenti non verificari. In primis enim circa excluſionem dd. ventorum, quamuis conſiderato præſertim ſtatu, poſtquam erit perfecta fabrica Seminarij iuxta plantam ex ordine Rotæ inter partes firmatã: qui ſtatus at-
7 tendi debet, quia cum Seminarium præuenerit in conſtructione ſui ædificij, habendũ eſt, ac ſi ædificium perfectum eſſet *l. 2. §. idem labeo, verſ. deinde ait Prætor, ff. ne quid in loc. publ. Bart. in l. quominus num.* 10. *ff. de flumin. & ibi Iaſ. num.* 54. *Bald. in l. item lapilli num.* 10. *de rer. diuiſ.* Admiſſa etiam excluſione ventorum in ædes Seminarij per lineam rectam, quæ ſatis clarè patere videbatur, vltra ocularem loci inſpectionem, ex d. planta, & relationibus peritorum, & depoſitionibus teſtium tàm Seminarij, videlicet 2. iux. 16. additionale, & ſuper 18. & 19. & quinti teſtis ſuper 2. 3. 17. & 6. ſuper 3. & 17. quàm etiam ipſius Ferrini, nimirum ſecundi iuxta 17. & quarti iuxta 19. atque etiam ex alijs infra dicendis: qui dum deponunt de ingreſſu dictorum ventorum per reunionem, videntur neceſſariò ſupponere eorundem præcedentem refractionem ad obſtaculum
8 Palatij Ferrini. Nihilominus dicebatur, id non ſufficere Seminario actori, ſed proban. eſſe, quòd non adſint alij modi, nec aliæ viæ ingreſſus venti Aquilonaris, ad hoc, vt probatio per neceſſe concludat *iuxta vulg. reg. & iuxta terminos d. l. fin.* quæ requirit, quòd ventus prorſus, & vndique excludatur, itaut locus penitus inutilis efficiatur, vt in text. ibi, *ſi inutilem aream faciat*, & tradunt ibidem *Alb. in fin. & Cyn. Bart. Bald. Ang. Caſtr. & Padill. in ſummario Imol. in l. ſi priuſquam num. 9. verſ. 2. vbi Alex. num. 34. verſ. 2. ff. de nou. oper. nunc. Veron. de ſeruit. d. cap. 27. num. 4. verſ. 1. Iaſ. in l. ex hoc iure num. 14. ff. de iuſt. & iur. Paſcth. conſ.* 130. *num.* 13. *ſub verſ. ad 4. ibi 3. ſolutio Honded. d. conſ.* 81. *num.* 29. 30. *&* 31. quod non ſolùm pro eodem Seminario probatum non fuit, ſed pro parte Ferrini probatur ingreſſus ventorum per alios tres modos, ſcilicet primò per reunionem, 2. per deſcenſum, 3. à lateribus, *vt in eius ſummario num.* 1. *&* 2. De ingreſſu enim per reunionem deponũt ex teſtibus ipſius primus iuxt. primum & 22. & ſuper 9. & 10. & ſuper 19. & ſuper 3. vbi quòd ſufficit ad hoc minor diſtantia, quàm duplicata; & 3. iuxt. 11. 19. & 22. & ſuper 1. & 10. qui melius concludere viſi ſunt, quàm teſtes Seminarij, quorum 4. iux. 18. ſe remittit ad Mathematicos, 5. & 8. iux. idem dicunt, non poſſe dari certam regulam, nec quid certum determinari circa quantitatem diſtantiæ ad effectum huiuſmodi reunionis. Per deſcenſum verò deponunt ex prædictis teſtibus Ferrini idem primus iux. 11. vbi dat exemplum de curtili Palatij Farneſiani, & Cancellariæ Apoſtolicæ, & reddit rationem: quia motus ventorum eſt diametralis, non autem orizontalis, itaut ab eius principio propè mediam aeris regionem paulatim obliquè deſcendat: & quòd hoc præcipuè procedit in ventis ſeptentrionalibus, qui ideo à Peripateticis Apogæi vocantur; & 3. iux 16. & ſuper 1 & 7. iuxt. 8. & 8. iux. 11. & concordant etiam duo teſtes nuper pro parte Seminarij examinati, nempè 1. iuxta 11. in fine dicens, *Et il corſo del vento, tengo, che ſia diametrale, & non orizontale*, & iuxt. 26. & 2. iux. idem ibi, *ſe il corſo del vento ſia diametrale, ouero orizontale, la mia opinione è, che ſia miſto*. De ingreſſu autem ventorum à lateribus, nempè per viculos venientes à monte Citorio, & per vicum Orphanorum deponunt ex eiſdem teſtibus Ferrini 2. iuxt. 17. & ſuper 1. 3. ſuper 1. & 6. iuxt. 17. & ſuper 2. & 7. iuxt. 8. & 9. iuxt. 17. Secundum verò caput probationis Seminarij actoris, nempè inſalubritatis aeris, deficere pariter videbatur, tùm ex præmiſſis: quia, remanente ingreſſu ventis Aquilonaribus per ſupradictos tres modos, aer non redditur in-

ſa-

ſalubris per huius ædificij elationem, vt patet ex eiſdem
teſtibus iuxt. 22. & ſuper 5. *d.* t. *ſumm. Ferrini num.*
3. vbidicunt, ventos huiuſmodi reunitos habere eamdẽ
vim, eoſdemque effectus, prout ante refractionem, &
impedimentum, Quin etiam primus 2. 3. 6. & 8. *dicto*
ſummario num. 4. addunt, ventos Aquilonares refractos
ſalubriores eſſe, quàm ſi impetuoſi liberè ingrediantur:
quod & idem ipſum conſtanter affirmant teſtes Semi-
narij, vt in depoſitionibus eorum datis *in ſummariolo*
eiuſdem Ferrini dicta die 3. Decembris 1618. *num.* 4. Tum
quia data etiam omnimoda Aquilonarium excluſione,
non tamen inde neceſſariò infertur aeris inſalubritas,
prout expreſsè fatetur 2. teſtis Seminarij iuxta 31. *d.*
ſummariolo num. 9. dicens, *quando non ſpira la tramon-*
tana, il Seminario Romano non ſara neceſſariamente mor-
boſo, prout id etiam iuxta 37. vnà cum tertio teſte iuxt.
idem affirmat, poſſe contingere in aliquibus alijs locis
Vrbis a ventis Aquilonaribus retruſis, & latiùs depo-
nunt teſtes Ferrini in eius *ſummario num.* 12. *&* 13. vbi
1. 3. 7. *&* 8. inducunt ſimile de carceribus Curiæ Sabel-
lorũ, Hoſpitali S. Spiritus, Monaſterio Puellarũ d. Ho-
ſpitalis, ac alijs Monaſterijs in Vrbe, intra quæ Ventus
Tramontanæ ingredi non poteſt, niſi perpendiculariter,
& per deſcenſum: & tamen in illis ſalubriter viuitur,
licèt cohabitatio ſit anguſtior, & victus incultior ſer-
uetur, & fœtor, calor, & humiditas maior ibi vigeat:
9 vt docet experientia, quæ ſemper attendi debet tan-
quam rerum magiſtra, *vulg. cap. quàm ſit, de elect. in* 6.
Eòque magis, quia per elationem d. ædificij non impe-
dientur Seminario flatus vẽtorum Collateralium Aqui-
lonaris, ſcilicet Magiſtri, & Græci, vt deponunt ex te-
ſtibus Ferrini 1. 2. 5. & 6. teſtes Seminarij *d. ſummario-*
lo dato 3. Nouẽb. num. 5. Qui venti, vtì participantes na-
turam ipſius Aquilonaris, ſunt æquè ſalubres, vt dicunt
ijdem teſtes Ferrini *d. ſummario num.* 7. & Seminarij
d. ſummariol. num. 6. prout etiam non excludetur liber
ingreſſus ventorum Orientalium, & Occidentalium,
quemadmodum deponunt omnes teſtes eiuſdem Ferri-
ni, demptis 7. & 8 *vt in d. eius ſummario num* 8. qui pa-
riter venti ſunt valde ſalubres, ſicut plenè referunt 1.
3. 7. 8. & 9. ex teſtibus eiuſdem Ferrini *d. ſummario*
num. 9. & præſertim illi, qui Etheſiæ nuncupantur,
flantes tempore æſtatis, & ab Occidente æſtiuo; qui
ideo nullum Impedimentum recipere poſſunt ab obſta-
culo ædificij Ferrini, etiam ad ſuum faſtigium perducti;
vt deponunt ex dd. teſtibus Ferrini 1. & 6. ſuper 13. 3.
iux. 12. & 4. ſuper 14. *d. ſummario num.* 5. de quorum
ſimiliter ventorũ ſalubritate, ac virtute humores exic-
candi, & purgan. plenè deponunt etiam duo teſtes eiuſ-
dem Seminarij vltimò examinati, nimirum 1. iuxt. 35.
& 37. & 2. iuxt. 29. & 35. Nec obſtat, quòd duo præ-
dicti teſtes, & præcipuè 2. iux. 32. affirment, Etheſias
huiuſmodi eſſe ventos Aquilonares, & flare à Septen-
trione, ac proinde eorum ingreſſum per elationem ædi-
ficij Ferrini impeditum remanſurum eſſe, quemadmo-
dum ſupra de ventis Aquilonaribus dictum eſt; Nam
vltra quòd aditus illis patere poſſet per alios modos ſu-
pra poſitos, in hoc maior fides adhibita fuit ſupradictis
teſtibus Ferrini, deponentibus, dd. ventos non eſſe Se-
ptentrionales, ſed collaterales, & flare à parte circa
Occidentem æſtiuum; tantò magis, quia concordant
cum 4. 5. & 8. ex primis teſtibus ipſius Seminarij iuxt.
17. atteſtantibus, ventos iſtos non eſſe propriè Aqui-
lonares, ſed laterales: imò 2. ex dd. duobus pro Semi-
nario vltimo loco examinatis iux. 30. clarè deponit, dd.
vẽtos flare à parte Occidentali, ſubdens, *il luogo poi pre-*
ciſo, credo, che ſia il cantone del Seminario verſo l'Occidente,
& Rotonda; vndè ex iſta teſtium Seminarij contrarieta-
10 te probatio illius redditur dubia, & conſequenter con-
tra ipſum producentem interpretanda *Butr. in cap. cum*
tu num. 4. verſ dicti teſtes de teſtib. & not. in cap. in præ-
11 *ſentia de prob. Farinac. de teſtib. quæſt.* 68. §. 1. *num.* 60.
Cum itaque Seminarij incolumitati proſpectum ſit per
ingreſſum tot aliorum ventorum eiuſdem benignitatis,
ac ſalubritatis, ceſſat diſpoſitio *d. l. fin. C. de ſeruit. &*
aq. ex ſuperiùs allegatis Nec obſtant prædicti teſtes,
qui pro parte Seminarij dantur *in ſummario num.* 6. ad
probandum, habitationem ipſius ex perfectione ædificij
Ferrini reddi inſalubrem, & morboſam; quia loquun-
tur cum expreſſo ſuppoſito, *quando la Tramantana non*
ſpiri, & non habbia adito nel Seminario, & primus 3. & 5.
quando non ſpiri l'eſtate la Tramontana, ne l'etheſie; quæ
conditio non verificatur, ex prædictis: & illi non con-
cludunt, quòd ædificium perfectum tollat ventum,
12 cum primus ſolùm dicat, *che darà impedimento*, quæ in-
definita in teſte non æquipollet vniuerſali, vt poſt alios
Surd. conſ. 263. *num.* 10. *in fin. &* 11. *Seraph. deciſ.* 893.
num 22. *cum alleg. in Peruſina bonorum* 29. *Octob. præ-*
teriti coram me; alij verò de parte tantùm, & DD. pla-
13 cuit magis ſtare teſtibus Ferrini tanquam veriſimilio-
ra deponentibus propter ſupra relata exempla data in
Vrbe Hoſpitalis S. Spiritus, Palatij Farneſiani, Can-
cellariæ Apoſtolicæ, Curiæ Sabellorum, & alia *Gabr.*
de teſtib. concl. 4. *num.* 23. *cum relat. per Farin. de teſtib.*
quæſt. 65. *à num.* 127. *cum plurib. ſeqq.* maximè quia
etiam ipſi ſunt inſignes, ac primarij Vrbis Phiſici, &
Mathematici: prout etiam plenè referunt alij teſtes ſu-
per eorum legalitate pro eodem Ferrino examinati, *vt*
in eius ſummario num. 14. quibus propterea fides adhi-
14 benda eſt, *Anch. in cap. propoſuiſti num. 3. in 2. not.*
de prob. poſt Butr. num. 5. Abb. num. 4. Aretin. num. 6.
& Dec. num. 34. *Crot. conſil.* 153. *num.* 8. *& num.* 17.
15 *&* 18. & præſertim tanquam pro reo deponentibus,
quibus data paritate magis ſtandum eſt, quàm depo-
nentibus pro Actore, *gloſ. in cap. in noſtra, verb. aduer-*
ſa, & verb. præferenda, de teſtib. Gabr. dicta concluſ. 4. *nu.*
44. *latè Farinac. d. quæſt.* 65. *num.* 152. Imò etiamſi
16 eſſent pauciores, cum veriſimiliora (vt ſupra) depo-
nant, *l. ob carmen, §. fin. & ibi not. Florian. in ſumm. ff.*
de teſtib. Gabr. de teſtib. d. concluſ. 4. *num.* 55. *cum alijs*
per Farinac. d. quæſt. 65. *num.* 130. & tantò magis,
17 quia ex prædictis patet, in multis etiam cum eis con-
cordare teſtes eiuſdem Seminarij, qui fortiùs contra
ipſum probant *Soccin. iun. conſil.* 69. *num.* 11. *lib.* 1.
Gabr. de teſtib. concluſ. 1. *num.* 9. *Caſ. de Graſſ. deciſ* 7.
num. 2. de præbend. Rot. deciſ. 109. *num. 5. par. 2. re-*
cent. cum relatis per Farinac. d. quæſt. 72. *num.* 11. *cum*
18 *pluribus ſequentib.* Ferrino autem tanquam reo ſuffi-
cit, probationem inuicem conquaſſari *Rot. deciſ.* 238.
num. 4. par. 1. diuerſ. Nec ſubſiſtit, quòd quando ædi-
ficium erit perfectum, omninò impedietur ingreſſus
Tramontanæ; cum multæ viæ ingreſſus remaneant, vt
ſupra comprobatum eſt; & vnus ex DD. addebat, quòd
Seminarium abundatiùs etiam prouidere poterit in
parte conſtruenda, relinquendo vacua, & lodias, per
quas commodiùs venti huiuſmodi ingredi poſſunt; &
19 quoties publicæ vtilitati poteſt aliter prouideri, iuri al-
terius non derogatur, *Hond. d. conſ.* 81. *num.* 31. Quæ
autem pro parte eiuſdem Seminarij dicebantur de alli-
ſione ventorum Auſtralium ad d. ædificium Ferrini, ac
eorum reflexione, & reſtagnatione in ædibus Semina-
rij, vndè notabile aeris detrimentum timebatur, viſa
fuerunt plenè tolli per teſtes eiuſdem Ferrini *d. ſumma-*
rio num. 10. qui optimè per mathematicas, & natura-
les rationes oſtendunt, talem reflexionem, & reſtagna-
tionem in ædibus Seminarij contingere non poſſe, &
ma-

maximè propter obliquitatem faciei d. ædificij. Ceſ-
20 ſante itaque damno Seminarij, & ſtante vtilitate Fer-
rini fabricam inceptam perficere volentis, firma pro ip-
ſo remanet regula *d. l. altius cum alijs ſupra in princ. al-
leg.* Quò verò ad proſpectum non placuit DD. ex hac
cauſa impedire elationem d. ædificij, ſed omnes con-
uenerunt, quòd Ferrinus faciat, & aptet feneſtras ver-
sùs Seminarium ad recipien. tantùm lumen, non autem
B ad proſpectum B; quia ſicuti non licet eleuare ædifi-
21 cium, ſeu aperire feneſtras reſpicientes in monaſteria
Monalium, etiam citra æmulationem, latè *Bero conſ.
135. num. 9. 10. & ſeq. vol. 3. Padill. in d. l. altius num.*
9. qui dicit eſſe communem, cum relatis per *Mar. Mut.
deciſ. Sicil.* 8. *num.* 6. vbi quòd eſt veriſſimum, & ſatis
clarum, & *in conſuet. Panorm. cap. 29. num. 31. & 32.*
ita nec etiam ſi reſpiciant in Collegium Seminarij, ex
22 præſcripto Sac. Conc. Trid. erecti, & ordinati pro cō-
muni bono Reip. Chriſtianæ ad inſtituen. & dirigen. vi-
tam, & mores Adoleſcentum, & præſertim in Eccle-
ſiaſticis diſciplinis, vt de ſimilibus clericis diſpoſuit *IV.
Concil. Toletanum relatum in cap. omnis ætas 12. quæſt.*
1. à quo deſumptum eſt Concil. Trid. Nec applicatur,
23 quòd vicious poſſit ædificare, ſeu ædificium extollere
cum feneſtris reſpicientibus in domum, ſeu curiam vi-
cini *iuxta d. l. altius* cum ſua materia. Tùm ex prædi-
ctis, tùm etiam quia *d. l. altius*, & ſimiles non proce-
dunt in præiudicium loci publici, quale eſt Seminarium,
24 *vt fuit iam firmatum d. die 3. Decemb. 1618. & facit l.
opus, ff. de oper. publ. & not. in cap. Piſanis de reſt. ſpol.*
Et ita fuit reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Cepoll de ſeruit. vrban. præd. cap. 62. num. 2. in 2. fal-
25 lent. verſ in dubio Menoch. de arbitr. caſ. 156. num. 5.
Honded. conſil. 80. num. 34. & ſeqq. lib.* 1. & ideo allegās
æmulationem, tenetur probare *Gayll. practic. obſeruat.
lib. 2. obſeruat. 69. in fin. & Rota in hac eadem cauſa Ro-
mana tramontana 7. Iunij 1623. coram R. P. D. Pirroua-
26 no.* Relinquitur tamen arbitrio Iudicis, qui conſiderabit
qualitates facti, & perſonarum *Cepoll. d. cap 62. ſub num.
2. in 2. fallen verſ. puto tamen, Menoch d. cap. 156. num.*
27 8. Verùm præſumitur ædificium fieri ad æmulationem,
quando ex ædificio faciendo reſultat magnum præiudicium
vicino, & nulla vtilitas ædificanti, *ad trad. per Surd. con-
ſil. 52. num. 8. & ſeq.* & in his terminis *Cephal. conſil. 130.
num 15 lib. 1. Honded d. conſil 80. num. 8. & 35. Gratian.
diſcept forenſ cap. 745. num.* 37. & idem procedit, quan-
do vtilitas eſſet modica: cum parum & nihil æquiparentur,
Padill. in l. altius num. 22. C. de ſeruit. & aq. dummodo
ſit adeo modica, quòd pro nihilo habeatur, & hoc reſpe-
ctu ædificare volentis, nam licèt vtilitas eſſet modica in-
ſpecto damno vicini, tamen ſi eſſet conſiderabilis reſpectu
ædificare volentis, æmulationi locus non eſſet, vt per
Honded. d. conſil. 80. ſub d num. 35. poſt med.
B Ab hac deciſione quo ad iſtam ſecundam partem receſſit
28 *Rota pro maiori parte d. die 7. Iunij 1623. coram R. P. D.
Pirrouano*; ea ratione, quia licèt prohibitum ſit, ædificare,
quando in Monaſteria Monialium proſpicitur: tamen
id non procedit quò ad alios Religioſos, vel mulieres ſecu-
lares, vt per *Bald. in d. l. altius, & Padill num.* 19. quia
ratio honeſtatis, quæ militat in Monialibus, non concur-
rit in alijs monachis, & Religioſis maſculis; nam videre
Religioſos maſculos, non eſt in iure prohibitum, vt dicunt
*Petr. & Cyn. in d. l. altius, & admittit Bero. hic allegat.
conſil. 135. num. 9. vol. 3.* ſecus verò Moniales, quæ ab hu-
manis aſpectibus ſeparatæ ſunt, & conſeruari debent, vt
liberiùs Deo inſeruire poſſint *cap. 1. de ſtat. regular. lib. 6.*

vndè tanto minùs extenſio debet locum habere in Semi-
nario adoleſcentum non profeſſorum, & qui quotidie va-
gantur per Vrbem; & ad aliam rationem deciſionis, quòd
29 Seminarium ſit locus publicus, fuit reſponſum, non inde
ſequi, vt qui habitant propè dictum locum, non poſſint
in ſuo ædificio facere feneſtras etiam ad proſpectum, cum
in hoc locus publicus non reperiatur ſpecialiter priui-
legiatus.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana exceſſus legati.

Veneris 3. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Audientia deneganda eſt recurrentibus ad Tri-
bunalia laicorum contra Clericos; & ad hunc
effectum recurſus probantur per ſcripturas
minùs ſufficientes, & per teſtes de credulita-
te, & iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Audientia deneganda eſt trahentibus Clericos ad ſecularia
tribunalia.*
2 *Clerici non poſſunt trahi ad Curias ſeculares abſque incur-
ſu cenſurarum.*
3 *Recurſus ad laicos vt probentur, ſufficit qualibet proba-
tio, & præſumitur clericus vocatus ad inſtantiam par-
tis intereſſe haben. & num. 5.*
4 *Recognitio iurium productorum ad probandos recurſus
ad Curias ſeculares fieri poteſt per teſtes deponentes de cre-
dulitate, & iudicio.*
6 *Attentatis, & recurſibus ad Iudices laicos renunciari non
poteſt, abſque ſpeciali mandato.*

DECISIO DCXXXII.

PLACVIT DD. deciſio facta 15. Ia-
nuarij 1620. in qua propterea perſi-
1 ſtentes dixerunt, denegan. eſſe audien-
tiā DD. Comitibus de Dezza in cauſa
coram me pendente ſuper prætenſo
exceſſu legati bon. mem. Cardinalis
Dezzæ, facto R. P. D. Varellæ, & ſub-
ſiſtere dixerunt fundamentum dictæ deciſionis, quòd
propter recurſus habitos ad Magiſtratus, & tribunalia
laicalia in cauſa coram Reuerēdiſſimo D. meo Decano
pendente contra dictum D. Varellam, & nepotes, ſu-
per prætenſa adminiſtratione, & redditione rationum
petita à dictis D. Varella, & nepotibus, tanquam hæ-
redibus q. Ferdinandi eorum patris, & aui reſpectiuè,
ſit deneganda etiam audientia in præſenti cauſa, licèt di-
uerſa, ex allegatis in dicta deciſione. Et præſertim quia
ad inſtātiam dictorū DD. de Dezza fuit ſub die 12. De-
cemb. 1616. obtenta abſolutio à Sāctiſſimo ratione dd.
recurſuum, *vt in ſummario D. Varella alterius poſitio-
nis nu.* 5. & nihilominus poſt dictam abſolutionem fue-
runt habiti alij recurſus del 1617. & 1618. *vt in dicto
ſummario num.* 4. 5. & 6. & ideo non poteſt negari in-
2 curſus excommunicationis, & cenſurarum à Concilijs
per S. Romanam Eccleſiam approbatis, & perpetuo
vſu receptis, prohibentibus, clericos trahi coram Iu-
dicibus laicis: & ideo eſt illis deneganda audientia, quæ
concluſio eſt pluſquàm notoria in Rota; prout etiam

3 alia, quòd ad hunc effectum probationis recurſuum ſufficit qualibet probatio: & quòd in dubio recurſus præſumitur habitus ad inſtantiam partis intereſſe habentis, ex allegatis in dicta deciſione. Et ideo ceſſat
4 reſponſio, quòd fides non ſit adhibenda ſcripturis exhibitis ad probandos recurſus: & quòd non ſunt benè recognitæ; cum ſufficiat, teſtes deponere de credulitate, & iudicio, *Put. deciſ. 2. de fid. inſtr.* præſertim quia non ſit recognitio ſcripturæ ad hoc, vt concurrat cum inſtrumento, vel, vt ex inde fiat comparatio literarum, aut ad alium ſimilem effectum, pro quo ſit neceſſaria plena probatio. Non obſtat prætenſa atteſtatio nouiter exhibita, quòd à DD. de Dezza nihil fuerit actum poſt obtentam primam abſolutionem. Nam, (omiſſo,
5 quòd ſit ſinè teſtibus, iuramento, & per Notarium non actuarium,) nihil concludit; licèt enim in ea aſſeratur, DD. de Dezza non feciſſe aliquam petitionem contra DD. de Varella: non tamen ſequitur, quòd fuerit facta à fiſco, vel alio officiali Regio: quo caſu intraret præſumptio firmata in deciſ. nempe factam fuiſſe ad inſtantiam DD. de Dezza; cum ad palliandum ſimiles recurſus non exprimantur nomina partium, ſed vtantur nomine fiſci Regij. Præterea in dicta fide nihil dicitur, non fuiſſe factam petitionem contra nepotes, qui ſunt comprehenſi in commiſſione, & cauſa prætenſæ adminiſtrationis pendente in Rota. Et placuit DD. ponderatio facta per informantes, quòd in dicta atteſtatione dicitur, non apparere prætenſam petitionem contra Dominum Varellam ex proceſſu: vndè aut talis proceſſus eſt in alia cauſa diuerſa, & fides nihil facit; aut eſt in cauſa dictæ adminiſtrationis, & tunc non poſſunt euitari attenta. Tandem non ob-
6 ſtat prætenſa renunciatio, & ceſſio facta in actis dictis recurſibus, & attentatis ſub die 17. Martij 1620. quia eſt facta per procuratorem ſinè mandato, nec fuit reportata ratificatio ſpatio duorum annorum. Et multùm mouit DD. quia Domini de Dezza potuerunt, & poſſunt volentes tollere hoc impedimentum, & de nouo cedere recurſibus, conſentiendo in iuriſdictionem Rotæ coram Reuerendiſs. D. Decano, & ceſſaret omnis amaritudo: quod non ſolùm non fecerunt, nec faciunt, ſed totum contrarium, nec dictam cauſam adminiſtrationis ampliùs proſequuti ſunt, nec proſequuntur.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

Florentina Cappellaniæ.

Lunæ 6. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio debetur præſentato à maiori parte patronorum, vel etiam à medietate, ſi ſit vnus ex compatronis, & magis qualificatus. Præſentatio quando cenſeatur à quolibet ex præſentantibus facta pro virili.

SVMMARIVM.

1 *Patronus conſtituitur in quaſi poſſeſſione præſentandi ex vnica præſentatione, & num. 13. etiam quòd agatur contra prouiſum ab Ordinario num. 14. dummodo tamen ſit ſequuta inſtitutio num. 15.*

2 *Præſentatio in dubio præſumitur facta à quolibet de præſentantibus pro virili, & num. 4.*

3 *Vocati ad hæreditatem per nomina propria admittuntur æqualiter pro virili, & in capita.*

4 *Præſentatio præſumitur pro virili, ſi fuit facta per plures expreſſis eorum nominibus, & num. 7.*

5 *Iuſpatronatus competens pluribus coniunctis per copulam, dicitur æqualiter competere.*

6 *Iuſpatronatus in dubio defertur in capita.*

8 *Hæreditatis aditio non præſumitur in filio ob deſcriptionē bonorum paternorum in proprio cataſtro.*

9 *Iuſpatronatus per mortem compatroni non reuertitur ad Eccleſiam, ſed transfertur in alios.*

10 *Præſentatus, habens maiorem partem vocum patronorum, eſt præferendus.*

11 *Perſonæ identitas probatur ex vniformitate proprij nominis, & nominis patris.*

12 *Prælatio in iure patronatus danda eſt compatrono, & magis graduato, & qualificato, quando voces ſunt pares, & num. 22.*

46 *Præſentatio admiſſa cum clauſula,* ſine præiudicio, *licèt effectuata, non ſuffragatur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi.*

17 *Præſentatio nec admiſſa, nec reiecta, non ſuffragatur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi.*

18 *Præſentatio non effectuata, niſi in vim concordiæ, non ſuffragatur ad acquiſitionem quaſi poſſeſſionis præſentandi.*

19 *Præſentatio, quæ dedit cauſam liti, non conſtituit in quaſi poſſeſſione præſentandi*

20 *Præſentatio admiſſa cum clauſula,* ſi, & in quantum, &c. *an ſuffragetur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi.*

21 *Appellatio admiſſa cum clauſula,* ſi, & in quantum, *ſi materia eſt appellabilis, cenſetur admiſſa ſimpliciter: ſi verò materia non eſt appellabilis, cenſetur reiecta.*

DECISIO DCXXXIII.

SENTENTIAM Rotalem præferentem Vincentium à deſcendentibus Ioannis præſentatum ad Cappellaniā, de qua agitur, confirman. eſſe dixerunt DD. vel tanquam habentem maiorem partem vocum patronorum eum præſentantium, vel in æqualitate vocum, tanquam vnum ex compatronis magis qualificatum. Quòd habeat maiorem partem vocum, videbatur conſtare; nam cum ius præſentantium deducatur ab vltimo ſtatu reſultanti ex ſola præſentatione anni
1 1502. effectuata, per quam patroni ſunt conſtituti in
A quaſi poſſeſſione, A *iuxta cap. conſultationibus, de iurepatr.* & Ioannes, & Daniel fratres, & filij olim Dominici vice etiam, & nomine alterius Dominici eorum ex fratre nepotis, & Bernardus Antonij tanquam patroni præſentarunt; inde ſequitur, quemlibet ex prædi-
2 ctis quatuor habuiſſe vnam vocem; cum in dubio quilibet ex præſentantibus præſumatur præſentare pro virili, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. art. 25. num. 15. & art. 27. in fin. & firmatum fuit 2. Aprilis* 1619. *coram R. P. D. meo Pirouano.* Quod confirma-
3 tur, quia ſicuti vocati ad hæreditatem per nomina propria admitterentur æqualiter pro virili, & in capita, *l. nonnunquam, ff. ad Treb. gloſ. fin. in l. fin. C. de impub. cum alijs per Surd. conſ. 150. num. 34. & ſeq.* idem cenſeri debet in iurepatronatus, *Pereg. conſ. 32. num. 13. lib. 1. & fuit reſolutum in Spoletana* Capellania 15. *Iu-*
4 *nij* 1620. *coram me*; & ideo cum dicta præſentatio del 1502. fuerit facta expreſſis nominibus proprijs Ioan. Danielis, Dominici, & Bernardi, cenſetur pro virili ex *Lamb. præcit.* & iuſpatronatus competens pluribus
5 coniunctis per copulam, dicitur æqualiter competere,

Ron-

Ronchegall. in l. reos §. cum in tabulis num. 4. ff. de duob.
6 *reis*, & tacit quòd in dubio iuſpatronatus defertur in
capita *Butr. conſ.* 19. *num.* 1. *verſ. in contrarii.* Non ob-
7 ſtat, quòd præſentatio Io. & Danielis ſit facta, tam pro-
prio nomine fratrum, quàm Dominici nepotis: & ſic ip-
ſi tres habeantur pro vna voce, Bernardus verò pro
alia, iuxta *Dec. conſ.* 123. quia verba, *fratres, & nepotes*,
adiecta poſt nomina propria non ſtant collectiuè, ſed
demonſtratiuè, prout in dubio præſumitur, nec per il-
la vocatio definit eſſe pro virili, *Imol. in l. interdum,
ff. de hær. inſt. Affl. deciſ.* 309. *num.* 1. 3. *&* 4. *Capic.
deciſ.* 208. *num.* 1. & in iurepatronatus, *Pereg. d. conſ.* 32.
num. 13. Hoc ſtante, cum non conſtet, quid euenerit
de voce Dominici, & vox Danielis neutri ex præſen-
tantibus prodeſſe poſſit. Non Vincentio tanquam præ-
ſentato à deſcenden. alterius Franciſci filij dicti Ioan-
nis, cui tanquam nepoti ex fratre dicti Danielis, eius
hæreditas erat delata ex ſtatuto Floren. Eliſabetha filia
fœmina excluſa; quia conſtat de expreſſa illius repudia-
tione, *vt in ſummario Hieronymi num.* 8. Non Hiero-
nymo tanquam præſentato à deſcenden. dictæ Eliſa-
bethæ filiæ Danielis, quia d. Eliſabetha anno 1527. 6.
Aprilis *ſummario Vincentij num.* 9. declarauit, nolle eſ-
ſe hæredem: quæ declaratio videtur habere vim repu-
8 diationis: & vbi non ſequeretur repudiatio, ſatis eſt, non
probari aditionē, quæ non ſequitur ex deſcriptione bo-
norum paternorum in cataſtro in eius faciem, cum
potuerit illa poſſidere iure dotis maternæ, prout in il-
lius ſatisfactione illa accepiſſe, conſtat ex inſtrumento
19. Ianuarij 1514. prætermiſſo, quòd nec adire pote-
rat ſinè ſolemnitatibus ſtatuti, ſeu, (vt dicunt) Mun-
dualdo. Sequitur ex prædictis, ius præſentandi diuiſum
remanere in dictas duas alias voces, nempe deſcendētiū
Ioannis, qui præſentauerunt Vincentiū, & deſcendētiū
Bernardi, qui (vt ſupra) præſentauerunt Hieronymum;
cum per mortem aliquorum patronorum iuſpatrona-
9 tus remaneat penès alios patronos, nec ad Eccleſiam
reuertatur *Bald. conſ.* 431. *num.* 1. *in fin. lib.* 2. dicens
puram veritatem, & fuit dictum in *Aretina Cappellæ* 4.
Iunij 1603. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio.* Ex
quibus infertur, quòd Gratia non ſolùm habet integram
vocem deſcendentium dicti Ioannis, & ſic medietatem,
ſed etiam ex alia medietate, quæ eſt penès Andream,
& Vincentium deſcenden. & ſucceſſores Bernardi, vo-
cem dicti Vincentij, qui illum præſentauit per renun-
ciationem Gaſparis ab eo priùs præſentati, *vt in eius
ſummario num.* 11. & quicquid ſit, an d. præſentatio ſit
infra quadrimeſtre, Hieronymus non poteſt præten-
dere, ſe habere integram vocem dicti Bernardi, qui præ-
ſentauit de dicto anno 1502. cum illa non conſtituatur
niſi à dd. Vincentio, & Andrea ſimul deſcendētibus Ber-
nardi: & præſentatio facta per Andream etiam nomine
10 Vincentij non fuit per d. Vincentium ratificata; & ita
Gratia ſemper habet maiorem partem vocum, & ve-
nit præferen. iuxta *text. in cap.* 3. *de iurep.* Et hodie ceſ-
ſat difficultas identitatis perſonæ d. Vincentij, de qua
in deciſione 26. Aprilis 1619. quia præſentatio facta ad
fauorem Gratiæ eſt ſub nomine Vincentij filij q. Cam-
bij, & nepotis Antonij, qui erat pater etiam Andreæ,
& in concordia del 1608. de menſe Iunij exhibita per
Hieronymum *in eius ſummario num.* 12. enunciatur An-
dreas Antonij: & ex renunciatione Gaſparis antea in
hac vacatione præſentati per Vincentium, & ex atte-
ſtatione Communitatis Terræ S. Elpidij, in qua enun-
ciatur Vincentius Cambij de Ciuitate Florentiæ: quæ
11 ſufficiunt pro identitate perſonæ *ad Bart. in l. demonſtra-
tio falſa, ff. de cond. & demonſtr.* Quòd autem in om-
12 nem caſum Hieronymus non ſit præſentatus à maiori

parte, ſed ſimus in æqualitate vocū, patet ex ſupradictis,
cum voces ſint omnes penès deſcendentes Ioannis pro
medietate, & penès deſcenden. Bernardi pro alia me-
dietate: & ideo prælatio competat Gratiæ, nedum vti
B compatrono, ſed vti magis graduato, & qualificato B,
vt fuit firmatum in deciſione R. P. D. mei Pirouani.
Nec quicquam facit concordia inita del 1608. *in ſum-
mario Hieronymi num.* 12. Nam vltra quòd non vide-
tur effectuata, nec ratificata ex parte illorum de Gra-
tia per Alexandrum, Sanctem, & Vincentium nunc
præſentatum, pro quibus Io. & Franciſcus promiſerunt
de rato, nec per Vincentium nepotem Andreæ, pro quo
d. Andreas ſimiliter de rato promiſit; & quicquid ſit
de illius validitate reſpectu conuentionis de præſen-
tando in tunc futura vacatione, & cōſentien. præſenta-
tioni facien. per Andream cum reſeruatione annuæ pē-
ſionis ſcutorum 20. ad fauorem Franciſci Sapiti; ex
dicta concordia non ſunt auctæ, nec diminutæ voces,
ſed diuiſæ: itaut medietas illarum ſpectaret Andreæ, &
deſcendentibus: alia verò medietas dd. de Gratia; &
ſic non habita etiam ratione vocis Vincentij nepotis
Andreæ, voces eſſent æquales, & eſſet locus prælationi
Gratiæ, vt ſupra

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Quaſi poſſeſſio præſentādi probatur acquiſita ex vnica præ-
13 ſentatione *Creſcent deciſ.* 2 *in fin. de iurepat. Put. deciſ.* 186.
num. 1. *lib* 1 *in nou Card Mantic deciſ* 150 *num.* 2 *Car-
din. Caualer. deciſ* 55. *num* 4 *Gonzal. ad regul.* 8. *gloſſ.*
45 *§.* 2. *num* 2 *Garz de benefic part.* 5 *cap* 5. *num* 59.
Rot. diuerſ deciſ 17. *num* 1. *part.* 2 *& in recent. deciſ* 173.
num 1 *part* 2 etiam quando agitur ad excludendum pro-
14 uiſum ab Ordinario. *Rot. apud Garz. d cap* 5. *num* 60.
& in Ianuen. parochialis 13. *Martij* 1626. *&* 19. *Aprilis*
15 1627 *coram R. P. D. Durano*, requiritur tamen, quòd
ſit ſubſecuta inſtitutio, ad hoc, vt per præſentationem ſit
acquiſita quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus, *Calderin. conſil.*
12. *verſ ſecundò quòd præſentatio. de iurepatr. Caputaq.
deciſ* 418 *part* 1. *vbi quòd Rota ſeruat requiſita Calderini
in d conſ* 12. *Gonzal d gloſſ* 45. *§.* 2 *num* 36. *Rot d. deciſ.*
174 *num.* 3 *part* 2. *recent & in Vicen. beneficij* 11. *Decem-
bris* 1619. *coram bon. mem Vbaldo ſeniori.* Non ſufficit
16 autem præſentatio admiſſa cum clauſula, *ſinè præiudicio*:
quia etiam ſi præſentatio eſſet effectuata, non tamen ex
ea acquireretur quaſi poſſeſſio præſentandi, ob dictam
clauſulam, quæ præſeruat ius tam in petitorio, quàm in
poſſeſſorio, itaut compatronus per patientiam præſtitam
in illo actu tantùm, non autem in futuris ſibi præiudicaue-
rit, *iuxta trad per Dec in cap cum acceſſiſſent, ſub num.*
17. *col penult. verſ tertiò limitatur, & verſ. quintò limi-
ta, de conſtit & fuit dictum per Rot in Maioricen. iuriſ-
patronatus* 4. *Decembris* 1567 *coram Bubalo.*

Item ſi præſentatio nec fuit admiſſa, nec reiecta, non
17 ſuffragatur ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentan-
di, *Bald cōſ* 32 *in fin lib* 1. *Roch de iurepatr. verb. compe-
tens num.* 36. *& Rota in allegata Vicen beneficij coram
18 Vbaldo ſeniori.* Item præſentatio non effectuata, niſi in
vim concordiæ, non ſuffragatur ad acquirendam quaſi poſ-
ſeſſionem huiuſmodi *Garz. de benefic. d. part.* 5. *cap.* 5.
num. 108. *Rot. deciſ* 301. *ſub num.* 2. *verſ quia ipſe, part.*
2. *diuerſ. & in Leodien beneficij* 10. *Nouembris* 1628. *corā
R. P. D. Vbaldo iuniori.*

Nec præſentatio, quæ dedit cauſam liti, conſtituit in qua-
19 ſi poſſeſſione *Gregor. XV. deciſ.* 417. *num.* 4.
20 Quando verò præſentatio fuit admiſſa cum clauſula, *ſi,
& in quantum*, ſi de iure admitti debuit, cenſetur admiſ-

ſa, & conſtituit in quaſi poſſeſſione præſentandi, *Seraphin. deciſ. 499. n. 2.* ſecus verò ſi non erat admittenda, vt per *Rot. coram Gregor. XV. d. deciſ. 417. num. 3.* Sicuti appellatio
21 admiſſa cum clauſula huiuſmodi, ſi materia eſt appellabilis, cenſetur admiſſa ſimpliciter *Rot. deciſ. 687. num. 2. part. 1. diuerſ. in Mantuana iuris paſcendi 26 Iunij 1628. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Verſi*, *& in eadem cauſa 26. Martij 1629. coram R. P. D. Durano*; quòd ſi materia non eſt appellabilis, cenſetur reiecta, *vt in Eſina Salutans 18. Iunij 1627. coram R. P. D. Vbaldo iuniori*, cum alijs adductis ſupra *in annot. ad deciſ. 171. lit. B nu. 9.*
B Quòd data vocum paritate, ex præſentatis prælatio com-
22 petat compatrono, & habenti maiores, & plures qualitates, *Lambertin. de iurepatr. 3. part. 2. lib. quæſt. 5. princ. art. 6. & 13. num. 1. & part. 2. lib. 2. quæſt. 7. principal. art. 26. num. 2. Maſtrill. deciſ. 2. num. 8 lib. 1. Rota in Lunen. Sarzanen. iuriſpatronatus 9 Februarij 1626. coram R. P. D. Pirouano, in qua allegatur alia deciſio in Aretina Cappellaniæ 1. Iunij 1584. coram Bubalo.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Toletana matrimonij.

Lunæ 6. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Matrimonium, quando agitur de illius fœdere, & per mulierem negatur, fuiſſe contractum, an probetur per teſtes deponentes per parietem intermedium. Denunciationes an ſint de ſubſtantia matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium debet plenè, & concludenter probari, quando agitur de ipſius fœdere, & per mulierem negatur.*

2 *Teſtes in iudicio criminali ex officio examinati non probant in ciuili, niſi fuerint repetiti cum citatione partis.*

3 *Teſtes dicuntur ſingulares, ſi deponant ſuper actu non continuato, ſed momentaneo.*

4 *Matrimonium probatur per teſtes, qui audierint verba contractus, licèt contrahentes non viderint: dummodo notam habeant contrahentium vocem, & deponant, quòd in loco, in quo dicunt, verba contractus fuiſſe prolata, non adeſſent aliæ perſonæ, nec adeſſe potuiſſent, quin ipſi ſciuiſſent, num. 6.*

5 *Vicinus præſumitur cognoſcere perſonam alterius vicini, ſed non habere notam illius vocem.*

7 *Denunciationes non ſunt de ſubſtantia matrimonij.*

8 *Denunciationes matrimonij omittendæ non ſunt abſque Ordinarij licentia, & legitima cauſa.*

9 *Inimicus dicitur exercens actus, qui non niſi per inimicum exercerentur.*

DECISIO DCXXXIV.

1 DIXERVNT Domini, non conſtare de matrimonio contracto inter Catherinam, & Franciſcum. Nam cum agatur de ipſius fœdere, & per Catherinam negetur fuiſſe contractum: plena, & concludens probatio requiritur, iuxta *conſ. Gemin. 27. num. 8.* paſſim à Rota approbatum, vt in *deciſ. 310. num. 1. 407. num. 4. par. 1. recent. & deciſ. 341. num. 1. par. 2. & fuit dictum in Romana bonorum 17. Maij anni præteriti coram me*, & in alijs; quæ non reſultat ex duobus
2 teſtibus in iudicio criminali, ex officio intentato per Vicarium generalem, contra Parochum, partes contrahentes, & teſtes ſuper clandeſtinitate dicti matrimonij ſinè citatione Catherinæ examinatis, & non repetitis *Bart. in l. fin. in princ. num. 9. ff. de quæſt. Abb. in cap. 2. num. 8. & Felin. num. 9. de teſtib. latè Gabr. de ſtat. concl. 1. num. 105.* & in his terminis fuit dictum *in Bergomen. matrimonij 17. Aprilis 1592. coram bon. mem. Penia, quæ eſt deciſ. 64. num. 2. poſt conſ. Farin. vol. 2.* tantò minus, quia deponunt de matrimonio valdè ſuſpecto contracto in domo priuati vicini domui paternæ dictæ Catherinæ intermedio pariete, mediante anguſto foramine, & rimula per lineam rectam in dicto pariete exiſtente latitudinis coſtæ vnius piaſtræ, vt deponunt tertius, & ſextus teſtes formiter, (vt ſupponitur) examinati, & in qua (vt dicit ſecundus) vix calamus capi poterat: cuius delineatio fuit de ordine Iudicis redacta in actis, & oculis DD. ſubiecta, licèt deinde artificiosè ampliata, quam dd. teſtes conſiderantes dicunt, per illam videri non potuiſſe, niſi id, quod erat in fine porticus, & quòd perſonæ videri, & cognoſci non poterant; & quamuis etiam vnus ſeparatim ab alio mulierem videre potuiſſet, matrimonium non proba-
3 rent, ſed eſſent ſingulares, cum actus non ſit continuatus, ſed momentaneus *Gloſſ. in cap. nihilominus verbo ſimul 3. quæſt. 9. & ibi Præpoſ. num. 5. Caccialup. in l. admonendi num. 84. ante med. verſ. ſi verò, ff. de iur. iur. Hippol. Rimin. conſ. 7. num. 4. & 82. latè Petr. de fideic. quæſt. 12. num. 625. & 639. & Farinac. de teſtib. quæſt. 64. num. 88. & ſeqq.* Et licèt non ſit neceſſarium, teſtes
4 videre partes contrahentes, ſed ſufficiat, illos verba contractus etiam intermedia cortina, vel pariete audire; id tamen procedit, quando habebant notam vocem contrahentium, *ad not. in l. 2. §. item Labeo, & ibi Caſtr. num. 3. verſ. Doctores dicunt, Roman. num. 8. & alij, ff. de aq. pluu. arcen. Cyn. in l. teſtium num. 8. C. de teſtib. Ang. in l. ſi non ſpeciali num. 3. Iaſ. num. 40. C. de teſtam. Abb. in cap. præterea, num. 6. Imol. eod. num. verſ. facit quod notat, Fel. num. 4 verſ. extra iſtos caſus de teſtib. Trigon. ſing. 98. num. 4. de communi Alex. de Neu. inter conſ. Alex. 99. num. 5. lib. 3. Menoch. de arbitr. caſ. 475. num. 18. & 22. latè Farin. d. tract. quæſt. 69. num. 175.* & in puncto *Dec. conſ. 163. num. 3. Alex. de Neu. d. conſ. 99. nu. 4. Menoch. d. caſ. 475. num. 20. & Farin. vbi proximè num. 177. ita intelligen. Specul. de teſtib. §. 1. verſ. quid ergo num. 53. & fuit reſolutum in Tullen. matrimonij 15. Nouembris 1566 coram bon. mem.*
A *Oradino*. A Quam vocem Catherinæ, non conſtat, dd.
5 teſtibus fuiſſe notam; nam primus licèt tanquam vicinus poſſet præſumi cognoſcere perſonam *ad l. Octaui, ff. vnd. cogn.* non inde ſequitur, notam habuiſſe vocem: & vlterius videtur inimicus patris Catherinæ, & non probaret, vt infra; ſecundus verò erat foreuſis, & dicit, quòd non cognoſcebat dictam Catherinam, quia nunquam viderat, niſi vnica vice ſibi oſtenſam à dicto Franciſco, *vt in dicto ſummario num. 8.* Et nihilominus
6 etiam ſi notam habuiſſent vocem, vt concludenter probarent identitatem perſonæ, quam contraxiſſe deponunt, requirebatur, quòd in loco, in quo dicunt verba contractus fuiſſe prolata, non adeſſent aliæ perſonæ, nec adeſſe potuiſſent, quin teſtes ſciuiſſent, *Alberic. d. l. 1. §. item labeo, num. 3. verſic. & tunc dicet, Roman num. 8. verſ. aut contrahentes, Paccian. de prob. lib. 1. cap. 10. num. 22. Farin. vbi ſupra num. 144. & facit dicta deciſ. Tullen. matrimonij coram Oradino*, de quo tamen dd. teſtes nihil dicunt. Vltra quòd omnes etiam perſonæ adhibitæ

Digitized by Google

bitæ viſæ fuerunt Dominis valde ſuſpectæ; nam Paro-
chus eſt fratrer dicti Franciſci; qui matrimonium
ſummopere affectabat, *vt in ſummario num.* 5. dictam-
que puellam in confeſſione detinebat vltra duas horas,
etiam cum ſcandalo, & murmuratione adſtantium, vt
per *teſtes dicto ſummario num.* 1. & ſuſpicio augetur,
cum fuerint omiſſæ denunciationes iux. Sacroſ. Concil.
Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reform.* per Parochum facien.
7 quæ licèt non ſint de ſubſtantia, ex communi Theolo-
gorum, & Canoniſtarum opinione, *de qua per Sanchez
de matrim. lib.* 3. *diſp.* 5. *verſ.* 3. *Rot. deciſ.* 390. *num.* 5.
8 *par.* 2. *recent.* tamen illarũ, omiſsio abſque Ordinarij licẽ-
tia, & abſque alia legitima cauſa, magnam inducit ſu-
ſpicionem: deficiente præſertim præſentia, & conſen-
ſu parentum, vel conſanguineorum: & propterea etiam
parochus non eſt integræ fidei; *Sanchez d. tract. diſp.*
41. *num.* 5. *verſ. quid ſi dicas, lib.* 3. Primus verò teſtis
videtur inimicus patris dictæ Catherinæ, vt deponunt
teſtes *ſummario num.* 9. & inimicitia comprobatur, cum
propterea domum ad prætenſum matrimonium contra-
hentium, inſolito modo ſinè licentia patris, accommo-
dauerit, quod non niſi per maleuolum factum fuiſſet, &
9 ideo repellitur *l.* 3. *vbi Doct. ff. de teſtib. l.* 1. *ff. prate-
rea ff. de quaſt. & in his terminis Perret. conſ.* 196. *num.*
10. 11. *&* 17. Secundus verò teſtis erat forenſis vt ſu-
pra, conductus à d. Franciſco, & non caret ſuſpicione.
Et ita deciſum parte dictæ Catherinæ tantùm informante.

ANNOTATIO.

A *Gratian diſcept. forenſ cap.* 849. *num.* 20. *&* 21 *& per
tot. hanc deciſionem reaſſumpſit.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Regien. concurſus.

Veneris 10. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Appellatio nõ datur ab electione ad Parochia-
lem per Epiſcopum facta, niſi vbi apparet de
ipſius dolo; & quando quis dicatur aptior,
adeo vt ſi fuerit reprobatus, dicatur conſta-
re de irrationabili, & doloſo Epiſcopi iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Parochialis debet conferri approbato ab examinatoribus.*
2 *Appellatio abſque grauamine reijcitur.*
3 *Parochialis collatio præcedente concurſu non poteſt dici ir-
rationabilis, niſi conſtet clarè de dolo Epiſcopi.*
4 *Dolus Epiſcopi in collatione Parochialis non præſumitur,
niſi probetur inhabilitas inſtituti, vel quòd pateretur ali-
quam exceptionem.*
5 *Qualitas perſonarum in beneficij collatione attendenda eſt.*
6 *Dignior ſimpliciter non dicitur, nec eſt præferendus do-
ctior, & ſanctior, ſed qui iuxta munus, cui præficien-
dus eſt, aptior illius miniſterio appareat.*
7 *Epiſcopi iudicium habet præſumptionem pro ſe, et num.* 10.
8 *Epiſcopus præſumitur elegiſſe, & inſtituiſſe magis pru-
dentem, & aptum ad gubernum.*
9 *Abiurans de leui non fit inhabilis ad beneficia, & digni-
tates Eccleſiaſticas.*
11 *Dignior ex pluribus ad Parochialem cõcurrentibus ab Or-
dinario elegendus eſt, nec poteſt eligi dignus, omiſſo digniori.*
12 *Epiſcopi iudicium ad ſuſtinendum ſufficit, quòd in ele-
cto ad parochialem poſsint concurrere qualitates, quæ
alijs digniorem reddant.*
13 *Epiſcopus poteſt, quem examinatores magis idoneum re-
nunciarunt, reprobare, & alium eligere.*
14 *Epiſcopus poteſt, cui voluerit, gratificari, quando in
concurrentibus qualitates ſunt pares.*

DECISIO DCXXXV.

CONTRA Federicum informantem
Domini responderunt, non conſtare
de irrationabili iudicio bon. mem. Re-
uerendiſſ. Rangoni Epiſcopi Regien.
qui poſtponendo d. Federicum con-
tulit Camillo parochialem Eccleſiam,
de qua agitur; moti ſunt autem. Pri-
mò, quia cum in concurſu deſuper facto fuerit per exa-
minatores Synodales approbatus Camillus, & reiectus
Federicus, vt in fide dicti Epiſcopi *in ſummario num.*
1. & vt fatetur idem Federicus in appellatione coram
eodem Epiſcopo interpoſita *d. ſummario num.* 2. Non
poterat propterea dictus Epiſcopus ferre aliquod iudi-
1 cium pro Federico, nec alium eligere, quàm Camil-
lum à dictis examinatoribus approbatum, iuxta præſcri-
ptum, ſacroſancti Conc. Trid. *de reform. cap.* 18. *verſ.
peracto*, & iuxta formam conſtitutionis ſanctæ mem.
Pij V. ſuper collatione parochialium ſub die 14. Kal.
Aprilis 1566. Et conſequenter illius iudicium non po-
teſt de aliqua irrationabilitate redargui: & prætenſa
2 appellatio Federici dicitur friuola, & à nullo grauami-
ne interpoſita, & ideo reijcienda, *cap. vt debitus de ap-
pell. cap. quamuis de elect. in* 6. *Rot. deciſ.* 58. *num.* 3.
verſ. & in caſu, de appell. in nou. cum vulgar. Secundò,
moti fuerunt DD. quia de dicta irrationabilitate dici
3 non poteſt conſtare, niſi quando concurrit, & clarè
apparet dolus ipſius Epiſcopi, vt colligitur ex dicta
conſtitutione Pij V. tum in proœmio, ibi, *Carnalitatis,
aut alium humanæ paſſionis affectum, non rationis ſequen-
tes.* Tùm etiam in diſpoſitiua, ibi, *conſtito de prioris
eligentis irrationabili iudicio*, & tenuit *Rota in Rauen-
naten. parochialis* 2. *Decembris* 1592. *coram bon. mem.
Cardinali Arigonio, impreſſa apud Garz. de benefic. part.*
9. *cap.* 2. *num.* 250. *& coram S. D. N. in Nullius paro-
chialis, ſeu concurſus* 4. *Decembris* 1600. *quæ eſt deciſ.* 40.
part. 1. *in recent. & duplicata deciſ.* 37. *part.* 2. *in eiſdem,
& in Aquen. Parochialis* 6. *Aprilis* 1612. *coram R. P. D.
meo Vbaldo, in Barchinonen. Parochialis* 29. *Nouembris*
1613. *coram me, & in Cremonen. concurſus* 15. *Ianuarij
anni præteriti coram R. P. D. meo Manzanedo, & in
alijs paſsim.* Hic autem nullus videtur poſſe conſidera-
ri dolus in dicto Epiſcopo, cum non probetur aliqua
4 inhabilitas Camilli, nec quòd ille pateretur aliquam
exceptionem. Et quamuis Federicus eſſet maior natu,
5 Doctor in ſacra Theologia, Diœceſanus, & de nullo
prouiſus beneficio quę qualitates ſunt valde conſidera-
biles, *vt ex trad. per Abb. in cap.* 1. *de maiorit. & obed.
& per Dec. conſ.* 542. *num.* 12. *&* 13. *& in Panormita-
na Archipresbyteratus* 3. *Decembris* 1618. *coram me.* Non
tamen dici poteſt, illum debuiſſe præferri, cum in iſtis
electionibus ad Parochiales ex ſupradicta diſpoſitione
6 Concilij *in dicto §. peracto*, vltra doctrinam ſint quo-
que conſiderandi mores, prudentia, & alia pro regi-
mine Eccleſiæ neceſſaria: ita vt dignior ſimpliciter non
dicatur, nec veniat præferendus is, qui ſit doctior, vel
ſanctior, ſed qui iuxta munus, cui præficiendus eſt, ap-
tior illius miniſterio appareat, vt ex pluribus tenuit
*Rot. in dicta Rauennaten. coram Arigonio, & in dicta
Nullius parochialis coram Sanctiſsimo, cum alijs in eadem*

Barchinonen. coram me, & in Pampilonen. beneficij de los Arcbos, 9. Decembris 1619. coram R. P. D. meo Vbaldo.
8 Vnde cum Epiſcopus, pro cuius iudicio præſumi-
A tur A; *cap. in præſentia de renunc.* elegerit dictum
9 Camillum; dicendum eſt, maiores qualitates cognouiſſe in eo præponderare, quam in Federico circa mores, & prudentiam, & alia pro gubernan. parochiali Eccleſia opportuna, *vt dixit Rota in præcitatis deciſionibus*, & ſignanter in *dicta Rauennaten.* in qua omnibus contrarijs reſpondetur. Nec obſtare viſum fuit, quòd prætendatur, Federicum fuiſſe reiectum ex eo, quòd de leui abiurauerit in Officio Sãctæ Inquiſitionis, cuius contrarium dicitur conſtare ex fide Inquiſitoris Mantuani data *in ſummario num.* 5. Quia hæc non fuit vnica cauſa reiectionis illius, vt patet ex reſponſione Epiſcopi ad eius appellationem *in d. ſummario num.* 2. ibi; (Imò fuit reprobatus pluribus forſan de cauſis animum eorum (id eſt examinatorum) mouentibus). Nec ex ſupradicta fide Inquiſitoris cõſtare dici poteſt, ipſum Federicum de leui non abiuraſſe; fides enim hoc non dicit, ſed ſolùm quòd ex actis Inquiſitionis non apparet de aliquo decreto, ex quo conſtet, Federicum commiſiſſe tale delictum, propter quod debeat iudicari inhabilis, aut quoquo modo impediri à conſecutione alicuius officij, beneficij, ſeu dignitatis Eccleſiaſticæ; quæ verba non excludunt dictam abiurationẽ de leui, cũ per
9 eã quis non reddatur inhabilis ad huiuſmodi beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas *Nauar conſ. 16. & 18. lib. 5. tit. de hæret. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 4. quæſt. 3. nu. 17. Sanch. in Summa lib. 2. cap. 25. num. 12. Farinac. de hæreſ. quæſt. 192. num.* 80 Et ideo ex hoc potiùs magis iuſtificata, & rationabilior apparet electio Epiſcopi in præferen. dictum Camillum, qui nec talem, nec vllam aliam exceptionem patiebatur,

Et ita reſolutum.

ANNOTATIO.

A Pro iudicio Epiſcopi multum præſumitur quò ad electio-
10 nes per ipſum factas ad Parochiales, vt in hac deciſione, & ſupra *deciſ. 22. num. 30 cum concordan. ibi adductis lit.*
11 *D.* Et ideo licèt in beneficijs curatis, nec etiam in foro exteriori ſufficiat electio digni, omiſſo digniori; cum per Concil. Tridentinum, & Conſtit. Pij V. ex pluribus ab examinatoribus approbatis non detur Ordinario facultas eligendi, quem velit, ſed quem magis idoneum iudicauerit, aliàs electio eſſet nulla, vt aduertit *Rota in Beneuentan. Parochialis 13. Iunij 1590. coram Orano. & in Dertuſen. Parochialis 18. Decembris 1581. coram Gypſio in Tuden. parochialis 28. Aprilis 1603 coram Cardinali Sacrato, & in Vrbinaten parochialis 12. Februarij 1629. coram R. P. D. Veroſpio*, & in alijs. Tamen ſuper electi habilitate tam Concilium, quàm d. conſtitutio plurimum deferunt iudicio Ordinarij: maiorem enim electi habilitatem non ex vna potiùs, quàm ex alia qualitate dijudicandam volunt: ſed quòd dignior is reputetur, qui inſpecta ætate, doctrina, prudentia, moribus, alijſque qualitatibus, vacantis Eccleſiæ adminiſtrationi aptior viſus fuerit. Hæc autem ſoli Epiſcopo nota eſſe poſſunt, qui de ſuorum Clericorum Diœceſanorũ qualitatibus præſumitur informatus, vt
12 in hac deciſione, & in alijs ſupra allegat. Et ideo ad ſubſtinendum eius iudicium ſufficit, quòd poſſint in electo concurrere maiores qualitates, & quæ alijs digniorem reddant *Rot. coram Gregor. XV. deciſ. 11. num 6. & in Eugubina parochialis Sancti Vincentij 13. Ianuarij 1623. corã Rem-*
13 *boldo.* Neque ad illud redarguendum de irrationabilitate, aliquid facit, quòd Ordinarius reprobauerit, quem examinatores magis idoneum renunciauerant; quoniam ad examinatores non ſpectat, iudicare de maiori aptitudine, ſed id per Concilium, & conſtit. Pij V. relinquitur iudicio Ordinarij; adeo quòd reiecto magis idoneo per examinatores renunciato, poteſt alium ex concurrentibus, qui ſibi magis idoneus videbitur eligere, vt per *Garz. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 108. & ſeqq. & fuit etiam dictũ in allegata Eugubina Parochialis coram Remboldo*; & quando in
14 concurrentibus qualitates eſſent pares, eſt in arbitrio Epiſcopi, cui voluerit gratificari, vt *Rota in d. Vrbinaten. parochialis coram R. P. D. Veroſpio*, in qua aliæ allegantur. Vnde optimè dixit *Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 4. num.* 124. appellantes ab iniuſta electione, & irrationabili Epiſcopi iudicio, difficilè docere poſſe de grauamine, & electionem iam factam euertere.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Nicien. Prioratus.

Lunæ 13. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Status Regularis beneficij probatur ex prouiſionibus de eo vtì de Regulari factis, per 40. annos effectum ſortitis; & ex enunciatiuis ſupra centum annos, & in diuerſis ſcripturis emanatis; nec probatur mutatus ex ſententia Ordinarij, maximè ſi ſit de recenti, & ſinè actis.

SVMMARIVM.

1 *Status beneficij firmatur per 40. annos.*
2 *Prouiſio dicitur effectuata ex ſucceſſione alterius per obitum prouiſi.*
3 *Præceptoris nomen conuenit Regularibus Ordinis Sancti Auguſtini.*
4 *Enunciatiua duæ excedentes metam centum annorum habent vim ſamæ, & probant ſtatum beneficij.*
5 *Beneficium ſi vtì Regulare fuerit rectum per longum tempus, nec detur aliquis actus in contrarium, Regulare cenſeri debet.*
6 *Sententia de recenti ſinè productione actorum non attenduntur per Rotam, etiam quòd tranſitum fecerint in iudicatum num. 7. & num. 10.*
8 *Status beneficij vt mutetur, debet concurrere poteſtas, & voluntas.*
9 *Epiſcopus non poteſt mutare ſtatum beneficij ex regulari in ſecularem.*
11 *Sententia, & res iudicata licèt ſinè actis, admittitur per Rotam, quando deducitur excipiendo; & quando procedat num. 12.*

DECISIO DCXXXVI.

VACAVIT per obitum Melchioris in menſe reſeruato Ianuarij 1618. Prioratus in Eccleſia Nicien. de quo à Sede Apoſtolica Io. Baptiſta, & à Vicelegato Auenionen. Carolus reſpectiuè prouiſi fuerunt; Dubitaui, an dictus Prioratus eſſet Regularis, ſub qua narratiua dictus Ioãnes Baptiſta illum impetrauit; & Domini affirmatiuè reſponderunt, præſuppoſita
1 concluſione quotidie in Rota recepta, quòd ſufficiunt anni quadraginta pro firmando ſtatu beneficij, *iux. cap.*

cum

cum de beneficio, & ibi omnes, & præſertim Franch. nu.
3. de prab. in 6. & in terminis Regularitatis tenuit Rota
deciſ. 308. num. 1. par. 1. recent. in Tudertina Prioratus
14. Iunij 1593. coram Litta, & in Bracharen. Monaſterij
A 19. Decembris 1597. coram bon. mem. Card. Pāphilio. A,
In propoſito autem iuſtificatur ſtatus collatiuus, & Re-
gularis d. Prioratus per annos 70. & vltrà, incipien.
ab anno 1546. vſque ad dictam diē vacationis, ſucceſſi-
uis, & continuatis temporibus fuerunt factæ prouiſio-
nes, vti de regulati, perſonis regularibus etiam profeſ-
ſis, & cum decretis reſpectiuè de profeſſione emitten-
da. Prima prouiſio eſt ad fauorem Franciſci de Berra
de dicto anno 1546. cum ſuſceptione habitus regula-
ris, & profeſſione ſubſequuta. Secunda de anno 1571.
ad fauorem Dominici, per cuius obitum fuit prouiſus
Ludouicus de anno 1589 per obitum verò dicti Ludo-
uici fuit de anno 1592. prouiſus Melchior: quæ pro-
uiſio durauit vſque ad dictum annum 1618. de quo ſuc-
ceſſit præſens vacatio; de quibus omnibus in ſumma-
2 rio Io. Baptiſtæ num. 2. vſque ad 7. & ſic effectuatio dd.
prouiſionum eſt clara, iux. conſ. Oldrad. 229. perpetuò
à Rota ſequutum, vt deciſ. 423. num. 2. par. 2. recent.
in Callien. iuris conferen. 14. Maij anni præteriti coram
R. P. D. meo Vbaldo, & in alijs. Comprobatur, quia
dictus Melchior prouiſus de d. anno 1592. erat Cano-
3 nicus, & dictæ Eccleſiæ Præceptor nuncupatus, quod
nomen conuenit Regularibus Ordinis S. Auguſtini,
Rot. deciſ. 202. num. 2. par. 1. recent. Et comprobatur
vlteriùs ex duabus enunciatiuis Iulij II. del 1504. &
1511. Regularitatis Canonicorum, de quibus in ſum-
4 mario num. 1. quæ cum ſint ſupra centum annos, & in
diuerſis ſcripturis, habent vim famæ, & probant Regu-
laritatem, iuxta concluſionem à Rota approbatam,
quæ ſequitur doct. Aretin. in cap. cum cauſam, num. 9. &
20. de probat. Put. deciſ. 204. lib. 2. in correct. & in puncto
Rot. deciſ. 163. num. 2. & d. deciſ. 202. num. 2. par. 1.
recent. & in d. Tudertina Prioratus, quæ eſt 587. num. 2.
par. 4. diuerſ. & in Parmen. Prioratus 15. Iunij 1595.
B coram bon. mem. Litta. B, Vndè cum dictus Prioratus
5 fuerit tanto tempore rectus, & gubernatus vti Regu-
laris, nec detur aliquis actus contrarius: debet cenſe-
ri talis, Hoſed de incomp. beneſ. par. 1. cap. 24. num. 92.
verſ. & regularia, latè Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 8. num.
30. & ſeqq. & fuit dictum in Vxen. Parochialis 20. Fe-
C bruarij 1617. coram R. P. D. Vbaldo. C, Non obſtat
6 ſententia Ordinarij, & A. C. illius confirmatoria, de-
clarantes, Canonicatus dictæ Eccleſiæ eſſe ſeculares,
& ſub Ordinarij iuriſdictione: Tum quia vti latæ del
1607. & ſic de recenti, ſinè productione actorum, non
iuſtificantur, nec attenduntur in Rota iuxta inueteratum
illius ſtylum, Mohed deciſ. 3. num. 1. de teſtib. &
deciſ. 11. num. 1. de ſent. & re iud. Seraph. deciſ. 615.
num 5. Rot. deciſ. 704. num. 2. par. 1. diuerſ. in Pam-
7 pilonen iuris mulctandi, impreſſ. apud Marcheſ. tom.
1. pag. 272. nec attenditur, quod dicātur tranſiuiſſe in
D iudicatum, niſi cognita illarum iuſtitia, D, Seraph.
deciſ. 1255. num. 3. & 1259. num. 1. Rot deciſ. 18. nu.
5. par. 1. recent. & fuit dictum in Mediolanen. Parochia-
lis coram Card. Platto 26. Martij 1588. & in Romana
Lacus 9. Maij 1586. coram Orano & in ſpecie de ſenten-
tia ſuper regularitate Rot. in Bracharen. Monaſterij 19.
Decemb. 1597. coram Card. Pamphilio. Tùm quia ſi præ-
tendatur mutatio ſtatus, illa induci non potuit ab Epi-
8 ſcopo, vel A. C. cùm ad hunc effectum concurrere de-
beant poteſtas, & voluntas, ad not. in d. cap. cum de be-
neficio, de prab. in 6. & ibi præſertim Franch. num. 6.
Rot. deciſ. 163. num. 4. & deciſ. 308. num. 3. par. 1. re-
cent. & deciſ. 354. num. 5. & 368. num. 4. par. 2. &
fuit dictum in Cremonen. Præpoſituræ 25. Februarij 1622.
coram R. P. D. meo Remboldo: quorum vtrumque defi-
9 cit, cum Epiſcopus ſtatū Regularē in ſecularem mutare
non potuerit, vt not. in d. c. cum de beneficio, Rot. d. deciſ.
163. num. 4. & fuit dictum in Vrgellen. Parochialis 13.
E Iunij 1606. coram Reuerendiſſ. Lugdunen. E, nec volue-
rit, ſed, (vt ex lectura ſententiæ) ſuppoſuerit, Canonica-
tus eſſe ſeculares, quod ex ſupradictis non ſubſiſtit.
Et ita deciſum.

ANNOTATIO.

A Gonzal. ad reg 8. gloſſ. 7 num. 8. & gloſſ 8. num. 31. Sanch.
in Decalog lib. 7 cap 29. num. 15. Rot. deciſ 2. de prabend.
in nou in Sorana beneficij 26. Iunij 1624. coram R. P. D.
Merlino. & in Neocaſtren parochialis 11. Martij 1630.
coram R. P D Durano, in qua aliæ allegantur.
B Et quòd enunciatiuæ plures, antiquæ ſupra centum an-
nos, & in diuerſis ſcripturis probent, quòd beneficium
ſit Regulare, Rot. in d Sorana beneficij 9. Decembris 1622.
& d. die 26. Iunij 1624. coram R. P. D. Merlino, in qua
hac deciſionem ſequuta eſt.
C Rota in d. Sorana beneficij 26. Iunij 1624. coram R. P. D.
Merlino.
D Rota non attendit ſententias aliorum Tribunalium, etiā
10 quòd tranſitum fecerint in iudicatum, niſi conſtito ex actis
de illarum iuſtitia, vt præter deciſ. hic allegat. Rot. deciſ.
438. in fin. part. 1. diuerſ & deciſ 385. num 1 par 1. re-
cent. in Romana locationis domorum 14. Aprilis 1614.
coram Illuſtriſſimo D Cardinali Veroſpio, & in Mediola-
nen bonorum 23. Martij 1620. coram bon. mem. Vbaldo
ſeniori, & in alijs.
11 Limitatur tamen hæc concluſio, quando ſententiæ non
deducuntur ad effectum obtinendi illarum executionem,
ſed tantùm excipiendo Put deciſ 198. num 1. & 2. & de-
ciſ. 391. num. 1. lib. 1. in correct. Rot. deciſ 143. num 6. &
ſeqq. part. 2. & deciſ 595 num. 5 part. 3. lib. 3. diuerſ.
Mantic. deciſ. 350 num. 9. & fuit dictum in Senogallien.
emphyteuſis 6. Iunij 1629 coram Reuerendiſſimo D Cocci-
no Decano. Verum hæc limitatio non habet locum quan-
12 do excipitur de ſententia, ex qua alius poteſt condemna-
ri; quia tunc etiam Rota non attendit rem iudicatam, niſi
ex actis iuſtificetur, Put. d. deciſ 198. num. 2. lib 1. in nou.
vbi quòd quando Rota agit de exequutione ſententiæ de
partibus, vel ex ea vult iudicare, vult videre acta, & fuit
reſolutum in Interamnen legatorum 16. Iunij 1625. coram
Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, & ſupra deciſ. 94.
num. 2.
E Quòd Ordinarius beneficij ſtatum mutare non poſſit, præ-
ter hic allegat. Rot deciſ 308. num. 4. in fin part. 1. re-
cent. in d. Sorana beneficij 9. Decembris 1622. & 28. Fe-
bruarij 1625. coram R. P D Merlino.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana ſupplementi legitimæ de Columna.

Lunæ 13. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Montis erectio facta per hæredem grauatum ſuper bonis fideicommiſſarijs ſuſtinetur, quando fuit vtilis fideicommiſſo: nec eſt ponenda ad debitū hæreditatis ipſius grauati; & quando cenſeatur vtilis fideicommiſſo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Bona primogenituræ vel fideicōmiſſo ſubiecta poſſunt alienari pro debito fideicommittentis.*

2 *Actio vtilis negotiorum geſtorum competit pro recuperatione eius, quod quis vtiliter pro alio ſoluit.*

3 *Obligatio hæredis voluntaria, etiam ſi fuerit per viam tranſactionis, non eſt ponenda ad debitum hæreditatis.*

4 *Donatio non dicitur liberalis, & gratuita, ſed modalis, & conditionalis, ſi adſit pactum reſolutiuum.*

5 *Voluntas potius, quam verba contrahentium, eſt attendenda.*

6 *Inuentarium plenè probat contra conficientem, necnon contra eius hæredes, & habentes cauſam ab eo, num. 15. nec admittitur probatio in contrarium num. 16.*

7 *Soluens ex pacto, vt iura creditorum acquirat, illa etiam abſque ſpeciali ceſſione ſibi vendicat.*

8 *Impenſa pro ſolutione creditorum hæreditatis dicitur neceſſaria, & repetibilis.*

9 *Soluere quis cogi non poteſt, quando ſolutio eſt in eius facultate.*

10 *Lite pendente poteſt quis ſe fundare in eo, quod prius impugnauit.*

11 *Legatum liberationis ab adminiſtratione non probat, adminiſtratorem eſſe debitorem.*

12 *Tutor non dicitur debitor ante redditionem rationis, quia poteſt ratione reddita creditor remanere.*

13 *Actio vtilis negotiorum geſtorum competit ſoluenti pro alio, etiam non reportata ceſſione a creditoribus.*

14 *Pecunia recipit functionem in genere ſuo.*

17 *Inuentarium non probat contra tertios non citatos, etiam quòd ſit factum cum decreto, & auctoritate Iudicis, numero 18.*

19 *Inuentarium, iunctis adminiculis, probat etiam contra tertium.*

DECISIO DCXXXVII.

IN iudicio petiti legitimæ ſupplementi per bon. mem. Marchioniſſam Vrſinam matrem Marci Antonij Quarti, ex Marco Antonio Tertio de Columna primo eius viro filij prædefuncti, firmato per particularem deciſionem coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Sacrato, quòd in hæreditate dicti Marci Antonij Quarti remanſerunt bona libera valoris ſcutorum 193. mill. & per tres deciſiones coram me, quòd Mons ſcutorum 140. mill. per Motum proprium fel. recordat. Clementis Octaui, viuente dicto Marco Antonio Quarto, erectus, non eſſet ponendus ad debitum illius hæreditatis; vt prætendebat Excellentiſſimus D. Don Philippus modernus Magnus Comeſtabilis; cum vltimę reſolutionis fundamentum conſiſtat in eo, quòd dicti Montis erectio fuerit vtilis primogenituræ, & fideicommiſſo per Marcum Antonium Secundum inſtitutis in domo, & familia Columna; Domini ex eodem in hac quarta propoſitione ſteterunt in reſolutis. Nam ſi (vt dictum eſt
1 in deciſionibus) licuiſſet dicto Marco Antonio Quarto, pro diſſolutione æris alieni dicti Marci Antonij Secundi, bona per eum primogenituræ, & fideicommiſſo ſubiecta alienare; multò magis pignorare, & hypothecare, & ſic dicti Montis erectionem acceptare iuxta *l. pater filium de leg. 3. & ibi gloſſ. in verb. contractum, & ex Molin. & alijs* fuit in dictis deciſionibus comprobatum, & hodie confirmant informantes pro hac parte ex pluribus; nec negari poteſt, quin ex dicta Montis erectione, non ſolùm minus damnum illatum fuerit Primogenituræ, quàm ex alienatione corporum, & membrorum hæreditatis: ſed quòd valdè vtile fuerit, integrum patrimonium dicti Marci Antonij Secundi conſeruare pro ſucceſſoribus; vt in dictis deciſionibus fuit conſideratum, & patet ad ſenſum; & propterea
2 dicto Marco Antonio Quarto, qui dictum æs alienum ſoluit, competebat vtilis negotiorum geſtorum actio pro repetitione ſolutorum, vt vltra allegata in vltima deciſione fuit dictum in illa *Romana donationis de Cangijs coram me 21. Iunij 1621.* Tantò magis cum bona dictæ primogenituræ fuerint liberata ab hypothecis, *l. 1. vbi Odofr. Angel. & Salycet. in princip. C. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. 3. C. de negoc. geſt. & fuit dictum in dicta Romana de Cangijs 12. Nouembris eiuſdem anni.* Quòd autem ſex partitæ in dicta vltima deciſione ſpecificatæ pertinerent ad debitum hæreditatis dicti Marci Antonij Secundi, & quòd fuerint ſolutæ per Marcum Antonium Quartum, fuit oſtenſum in dicta deciſione, & probationes nunc vberiùs ampliatæ pro filijs ſecundi matrimonij, & hæredibus dictæ Marchioniſſæ cauſam proſequentibus. Prima partita ducatorum 20. millium ad rationem vndecim regalium pro quolibet ducato, quæ conſtituunt (vt ſupponitur) ſcuta 22. mill. monetæ iuliorum decem, vel circa, pertinet ad hæreditatem dicti Marci Antonij Secundi: quia dicta, & maior ſumma fuit per eum relicta Victoriæ eius filiæ pro dote, vt in teſtamento dato in poſitione 15. Iunij 1620. num. 19. Solutio autem fuit facta per quondam Felicem Vrſinam, aliàs dicti Marci Antonij Secundi vxorem, auiam, & tutricem Marci Antonij Quarti, Comiti de Cabrera marito dictæ Victoriæ ad computum dotis ſcutorum centum mill. vt ex inſtrumento *in ſummario dictorum hæredum num.* 1. de cuius fide, & veritate non fuit dubitatum. Imò ad fauorem dictæ quondam Marchioniſſæ Vrſinæ, fuit per dictam Victoriam, & virum facta ampliſſima iurium ceſſio, cum pecuniæ ſolutæ fuerint de proprijs dotibus, vt in dicto inſtrumento. Secunda partita ſcutorum 58382. pertinebat ſimiliter ad hæreditatem dicti Marci Antonij Secundi; quia Iſabella vnica filia quondam Veſpaſiani quondam Proſperi Columnæ, mortuo patre ab inteſtato, mouit litem in Rota contra Aſcanium quondam Fabritij Columnæ Marci Antonij Secundi patrem pro ſucceſſione: cuius hæreditatem ſupponitur fuiſſe opulentiſſimam, & conſtitiſſe in Caſtris, & ſtabilibus maximi valoris, & præſertim tribus, de quibus infra, nunc poſſeſſis per dictum D. Comeſtabilem: quæ terminata fuit mediantibus duabus tranſactionibus, prima videlicet inter dictum Marcum Antonium Secundum ex vna, & Horatium della Mora Principem Sulmonæ dictæ Iſabellæ ex ſecundo matrimonio filium ex alia, in qua fuit ad fauorem dicti Marci Antonij Secundi facta ampliſſima iurium ceſſio etiam per viam donationis, præuia obligatione de ſoluendo ſcuta centum mill. monetæ Regni, deinde (vt ſupponitur) ſolutorum. Alia verò, & ſecunda tranſactio fuit inita inter Marcum Antonium Tertium ex vna, & Veſpaſianum Gonzagam ex primo matrimonio dictæ Iſabellæ filium, qui ſimiliter fecit ampliſsimam ceſſionem iurium ad fauorem dicti Marci Antonij Tertij, competentium ſuper Caſtris Sonini, Vallis Curſæ, & Sancti Laurentij, quæ erant ſequeſtrata, & depoſita penès Cameram Regiam: quæ ceſsio fuit facta ſub expreſſa conditione, quòd dictus Marcus Antonius Tertius per viam ſolemnis donationis faceret obligationem de ſibi ſoluendo ſcuta 38382. iuliorum decem pro ſcuto certis terminis, & cum ampliſſimo pacto reſolutiuo in euentum inobſeruantiæ, quæ do-

natio

natio fuit per dictum Marcum Antonium Tertium fa-
cta, *vt in ſummario D. Comeſtabilis num.* 3. De ſolu-
tione autem dictorum ſcutorum 58. mill. conſtat in
ſummario heredum dicta die 15. *Iunij num.* 6. *&* 9.
quæ fuit expreſsè admiſſa, & confeſſata per dictum
D. Comeſtabilem in tranſactione inita cum tutrice
Marci Antonij Quarti del 1596. *ſummario heredum*
nunc dato litera A. & poſita in partitis æris alieni Mar-
ci Antonij Secundi in calculo legitimæ dicto D. Co-
meſtabili tunc conſignatæ; & inde ceſſat motiuum,
3 quòd dicta obligatio Marci Antonij Tertij dictorum
ſcutorum 58. mil. fuerit voluntaria, nec propterea po-
nenda ad debitum hæreditatis Marci Antonij Secundi,
etiamſi per viam tranſactionis *Molin. de primogen. lib.*
4. *cap.* 9. *num.* 23. *& ſeqq.* tantò minùs cum fuerit per
viam donationis. Nam licèt partes proceſſerint per
viam donationum: tamen conſtat, illas non fuiſſe libe-
4 rales, & gratuitas, ſed modales, conditionales, & ad
inuicem correſpectiuas, vt Veſpaſianus conſequeretur
dicta ſcuta 58. mil. & Marcus Antonius Tertius recu-
peraret dicta Caſtra, & illorum poſſeſſionem, & libe-
rationem à ſequeſtris Regijs; vt ex lectura inſtrumen-
torum, & præſertim facti per Veſpaſianum, in quo le-
gitur ampliſſimum pactum reſolutiuum dictæ ceſſionis
in caſum non implementi infra paucos dies, vt ibi ex
parte Marci Antonij Tertij, de cuius pacti reſolutiui
virtute latè dictum fuit *coram R. P. D. meo Manzanedo*
in Anconitana bonorum 4. *Iulij* 1614. *&* 16. *Nouembris*
1616. & propterea magis inſpici debent pacta appoſi-
5 ta, & voluntas contrahentium tranſigen. quàm nuda
verba *Abb. in cap. illo vos in* 4. *not. de pignor.* latè *Man-*
tic. de tacit. lib. 2. *tit.* 2. *num.* 5. *&* 6. *& fuit dictum in*
Romana Petraria 11. *Maij* 1620. *coram me.* Quòd au-
tem huiuſmodi tranſactio fuerit vtilis, & bona fide fa-
cta, & ſic obſeruanda per ſucceſſores in primogenitu-
ra, conſtat; quia ſequuta ſolutione dictorum ſcutorum
58. mill. dicta Caſtra fuerunt liberata à ſequeſtro, &
per Marcum Antonium Tertium recuperata, quorum
duo fuerunt deinde in dicta tranſactione del 1596. con-
ſignata ad computum legitimæ dicto D. Comeſtabili,
aliud verò repertū in hæreditate Marci Antonij Quar-
ti, & per d. D. Comeſtabilem deſcriptum in inuentario
6 hæreditario per eum confecto, quod plenè contra eum
A probat A, *vulg. l. fin. C. de arbitr. tut.* & de hoc inuen-
tario *Rot. deciſ.* 559. *num.* 4. *par.* 1. *recent.* Solutio au-
tem dictorum ſcutorum 58. mill. fuit facta tunc de pe-
cunijs dotalibus, & extradotalibus dictæ Marchioniſ-
ſæ vxoris dicti Marci Antonij Tertij, vt ex publicis
inſtrumentis, & iuribus *dicto ſummario* 15. *Iunij num.*
6. *&* 9. quæ ſinè ſpeciali ceſſione videtur acquiſiuiſ-
ſe iura dicti Veſpaſiani, ex pacto præambulo in inſtru-
mentis dotalibus, de quibus *in dicto ſummario*, & in
7 dato in præterita poſitione *num.* 2. quòd pecuniæ do-
tales eſſent ſoluendæ creditoribus dicti Marci Anto-
nij Secundi, vt ipſa eorum iura acquireret, & eorum
loco ſubintraret, *Mantic. de tacit. & ambig. conuent.*
lib. 1. *tit.* 29. *num.* 10. *cum allegat. in vltima deciſione*.
Ex quibus ſequitur, quòd Marcus Antonius Quartus
reſtituendo hanc ſummam Marchioniſſæ matri, vtile
negotium geſſit pro primogenitura, ex ſupra allegatis.
Tertia partita ſcutorum 40. mill. monetæ Neapolis
ſpectabat ad hæreditatem dicti Marci Antonij Secun-
di, quia Ioanna Principiſſa Auriæ, erat neptis ex fi-
lio præmortuo dicti Marci Antonij Secundi, & credi-
trix dotis ſcutorum 90. mill. dictæ monetæ; nec hoc
controuertebatur ex aduerſo, ſed allegabatur creditum
extinctum per aſſignationem redditum feudalium
Regni effectum ſortitam, *vt in ſummario D. Comeſta-*
bilis num. 4. *&* 6. & ideo non poſſe dici vtile nego-
cium geſtum. Sed reſponſum fuit, quòd vtilitas pri-
mogenituræ conſiſtebat in liberandis dictis redditibus
aſſignatis ab hypotheca, & manibus dictæ Ioannæ,
quæ vti neptis Marci Antonij Secundi pro legitima,
& tertia parte dotis Annæ Burromeæ eius matris,
(vt dicebatur) aſcendentibus ad ſcuta 123. mill. præ-
tendebat hypothecam ſuper omnibus bonis Marci An-
tonij Secundi: quod euentus docuit, quia dicti red-
ditus ſic liberati fuerunt in dicta tranſactione del
1596. conſignati dicto D. Comeſtabili ad computum
legitimæ, & hoc ſenſerunt etiam Domini in dicta de-
ciſione 23. Ianuarij anni præteriti; & ideò hæc im-
penſa non ſolùm fuit vtilis, ſed neceſſaria, & repe-
tibilis, *l. filius familias, §. diui, de legat.* 1. *Peregrin. de*
fideicommiſſ. artic. 50. *num.* 15. Nec obſtat, quòd dos
potuerit ſolui dictæ Principiſſæ ex fructibus Caſtro-
rum ſeparatorum in Bulla erectionis Montis: quia
ex eius lectura conſtat, hoc fuiſſe in facultate tuto-
rum Marci Antonij Quarti, & ideò eos non fuiſſe
9 obſtrictos ad ſoluendum de dictis fructibus, iuxta *l. non*
quicquid, ff. de iudic. l. fideicommiſſa, §. hac verba, de le-
gat. 3. & de ſimilibus verbis in Chirographo Papæ fuit
dictum *in Viterbien. Caſtrorum* 27. *Nouembris* 1613.
coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Sacrato. Minùs obſtat,
quòd dicta tranſactio del 1596. fuerit impugnata per
Marcum Antonium Quartum, & ideò intrat regula *cap.*
ex eo, de reg. iur. in 6. Quia ex commiſſione cauſæ in
Rota ſuper reſciſsione dictæ tranſactionis non proba-
tur impugnatio, ſed narratur læſio in æſtimando valo-
re Caſtrorum aſsignatorum dicto D. Comeſtabili pro
10 legitima: & in omnem euentum cum pendeat lis, non
prohiberetur Marco Antonio vti tranſactione, *vt not.*
omnes in cap. Capitulum, & præſertim Felin. num. 9. *li-*
mit. 1. *de reſcr.* & de communi omnium opinione *Rum.*
conſ. 166. *num.* 17. *vol.* 3. *& fuit dictum in Romana libe-*
rationis a moleſtijs 15. *Maij* 1602. *coram Cardinali Lan-*
cellotto iuniori, & in Lucana Molendini 14. *Nouembris*
1605. *coram Penia.* Quarta partita cenſuum ſcutorum
22. mil. non videbatur in omnibus iuſtificata, ſed ex-
tinctiones illorum, qui fuerunt impoſiti per Marcum
Antonium Secundum, factæ per Marcum Antonium
Quartum aſcendunt ſolùm ad ſummam ſcutorū 13250.
computatis ſcutis 1400. ſolutis pro redemptione annui
redditus per dictum Marcum Antonium Secundum
eius familiari aſsignati ſuper Caſtro Matthiæ, & Silua
Cardoſa, inter extinctiones Cenſuum connumeratis tam
in alijs poſitionibus, quàm in ſummario, ſeu relatione
data pro hæredibus 23. *Maij præteriti num.* 4. *&* 11.
vbi fideliter ſunt relata inſtrumenta, & iura prædictas
extinctiones iuſtifican. vt ex illorum oculari inſpectio-
ne: & informantes ex aduerſo impugnant ſolùm cenſum
Magalotti ſcut. 3. mil. & alium cum Hieronymo Carlu-
tio ſcur. 4700. qui duo cenſus non videntur ſufficien-
ter iuſtificati etiam ex relatis per informantes per hæ-
redibus, ſed nihilominus illis omiſsis ſupradictæ, & in-
fraſcriptæ aliæ partitæ videntur non ſolùm complere,
ſed excedere ſummam ſcut. 150. mil. pro qua fuit facta
erectio Montis, vt ex calculo tàm ſingularum partita-
rum dictorum cenſuum, quàm aliarum ſummarum ma-
gis diſtinctè faciendo facilè liquere poterit. Quin-
ta partita ſcutorum 3624. iuſtificatur, quia dicta Fe-
lix vxor dicti Marci Antonij Secundi erat creditrix il-
lius hæreditatis pro reſtitutione dotis ſcutorum ſexa-
ginta mill. prout in hac ſumma fuit poſita in calculo
æris alieni Marci Antonij Secundi in prædicta tranſa-
ctione anni 1596. & fecit legata diuerſis perſonis di-
ctæ, & maioris ſummæ, *vt in teſtamento ſummario*

dicta

dicta die 15. *Iunij num.* 14. quæ fuerunt ſoluta per
Marcum Antonium Quartum, *vt in dicto Summario*,
& addebatur ſolutio ſcutorum 1327. facta D. Come-
ſtabili ad computum eius ratæ ſuper dote, & hæredi-
tate dictæ D. Felicis ſibi debitæ in execttionem lau-
di bon. mem. Cardinalis Blanchetti per partes acce-
ptati, & emologati *dicto ſummario num.* 10. & ideò di-
ctæ ſolutiones cedere debent pro concurrenti quan-
titate in extinctionem debiti dictæ dotis. Et idem
dicebatur de ſcutis 15. mill. per dictam Felicem lega-
tis Marco Antonio Quarto, vt in prædicto eius te-
ſtamento. Non obſtat, quòd dictum legatum fuerit
per Felicem relictum Marco Antonio Quarto in exe-
cutionem teſtamenti Marci Antonij Tertij nepotis d.
Felicis, qui illi reliquerat liberationem à redditione
rationis eius tutelæ per eam adminiſtratæ, cum hoc,
quòd ipſa dotem ſuam relinqueret pro medietate di-
cto Marco Antonio Quarto, & pro alia medietate Ex-
cellentiſſimo D. Philippo: quod teſtamentum fuerat
per eam acceptatum, *vt in ſummario D. Comeſtabi-
lis præterita poſitionis num.* 7. & 8. & ſic quòd ipſa non
11 remaneret creditrix dotis, ſed creditum dotale eſſet
compenſandum cum debito adminiſtrationis, ſeù le-
gato liberationis relictæ. Quia ex hoc relicto libera-
tionis non ſequitur, quòd ipſa eſſet debitrix, imò ra-
12 tione reddita creditrix remanere potuiſſet, *Anchar.
conſil.* 235. *num.* 1. *verſic. præterea, Alexand. conſil.* 192.
num. 2. *in fin. lib.* 7. *latè Surd. deciſ.* 184. *num.* 1. *Cephal.
conſil.* 768. *num.* 14. & *conſil* 769. *num.* 11. *Rota deciſ.*
727. *num.* 3. *par.* 2. *in recent. & fuit dictum in Roma-
na ſpolij* 2. *Iunij* 1614. *coram R. P. D Veroſpio, in Vi-
terbien. Caſtrorum* 1. *Iunij* 1615. *coram Illuſtriſſimo D.
Cardinali Sacrato, & in Spoletana hæreditatis* 31. *Ia-
nuarij præteriti coram me*. Nec ex dicto legato fuit
extinctum eius creditum dotis cum hæreditate Marci
Antonij Secundi eius Viri, ſed tantùm dici poterat vin-
culatum, ſi debitrix remanſiſſet, & non fuiſſet relicta
dicta liberatio: & propterea hoc debitum dotale fuit
expreſsè agnitum per eundem D. Comeſtabilem in di-
cta tranſactione de anno 1596. *dicto ſummario litera A.*
Tandem non obſtat, quòd Marcus Antonius Quartus
non potuerit deuenire ad erectionem Montis, niſi pro-
batum fuiſſet, non adeſſe alia bona libera Marci Anto-
nij Secundi, & Tertij, ex quibus potuiſſet ſatisfieri cre-
ditoribus; quia hæc reſolutio capitur cum reſeruatio-
ne facta in alijs deciſionibus, vt videatur, an ad Mar-
cum Antonium Quartum peruenerint alia bona libera
ſufficientia, vt in deciſione 20. Iunij 1619. Non obſtat,
quòd in ſolutione Marcus Antonius Quartus non fuerit
proteſtatus, nec reportauerit ceſſionem iurium: ex
quo arguitur, eum noluiſſe grauare fideicommiſſum,
aut in eius bonis ſe reualere; quia vltra quòd in ſolu-
tionibus, de quibus ſupra reſpectiuè fuit facta ceſſio
13 iurium: reſpôdetur etiam, dictam ceſſionem requiri ad-
hoc, vt ſoluens intret in locum creditoris, cui ſoluit:
ſed non inde ſequitur, quin ſoluens pro alio dicatur ge-
rere vtile negotium pro illo, & ſic efficiatur eius credi-
tor *l. ſoluendo ff. de neg. geſt.* Placebat etiam aliquibus
ex Dominis fundamentum neceſſitatis impoſitionis ſe-
cundi Montis reſultans ex Bulla Clementis Octaui con-
tra Barones, latè conſiderata in duabus primis deciſio-
nibus coram me: & tantò magis, quia Congregatio
habebat etiam ampliſſimam facultatem relaxandi man-
data ſummariè, de plano, ſinè ſtrepitu, & figura iudicij,
vt ex copia Chirographi eiuſdem Clementis data *in
ſummario littera D.* & ex decretis eiuſdem Congrega-
tionis contra bon. mem. Cardinalem Aſcanium, *vt in
dicto ſummario littera E.* Poſtremò, quòd non conſtet,
pecunias ex Monte extractas fuiſſe conuerſas in dictas
14 cauſas; reſponſum fuit, ſufficere erogatam fuiſſe ſum-
mam æquiualentem, cum pecunia recipiat functionem
in genere ſuo, vt tentum fuit *coram Illuſtriſſimo Cardi-
nali Sacrato* 25. *Maij* 1616. *in hac eadem cauſa*.
Et ita fuit vtraque parte informante reſolutum, ſtandum
eſſe in deciſis, videlicet ſummam ſcutorum 150. mil.
ex dd. partitis conflatam verſam fuiſſe in vtilitatem
Marci Antonij Secundi, & ſic non eſſe ponendam ad
debitum hæreditatis Marci Antonij Quarti; qui eſt ef-
fectus dubij propoſiti.

ANNOTATIO.

A Inuentarium plenè probat contra conficientem, necnon
25 contra ipſius hæredes, & habentes cauſam ab eo, *Capic.
deciſ.* 107. *in fin Peregrin. de fideic art.* 44. *num.* 2. *Rot.
deciſ* 71. *num* 3. *part.* 1. *diuerſ. & in recent. deciſ* 426.
num. 2 *part* 1. *in Romana fideicommiſſi de Maximis* 18.
Februarij, & 15 *Decembris* 1628. *coram Reuerendiſſimo
D Coccino Decano, & in alijs*; adeo quòd non admittitur
16 probatio in contrarium, *Rot. d. deciſ.* 71 *num* 3. *part.* 1.
diuerſ & in Ariminen legatorum 27. *Ianuarij* 1615 *co-
ram bon mem. Patriarcha Manzanedo, & ſupra deciſ.*
557. *num* 7. Secus verò contra tertios non citatos *Pha-
27 nucc. de inuentar. part.* 3. *num.* 10. & 26 *Capic. d. deciſ.*
107. *num.* 11. & 12. *Cardinal Seraphin. deciſ.* 1394. *num.*
1. & 4. *Rot. deciſ.* 800 *num.* 24 *part.* 1. *diuerſ.* & *in d.
Ariminen. legatorum coram Patriarcha Manzanedo*, &
in Ferrarien. de Taſſonis 20. *Decembris* 1619. *coram bon.
mem. Vbaldo ſeniori*; etiam quod inuentarium ſit factum
cum decreto, & auctoritate Iudicis; quia nec decreta, nec
ſententiæ iudicum afficiunt non citatos, *Rota in d. Ferra-
28 rien. de Taſſonis coram Vbaldo ſeniori*. Iunctis tamen ad-
miniculis inuentarium probat etiam contra tertium, vt
reſpondit *Rota in Vrbeuetana legati* 20. *Octobris* 1582. *co-
ram Cantuccio, & in Cornetana legati* 4. *Decembris* 1620.
coram bon. mem. Dunozetto ſeniori.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana penſionis.

Veneris 17. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Tranſlatio penſionis, auctoritate Apoſtolica
facta per translatarium, non annullatur, ex
taciturnitate primæ translationis; quia pen-
ſio tranſlata non eſt noua penſio, ſed eadem
in ſubſtantia cum prima.

SVMMARIVM.

1 *Penſio reſeruata auctoritate Apoſtolica, & de conſen-
ſu Titularis, valida eſt.*
2 *Penſionis translationis ſemel facta mentio omitti poteſt
abſque vitio ſubreptionis, per eum, ad cuius fauorem
cum iam fuiſſet extincta, reſeruatur.*
3 *Penſio translata dicitur eadem penſio in ſubſtantia,
& dicitur quadam delegatio ſoluendi alteri. & num.
8. & 9. quod procedit reſpectu titularis, ſecus verò re-
ſpectu translatarij, num. ſeq.*
4 *Penſionis translatio auctoritate Apoſtolica facta, valet,
licèt in ea narratum non fuerit, beneficium antiqui-
ri penſione grauatum eſſe.*

5 *Poſ-*

Digitized by Google

5 *Poſſeſſio transferentis penſionem non iuuat translatario, cuius reſpectu dicitur noua penſio, & quando procedat, num.* 11.

6 *Subreptitia non dicitur gratia, ſi de qualitate à iure, conſuetudine, vel ſtylo requiſita mentio facta non fuerit.*

7 *Penſio ſemel translata non poteſt iterum transferri à Conclauiſtis vigore priuilegiorum ipſorum.*

10 *Penſio translata comprehenditur ſub indulto retinendi penſiones reſeruandas.*

12 *Translatario datur via executiua pro executione ſua translationis, prout dabatur penſionario transferenti.*

13 *Obligatio titularis, necnon eius fideiuſſorum durat ad fauorem translatarij.*

14 *Clauſula*, ſinè retardatione, *apponi ſolet, quando reſcribitur aduerſus translatarium.*

15 *Clauſula*, Arbitrio, *non retardat ſolutionem penſionis, quando literæ translationis penſionis ſunt iuſtificatæ, vel non indigent iuſtificatione.*

16 *Translatario non retardatur ſolutio penſionis, etiam abſque aliqua iuſtificatione, quando penſio ab initio fuit purè, vel motu proprio reſeruata.*

DECISIO DCXXXVIII.

CVM Deſiderius vigore facultatum
Militibus Lauretanis conceſſarum,
qualis ipſe erat, & tanquam Præfe-
ctus ſollicitatorum penſionē annuam
ducatorum 200. ſuper Canonicatu
Baſilicæ Sancti Petri, quem tunc Pa-
ris obtinebat, transtuliſſet ad fauorem
bon. mem. Cardinalis Coſentini, qui poſteà caſſationi
dictæ penſionis conſenſit, & ea ſic caſſata, & extincta
fel. record. Paulus V. aliam ſimilem eiuſdem ſummæ
ſuper eodem Canonicatu de conſenſu dicti Titularis ad
fauorem R. P. D. Pallottæ eius ex fratre nepotis re-
ſeruauerit: fuit de validitate dictæ reſeruationis du-
bitatum, pro qua DD. reſponderunt; quia hæc pen-
1 ſio fuit reſeruata auctoritate Apoſtolica, & de con-
ſenſu Titularis, ideo valida *ad not. in cap* 2. *de prabend.*
latè Gabr. conſil. 186. *in princip. & per tot. volum* 1.
2 Et quamuis in ea non ſit facta mentio translationis
factæ per penſionarium in Cardinalem, & ideo ſub-
reptitia prætendebatur; tamen cum ex illa aliquod
nouum grauamen non receperit, etſi hæc ſecunda
validè reſeruata non fuiſſet, prima translata remanſiſ-
ſet, cum correſpectiuè illa fuerit caſſata, vt altera aſ-
ſignaretur: nec Eccleſia vnquam à penſione, & graua-
mine fuiſſet liberata: non erat facienda mentio, quòd
penſio eſſet translata, & in his ferè terminis *Creſcent.*
deciſ. 1. *de rebus Eccleſ non alienan.* quam pluries ſecu-
ta eſt *Rota vt infra, Mohed. deciſ.* 2. *& ibi addent. litera*
C. de locat. Non obſtat, quòd penſio non fuerit reſer-
uata, ſed de nouo translata. Quia (vltra quòd aliqui-
bus ex Dominis videbatur, illam ſapere potiùs reſer-
uationem per Summum Pontificem factam, quàm
translationem: & ideo neceſſariam non fuiſſe mentio-
nem aliquam dictæ translationis) quatenus dicatur
translatio, eadem ratione ſubſtinetur; quia penſio eſt
3 eadem in ſubſtantia, nec inducitur nouum grauamen,
ſed ſolummodo fit mutatio perſonæ, & quædam de-
legatio ſolutionis alteri faciendæ, *vt in dicta deciſ. Cre-*
ſcen. 1. *de rebus Eccleſ non alienan. num.* 2. quam paſ-
ſim ſecuta eſt *Rota, vt in recent. par.* 1. *deciſ.* 122. *num.*
9. *in qua allegantur Terulen. penſionis* 15. *Decembris*
1600. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Sacrato, Bono-*
nien. translationis penſionis coram Illuſtriſsimo Cardina-
li Millino deciſ. 327. *num.* 3. *&* 4. *vbi latiſsimè, & de-*
ciſ. 505 *num.* 4. vbi quòd fuit dictum in alijs ſimili-
bus, *& deciſ.* 733. *num.* 1. *par.* 2. *& apud Sanctiſsimū*
deciſ. 18. *num.* 3. *& ibi Addent. num.* 1. *& fuit dictum*
in Segobun. penſionis 20. *Maij* 1598 *coram bon. memor.*
Corduba impreſſ poſt tract. Pacific. de Salman. deciſ. 129.
in Veronen. penſionis 14. *Ianuarij* 1613. *coram R. P. D.*
Veroſpio impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 2. *fol.*
555. *& dixit Pariſ. conſil.* 5. *num.* 86. *lib.* 4. *Vital. in*
Clement. 1. §. *eadem num.* 3. *de ſupplen. neglig. Prælat. &*
ſequendo dicta deciſ. Creſcen. Mandoſ de liter. grat. verb.
extinctiones, circa finem verſic. dubitatum etiam fuit, Pa-
riſ de reſignat. lib. 6. *quæſt.* 4. *num.* 43. *Garz. de benefic.*
par. 1. *cap.* 5. *num.* 256. *Gratian. diſceptat. forenſ.* 535.
A *num.* 24. A Prout eadem ratione in fortioribus ter-
4 minis valet translatio auctoritate Apoſtolica facta,
quamuis in ea narratum non fuerit, beneficium anti-
quiori penſione grauatum, vt poſt *Creſcen. dicta deciſ.*
1. *Rota deciſ* 122. *num.* 9. *&* 327. *num.* 4. *&* 5. *& de-*
ciſ. 505. *num.* 4. *par.* 1. *recent. Pariſ. dicto lib.* 6. *quæſt.* 4.
num. 43. & idem procedere in gratia facultatis trans-
feren. fuit dictum in allegata *Veronen. penſionis coram*
R. P. D. Veroſpio. Et videtur ſolùm poſſe conſiderari
aliqua differentia quò ad iuſtificationem gratiæ, & qua-
5 ſi poſſeſsionem transferentis, quæ non iuuat transla-
B tario; B quorum reſpectu poſſet dici noua penſio, vt
fuit dictum in *Brixien penſionis* 25. *Maij* 1594. *coram*
Illuſtriſsimo D. Cardinali Millino; non autem reſpe-
ctu noui grauaminis, vt diſtinxit *Rota dictam deciſ. Bri-*
xien. declarando in d. deciſ 122. *&* 327. *num.* 11. *part.*
1. *recent latè Gratian. diſceptat. forenſ* 113. *num.* 77. *&*
ſeq. & diſceptat. 132. *num.* 33. *&* 34. Et ideo cauendū
videtur *a deciſ. Rubei in Eugubina penſionis* 19. *Decem-*
bris 1561. *& ab alia Accoramboni in Aretina, ſeu Senen.*
penſionis, quæ circumferuntur, à quibus (vt patet *ex de-*
ciſ. alleg.) Rota receſſit. In iure enim cautum non repe-
6 ritur, quòd taciturnitas primæ translationis cauſet ſub-
reptionem in translatione ſecundæ: & gratia non di-
citur ſubreptitia, ſi de qualitate à iure, conſuetudine,
vel ſtylo non requiſita, mentio facta non fuerit iuxta
not. in cap. ſuper literis, vbi præſertim Felin. num. 2.
verſ regula eſt, de reſcript. Calderin. conſil. 10. *de reſcr.*
Aegid. deciſ. 698. *Caputaq deciſ.* 46. *par.* 2. *&* 224. *par.*
3. *latè Menoch. de arbitr. caſu* 201. *num.* 26. 27. *& ſeq. &*
Gratian. diſcept. forenſ. 555. *num* 26. Nec facit deciſio
in cauſa *Florentina penſionis* 17. *Maij* 1617. *coram R. P.*
D. meo Vbaldo, quia ibi agebatur de priuilegio conceſſo
7 Conclauiſtis transferen. penſionē vſque ad certam ſum-
mam, quę cum eſſet ſemel translata, fuit dictum, quòd nō
apparebat, dicta priuilegia continere facultatem trans-
ferendi penſiones ſemel translatas: & deciſio moue-
tur alijs fundamentis pro nullitate translationis, quæ
non applicantur. Non obſtat, quòd ſi Papa ſciuiſ-
ſet primam translationem in Cardinalem, vel non
8 permiſiſſet denuo transferri, vel difficiliùs: cum non
cenſeatur voluiſſe continuare, ſeu prorogare ſeruitu-
tem Eccleſiæ, transferendo penſionem de perſona ſe-
niore in iuniorem. Quia cum penſio ſit eadem in
ſubſtantia, ex prædictis, ſeruitus non dicitur proro-
gari, quamuis mutetur perſona: cum iuuenis citiùs
ſene mori potuerit; & ideo dicta ratio non fuit ha-
bita in conſideratione in dicta *Veronen. penſionis co-*
ram R. P. D. Veroſpio; nec talis ſcientia a communi-
ter accidentibus difficiliorem reddidiſſet Pontificem
in gratia de conſenſu titularis conceden. Cardinali
ex antiquioribus ſacri Collegij, ſummæ pietatis, &
exem-

exempli ad fauorem ex fratre nepotis virtutibus, & moribus ornatiſsimi, & Summo Pontifici ſatis noti, ad *l. nam ad ea, ff. de legibus*, & ex prædictis.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Et quòd penſionis translatio, licèt facta in articulo mor-
9 tis, non ſit nouum grauamen, nec dicatur noua penſio: ſed ſolùm quædam mutatio perſonæ, & vitæ transferentis in perſonam, & vitam translatarij, & delegatio ſolutionis alteri faciendæ; & ideò reputetur modici præiudicij: cum aliquando contingat, translatarios etiam iuniores præmori transferentibus licèt ſenioribus, firmauit pluries Rota, vt præter deciſiones hic allegatas, articulo maturè diſcuſſo fuit reſolutum in *Regien. penſionis 9. Februarij, & 17. Iunij 1624. coram R. P. D. Pirouano. & coram eodem in Maurianen penſionis 23. Martij 1626 in Firmana penſionis 26. Februarij 1625. coram bon. mem. Remboldo, & in Mantuana penſionis 4. Decembris 1626. coram R. P. D. Merlino*, in quibus Rota hanc deciſionem ſecuta eſt, & *in Romana penſionis 29. Maij 1628. coram R. P. D. Dunozetto iuniori*. Verùm hoc
10 procedit reſpectu titularis; reſpectu enim translatarij cenſetur noua penſio, cum fiat per viam extinctionis primæ, & creationis, ſeu reſeruationis nouæ penſionis; & ideo comprehenditur ſub indulto retinendi penſiones reſeruandas, *Rota coram Gregor. XV. deciſ. 18. num. 3. in Ferrarien. penſionis 14. Iunij 1624. coram Remboldo, & in Alerien penſionis 20 Martij 1626. coram Reuerendiſſimo D Coccino Decano*

B Quaſi poſſeſſio transferentis non iuuat translatarium;
11 hoc tamen procedit ad effectum obtinendi manutentionem tantùm; quia ſuffragatur pro obtinenda executione literarum Apoſtolicarum, & releuat translatarium ab onere iuſtificandi penſionem translatam, quando eſt longiſſima, nempè annorum 30. ſicut iuuaret transferentem ipſum, vt per *Rot. in Bononien. penſionis coram bon. mem. Cardinali Millino apud Marcheſ de commiſſ. part 1. pag. 558. & in alijs relatis per Garz. de benefic. part 1. cap 5 num. 470. & ſeq. & deciſ. 122. num. 11. par. 1. recent. & in Firmana penſionis 23. Ianuarij 1627. co-*
12 *ram R. P. D. Durano*. Et translatario datur via executiua pro executione ſuæ translationis, ſicut dabatur penſionario transferenti, *Veſtr in praxi lib. 3. cap fin num. 3. Caſſador. deciſ. 30. num. 8. de reſcript. Cardinal. Caualer. deciſ. 148. num. 5. Rota in dicta Bononien penſionis coram Cardinali Millino, in dicta Firmana penſionis 26. Februarij 1625. coram bon. mem. Remboldo & 23. Ianuarij 1627 coram R. P. D. Durano, & in dicta Romana penſionis 29. Maij 1628. coram R. P. D. Dunozetto iuniori*; præcipuè contra titularem obligatum ad fauorem
13 transferentis in forma Cameræ, cuius obligationis virtus tranſit in translatarium, vt fuit reſolutum in *Aquilana penſionis 26. Maij 1623. coram Remboldo, & in dicta Romana penſionis coram R. P D. Dunozetto*; & non ſolum obligatio titularis principalis debitoris, ſed etiam fideiuſſorum durat ad fauorem translatarij, vt fuit reſolutum in *Segobien. penſionis 20. Maij 1598. coram Corduba, apud Garz. dicta par 1. cap. 5 num 217. quam ſequitur Lotter. de re benefic. lib 1. quæſt. 56. num. 76.* &
14 ideo contra translatarium non ſolet reſcribi, niſi cum clauſula, *ſinè retardatione, Anton. Auguſt. in epit. tit. de translat. penſ num. 80. Garz. dicto cap. 6. num. 470. Rota in dicta Bononien. penſionis coram Cardinali Millino, & in dicta Firmana penſionis coram R. P. D. Durano.*
15 Prædicta procedunt etiam ſtante clauſula, *Arbitrio*, quæ licèt tribuat facultatem examinandi validitatem penſionis, nihilominus non retardat eius ſolutionem, quoties literæ translationis ſunt iuſtificatæ, vel non indigent iuſtificatione, *Mart. de clauſul. part. 1. clauſul. 13. num. 13. Rot. deciſ. 567. num. 1. part. 2. recent. & in dicta Firma-*
16 *na penſionis coram R. P. D. Durano*. Vndè ſi penſio fuit purè reſeruata, translatario non retardatur ſolutio, etiam abſque aliqua iuſtificatione, *Rota in dicta Romana penſionis coram R. P. D. Dunozetto*; & idem procedit quando penſio fuit reſeruata Motu proprio, *Rota in dicta Firmana penſionis 8. Februarij 1625. coram Remboldo, & 23. Ianuarij 1627. coram R. P. D. Durano*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana vineæ.

Veneris 17. Ionij 1622.

ARGVMENTVM.

Filius familiàs an, & quando, & de quibus bonis teſtari poſſit. Teſtamentum Religionem ingreſſi an ſortiatur effectum ſtatim poſt emiſſam profeſsionem: vel ſit expectanda mors ipſius naturalis. Hæreditas delata Monacho, acquiritur immediatè Monaſterio. Mulier pro dote præfertur Fiſco, cum quo maritus poſt dotis receptionem contraxit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum Nouitij an ſit nullum.*

2 *Teſtamentum conditum à filio familiàs, etiam de conſenſu patris, non ſuſtinetur, etiam ſi teſtetur de peculio aduentitio, num. 3.*

4 *Filius familias Clericus, etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus teſtari poteſt de peculio aduentitio, poſt Clericatum tamen quæſito, num. 12.*

6 *Teſtamentum Religionem ingreſſi de peculio aduentitio ſuſtinetur, nec rumpitur, ex quo nihil ſit relictum Monaſterio.*

7 *Teſtamentum Religionem ingreſſi, non ſortitur effectum, niſi poſt mortem ipſius naturalem, quando Monaſterium eſt capax bonorum in communi, & quid, vbi conſtat de contraria voluntate teſtatoris, num. 8. & 10.*

9 *Inſtitutio facta per ingreſſum Religionem bonorum in communi capacem, præmortuo inſtituto, caducatur ad fauorem Monaſterij.*

11 *Hæreditas viuentis non datur.*

13 *Inſtitutio facta ſinè clauſula*, In omnibus autem bonis præſentibus, & futuris, *cenſetur reſtricta ad bona præſentia tantùm.*

14 *Hæreditas Monacho delata cenſetur immediatè acquiſita Monaſterio.*

15 *Hæredi teſtamentario nullum ius acquiritur in bonis, quæ teſtator de tempore teſtamenti non habebat.*

16 *Filius teſtari non poteſt de ſpe hæreditatis maternæ.*

17 *Mons Pietatis Vrbis gaudet priuilegijs Fiſci, & ideo habet potioritatem in bonis per debitorem acquiſitis poſt debitum cum eo contractum; & quando procedat, num. ſequenti.*

18 *Fiſcus habet potioritatem in bonis per debitorem acquiſitis poſt debitum cum eo contractum, in concurſu tamen cum pri-*

Digitized by Google

priuato, non autem quando concurrit tum dote in hypotheca.
19 *Mulier pro dote præfertur Fiſco, cum quo maritus poſt receptionem dotis contraxit.*
20 *Dos, & Fiſcus quando ſimul concurrunt, pari paſſu ambulant, & prior in tempore potior eſt in iure; quando tamen de potioritate in tempore non conſtat, præfertur cauſa dotis, num. 22.*
21 *Dotis priuilegium tranſit ad filium, etiam quando filius concurrit cum Fiſco.*

DECISIO DCXXXIX.

MONASTERIVM Farſen. Beatæ Mariæ Congregationis Caſsinen. prætendit ex perſona Fratris Archangeli in eo profeſſi ſucceſſionem hæreditatis Aureliæ eius matris ab inteſtato defunctæ, quæ conſiſtit in dote ſcutorum 700. pro cuius reſtitutione quondam Alexander dictæ Aureliæ maritus anno 1587. hypothecauit omnia bona præſentia, & futura in forma: quam hypothecam dictum Monaſterium exercere intendit in vinea, de qua agitur, per dictum quondam Alexandrum poſt inſtrumenta dotalia, & matrimonium contractum empta. Mons verò Pietatis Vrbis ratione notabilis crediti cum dicto Alexandro prætenſi occaſione adminiſtrationis cuiuſdam officij dicti Montis per eum geſtæ, & reliquatus, ſe opponit, allegando, dictum Alexandrum fuiſſe hæredem ex teſtamento per dictum Fratrem Archangelum poſt ſuſceptum habitum, & ante profeſſionem condito; & ſic hæreditatem dictæ Aureliæ non fuiſſe delatam Monaſterio: & quatenus delata dici poſſet, ſibi ratione dicti crediti competere, ex priuilegio Fiſci, iuxta *l. is qui, ff. de iur. Fiſc.* quo iuxta indulta Apoſtolica gaudet, potioritatem in dicta vinea tanquam empta poſt dictum debitum contractum. Ideo dubitaui, an dicto Monaſterio obſtarent priuilegia Montis, & teſtamentum dicti Fratris Archangeli in eo profeſſi, vt infra dicetur; & concluſum fuit, illud non obſtare, remiſſa inſpe-
1 ctione, An ſubiaceat diſpoſitioni Concilij Tridentini *cap. 16. incipit, Nulla quoque, ſeſſione 25. de regular.* ſuper qua partes non informabant, in qua non deficiunt tenentes pro nullitate teſtamenti, ne diſpoſitio Concil. per viam teſtamenti reddatur eluſoria, licèt contrariam opinionem latè poſt relatos defendat *Sanchez in præcepta Decalog. par. 2. lib. 7. cap. 3. nu. 15. & ſeqq.*
2 Aut ergo dictum teſtamentum per dictum Fr. Archangelum tunc non profeſſum, & ſub patria poteſtate conſtitutum, eſt inualidum, etiam ſi cum conſenſu patris conditum fuiſſet *ad l. qui in poteſtate, & l. filius familias, ff. de teſtament.* & eſt vera, & indubitata regula, de qua latè *Clarus §. teſtamentum quæſt.* 18. etiam
3 ſi de peculio aduentitio, *l. pen. vbi Bart. & alij, C. qui teſtamentum facere poſſunt,* & eſt communis, de qua *Alexand. in l. ſicut certi, circa fin. C. de teſtamento militis, Clar. d. quæſt. 18. verſ. vera igitur, Didac. cap. 1. de teſtam. num. 8. in fin. & num. 9.* vbi de communi omnium ſententia; & tunc ceſſat omnis difficultas, & res eſt clara pro Monaſterio. Aut verò ſuſtinetur tanquam
4 de peculio aduentitio factum per Clericum, iuxta *authen. presbyteros, C. de Epiſcopis, & Clericis,* quæ habet locum etiam in Clericis in minoribus ordinibus tantùm conſtitutis, *vt in cap. quia nos, de teſtam.* fatentur omnes relati per *Couarr. ibi num. 3. verſ. id autem, Didac. Spino de teſtam. in gloſſ. vlt. par. 4. num. 23. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 1. cap. 9. num. 37.* qui tamen

Clericatus non probatur, nec præſumitur: cum poſſit
5 eſſe Monachus abſque Clericatu, *Abb. in cap. officij, nu. 5. circa fin. de elect. Rodriq. quæſtionum Canon regul. tom. 2. quæſt. 51. artic. 5.* Vel per ingreſſum Religio-
6 nem, qui prædictis non obſtan. poteſt de peculio aduentitio teſtari, *Bero. in cap. in præſentia, de probat. num. 525. & ibi Pariſ. num. 526.* eo quòd etiam illud non rumpitur per ingreſſum, & profeſſionem emiſſam, licèt nihil ſit relictum Monaſterio, nec de illo cogitauerit, iuxta veram, & communem, de qua latè per *Sanch. vbi ſupra lib. 7. cap. 3. quæſt. 3. num. 34. & 35.*
7 *cum ibi relat.* Et tunc aut dictum teſtamentum non ſortitur effectum, niſi poſt mortem naturalem d. Fratris Archangeli, quæ ſit expectanda, cum Monaſterium ſit capax bonorum in communi, iuxta communem opinionem, de qua per *Bart. in authent. ſi qua mulier, num. 9. & 10. Caſtren. num. 4. Iaſ. num. 26. & alios, C. de ſacroſ. Eccleſ. Butr. poſt Ioan. Andr. in cap. in præſentia, num. 33. Abb. num. 58. Imol. num. 22. in fin. Dec. num. 159 Felin. num. 55. Pariſ. num. 165. de probat. Alexand. conſil. 13. num. 2. & 3. lib. 3. Couarr. de teſtamen. par. 1. cap 2. num. 6. Nauarr. de regular. comment. 2. num. 54. Surd. conſil. 228. num. 4. Tap. in Authent. ingreſſi, verſ. ideoque nec de his, num. 65. in fin.* quicquid ſit,
8 an procedat contra voluntatem teſtatoris, vt tenent *Maluaſ. conſil. 105. num. 13. & 42. & Eugen. conſil. 58. num. 53. relatis per Honded. conſil. 60. num. 12. volum.*
9 *2.* & cum dictus Alexander hæres inſtrumentarius ſit præmortuus, caducata eſſet dicta inſtitutio ad fauorem Monaſterij, quod interim, viuente Fratre Archangelo, debebat illa gaudere vſque ad illius mortem naturalem, iuxta *l. Statius florus. §. Cornelio Felici, & ibi Bart. ff. de iur. Fiſci* per illum textum; & ita in terminis noſtris notant *DD. in d. Auth. ſi qua mulier, & in d. cap. in præſentia, de probat. Alber. in dicto §. Cornelio num. 2. Pariſ. conſil. 65. num 8. volum. 2. Voſq de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 21. num. 171. Surd. conſil. 258. num. 3. & 6. latè Ceuall. in Specul commun. opin. quæſt. 63. num 2. Caball. conſil. deciſ. 126. num. 12. lib. 1.* Aut verò (vt prætendunt informantes pro Monte) teſta-
10 mentum fuit ſortitum effectum ex mente, & voluntate dicti Fratris Archangeli teſtatoris ſtatim poſt emiſſam profeſſionem, ex coniecturis allegatis, & præſertim quia condidit mox profeſſionem emiſſurus, & vt prouideret bonis ſuis, iuxta opinionem *Imolæ in l. 1. ff de teſtament. quem ſequitur Franc. in rubric. de teſtament. in 6. num. 72. verſic. ſi verò, Rub. Alexandr. conſ. 115. num. 4* vbi arguit etiam voluntatem teſtatoris, qui emiſſurus profeſſionem condiderat teſtamentum, ne inter ſuos oriretur diſcordia, prout dixit diſponere Fr. Archangelus, *Honded. d. conſ. 60. num. 12. & conſ. 61. num. 49. vbi latè lib 2. Guttierez can. quæſt. lib. 2. cap. 1. num. 48. circa med. Ceuall. poſt alios in Specul. commun opin. quæſt. 63. num. 5. & 6. Caldas de nomin. emphyt. lib. 2. quæſt. 6. num. 16.* quibus tamen coniecturis latè reſpondet *Sanch. eodem lib. 7. cap. 3. num. 60. 61. & 63.* Et cum de tempore dictæ profeſſionis emiſſæ de anno 1601. dicta Aurelia mater ſuperuiueret, quæ obijt de anno 1605. *vt in ſummario Mona-*
11 *ſterij num. 4.* hæreditas illius non potuit dici delata, nec Fratri Archangelo, nec dicto Alexandro eius patri hæredi teſtamentario, nec alteri ex eius perſona *ad l. qui ſuperſtites, ff. de acquir. hæred. cum vulgar.*
12 Nam *dicta Authent. presbyteros* habet locum in bonis poſt Clericatum quæſitis, quæ cenſentur Caſtrenſia, vel quaſi, *vt in d. cap. quia nos, poſt alios, Didac. nu. 2. & 3.* Nec poteſt dici comprehenſa in inſtitutione hæredis, quæ videtur reſtricta ad bona præſentia tan-

tum, cum non ſit facta cum ſolita clauſula, *in omnibus autem bonis præſentibus, & futuris*, iuxta latè dicta *in Tiburtina Caſtrorum* 14. *Iunij* 1621. & 14. *Ianuarij, & 9. Maij præſentis anni coram me, & in deciſ. 375. num. 2. & 8. par. 1. recent.* Cum ergo de tempore obitus Aureliæ teſtamentum Fr. Archangeli, vel ſortitum eſſet effectum per profeſſionem emiſſam tanquam per mortem, vel dicta inſtitutio caducata: hæ-
14 reditas fuit delata immediatè Monaſterio, iuxta opinionem Canoniſtarum magis veram, & communem, quam tenent *in dicto cap. in præſentia, Innoc. num. 3. in fin. Io. Andr. num. 20. verſic. illud, Butr. num. 28. Abb. num. 76. Felin. num. 58. Bero. num. 555. & communem dicunt Pariſ. num. 203. Rip. in l. 1. num. 150. ff. de vulgar & pupillar. Menoch. de adipiſcen. poſſ. remed. 4. num. 293. & ſequuta eſt Rota tanquam communem deciſ. 128. num 3. & 334. num. 2. par. 2. recentior. & in Bononien. de Guidalottis 3. Aprilis 1615. coram R. P. D. meo Caualerio*, vbi quòd opinio Canoniſtarum eſt magis amplectend. tanquam magis communis, & Religioni fauorabilis, & poſt alios cõmunẽ dicit etiam *Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 363. num. 20. part. 2.* &
15 ideo nullum ius fuit quæſitum, nec quæri potuit Alexandro patri prætenſo hæredi teſtamentario, nec Monti ex eius perſona: cum nec de tempore teſtamenti, nec profeſſionis emiſſæ haberet hæc bona aduentitia, de quibus teſtari poſſet, iuxta ſtatuta *in dicta authent. presbyteros, & in l. cum lege*, C. *de Epiſcop. & Cler.* imò
16 nec de ſpe dictæ hæreditatis maternæ teſtari potuit *iuxta l. fin. C. de pact.* cuius diſpoſitio procedit etiam in teſtamento filij: cum ſpes hæreditatis parentum ſit improbabilis, vt de ea diſponi non poſſit etiam in teſtamento, latè oſtendit *Sanch. lib. 7. cap. 2. num.* 8. & 9. Quò verò ad priuilegia Fiſci, quibus Mons
17 gaudet ex indultis Apoſtolicis, licèt videatur habere intentionem fundatam in potioritate ſuper dicta vinea, vt per Alexandrũ acquiſita poſt debitum cum eo contractum, iuxta *text. in l. ſi is qui, ff. de iure Fiſci*, tamen diſpoſitio dictæ l. procedit in concurſu cum
18 priuato, vt declarat ibi *Bart. num. 1. & latè Alban. ad eum*, & alij: non autem quando concurrit cum dote in hypotheca, *Soccin. in l. 1. num. 15. verſic. & idem videtur dicendum, ff. ſoluto matrim. Neguſ. de pignor. par. 2. membr. 4. num. 109. verſic. ex hoc infert, Boſſ. in prax. tit. de Fiſc. & priuileg. num, 25. & 77. Peregrin. de iure Fiſci lib. 6. tit. 6. num. 18. verſic. idem erit, Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib. 11. tit. 26. num. 11. latè Barboſ. in dicta l. 1. par. 2. num. 22. in*
19 *fin. & num.* 23. quia tunc mulier præfertur Fiſco, cum quo maritus poſt receptionem dotis contraxit, vt ſunt textus *in l. dotis tuæ, & ibi etiam Bellapert. Bald. & Salicet. in ſumm.* C. *de iure dotu, & in l. 2. C. de priuileg. Fiſci, vbi Bellapert.* ſuprà figurat. caſus in marito, qui in occaſione adminiſtratoris tacitè cum Fiſco contraxit, vt in hoc caſu; quando enim
20 ſimul concurrunt, pari paſſu ambulant, & prior tempore potior in iure, *Cyn. in dicta l. dotis tuæ, in primo notab. Butrig. in dicta l. 2.* vbi quòd ſunt pares, tàm in tacita, quàm in expreſſa, *Bellapert. in rubr. C. de priuileg. Fiſc. Bart. in l. 1. num. 26. verſic. aut quauis. & alij, ff. ſolut. matrim. Alexand. conſ. 104. num. 3. lib. 6. Neguſ. de pignorib. dicta par. 2. memb. 4. num. 108. Soccin. iun. conſil. 10. num. 24. lib. 3. Caball. conſil. deciſiu. 17. num. 5. volum. 1. cum relatis per Barboſ. in dicta l.*
A *1. par. 2. num.* 23. A Quod priuilegium dotis (quicquid ſit quò ad extraneos) competit etiam Monaſte-
21 rio agenti ex perſona filij, ad quem ſinè dubio tranſit, *l. aſsiduis, § exceptis, C. qui potiores in pignore habeãtur, Authen. vt exact. inſtant. in princ. & ibi gloſſ. verb. aut hæredibus, Bart. in l. 1. num. 8. ff. ſolut. matr. Neguſ. de pignor. d. par. 2. memb. 4. num. 94. & 95. cum relatis per Mantic. de tacit. & ambig. conuent. d. lib. 11. tit. 26. num. 15.* etiam quando filius concurrit cum Fiſco, *Roderic. de concurſu creditorum par. 1. artic. 1. de priuileg. dotium num. 17.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Guttier. practic. quæſt. lib. 3. quæſt. 100. num. 13. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7 gloſſ 2. part. 3. num. 3.* &
22 in dubio, quando de prioritate non conſtat, vt quia inſtrumenta ſint eadem die confecta, præfertur cauſa dotis, & ſic magis priuilegiata eſt, quàm Fiſcus, *Couarr. variar. reſolut. lib. 1. cap. 16. num. 6. Menoch. lib. 2. præſumpt. 72. num. 18. Guttier. d. quæſt. 100. num. 14. & 15. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 26. num. 4. Pacific. de Saluian. inſpect. 3. cap. 2. num 482. Fontanell. d. part. 3. num. 4.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana pecuniaria.

Lunæ 20. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Inſinuatio non requiritur in tranſactione, prout neque in remiſſione crediti illiquidi, vel difficilis exactionis, neque in remiſſione geminata. Donatio vti contractus perfectus, & nominatus reuocari non poteſt ex capite pœnitentiæ ob implementum non ſecutum etiã pendente conditione. Mora incurſa ex quibus cenſeatur remiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Mens, & voluntas, potiùs quam verba contrahentium attenduntur. Declara vt num. 25.*
2 *Tranſactio non indiget inſinuatione.*
3 *Debiti remiſſio dicitur donatio, & ideò debet inſinuari.*
4 *Debiti liquidi remiſsio debet inſinuari, ſecus ſi debitum non ſit liquidum.*
5 *Remiſsio debiti inexigibilis, vel difficilis exactionis non requirit inſinuationem.*
7 *Inanis eſt actio, quam debitoris inopia excludit.*
8 *Donatio geminata, & multiplicata non indiget inſinuatione.*
9 *Tempus conuentum ad aliquid faciendum, poſtquam Titius hoc adimpleuerit, non cenſetur decurſum, dum diſputatur de adimplemento.*
10 *Procurator conſtitutus irreuocabiliter, & in rem propriam reuocari non poteſt.*
11 *Mandatum eſt irreuocabile, quando eſt vallatum ſtipulatione, etiam ſi res ſit integra.*
12 *Mandatum factum contemplatione mandatarij, etiam ſi res ſit integra non poteſt reuocari.*
13 *Donatio dicitur contractus perfectus, & nominatus, præſertim interueniente ſtipulatione, & ideo reuocari non poteſt.*
14 *Donatio reuocari non poteſt ex capite pœnitentiæ, implemento non ſecuto, ſed dantur actiones ad adimplendum.*

15 *Do-*

15 *Donatio conditione pendente non poteſt reuocari ex capite pœnitentiæ.*

16 *Donatio reſoluitur ex inobſeruantia conditionis, ſeu modi præſertim ſi adſit clauſula præciſa, & reſolutiua:* non aliter, &c.

17 *Remiſſa cenſetur præcedens inobſeruantia pacti, & conuentionis ex ſolutionibus ſubſequentibus, & num. 19.*

18 *Caducitas dicitur remiſſa, ſi ſolutio recipiatur ſinè præiudicio iurium, dummodo, fiat pro terminis decurſis poſt incurſam caducitatem.*

20 *Pacti reſolutiui remiſſio inducitur ex epiſtola creditoris, in qua deprecatur debitorem, vt ſoluat.*

21 *Remittere videtur implementi non ſecuti exceptionem donator implementum petens.*

22 *Recognitio fieri poteſt quandocunque.*

23 *Teſtes ſingulares probant animum, & voluntatem, concurrentibus præſertim veriſimilitudine, & adminiculis.*

24 *Pactum reſolutiuum remittitur, ſi quis vtatur inſtrumento, in quo pactum ineſt, cum alio inſtrumento vti poſſet:*

26 *Contractus nominati ob non implementum non reſcinduntur, ſed datur actio ad implementum, vel ad intereſſe.*

27 *Contractus nominati, ob implementum non ſecutum, an reſcindantur ope exceptionis.*

28 *Contractus nominatus reſcinditur etiam per viam actionis, quando deficit illius cauſa finalis, & quando procedat, num. 30.*

29 *Cauſa finalis contractus quæ cenſeatur.*

31 *Contractus nominatus reſcinditur per viam actionis indirectè, ob implementum non ſecutum, agendo ſcilicet ad reſtitutionem pretij, & ſortis principalis, non vti ad ſortem principalem, & pretium, ſed loco damnorum, & intereſſe.*

DECISIO DCXL.

NAZZARIVS Mercator (vltra promiſſionem de non moleſtan. Rodulum librarium pro reuiſione, & ſolidatione computorũ ſocietatis librariæ aliàs inter eos contractæ, & finitæ: nec pro reſtitutione capitalis, & adimplemento aliorum in capitulis ſocialibus contentorum) ex credito ſcutorum 3800. pro reſtitutione veræ ſortis ſocietatis Officij, retentis pro fructibus tot libris valoris ſcutorum 800. de vera ſorte remiſit, & condonauit ipſi Rodulo recognitori bonæ fidei ſcuta 2000. qui promiſit ſoluere alia ſcuta mille infra quadriennium inchoatum 28. Februarij 1614. videlicet ſcuta 250. quolibet anno in fine cuiuſlibet quadrimeſtris; ita quòd, eo deficiente in vna paga, teneretur ad duas: cum pacto reſolutiuo dictæ condonationis, & remiſſionis in ampliſſima forma, quatenus deficeret in duabus paghis; ſuper quibus fuit celebratum publicum, & iuratum inſtrumentum cum obligatione Camerali in forma. Prætendente Nazzario, dictam remiſſionem fuiſſe nullam, vel ex capite pœnitentiæ poſſe reuocari, vel factum locum pacto reſolutiuo ex inobſeruantia Roduli: & conſequenter ſe remanere creditorem in dictis ſcutis 2000. remiſſis, & in reſiduo aliorum mille, quæ in toto conſtituunt ſcuta 2545. Rodulo verò, non niſi in dictis ſcutis 543. Dubitaui, an conſtaret de credito dicti Nazzarij, & in qua ſumma, & DD. vnanimiter reſponderunt pro Rodulo. Primò, enim quantùm ad dictam remiſſionem, & condonationem ſcutorum 2000. quæ dicebatur nulla ex defectu inſinuationis neceſſariæ, tàm de iure communi, quàm ex forma ſtatutorum Vrbis *lib. 1. cap.* 150. & aliarum ſolemnitatum, de quibus *in cap.* 149. dicebatur (omiſſa prima parte concernente ſocietatem librariæ, de qua modò non agitur) dictam remiſſionem dd. ſcutorum 2000. debitorum pro vera ſorte ſocietatis Officij, non indiguiſſe dictis inſinuatione, & ſolemnitatibus. Primò, quia (quicquid dicant verba inſtrumenti de remiſſione, & condonatione) magis eſt attendenda mens, & voluntas contrahentium, quæ colligitur ex coniecturis, & magis inſpici debent pacta appoſita, quàm nuda ver-
A ba A, *Abb. in cap. vos, in quarto not. de pignor. latè Mantic. de tacit. &c. lib. 2. tit. 2. num. 5. 6. & ſeqq. & fuit dictum in Romana petrariæ coram me ſub die 11. Maij* 1620. potiùs viſa fuit tranſactio, & ita etiam fuit nominata per Nazzarium in ordine per eum directo 8. Aprilis dicti anni 1614. Rodulo, vt ſolueret Rodiano primam, & alias pagas decurrendas ſuis temporibus, ibi, *che mi douete, in virtù della concordia, & inſtrumento fatto con voi per l'atti del Buratto*, quæ propterea non indi-
2 get inſinuatione *Bald. conſ.* 265. *num.* 4. *verſ. præterea vol.* 1. *Put. deciſ.* 224. *circa fin. verſ. tamen aduerte, lib.* 1. *in correct.* Secundò, quia licèt remiſſio debiti ſit dona-
3 tio, & propterea inſinuanda, *vt in l. contra iuris, §. filius de pact. per Tiraq. in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. in verbo donatione largitus num.* 176. *Gabr. lib.* 3. *de donat. concluſ.* 1. *num.* 41. *verſ. contrarium tenuit, & num.* 42. *Put. dicta deciſ.* 224. *in princ.* & in pacto de non peten. *Doct. in c. creditori, C. de pact. Gabr. d. concl.* 1. *num.* 24. & de communi *Bertaz. clauſ.* 35. *gloſ.* 6. *num.* 22. Ta-
4 men iſta procedunt in remiſſione gratuita, & ex mera liberalitate profecta crediti liquidi, & indubitati, vt poſt *Bald. Ang. Salic. & Caſtr. dicto §. filius, latè cumulat Tiraq. vbi ſupra num.* 196. *&* 197. *qui ſub num.* 201. remittit arbitrio Iudicis, an creditum ſit liquidum; quam diſtinctionem ſequitur *Gabr. vbi ſupra num.* 43. *verſic. concorda, &c.* In propoſito autem videbatur DD. arbitrari poſſe, vel creditum non poſſe dici liquidum, & indubitatum, niſi reuiſis rationibus, & computis dictæ ſocietatis librariæ, in qua Rodulus aſſerebat, non ſolùm non adfuiſſe lucrum, ſed factam fuiſſe iacturam capitalium vtriuſque, vt exprimitur in narratiua dicti inſtrumenti: & quod veriſimile videtur, quia Nazzarius non feciſſet pactum de non peten. capitale, nec de non
5 reuiden. rationibus, *vulg. l. cum de indebito, ff. de prob.* & propterea in reuiſione, & ſolidatione computorum poterat remanere debitor *Anchar. conſil.* 215. *num.* 1. *verſ. præterea, Alex. conſ.* 192. *lib.* 7. *latè Surd. deciſ.* 184. *num.* 1. *& fuit dictum coram me in Spoletana hæreditatis* 31. *Ianuarij præteriti.* Vel quatenus potuiſſet dici liquidum reſpectu ſocietatis Officij, & non compenſabile cum credito, ſi quod debuiſſet Rodulus ratione dictæ Societatis librariæ, tamen quia illud erat inexigibile, aut ſaltem difficilis exactionis, vt in narratiua dicti inſtrumenti, in qua Rodulus aſſeruit, ſe non poſſe ſatisfacere de dictis ſcutis 3800. propter eius præſentem inopiam, & impotentiam ſoluendi; & propterea rogauit Nazzarium, vt faceret dictam remiſſionem, & dilationem ad ſoluen. prout ex illa cauſa motus fecit; & euentus etiam docuit; quia idem Nazzarius de anno 1620. iurauit eum ſuſpectum de fuga, & obtinuit citationem perſonalem, & ſequeſtrum librariæ: ſuper cuius carcerationis nullitate fuit reſolutum ſub die 25.
6 Iunij anni præteriti. Et ideo ex identitate rationis, quòd ſicuti inſinuatio non eſt neceſſaria, quando creditum eſt illiquidum, ex ſupra allegatis, idem videtur dicen. quando eſt inexigibile, vel ſaltem difficilis exactionis, *Hipp. Rimin. Inſt. de donat. num.* 759. *& faciunt dicta per Decian. conſ.* 39. *num.* 109. *& ſeqq. vol.* 2. & fa-
7 cit vulg. reg. quòd inanis eſt actio, quam debitoris inopia excludit. Tertiò conſiderabatur per vnum ex DD.

8 quòd dicta remiſſio, ſeu condonatio, tanquam gemi-
nata, & multiplicata, non indigebat inſinuatione, *Ber-
tran. conſ.* 30. *ex caſu col.* 3. *in princ. num.* 1. *in fin. lib.*
3. *part.* 2. cuius opinionem eſſe veriorem, ex quo ceſ-
ſat fraus, & durat mens donantis, & ſic cauſæ, ob quas
requiritur inſinuatio, *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 531.
num. 31. *&* 32. geminatio autem, & multiplicatio etiam
ex interuallo, reſultat ex dicto ordine de ſoluen. Ro-
diano primam pagam, & alias maturandas: & ex quie-
tantijs, epiſtola, & alijs, de quibus infra. Et propte-
rea ſenſerunt partes, inſinuationem non fuiſſe neceſſa-
riam, dum conuenerunt, illam fieri poſſe ad cautelam,
& quatenus opus eſſet, & non aliàs pro ſatisfactione
Roduli. Tandem, & quartò ceſſare viſa fuit difficultas,
quia inſinuatio fuit conuenta, poſt quàm omnia fuerint
impleta pro parte Roduli, & non antea; vndè dum di-
9 ſputatur de dicto implemento, non poteſt dici decur-
ſum tempus ad inſinuandum *arg. l. ſi ita ſtipulatus* 14. *l.*
10 *velut.* 9. *ſtipulatus, ff. de verb. oblig.* Tantò minùs, quia
Nazzarius conſtituit Rodulum procuratorem irreuo-
cabilem, & in rem ſuam ad inſinuan. & ideò reuocari
non potuit *l. illam & ibi Doct. C. de donat. Bald. Caſtr.
in l. ſi pater, C. mandat. cum alleg. per Bertaz. clauſ.* 29.
gloſ. 2. *num.* 2. & mandatum eſt irreuocabile, quando
11 eſt vallatum ſtipulatione, (prout hic) etiam ſi res ſit in-
tegra *l. aliud, & l. vero procuratori,* §. *ſed & ſi quis, &
ibi Caſtr. num.* 4. *ff. de ſolut. Mantic de tacit. &c. lib.* 7. *tit.*
21. *num.* 15. *&* 16. necnon quando eſt factum contem-
12 platione eius, qui mandatum ſuſcepit *l. ſi cum fundum,
ff de pact. Aldobr. conſ.* 44. *num.* 24. *lib.* 1. *Mantic. vbi
ſupra num.* 14. Et ideo Nazzarius adhibuit ſolemnita-
tem dicti ſtatuti *cap.* 149. ſe ſubſcribendo, & adhiben-
do ſubſcriptionem duorum teſtium, vt ea lectura inſtru-
menti; vltra quòd non docetur, imò nec allegatur re-
uocatio dicti mandati ad inſinuan. Quantùm verò ad
caput pœnitentiæ pariter dicebatur, quòd etiam ſi age-
13 retur de donatione, tamen cum ſit contractus perfe-
ctus, & nominatus, *gloſ. in l.* 2. *ff. de cond. ob cauſ. & in
l. edibus,* §. *ex rebus, ff. de donat.* quam opinionem ſequitur
*Bart. in l. fin C. de reuocand. donat. cum latè cumulat.
per Surd. de alim tit.* 9. *quaſt.* 23. *num.* 8. & præſertim
interueniente ſtipulatione *Clar. in* §. *donatio quaſt.* 1.
Mantic. de tacit. lib. 13 *tit.* 3. *num.* 5. *in fin. & num.* 6.
vbi de communi: reuocari non poteſt, *l. ariſto, ff. de
donat. latè Clar. Surd. & Mantic ibidem*, & intrat vul-
14 gata reg. *l. ſicut. C. de act. & oblig.* & quòd non concedi-
B tur pœnitentia ob implementum non-ſequutum B, *l.
cum te fundum, vbi Doct. C de pact int. empt. & vend.
Bart. & alij in d. l. fin & præcipuè Rip. num.* 120. *cum
alleg. per Surd. vbi ſupra num.* 11. *&* 12. vbi de com-
muni: & quòd dantur actiones ad implementum,
15 *Mantic d. tit.* 3. *num.* 7. nec etiam poteſt conditione
pendente reuocari ex capite pœnitentiæ, *l. neceſſariò,* §.
ſi res, ff. de peric. & com. rei vend. Ceph. conſ. 312. *num.*
29. *Surd. conſ.* 2 8. *num.* 50. Quò verò ad tertium, &
vltimum caput inobſeruantiæ conditionis, ſeù modi,
16 propter quam donatio reſoluitur *l.* 1. *C de don. quæ ſub
mod. Clar. in* §. *donatio, quaſt.* 29. *in fin. latè Surd. conſil.*
369. *num.* 27. præſertim ſtantibus clauſulis, *& non
alias, &c.* & pacto reſolutiuo in ampliſſima forma con-
cepto: non negabatur per Rodulum mora per eum com-
miſſa in ſolutionibus conuentis, ſed dicebatur, (& hoc
placuit DD.) illam fuiſſe remiſſam per ſolutiones ſub-
17 ſequutas, & receptas *iux. l. de lege,* §. *fin. & l. poſt diem,
ff de leg. commiſſ. Aret. conſ.* 149. *num.* 11. *verſ. aliquan-
do, Aym. conſ.* 166. *num.* 2. *verſic. ſed magis, Ruin. conſil.*
155. *num.* 5. *lib.* 1. & in receptione canonis notant
omnes *in l.* 2. *C. de iur. emphyt. & in cap. potuit, de lo-
cat. Rom. conſ.* 27. *num.* 3. *in fin. verſ. in quo breuiter;
latiſſimè Surd. deciſ.* 317. *Rot. deciſ.* 180. *num.* 2. *par.* 1.
recent. Mantic. deciſ 200. *num.* 1. & in ſimilibus termi-
nis fuit dictum *in Taurinen. reductionis penſionis* 27. *Apri-
lis præteritis coram me*. Nec ſuffragatur proteſtatio ap-
poſita in quietantia, de qua infra, *ſenza pregiuditio
delle mie raggioni, vt in ſummario Nazzarij num.* 3. cum
18 dicta ſolutio fuerit facta pro decurſis poſt caducitatem,
vt not. Doct. in d. l. 2. *& in d. cap. potuit, Gig. de penſ. q.*
73. *num.* 7. & communem dicunt *Ruin. d. conſil.* 110.
num. 5. *Clar. in* §. *emphyteuſis quaſt.* 10. *verſ. ſecus, Man-
tic d. deciſ.* 200. *num.* 2. Nec etiam intrat pactum reſo-
19 lutiuum, quia illo non ſolùm Nazaarius non fuit vſus,
ſed poſt caducitatem (vt ſupra, & infra) recepit pagas,
Aret. d. conſ. 149. *num.* 11. *&* 12 *cum proximè alleg.*
Quòd autem Nazzarius receperit poſt caducitatem,
(quicquid ſit de alijs ſummis) probatur ea receptione
ſcutorum 100. facta de anno 1619. ſub die 16. Nouem-
bris, de qua *in ſummario Roduli num.* 5. Quæ etiam
20 voluntas remitten. comprobatur ea epiſtola eiuſdem
Nazzarij ea ciuitate Venetiarum directa Rodulo 28.
Martij 1620. *ſummario d. Roduli num.* 6. in qua dedit
ordinem de ſoluen. Spinello ſummam debitam, ſubdens,
*ſe non potete farlo del intiero, fatelo di qualche parte: di
gratia ſcommodateui per adempire queſto mio deſiderio; già
che ancor io vi hò dato tutte le commodità, che hauete ſapu-
to deſiderare*; & ſic reſultat remiſſio pacti reſolutiui *ad l.
Aemilius ff. de minor.* vbi poſt *Alber. num.* 4. *& alios
Alexand. in l. cum procurator,* §. *ſi dominus, num.* 4. *ver-
ſic. tamen aduerte, & verſic. & poteſt reſpondere, Iaſ.
num.* 8. *ff de oper. nou. nunciat. Surd. conſil.* 86. *num.*
15. & in ſpecie in donatore petente implementum,
21 quòd cenſeatur remittere exceptionem illius, *Aym.
conſilio* 151. *num.* 8. *in fin.* Et quamuis dicta
epiſtola prætendatur minùs ſufficienter recognita, ta-
22 men viſa fuit DD. veriſimilis: & nihilominus poterit
quandocunque recognoſci, *Caputaq. deciſ* 5. *num.* 3.
part. 3. *Seraph. deciſ.* 1407. *num.* 3. *part.* 2. *& fuit di-
ctum in Romana Cenſus* 4. *Iulij* 1618. *& in Placentina
Caſtanearum* 1. *Iunij*, *& in Imolen. Cenſus* 15. *Decem-
bris anni præteriti coram me*. Comprobatur etiam ex
oblatione Nazzarij facta Rodulo de illi faciendo dare
ad cambium reſiduum ſibi debitum, vt ex duobus te-
ſtibus, *in ſummario Roduli num.* 3. qui, licèt ſingulares,
23 probant tamen animum, & voluntatem. *Caſtr. conſil.*
395. *num.* 1. *in fin. verſic. & cum ad hanc, vol.* 2. *Aym.
conſ* 73. *num.* 33. *Rot. deciſ.* 579. *num.* 2. *part.* 1. *& de-
ciſ.* 765. *num.* 7. *part.* 2. *recent.* concurrentibus præſer-
tim veriſimilitudine, & adminiculis, *Gabr. de teſtib. concl.*
2. *in fin. Seraph. deciſ.* 1029. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 191. *num.*
4. *part.* 1. *diuerſ. latè Farinac. de teſtib. quaſt.* 64. *num.*
302. Tandem quia Naaaarius vſus fuit eodem inſtru-
mento, quod repetit pro obtinen. ſequeſtro, & man-
dato ſuſpicionis fugæ, *vt in dicto ſummario Roduli num.*
9. quod non feciſſet, ſed vſus fuiſſet, ſi ad primæua iura
redire voluiſſet, inſtrumentis ſocietatis Officij, & re-
24 cognitionis bonæ fidei: & ita cenſetur in conuentioni-
bus perſeueraſſe, *Hond. conſil.* 34. *num.* 84. *vol.* 2. il-
laſque denuo approbaſſe *Calcan. conſ.* 22. *num.* 4. *Surd.
conſil.* 68. *num.* 13. *& conſil.* 104. *num.* 2. *Rimenald.
iun. conſil.* 450. *num.* 17. *& ſecuta eſt Rota in Romana
ſpolij Domus* 24. *Ianuarij* 1618. *&* 15. *Ianuarij* 1620.
coram me.

Et ita fuit vtraque parte informante reſolutum.

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

A Contractus non eſt iudicandus à denominatione partium,
25 ſed ab effectu, & re ipſa; hoc tamen procedit, quando
res ipſa, quæ geritur, effectu repugnat naturæ contractus
à partibus denominati, vt declarant *Dec. conſil.* 305. *num.*
2. *in fin. & num ſeq. Bellon Iun. conſil.* 8. *num.* 35 ſecus
quando congruit, tunc enim verius eſt, contractum ta-
lem eſſe cenſendum, qualem verba demonſtrant, *l. qui
fundum, §. fundi, ff de contrahen. empt. cum alijs per Ca-
ſtren. in l. Ariſto num. 4. ff. de donat. Natt. conſ.* 194. *num.*
1, *Crauett conſil.* 20. *num.* 4. *Roland. conſil* 96. *num.* 15.
vol. 2. *Riminald. Iun conſil.* 779. *num.* 10. *& ſeqq. Rot.
deciſ.* 275 *num.* 1. *poſt Paſſic. de Saluzan.*

B Regulariter in contractibus nominatis ſi vna pars defi-
26 cit, non licet alteri reſilire, ſed tantùm datur actio ad
implementum, vel ad intereſſe, *l. ea conditione, C de reſcind.
vendit. l in ciuile, C. de rei vendicat. Bart. in l. final num.*
5. *&* 13. *ff. de condit. cauſ. dat. cum alijs per Rum. conſil.*
128. *num.* 9. *vol* 5. *Natt conſil.* 219. *num.* 5. *Aſſlict. deciſ.*
180. *num.* 6. *Gabr. conſil.* 49. *num* 1. *lib.* 1. *Surd. conſil.*
38. *num.* 7. *& deciſ.* 220. *num.* 17. *Bellon. Iun. conſil.* 13.
num. 39. *Gregor. XV. deciſ.* 130. *num.* 1. *Card. Seraphin.
deciſ.* 1275. *num.* 2. *Rota in Senogallien. prædij* 5. *Iunij*
1617. *coram bon. mem. Andrea, & coram R P. D. Piro-
uano* 10. *Iunij* 1619. Verum licèt locus non ſit reſciſſio-
27 ni, quando petitur per viam actionis; ſecus eſt, ſi peta-
tur per viam exceptionis, *vt per Crauett. conſil.* 192.
num 22. *verſ ope autem, & conſil.* 246. *num.* 2. *Becc.
conſil* 45. *num.* 38 *Surd conſ.* 52. *num.* 37 *& dicta deciſ.*
220. *num.* 17. *verſ reſpondebant. Mantic de tacit. & am-
big lib* 3 *tit.* 12. *num* 53. *& fuit dictum in Romana ſo-
cietatis Officij ſcutorum mille* 19. *Iunij* 1628. *coram R P.
D. Pirouano* Attamen Rota *in dicta Senogallien. prædij* 5.
Iunij 1617. *coram Andrea*, firmauit, contractus nomi-
natos ob non implementum reſcindi non poſſe, neque
agendo, neque excipiendo; & Doctoribus proximè ad-
ductis reſpondetur, quòd *Crauett. relatus à Becc. Surd. &
Mantic.* mouetur auctoritate *Cornei conſil.* 121. *lib.* 1. *&
conſil* 291. *lib.* 3. qui tamen id non dicit, ſed clarè tenet,
quod agenti ex contractu nominato, quem non ſeruauit,
poteſt opponi exceptio non adimplementi, *vt in d. conſ.*
121. *num* 2. *verſic & ſicut d Federicus, & num.* 3. *in
fin verſic. nec obſtat, lib.* 1. *& conſil.* 191. *num. vlt. lib.* 3.
atque id etiam colligitur ex natura exceptionis, quæ ſem-
per opponitur actioni ad eam excludendam *l.* 2. *ff. de ex-
cept.* Ideò *Roland. conſil* 69. *num.* 37. *lib.* 4. melius refert
Corneum vbi ſupra, vt loquatur tantùm de exceptione
opponenda, & non de reſciſſione.

Poteſt tamen reſcindi contractus nominatus etiam per
28 viam actionis, ſi deficiat illius cauſa finalis. *l. cum te, vbi
Gloſſ in verb conueniat, Bald num.* 1. *Caſtren. num.* 1. *C.
de pact inter empt. & vendit. Angel in l fin num.* 1. *verſ.
in ea. gloſſ ibi, ff de condit. cauſ dat Crauett. dicto conſil*
192. *num* 22. *& d. conſil* 246 *num* 2. *& conſ* 299. *num*
1. *Roland. d conſil.* 69 *num* 40. *vol.* 4. *Becc. dicto conſ* 45.
num. 29 *Surd dicta deciſ* 220. *num.* 19. *& conſ* 68. *num.*
21. *Rota coram Gregor XV dicta deciſ* 130. *num.* 4. *&
ibi Beltramin. lit. C & in dicta Senogallien. prædij coram
Andrea, & R. P. D. Pirouano.* Et cauſa finalis cenſetur
29 illa, quæ principaliter mouit aliquem ad contrahendum,
& ſinè qua non fuiſſet talem contractum initurus, *Gloſſ &
Angel. locis proximè cit Crauett. dicto conſ.* 299. *num* 1.
Roland. dicto conſ. 69. *num.* 39. *vol.* 4. *Becc. dicto conſ.* 45.
num. 35. *verſic. & dicitur, Surd. conſil.* 563. *ſub num.* 4.
verſ. & in prædictis. Verùm hæc concluſio ſimpliciter
accepta deſtrueret aliam communẽ, & veram concluſionem
ſupra in principio Annotationis firmatam; & omnes ven-
ditionum contractus reſcinderentur, non ſecuto imple-
mento; quia cauſa finalis, & principalis in contractu
venditionis ex parte emptoris eſt, vt habeat rem, ex par-
te autem venditoris, vt habeat pretium; vndè ſiue res
non tradatur, ſiuè pretium non ſoluatur, ſemper defice-
ret cauſa finalis, atque ideo ſemper reſcindi poſſet con-
tractus per viam actionis, quod repugnat naturæ contra-
ctuum nominatorum ex ſuperius allegatis; & ideò decla-
randa videtur, vt procedat in contractibus, qui non ſunt
ſimpliciter, & abſolutè nominati, ſed continent in ſe
miſtum aliquem contractum innominatum; vt quando ex
parte emptoris promittitur aliquid, ex quo reſultat con-
tractus innominatus, & ſinè quo non fuiſſet venditor rem
alienaturus; & hoc caſu verum eſt, ſi pactum illud non
impleatur, poſſe reſcindi contractum etiam per viam
actionis, & in his terminis procedit *d. l cum te fundum,
C. de pact. inter empt & vendit.* Secus verò ſi contractus
30 ſit verè nominatus, & nullam habeat ab innominato de-
pendentiam; tunc enim veriùs eſt, non poſſe reſcindi con-
tractum per viam actionis, licèt non præſtetur id, quod
fuit cauſa finalis contractus, & principaliter mouit par-
tes ad contrahendum, ſed agi debet ad implementum,
vel ad damna. Ita egregiè declarat *Bellon Iun dicto conſ.*
13. *poſt num.* 43. *verſ. primus eſt, vſque in fin. poſt Bart.
in dicta l. fin num* 5. *&* 13. *ff de condit cauſ. dat & ibi
etiam Bald. col penult verſ vltimò diſtinguo, Angel num.*
2. *Iaſ num.* 15 *idem Bald. in dicta l. cum te fundum, num*
2. *Caſtren num* 2. *Tiraquell. tract. ceſſant. cauſ limit.* 36.
Surd. conſ 38. *num.* 5.

Reſcinditur etiam contractus nominatus per viam actio-
31 nis, indirectè, agendo ſcilicet ad reſtitutionem pretij,
& ſortis principalis, non vti ad ſortem principalem,
& pretium, ſed loco intereſſe, in caſu non implementi,
quod fieri poteſt, *Ruin conſil.* 141. *num* 9. *propè fin. verſ.
& cum etiam ſub tali intereſſe, lib* 1. *Rot. coram Gregor
XV. deciſ.* 88. *num* 3. *deciſ* 741. *num* 1. *part* 4 *diuerſ.
& deciſ.* 139. *num* 2. *inter impreſſ. poſt tract. Paſſic. de
Saluzan. & apud Cinc. de cenſ deciſ* 87. *num.* 5. *& deciſ.*
285. *num.* 2. *Gratian. diſcept. forenſ cap.* 301. *num.* 5.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ariminen. fideicommiſſi.

Lunæ 20. Iunij 1622.

Argumentum ex ſummarijs colligitur.

1 *Dos non detrahitur ex fideicommiſſo, niſi in ſubſidium, & num.* 19. *etiam ſi teſtator iuſſerit, filias, vel nepotes dotari ex fideicommiſſo num.* 20.
2 *Accollatio ab onere cui ſubiacent vſque quo debitum non fuerit extinctum.*
3 *Ad cenſus extinctionem non tenetur* Dominus *ipſius cenſus niſi præcedente diſdicta per bimeſtre, & ſolutis fructibus decurſis, & niſi offeratur debita.*
4 *Deductionis locus non eſt, niſi doceatur de ſolutione.*
5 *Antiquitas temporis non prodeſt grauato contra fideicommiſſarium quin concludenter ſolutionem probare teneatur.*
6 *Adminiſtrator deponens de rebus adminiſtrationem concernentibus, licèt ſit vnicus, pluſquam ſemiplenè probat.*
7 *Debitum hæreditarium præſumitur ſolutum prius ex mobilibus, & nominibus debitorum hæreditarijs, & poſtea de immobilibus.*
8 *Factum id præſumitur, quod de iure fieri debet.*
9 *Diuiſio inter partes, & ab eis cauſam haben. probat bona in ea contenta fuiſſe in hæreditate teſtatoris; & quan-*

quando procedat, num. 29.

10 *Identitatem rei probare debet, qui rem ipſam ſibi reſti-tui, vel relaxari petit.*

11 *Identitas non probatur ex verificatione loci, ſi ibi teſta-tor alia bona poſſidebat.*

12 *Sententia in parte iniuſta ratione indiuiduitatis, red-ditur in omnibus iniuſta; niſi contineat capita ſepa-rata, nam ſi ſit iniuſta quò ad vnum, remanet valida quò ad alia, num. 13.*

14 *Clauſula*, omni meliori modo, *in ſententia operatur, vt actus valeat eo modo. quo valere poteſt.*

15 *Sententia condemnans ad fructus perceptos, non compre-hendit non perceptos.*

16 *Commiſſio cenſetur impetrata contra ſuperuiuentem, etiam ſi mortuus fuerit alter eiuſdem nominis.*

17 *Sententia lata contra ſententiam, quæ tranſitum fece-rat in iudicatum, non dicitur nulla, ſi ſententia erat iniuſta.*

18 *Clauſula*, ſinè præiudicio legitimæ executionis, *præ-ſeruat iuriſdictionem Iudicis a quo, pro exequutione ſuæ ſententiæ.*

21 *Bona fideicommiſſo ſubiecta non alienantur ex cauſa do-tis, quando ſuppetunt fructus.*

22 *Fideicommiſſarius poteſt vendicare bona fideicommiſſa-ria alienata ex cauſa dotis, retentis bonis liberis.*

23 *Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt, tam pro conſtituenda, quam pro reſtituenda dote, quando bo-na libera non extant: etiam quòd dotis obligatio ſit po-ſterior fideicommiſſo, num 24.*

25 *Bona fideicommiſſo ſubiecta ſunt hypothecata pro reſti-tutione dotis, non ſolùm ad fauorem mulieris, ſed etiam eius filiorum, & hæredum, etiam extraneorum.*

26 *Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt ex cauſa do-tis, etiam quòd illorum alienatio ſit expreſsè per teſta-torem prohibita etiam ex cauſa dotis.*

27 *Dos in bonis fideicommiſſi debetur fœminis quæ poſt fi-deicommittentis obitum conceptæ, & natæ ſunt.*

28 *Dos ex bonis fideicommiſſi debetur filiæ naturali, & ſpuriæ.*

DECISIO DCXLI.

ABSOLVTIS duabus diſputationibus ſuper prætenſis nullitatibus, & iniuſtitia ſententiarum Rotalium pro Faetanis latarum, altera ſuper eanonizatione fideicommiſſi quondam Sebaſtiani, quæ tranſiuit in iudicatum, & illius vigore Faetani fuerunt immiſſi in poſſeſſionem medietatis bonorum dicti Sebaſtiani, & altera ſuper fructuum liquidatione; & quia Solerius alia pro cauſis reſtitutionis in integrum deducebat, quæ reducuntur ad infraſcripta. Primò, quòd non fuerunt ex bonis fideicommiſſarijs factæ debitæ detractiones, tàm æris alieni per Liuiam filiam teſtatoris, & auctricem dicti Solerij, quàm certarum terrarum ad eam iure hæreditatis Auitæ maternæ ſpectantium. Secundò, quòd in liquidatione fructuum, ad quorum reſtitutionem Solerius fuit condemnatus, fuit habita ratio cuiuſdam domus in Ciuitate Arimini, vſque ad diem latæ ſententiæ, quæ tamen domus fuerat per Liuiam, & Violantem alienata de anno 1576. 30. Octobris. Tertiò, iterum inſiſtebatur ſuper nullitatibus dictarum ſententiarum. Denuò propoſito dubio, An ex prædictis, vel alijs conſtaret de cauſis reſtitutionis, Domini reſoluerunt negatiuè. Primò enim quò ad detractionem æris alieni teſtatoris, in quo primo loco ponebantur dotes Liuiæ in ſcutis mille taxatæ per Commiſſarios, ſeu executores teſtatoris, quas dicebatur eſſe ex hæreditate deducendas. Reſponſum fuit, dictam dotem non fuiſſe debitam per teſtatorem Liuiæ filiæ, nec ex contractu, cum non fuerit promiſſa: nec ex vltima voluntate, cum non fuerit relicta, ſed ſolùm in Codicillis diſpoſitum, Liuiam, & Violantem eius filias debere honorificè nubere; & ad hunc effectum nominauit perſonas confidentes, cùm quarum conſilio, ſeu interuentu nuberent, prout factum fuit; poſt verò à teſtatore fuerunt hæredes vniuerſales inſtitutæ, & ideò aliquam dotem ex bonis fideicommiſſarijs prætendere non potuerunt, cum haberent legitimam, & Trebellianicam, & ſic medietatem hæreditatis li-
1 beram, & dotes non detrahentur ex fideicommiſſo, niſi in ſubſidium *vulg. §. ſi vero, authent. de reſtitut. &c. & authen. res quæ, & ibi Iaſ. num. 3. & alij, C. commun. de leg. latè Surd. deciſ. 62. num. 4. Menoch. conſil. 88. num. 48. & 49. Peregrin. de fideicomm. artic. 42. num. 66. cum allegatis per Rot. deciſ. 66. num. 3. par. 1.*
A *recent.* A Secundò, inter æs alienum ponebatur cenſus ſcutorum mille auri aliàs per teſtatorem venditus Comiti de Plobico, & in hæreditate relictus, vt in inſtrumento *in ſummario Solerij num. 1.* quem in ſe accollauit quælibet pars pro medietate in diuiſione inita anno 1585. & Liuia promiſit extinctionem ſuæ partis, & interim ſolutionem fructuum, & indemnitatem Violantis ſororis, vt in alia poſitione *in ſummario Solerij num. 2.* quæ accollatio videtur habere vim extinctionis, & conſequenter veniebat de-
2 trahenda. Hoc pariter non fuit viſum ſubſiſtere, cum dictus cenſus nunquam fuerit extinctus, vt hodie eſt in confeſſo apud partes, ſicque bona hæreditaria, in quibus fuit data immiſſio Faetanis, etiam hodie ſint illo grauata, & fuerunt acceptata cum onere ſuo, *Clem. 1. vbi gloſ. verb. ſolita, & Doctor. de cenſ. latè Surd. conſil. 162. num. 10.* & fuit in ſimilibus terminis dictum in *Romana reſtitutionis fructuum 23. Iunij 1603. coram Reuerendiſſimo Attrebaten.* Nec
3 obſtat allegatum depoſitum aiàs (vt dicitur) factum per dictum Solerium pro extinctione dicti cenſus; quia plures patitur defectus, & præſertim non præcedentis diſdictæ per bimeſtre: quòd non fuit factum pro fructibus decurſis, ſinè quorum ſolutione dominus cenſus non tenetur ad extinctionem; nec in moneta debita, ſed diuerſa; & propterea illo reprobato, fuit lata in partibus ſententia condemnatoria ad ſolutionem fructuum, *ſummario de Faetanis num. 3.* & licèt ab ea fuerit appellatum, tamen cauſa non fuit proſecuta, & fortè eſt effecta deſerta; & ſatis eſt, bona non fuiſſe ab hoc onere liberata, ſed illi eſſe ſuppoſita, vt ſupra, nec cenſum fuiſſe Alexandro quæſitum, cum depoſitum non fuerit conſignatum. Tertiò, prætendebatur, vltra debita, de quibus in inuentario, inter quæ ſunt expenſæ medicinarum, infirmitatis, & aliquæ funeralium, detrahenda etiam eſſe legata relicta in teſtamento, & codicillis, calculata in totum ad ſummam ſcutorum 379. Quæ tamen, re-
4 ſpondebatur, non fuiſſe ſoluta, nec doceri de aliqua ſolutione facta per Liuiam, vel hæredes; prout eſt probandum, ad hoc, vt ſit locus deductioni *ad l. quingenta, ff. de probat. Natt. conſil. 569. num. 1. Hercul. de negatiu. num. 35. Menoch. præſumpt. 135. in princip. lib. 3. Rot. deciſ. 516. num. 2. & 3. par. 2. recent.* nec curſus temporis prodeſt grauato contra fideicommiſſa-
5 rium, quin concludenter ſolutionem probare teneatur, ſed ſolùm, quando agitur inter creditorem, & debitorem, *Natt. conſil. 162. num. 24. Rota in Bononien.*

de

Digitized by Google

de Portis 3. *Ianuarij* 1614. *& in Maceraten. legitima*
12. *Iunij* 1615. *coram R. P. D. meo Vbaldo*. Nec ex
eo, quòd in inſtrumento dotali Liuiæ fuerit conuen-
tum cum Violante de non diuidendis bonis hæredi-
tatis, donec eſſent ſoluta debita, quæ ſolui debebant
ex fructibus conſignandis penès maritum Violantis,
poteſt præſumi, illa fuiſſe ſoluta ex fructibus potiùs,
quàm ex mobilibus hæreditarijs inuentariatis in con-
ſiderabili quantitate, & in dolijs ſeptem vini reper-
tis de tempore mortis, & etiam ex nominibus debi-
torum hæreditatis exactis per tutorem, ſeu admini-
ſtratorem, & adnotatis ſuper libro adminiſtrationis,
prout ipſe deponit, *vt in ſummario de Faetanis num.*
6 2. qui propterea pluſquàm ſemiplenè probat, ad *Caſtr.
in l. quicunque, in fin. C. de ſeru. fugit. & fuit dictum
in Amerina bonorum* 18. *Aprilis* 1616. *& latè in Roma-
na penſionis domus* 15. *Decembris* 1617. *&* 29. *Nouem-
bris* 1618. *coram me*; prout liber debitorum fuit de-
ſcriptus in dicto inuentario hæreditario, *de quo in
7 ſummario num.* 1. cum æs alienum ſolutum præſu-
matur ex mobilibus, & nominibus debitorum hære-
ditarijs, vel ex illis hæres ſibi de illo ſoluto ſatisfe-
ciſſe, *Surd. deciſ.* 170. *num.* 2. *& ſequen. Rot. deciſ.* 680.
8 *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ.* & factum id præſumatur, quod
de iure fieri debet *cap. ex literis, de conſtit. cap. ſedes,
de reſcript.* & priùs ſint diſtrahenda mobilia, *l. à Diuo
Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic.* Tantò magis,
quia domus hæreditaria fuit diſtracta de anno prædi-
cto pro ſoluenda dote ſecundæ vxoris Sebaſtiani, vt
in inſtrumento, & de alijs debitis non fit mentio,
quæ veriſimiliter erant ſoluta ex dictis mobilibus hæ-
reditarijs, vel eorum valore, & pecunijs à debito-
ribus exactis, ex ſupra allegatis. Quartò, quòd non
ſint detractæ terræ loci Orſoleti, ſpectantes ad olim
Violantem auiam maternam Liuiæ, & emptricem
tornaturarum 16. in dicto loco Orſoleti, vt in inſtru-
mento emptionis *ſummario Solerij num. vltimo*; & quæ
(vt ſupponitur) inſtituit hæredes quatuor filias, in-
ter quas erat Laura mater Liuiæ: necnon aliæ terræ
in Contrata ſancti Pauli ſpectantes ad Iulianam eiuſ-
dem Liuiæ auiam paternam, vt ex teſtibus ✱latis in
informatione facti Solerij. Placuit reſponſio, de qua
in deciſione *R. P. D. mei Remboldi ſub die* 29. *Ianua-
rij* 1616. videlicet, quòd non conſtat, dictas Terras
fuiſſe comprehenſas in medietate terrarum Orſoleti,
& contrata ſancti Pauli, in quibus vigore ſupradictæ
ſententiæ fuit data immiſſio. Imò videtur conſtare
9 de contrario ex diuiſione facta inter quatuor filias di-
ctæ Violantis de anno 1568. *in ſummario de Faetanis
num.* 4. Ex ſententia Rotalis mandat, immitti tantùm
in medietatem bonorum obuentorum Liuiæ in diuiſio-
ne de hæreditate paterna, ex eius lectura *in ſumma-
rio Solerij num.* 2. conſtat, quòd non fuerunt diuiſa
niſi paterna, & ex latere paterno obuenta; quæ di-
uiſio inter partes, & ab eis cauſam habentes probat,
bona in ea contenta fuiſſe in hæreditate teſtatoris, la-
tè *Peregr. de fideicomm. artic.* 44. *num.* 5. *Rota in Bo-
nonien. fideicommiſſi* 2. *Februarij* 1618. *coram R. P. D.
meo Vbaldo, & fuit dictum in hac cauſa* 29. *Ianuarij*
B 1616. *coram R. P. D. Remboldo* B. Et in parte Liuiæ
obuenta dantur pro confinibus à duobus lateribus
bona Alexandri Solerij, quæ veriſimiliter ſunt bona
obuenta Auiæ ex latere materno. Vnde quicquid ſit,
10 an conſtet, dictam Violantem aliqua bona in dictis
locis poſſediſſe, cum Solerius non probet identitatem
terrarum, non poteſt dici dicta ſententia Rotali gra-
uatus, *Corn. conſil.* 144. *num.* 11. *lib.* 4. *Rota deciſ.* 391.
num. 8. *part.* 2. *recent.* Illa enim generalis demonſtra-
11 tio loci dell'Orſoleto, & Contratæ ſancti Pauli, non
ſufficit, cum in eodem loco teſtator etiam plura bo-
na poſſideret, *Ruin. conſil.* 30. *num.* 6. *lib.* 1. *Roland.
conſil.* 98. *num.* 24. *lib.* 3. *Rota deciſ.* 395. *num.* 8. *par.* 1.
recent. et fuit latè dictum in Nucerina prædij 25. *Iunij*
1618. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Sacrato*. Ad ſe-
12 cundum principale fundamentum, quòd in dicta ſen-
tentia contineatur medietas ſupradictæ domus, & con-
demnatio ad fructus à die motæ litis, cum tamen re-
periretur alienata vt ſupra, nec eſſet poſſeſſa per Liuiam
de tempore mortis, ſicque ex hoc ſolo ſententia red-
datur notoriè iniuſta tanquam indiuidua, ad not. per
Cyn. Salicet. et alios in l. 2. *C. de re iud. cum allegat.*
13 Reſponſum fuit, quòd dicta medietas domus, & quæ-
libet alia corpora ſunt in calce ſententiæ deſcripta
ſeparatim, & per capita diſtincta, & ideo tot cen-
ſentur eſſe ſententiæ, quot corpora, & membra, &
conſequenter ſententia in alijs ſuſtinetur, vbi ex hoc
capite corrueret *l.* 2. *vbi Bart. in princip. Bald. num.*
6. *Bellapert. in fin. Caſtr. num.* 3. *verſic. ſed ſi eſſent plu-
res, et Salicet. in fin. C. de re iudic. Ioan. Andr. in cap.
cum inter, colum.* 3. *verſ. per prædicta patet, et ibi Butr.
num.* 26. *Abb. num.* 13. *Imol. num.* 2. *Felin. num.* 6. *ver-
ſic. fallit primo, de ſenten. et re iudic. Roman. conſil.* 195.
in fin. latè Rot. deciſ. 33. *num.* 7. 8. *et ſequen. par.* 2. *di-
14 uerſ.* ſtante præſertim clauſula, de qua in ea, *& om-
ni meliori modo*, &c. quæ facit actum valere ex eo ca-
pite, quo poteſt, ad notata *in cap. ex literis, et cap.
cum ſuper, et ibi Felin. num.* 11. *de offic. delegat. Dec.
conſ.* 77. *num.* 4. *Put. deciſ.* 224. *num.* 2. *lib.* 2. *in cor-
rect.* & ſic tanquam ſi eſſent diuerſa capita. Reſpectu
15 verò fructuum, ſeu penſionis domus, cum ſententia
condemnet in perceptis à die litis, & iſti non fuerint
percepti ex dictis bonis: non poteſt iſtos fructus non
perceptos comprehendere, *ad l. eius qui in Prouincia,
ff. ſi cert. pet.* Maximè quia fuit reſeruata fructuum
liquidatio, qui non fuerunt poſtea liquidati, vt in alia
deciſione 17. *Februarij* 1618. Tandem quò ad præten-
ſas nullitates, non obſtat, quod dicitur, commiſſio-
nem directam Sanctiſsimo fuiſſe impetratam contra
Alexandrum ſeniorem patrem Alexandri iunioris de-
functum per multos annos ante dictam commiſſionem.
16 Quia videtur abſurdum, nec dicendum dictos Faeta-
nos voluiſſe committere cauſam contra mortuum,
dum commiſſio poteſt verificari, & optimè verifica-
tur in Alexandro nunc viuente, *ad not. in l. quoties, ff.
17 de reb. dub.* Secundò, non obſtat, quòd dicta ſententia
Rotalis ſit lata contra ſententiam de partibus, quæ
tranſiuerat in iudicatum, & propterea ſit nulla, *ad l.*
1. *et ibi Doct. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* quia
cum de illius notoria iniuſtitia conſtet ex deciſioni-
bus Sanctiſſimi, & R. P. D. mei Remboldi, coram me
confirmatis, non eſt dubitandum de validitate dictæ
ſententiæ Rotalis illam reuocantis, *Surd. conſil.* 260.
num. 50. *Seraphin. deciſ.* 1123. *num.* 5. *& fuit ſæpiſſimè
dictum*. Tertiò non obſtat, quod R. P. D. meus Rem-
boldus tulerit ſententiam liquidatoriam poſt cauſam
reſtitutionis in integrum mihi commiſſam, quia fue-
18 rat adiecta clauſula, *ſine præiudicio legitimæ executio-
nis*, quæ iuriſdictionem eiuſdem Iudicis, à quo, ad ef-
fectum exequendi ſuam ſententiam, præſeruabat, vt fuit
in hac cauſa 29. *Ianuarij* 1616. *coram eodem D. meo
Remboldo reſolutum*. Aliæ nullitates repetitæ fuerunt
in prima deciſione ſublatæ.

Et ita vtraque parte informante deciſum.

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIO.

A Dotes non detrahuntur ex fideicommiſſo niſi in ſubſi-
19 dium, & quando alia bona libera non extarent, vt præ-
ter hic allegatos, *Fuſar qui plures congeſſit, quæſt. 531. de ſubſtit. num. 121. Rota coram Gregor. XV. deciſ. 266. num 10. & deciſ. 544. num. 2. in Romana dotium 12. Nouembris 1599. coram bon mem. Cardinali Millino, in Romana fideicommiſſi de Victorijs 2 Iunij 1627. coram R. P. D. Merlino, & in Bononien fideicommiſſi de Maluetijs 31. Martij 1628. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Virili;*
20 Quod procedit, etiam ſi relinquens fideicommiſſum iubeat filias, vel neptes ſuas de bonis fideicommiſſi dotari; quia id intelligitur, niſi ex bonis liberis dotari valeant, *Rub Alexand. conſ 124. num. 3. cum ſeqq Caſtrenſ. conſ. 64. num. 4. lib. 2. Molin. de primogen. Hiſpan lib. 4. cap 7. num. 2. Peregrin. de fideicommiſſ art. 42. num. 76. cum alijs per Fuſar. d quæſt. 531. num. 129.* vbi quòd hæc opinio ſit verior, & tutior, & quòd ab ea in conſulendo, & iudicando diſcedendum non ſit, & amplexa eſt Rota *in Romana cenſus de Mutis 12. Decembris 1614 coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, & in dicta Romana fideicommiſſi de Victorijs coram R. P. D Merlino.* Et quando ſufficiunt fructus bonorum fideicommiſſo ſuppoſito-
21 rum, non debent alienari bona *Molin. dicto lib. 4. cap. 6. num. 15. Peregrin. d. art. 42 num. 71. Cardinal. Seraphin. deciſ 481. num. 3. & deciſ 1483. num. 5. Rot. deciſ. 66. num 2. part 1. recent.* hoc tamen procedit, quando fructus extant, nam ſi eſſent conſumpti, fideicommiſſi bona alienari poſſent, vt declarant *Molin. & Peregrin locis cit. & alij per Fuſar dicta quæſt. 531. num. 120.* Quòd ſi in
22 cauſam dotis alienata fuiſſent bona fideicommiſſaria, retentis bonis liberis: poſſet fideicommiſſarius ea vendicare, *Caſtrenſ in l mulier, §. cum proponeretur col. 2. ff ad Trebell. Roland conſil 85. num 9 lib 1. cum alijs per Peregrin. d. art. 42. num. 69. Fuſar dicta quæſt. 531. num. 128.* Quando vero bona libera non adſunt, alienari poſſunt bona fideicommiſſo ſubiecta, *auth res quæ, l. commun. de legat.* Quæ concluſio ampliatur primò, vt pro-
23 cedat, tàm pro dote conſtituenda, quam reſtituenda, *vt in d. auth res quæ, C commun. de legat. Bart num 2. Caſtren num 5. & alij communiter Surd deciſ. 62. num. 5. Peregrin d art. 42. num 1. 3. & 8 Molin de primogen. Hiſpan d lib 4. cap 6. num 7 Mantic de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 13.* cum alijs pluribus relatis *per Fuſar. quæſt. 532 num. 1. Cardinal. Seraphin. deciſ. 678 num 7. & fuit dictum in Bononien nullitatis contractus 11. Decembris 1628 coram R. P D. Merlino;* etiam
24 quòd dotis obligatio ſit potiorior fideicommiſſo, vt reprobatis *Angel & Iaſ* contrarium ſentientibus, tenent *Roland d conſ 85 num. 29. & plurib. ſequen lib. 1. Seraphin. dicta deciſ 678 num 5. Fuſar. d quæſt. 532. num.*
25 *6.* Et nedum mulier, ſed etiam eius filij, & hæredes etiam extranei habent hypothecam in bonis fideicommiſſo ſubiectis, pro reſtitutione dotis, *Roland à Vall. dicto conſil. 65. num. 33. Peregrin dicto art. 42. num. 41. cum alijs per Seraphin dicta deciſ. 678. num. 11. & 13.*

Secundo ampliatur, vt procedat, non obſtante, quòd
26 bonorum fideicommiſſo ſubiectorum alienatio ſit expreſsè per teſtatorem prohibita etiam ex cauſa dotis, vt tenuerunt *Caſtren conſ. 80. num. 1. verſ ſed hoc non obſtat. lib. 1. Dec. conſ 519. num. 4 verſ ſecundò etiam, Peregrin. d. art. 42. num. 6. & ſeqq. Petr. de fideicommiſſ quæſt. 8. num. 436. Fachin. lib. 4. controuerſ iur. cap. 48. verſ ſed iſtis ergo, Surd. latiſſimè deciſ. 62. ſub num. 1. verſ ad primum quæſitum, Ioſeph. Ludouic. deciſ 28 num 78. & ſeq. Vra deciſ. 18. num. 26. lib. 1. cum alijs per Fuſar. dicta quæſt. 531. num. 71.* quibus accedunt *Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 73. & num. 274. Io. Bernard tract. de dotar part. 3. quæſt. 15. per tot. Molfeſ. ad conſuetud. Neapolitan. part. 3. quæſt. 1. ſub num. 42. Marſcott. variar reſolut. lib. 2. cap. 69. num. 16. verſic contrarium. Theſaur. deciſ. 192. ſub num. 10. verſ. nec etiam Rot. Bononien. ſuper ſtatut. deciſ. 47. num. 7. & 11. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 832. num. 38 & fuit reſolutum per Rot. in Romana dotis 30. Martij 1618. coram Illuſtriſſimo D Cardinali Veroſpio.*

Tertiò, ampliatur, diſpoſitionem *d. auth res quæ*, ha-
27 bere locum nedum ad fauorem filiarum, & neptum fideicommitentis, ſed etiam aliarum deſcendentium, & quæ poſt illius obitum natæ, & conceptæ ſunt, *Paul. de Caſtr. in l. mulier, §. cum proponeretur num. 20. ff ad Trebell. Curt. Iun. in d auth. res, quæ num. 11. verſ debemus ergo, & num. 13. verſ potius, & num 18. verſ retenta tamen, Ruin. conſ. 89. num. 41. verſ dicunt enim, & conſil. 137. num. 17. & 19. lib. 2. Menoch latè præſumpt. 189. num. 13. & ſeq lib. 4. Eugen. conſil 54 num. 21. vſque ad 31. Petr. de fideic. quæſt. 8. num. 400 & ſeq. Theſaur. dicta deciſ 192 num 11. Molin. de Hiſpan. primogen lib 2. cap. 15. num. 57. Fuſar.* qui plures refert, & ſequitur *dicta quæſt. 531. num. 9.* vbi *in fin.* atteſtatur, quòd nunquam vidit in praxi contrarium attentari, ſed hanc opinionem ſeruari, quam etiam tenuit Rota apud *Seraphin. deciſ. 461. ſub num. 6. part. 1 diuerſ deciſ 37. num 5. 6 & 7. & in d. Romana dotis coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpio,* reprobatis *Honded conſ 76. lib. 1.* & alijs per eum adductis contrarium ſentientibus.

Quartò ampliatur, vt procedat etiam in filia naturali,
28 ſeu ſpuria, *Iaſ in dicta auth. res quæ, num. 33. in 7. limit. verſ. tu autem, Peregrin d. artic. 42 num. 38. Molin dicto lib. 4. cap 16. num. 19 Menoch. d. præſumpt 189. num. 25. lib. 4. cum alijs per Fuſar. dicta quæſt 531. num. 13. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 19. num. 9. & tenuit Rota in Romana de Remedijs 15 Decembris 1600. coram Litta. & in Romana alimentorum 5. Decembris 1607. coram Penia.*
B *Rot coram Reuerendiſſimo D. Coccino deciſ 120. num. 2. in Bononien fideicommiſſi de Deſiderijs 5 Martij 1627. coram R P.D. Merlino. & in Florentina fideicommiſſi de Cambijs 9. Iunij 1629 coram R. P.D. Dunozetto iuniori.*
29 Hæc tamen concluſio procedit, vbi in diuiſionis inſtrumento ſit mentio hæreditatis, vel bonorum patris, vel filij declarant, ſe bona patris diuidere, vt in hac deciſione, & in alijs ſupra allegatis; vel quando diuiſio eſt facta breui poſt mortem patris, & per filios induſtria carentes, *vt per Menoch. conſ. 207. num. 14. in fin. & ſeqq & Surd. deciſ. 15. num. 10.* Verùm ſi ex inſtrumento diuiſionis id non apparet, & interuallum non eſt modicum, ſed multum temporis à morte patris vſque ad diuiſionem interceſſit, præſertim ſi filij eſſent induſtrioſi; non habet locum præſumptio, quòd bona per ipſos poſſeſſa, & diuiſa à patre prouenerint, ſed potiùs quòd eſſent propria, & per eos acquiſita, *vt per Bald. in l cum oportet, num. 11. C. de bon quæ liber. Alexand. conſ. 171. num. 3. vol. 6. Menoch d. conſil. 207. num. 16.* & reprobato *Marzar.* contrarium tenente *in epit. de fideicom. quæſt. 58. tradunt Peregrin. de fideicom art. 44. num. 21. Surd conſ. 505. num. 3. in fin. verſ tertiò ſi illa, & num. 7. & conſil. 568. num. 24. & deciſ 339. ſub num. 19. Alciat. conſil. 206. num. 5 verſ. non videtur autem, & num. 6. 7. & 8 lib. 9. Mareſcott variar. reſolut. lib 1. cap. 12 num. 15. Becc. conſil. 213. num. 9. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 618. num. 13. egregiè Rota in d. Bononien. fideicommiſſi de Deſiderijs 20. Decembris 1628. & 14. Martij 1629 coram R. P.D. Merlino, & in Mediolanen. legati 14. Maij 1629. coram R. P. D. Durano;* Et hoc procedit, etiam quòd fratres in diuiſione de aliquibus bonis mentionem fecerint, aſſe-

ren-

Digitized by Google

rendo, quòd per ipſos acquiſita fuerint; quia non ideò reliqua bona per eos diuiſa, & poſſeſſa præſumuntur à patre proueniſſe, vt fuit reſolutum in eadem *Bononien. fideicommiſſi de Deſiderijs 14. Martij 1629. coram R.P.D. Merlino*, ea ratione, quia à negatiuis non valet argumentum, & incluſio vnius non eſt excluſio alterius, quoties illud includitur alio modo, *Salicet. in l. de crimine, C. qui accuſar. non poſſ Dec. in l. 1. num. 84. in 3. lect. ff. ſi cert. pet. Becc. conſ 93. num. 24. Menoch. conſ. 86. num. 30. Surd. conſil. 25. num. 35. in eadem deciſione allegati*. Vndè ſi ex ipſa diuiſione, temporis diuturnitate, & filiorum induſtria, probatur, quod bona illa fuerint diuidentium, nec præſumuntur à patre proueniſſe, ex prædictis: non debet excludi hæc probatio ex eo, quòd talia bona non includantur in aſſertione diuiſionis.

Ioannes Franciſcus Ferentillius,

Burgi Sancti Donini Eccleſiæ S. Iuliani.

Mercurij 22. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Immiſſio, ac poſſeſſio capta vigore inſtitutionis factæ à Prælato, pendente lite ſuper eius prouiſione, nullæ ſunt, & attentatæ.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, pendente lite ſuper eius prouiſione, non poteſt, abſque vitio attentati inſtituere.*
2 *Attentare dicitur, qui habet cauſam ab attentante.*
3 *Inſtituere, & conferre ſunt fructus Eccleſiæ.*
4 *Attentans æquiparatur malæ fidei poſſeſſori, & violento ſpoliatori, & ideo fructus ſuos non facit, & tenetur ad fructus nedum perceptos, ſed qui percipi potuerunt, num. 9.*
5 *Collatio, & inſtitutio facta ab attentante, eſt nulla.*
6 *Poſſeſſio capta vigore inſtitutionis attentata nulla eſt, & attentata.*
7 *Error communis non excuſat, ſi is, ad cuius fauorem actus validari debet, ſciuerit eius, qui actum fecit, inhabilitatem.*
8 *Attentata dicitur poſſeſſio capta pendente termino ad appellan. & præcipuè appellatione interpoſita à denegata audientia.*
10 *Malæ fidei poſſeſſor tenetur ad fructus perceptos, & qui percipi potuerunt.*

DECISIO DCXLII.

1 PLACVIT DD. fundamentum reſolutionis factæ ſub die 21. Iunij 1619. in qua perſtiterunt, quia pendente in Rota cauſa ſuper Præpoſitura S. Laurentij, non potuit Mareſcottus ad illam per D. Caſalem præſentatus, vti Præpoſitus, citra vitium attentati inſtituere Anglerium de hac Eccleſia S. Iuliani per d. D. Caſalem præſentatum, *cap non ſolum, de appell. in 6. cum deductis in ſimilibus terminis coram me in Marſicen. iuriſdictionis 11. Ianuarij anni proximè præteriti*: & pro-
2 pterea inſtitutio ab eo facta fuit attentata, & ſufficit, quòd Anglerius habeat cauſam à dicto Mareſcotto attentante, *gloſ. in dicto cap. non ſolum, in verſ. hæc tamen omnia, cum alijs citatis in deciſione*. Nec excluditur attentatum ex eo, quòd non ſit commiſſum ſuper Præpoſitura litigioſa; quia inſtitutio prædicta eſt facta ab attentante, nec ſuſtinetur ratione poſſeſſionis eiuſdem Præpoſituræ quæ erat attentata, vt fuit dictum ſub die 28. Nouembris 1616. appoſito etiam ſuper illa ſeque-
3 ſtro; conferre enim, & inſtituere ſunt fructus Præpoſituræ, *cap. cum Bertoldus, de re iudic. gloſ in cap cum olim, verb. capitulum, & ibi Butr. Abb. Imol. & Felin. de maior. & obed. Rot. deciſ. 166. num. 5. part. 1. diuerſ.*
4 quos malæ fidei poſſeſſor ſuos nõ facit, prout nec violẽ-
A tus ſpoliator, quibus attentans æquiparatur A, *Lancell. de attent. part. 3. cap. 31. num. 24. et ſeqq.* Ideo col-
5 latio, & inſtitutio ab eo facta eſt nulla, *Rota deciſ. 7. de iur. patron. in nouis, & deciſ. 4. verſ. & quia talis intruſus de præb. in antiq. cum alijs cumulat. per Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 45. §. 2. num. 45.* proindeque etiam
6 immiſſio, ac poſſeſſio d. Anglerij vigore eiuſdem inſtitutionis ſubſecutæ nullæ, & attentatæ fuerunt, *ad not. per Imol. poſt Bald. in l quia à latronibus ff. fin. col. pen. num. 12. verſ. tangit hic Bald ff. de teſtam. Felin. in cap. exceptionem, num. 25. verſ. confirma vtiliter, de exception. & in cap. cum ſuper num. 11 verſic. pro iſtis facit gloſ. de re iud.* & de poſſeſſione capta vigore proceſſus, & mandati attentati, *Caſ. de Graſ deciſ 6. num. 1. & 9. de cauſ. poſſ. & propr.* & in ſpecie de poſſeſſione ſubſecuta virtute inſtitutionis attentatæ *fuit dictum in Florentina Cappellæ 17. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Pirouano, vbi aliæ deciſ allegantur*. Idque eo magis procedere videbatur, quia non ſolùm dictus Mareſcottus inſtituens, ſed etiam idẽ Caſalis præſentans Anglerium erat in mala fide, cum ipſe quoque eſſet in eadem lite ſuper dicta Præpoſitura pendente, & ſic ſcientiam haberet inhabilitatis inſtituentis: vndè non poteſt dictam inſtitutionem
7 cum alijs ſubſecutis ſub clypeo communis erroris defendere *Gabr. de probat. concluſ. 8. num 32.* Addebant præterea DD. quod cum in termino edicti à dicto Mareſcotto affixi occaſione vacationis d. Eccleſiæ S. Iuliani comparuerint procuratores DD. de Pallauicinis, & produxerint iura ſua, & illis inauditis deuenerit ad inſtitutionem Anglerij die 26. Septembris 1616. poſſeſ-
8 ſione ſubſecuta eadem die, & ſic intra tempus ad appellan. & appellatione etiam interpoſita à denegata audientia, *vt in ſummario num. 1. & 2.* attentata etiam ex hoc capite clara videbantur *d. cap. non ſolum*.

Ideoque vtraque parte informante DD. ſteterunt in deciſis.

ANNOTATIO.

A Adde tamen, quòd attentans tenetur reſtituere fructus
9 non ſolùm perceptos, ſed etiam qui percipi potuerunt, *Menoch. de recuperan. remed. 15. num. 35. Lancellott. de attentat. part. 3. cap. 31. num 26. Anton. Auguſt. in tit. de fruct. et lit. expenſ num 2. Put. deciſ. 373. lib 1 in correct. Rot. deciſ 5. de reſtit. ſpoliat. in nou. et deciſ. 552. num. 1. part. 1. diuerſ et fuit reſolutum in Romana de benefacere 16. Martij 1587 coram Orano. et fuit etiam dictum in Farſen ſpolij 28. Maij 1614. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Veroſpto. in Romana penſionis domus 1. Iulij 1619. coram R. P. D. Pirouano, et coram eodem in Elnen. hæreditatis 8. Nouembris eiuſdem anni.* & de malæ
10 fidei poſſeſſore, quod teneatur nedum ad fructus perceptos, verùm etiam qui veriſimiliter percipi potuerunt, *Boer. deciſ 268. num 1. Becc conſil. 95. num. 3. Surd conſ 293 num. 12. Ladercb. conſ. 99 num. 2. Rota in Carpentoraten reſtitutionis ouium 23. Iunij 1625. coram R P. D. Pirouano.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

La-

Ianuen. Legati.

Veneris 22. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Tranſlatus auctoritate Apoſtolica ex Religione incapaci bonorum in communi, ad aliam capacem, recuperat legatum annuum ſibi antea factum; & quando legatum dicatur annuum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dicitur annuum quod debetur quolibet anno.*
2 *Diſpoſitio facta per viam inſtitutionis, & alia per viam prælaegsi oſtendit diſtinctionem tituli.*
3 *Inſtitutio facta de re particulari, et certa quantitate, habet vim legati particularis.*
4 *Legatum dicitur, quamuis annuatim à cohærede ſoluatur.*
5 *Legatum poteſt eſſe perpetuum, & nihilominus annuum: exemplum in Decurionibus, et Republica.*
6 *Legatum annuum non eſt tranſitorium vltra primum legatarium, niſi aliter diſpoſitum fuerit per teſtatorem.*
7 *Legatum annuum vbi eſt relictum a teſtatore, vt pro illo hæres teneatur aſsignare tot bona ſtabilia, perinde eſt, ac ſi bona ipſa legata eſſent.*
8 *Legata annua tot ſunt, quot ſunt anni.*
9 *Legatum annuum pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus conditionale.*
10 *Legatum annuum in principio cuiuslibet anni dicitur nouum legatum, & noua naſcitur obligatio.*
11 *In legatis conditionalibus attenditur capacitas de tempore purificatæ conditionis.*
12 *In legatis conditionalibus inſpicitur, an quis ſit capax in principio cuiuslibet anni.*
13 *Legatum annuum relictum ſeruo debetur Domino, donec ſeruus ſteterit in ſeruitute, poſt manumiſsionem verò acquiritur ſeruo.*
14 *Bannitus reſtitutus ad gratiam legatum annuum recuperat.*
15 *Tranſlatus legitimè ad Religionem capacem recuperat omnia iura ſucceſsionis tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & ſibi, vel Religioni acquiritur legatum de tempore purificatæ conditionis, num. 16.*
17 *Legatum conditionale relictum fratri Ordinis Minorum incapaci, purificatum, poſtquam effectus fuit Epiſcopus, Epiſcopatui acquiritur.*
18 *Capuccinus tranſlatus auctoritate Apoſtolica ad Canonicos Regulares, recuperat legatum annuum.*
19 *Capuccinus tranſlatus ad Religionem Hieroſolymitanam, recuperat legatum annuum.*
20 *Frater Minorum ſancti Franciſci, qui hæreditatem amiſit per emiſsionem profeſsionis in dicta Religione incapaci, ſi fuerit tranſlatus ad Religionem, quæ poteſt habere proprium, poteſt ſuccedere ex ſubſtitutione pupillari, purificata poſt tranſlationem.*
21 *Annua præſtatio conſideratur tanquam ius incorporale, quod oritur à principio, & reſoluitur, aduenıente incapacitate illius, cui debetur, & quando procedat.*
22 *Præſcriptio vnica ſufficit in annua præſtatione debita ex contractu, & num. 26. declara vt num. 27.*
23 *In legatis annuis tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni.*
24 *Religioſus poteſt bona ad vſum proprium retinere de licentia ſuperioris, & voto paupertatis non contrauenit.*
25 *Legata annua facta Reipublicæ, et Eccleſiæ, an finiantur ſpatio centum annorum.*
28 *Præſcriptio vnica non ſufficit in fructibus cenſus, ſed tot requiruntur, quot ſunt anni.*

DECISIO DCXLIII.

SVPERIORI anno de menſe Nouemb.
ſub die 26. fuit reſolutum, Fratrem
Petrum Baptiſtam, profeſſum Capuccinum ad Religionem Hieroſolymitanam auctoritate Apoſtolica tranſlatum, non recuperaſſe bona per illius
fratres, & hæredes ab inteſtato alienata. Verùm quia dicta reſolutio facta fuit, parte Franchi dictorum bonorum emptoris tantùm informante,
& interim venit ad cauſam dictus Frater Petrus Baptiſta, & petebat legatum annuum Auitum Paternum,
in teſtamento relictum annuorum ſcutorum quatuor
millium; ideo fuit dubitatum, an conſtet de annuo legato, quod debeatur: & DD. affirmatiuè reſponderunt. Nam, quòd dictum legatum ſit annuum, viſum
fuit DD. ſatis clarum ex lectura verborum teſtamenti, ibi, *item legauit, et legat, et iure legati reliquit, et
relinquit prædictis Paſquali, et Hieronymo filijs ſuis annuos ducatos octo mille, etc. Ad quorum annuorum ducatorum, etc.* & ibi, *omni, et quolibet anno*; & pluries
1 repetit verba expreſsè annui legati, ex quibus non
videbatur poſſe negari, quin ſit annuum, *l. ſi in ſingulos, l. Caius Seius, ff. de ann. legat. l. ſi in annos, l. nec
ſemel, §. 1. et 2. ff. quan. dies leg. ced. Natt. conſ.* 306.
num. 5. & 7. Non obſtat, quòd non ſit legatum, ex
eo quòd Hieronymus, & Paſqualis fuerunt hæredes
inſtituti in omnibus alijs bonis. Quia vltra quòd dubium præſupponit, illud eſſe legatum, contrarium reſultare videtur ex lectura dicti teſtamenti, & verbis expreſſis, *legauit, reliquit iure legati, &c.* pluries
repetitis, vt ſupra; & licèt deinde fuerint hæredes
inſtituti in omnibus alijs bonis, vnà cum Ioanne Franciſco primo genito, necnon ipſi ſoli, etiam in dictis
ſcutis octo mille annuis; tamen inſtitutio in dictis ſcutis octo mille fuit diſtinctè, & ſeparatim facta ab in-
2 ſtitutione vniuerſali: ex qua diſtinctione cenſetur, teſtatorem voluiſſe ſeparare relicta titulo prælegati à
relictis titulo inſtitutionis vniuerſalis, vt in fortioribus terminis *fuit latè dictum in Viterbien. Caſtrorum
9. Decembris* 1620. *coram Illuſtriſsimo Domino Cardinali Sacrato, confimata* 24. *Maij* 1621. *coram Reuerendiſsimo Domino meo Decano*; & cum ſit facta
3 de re particulari, & certa quantitate, habet vim legati particularis, *l. quoties, C. de hæred. inſt. & not. in
l. ex facto, la ſeconda, ff. eod. tit.* & faciunt letè dicta
in allegata Viterbien. caſtrorum dicta die 9. *Decembris*
1620. *et* 24. *Maij* 1621. dictaque annua præſtatio
non à ſemetipſis, ſed per Ioannem Franciſcum co-
4 hæredem ſit ſoluenda: nihil repugnat, quin legatum,
ſiuè prælegatum dici debeat, *l. legatum eſt, §. hæredi,
ff. de legat.* 1. *d. l. ex facto, vbi Doct. ff. de hæred. inſt.
cum alleg. in Romana de Surdis* 18. *Februarij* 1619.
coram R. P. D. meo Vbaldo. Non obſtat, quòd ſit
5 perpetuum, & tranſitorium ad deſcendentes, ſeù ſucceſſores, quæ videntur repugnare annuo legato; quia
poteſt eſſe perpetuum, & nihilominus annuum, *l. annuam, §. fin. ff. de ann. leg. Bart. in dicta l. in ſingulos, num. 1. ff. eodem*: ſitque propterea Decurionibus
in perpetuum, *l. cum quidam, ff. dicto tit. Azor. inſtit.
moral. par. 2. lib. 6. cap. 15. verſ. vlt. quæritur, in fin.*
A prout etiam Reipublicæ, A *l. annuam ff. eodem tit. de
ann.*

Digitized by Google

6 *ann. leg.* Quòd verò ſit tranſitorium, pariter non re-
ſpugnat, quin ſit annuum, cum ita diſpoſitum fuerit
per teſtatorem, quamuis aliàs vltra primum annum
non eſſet tranſmiſsibile, *l. in annalibus, et ibi gloſ. ver.*
voluit, et ver. ſeruari, quæ loquitur de hæredibus,
etiam in infinitum, & ibi *Butrig. Alberic. Bart. Bald.*
et Salic. in princip. C. de legat. Alberic. in l. ſtychum,
§. ſtipulatio, num. 13. ff. de verb. obligat. Natt. conſil.
306. num. 5. Surd. deciſ. 346. num. 26. verſic. nec eſt ve-
rum, & in ſimili relicto, *Peregrin. conſ. 34. num. 2. li-*
bro 1. Menoch. præſump. 132. num. 6. lib. 4. Non ob-
ſtant *conſ. Soccin. iun. 6. lib. 4. et Surd. 319.* quia in illo-
7 rum caſibus pro annuo introitu erant aſsignanda,
& conſignanda per hæredem tot bona ſtabilia, & ideo
perinde eſt, ac ſi illa fuiſſent relicta: ſecus verò ſi cer-
ta quantitas annua per hæredem (vt in hoc caſu) ſol-
uenda ſit, vt diſtinguendo dicunt in dictis conſilijs,
idem *Soccin. num. 41. Surd. num. 14. et 15.* Hoc ſic fir-
mato, quòd legatum ſit annuum, inde ſequitur reſo-
lutio ſecundæ partis dubij, quòd videlicet ſit debi-
tum Fratri Petro Baptiſtæ, vel Religioni mediante
8 eius perſona: cum non ſit vnum, ſed plura, & tot
legata, quot ſunt anni, *dicta l. in ſingulos. l. cum in*
annos, ff. de ann. leg. l. cum in ſingulos, ff. quand. dies
leg. ced. l. Pater Seuerinam, §. fin. ff. de condit. et de-
monſtrat. l. ſenatus, §. fin. ff. de donat. cauſ. mort. Dec.
conſ. 621. num. 1. Pariſ. conſ. 95. num. 44. lib. 2. Surd.
de aliment. tit. 5. quæſt. 4. num. 6. Menoch. dicto lib. 4.
præſumpt. 131. num. 14. Et pro primo anno eſt pu-
9 rum, & pro ſequentibus conditionale, *dicta l. in ſin-*
gulos, & l. ſi in annos, & l. ſi ſtychum, §. ſtipulatio,
ff. de verb. obligat. Alexand. conſil. 29. num. 1. volum.
4. Pariſ. dicto conſil. 95. num. 44. Surd. conſil. 223. num.
1. & de aliment. tit. 9. quæſt. 6. num. 3. Odd. conſil. 91.
num. 32. Azor. inſtitut. moral. par. 3. cap. 15. verſ. vlt.
10 *quæritur*. Imò in principio cuiuslibet anni dicitur
nouum legatum, & noua naſcitur obligatio, *Caſtren.*
in dicta lege ſtychum, §. ſtipulatio, num. 1. verſ. et ſic
de ſingulis, ff. de verb. obligat. Soccin. conſ. 81. num. 5.
lib. 3. Natt. conſ. 543. num. 5. latè Gomeſ. variar. reſolut.
tom. 2. cap. 11. num. 44. Surd. conſ. 122. num. 5. et de-
ciſ. 273. num. 10. Peregr. de iure Fiſci lib. 5. tit. 8. num.
78. verſ. limita, et intellige. In quibus relictis condi-
tionalibus attenditur capacitas de tempore purificatæ
11 conditionis, *l. interuenit, ff. de legat. præſtan. l. cum qui,*
vbi gloſ. verb. conditio, & dicta l. pater Seuerinam. ff. de
condit. et demonſtrat. l. ſi cognatis, in 2. reſponſ. ff. de
rebus dub. dicta l. ſenatus. § fin. ff. de donat. cauſ. mort.
Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 1. num. 14. et
15. et fuit dictum in Vrbeuetana hæreditatis 3. Aprilis
1610. coram R. P. D. meo Manzanedo; & ideo etiam
12 in annuis legatis inſpicitur, an quis ſit capax in prin-
cipio cuiuslibet anni, *dicta l. cum in annos, ff. de ann.*
leg. l. cum ſemel, §. vnde Iulianus, ff. quan. dies leg. ced.
Bart. in l. Titia cum teſtamento, §. Titia, num. 11. in
fin. ff. de legat. 2. Caſtren. in dicta l. ſtychum, §. ſtipulatio,
num. 1. verſ. primò quia, & ibi Iaſ. num. 1. verſ. pri-
ma eſt; Dec. conſ. 621. num. 1. Azor. dicto cap. 15. verſ.
vltimò quæritur, Gomeſ. vbi ſupra num. 44. verſ. ex qua
doctrina, Surd. de aliment. dicto tit. 5. quæſt. 4. num. 27.
Peregrin. dicto conſ. 34. num. 6. lib. 1. Hinc legatum
13 annuum relictum ſeruo debetur Domino, donec man-
ſerit in ſeruitute, deinde ſibi manumiſſo acquiritur *di-*
cta l. cum ſemel, §. Iulianus, ff. quand. dies leg. ced. latè
Gomeſ. dicto cap. 11. num. 44. verſ. primus eſt; prout ban-
14 nitus ſimpliciter reſtitutus (quicquid ſit quò ad bona
alijs quæſita) legatum annuum recuperat, *Peregrin. de*
iure Fiſci lib. 5. tit. 3. num. 78. verſ. limita, et intellige,
Borgnin. de vſufr. mul. relict. num. 233. Et proinde, cum
15 dictus Frater Petrus Baptiſta poſt tranſlationem au-
toritate Apoſtolica legitimè (vt præmittitur) factam,
ſeu ſacra Religio ex eius perſona recuperauerit om-
nia iura ſucceſſionis, tàm ex teſtamento, quàm ab in-
teſtato, *Bart. in tract. minor. lib. 4. diſtinct. 3. cap. 3.*
Nicolaus de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. Cleric. par. 1. nu.
3. Soccin. ſen. in dicta l. ſi cognatis, num. 15. ff. de rebus
dub. Natt. conſil. 180. num. 5. Tapia in authent. ingreſſi,
verſic. ſua, cap. 6. num. 30. in fin. C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ. Leſſ. de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 11. prædi-
16 ctum legatum illi, ſeu Religioni Hieroſolymitanæ, in
qua reperitur de tempore purificatæ conditionis, de-
betur, *§. Monachus, Auth. de Sanctiſſ. Epiſc. cap. ſtatu-*
tum 18. quæſt. 1. Specul. de ſtat. Monach. verſ. qualiter,
num. 10. Bald. in l. ſi quis mihi bona, §. ſeruus, num.
1. ff. de acquiren. hæred. Federic. de Sen. conſ. 26. num. 1.
Nicol. de Vbald. d. tract. part. 1. num. 3. Roman in l. ſi
ſeruus, num. 6. ff. de acquiren. hæredit. Abb. in cap. finali
num. 3. verſ. ſed poſt ingreſſum, de regular. Bero. conſ. 26.
num. 15. & 16. volum. 1. Couarr. de teſtam. par. 1. cap.
1. num. 20. Tap. dicto cap. 6. num. 28. Leſſ. de iuſtit. &
17 *iur. dicto cap. 41. num. 88.* Et relictum conditionale,
Fratri Ordinis Minoris incapaci, purificatum poſtquam
effectus fuit Epiſcopus, Epiſcopatui acquiritur *Bald.*
in l. Deo nobis, §. hoc etiam, num. 9. C. de Epiſc. & Cler.
Nicol. de Vbald. dicto tract. part. 1. num. 3. Matthæſil. de
ſucceſſ. in 3. artic. princ. num. 41. Archid. in cap. ſtatutum
num. 3. in fin. 18. quæſt. 1. Cardin. in clem. fin. num. 18.
Imol. in 7. quæſt. Vital. num. 38. de elect. Felin. in cap. in
præſentia, num. 56. de probat. Leſſ. dicto cap. 41. num. 88.
18 & de Capuccino tranſlato auctoritate Pontificia ad
Canonicos Regulares, *Imol. conſ. 23. num. 39.* Et in
19 puncto de tranſlato ad Religionem Hieroſolymitanam,
quòd recuperet legatum annuum, *Sanchez in Summ.*
20 *tom. 2. lib. 7. cap. 15. num. 28.* Et magis in ſpecie de
Fratre Ordinis Minoris, qui fuit inſtitutus hæres in
quota hæreditatis, & poſtea hæreditatem amiſit per
emiſſionem profeſſionis in dicta Religione incapaci,
ſi fuerit tranſlatus ad Religionem, quæ poteſt habe-
re proprium, quòd poſſit ſuccedere ex ſubſtitutione
pupillari purificata poſt tranſlationem, notant in *dicta*
l. ex facto, §. fin. Bald. qui dicit menti tenendum num. 6.
Angel. num. 3. verſ. item ibi, Aretin. num. 23. ff. de vul-
gar. & pupill. Soccin. in l. ſi cognatis, num. 6. ff. de rebus
dub. Natt. conſil. 180. num. 5. Non obſtat, quòd hæc
21 annua præſtatio ſit conſideranda tanquam aliquod ius
incorporale, quod oritur à principio: & ideo adue-
niente incapacitate Fratris Petri Baptiſtæ per Religio-
nis ingreſſum, ſtatim fuerit ius irreuocabiliter quæſi-
tum illius fratri, illudque non potuerit recuperare
per tranſlationem ad Religionem capacem, *ex Felin.*
in cap. auditis, de præſcrip. & alijs; quia id procederet
in promiſſione annuæ præſtationis facta in contracti-
bus, quæ dicitur vnica promiſſio, & ſtipulatio; ſecus
verò in legatis annuis, quæ tot ſunt, quot ſunt anni,
ex ſupra allegatis, & diſtinguunt *Doct. in dicta. l. ſena-*
tus, §. fin. ff. de donat. cauſ. mort. & in dicta l. ſtychum,
§. ſtipulatio, ff. de verbor. obligat. vbi præcipuè Odofred.
num. 4. Alber. num. 9. Duaren. in verſ. quemadmodum,
latè Cuiac. in fin. Hugo Donell. num. 2. verſ. vltimò quæ-
ritur, Gomeſ. dicto cap. 11. num. 44. Azor. dicta par. 3.
22 *lib. 6. cap. 15. verſ. vlt.* Et propterea in ſtipulationibus
annuæ præſtationis vnica ſufficit præſcriptio, *Felin. di-*
B *cto cap. auditis, num. 43. verſ. vltimò tangit*, B in lega-
23 tis verò annuis tot requiruntur præſcriptiones, quot
ſunt anni, *Caſtren. in dicta l. ſtychum, §. ſtipulatio. num.*
1. Soccin. conſ. 81. num. 5. verſ. quintò confirmo, libro 3.

Balb.

Balb. de præſcript. par. 4. princip. quæſt. 4. num. 3. Surd. conſ. 123. *num.* 9. *&* 10. *& de alim. dicto tit.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 22. *Gomeſ. dicto cap.* 11. *num.* 45. *Peregrin. d. conſ.* 84. *num.* 6. *Azor. dicto cap.* 15. *verſ. vlt. poſt med.* Non obſtat, quòd Frater Petrus Baptiſta nõ fuerit per Summum Pontificem diſpenſatus à Voto paupertatis; tum quia cauſa agitur nomine Religionis; tum quia de licentia Magni Magiſtri, de qua *in eius ſummario num.* 3. po-
24 teſt quò ad vſum proprium retinere, & Voto paupertatis non contrauenire, *ad not. in cap.* 1. *de ſtatu Monach. Rota deciſ.* 216. *num.* 12. *par.* 2. *diuerſ. cum relatis in Romana Saluiani* 17. *Decemb. præteriti coram me*.

Et ita reſolutum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Finiuntur tamen ſpatio centum annorum, ſicut etiam le-
25 gata annua facta Eccleſiæ, ex ſententia *Bart in l. ſi vſuſfructus num.* 2. *ff. de vſufruct leg Alexand. in l.* 3. *ſ. item ſi Reſp num.* 1. *&* 2. *verſ ego puto, ff. ad leg Falcid. in l.* 2. *in princ. num.* 2. *ff ſolut. matrim & conſil.* 60. *num.* 1. *col* 1. *Dec. conſil* 378. *num.* 3. *verſ. quartò, & vltimò, Surd conſ.* 123. *num.* 16. Contrariam tamen ſententiam tuentur *Imol. in d l.* 3. *ſ. item ſi Reipublicæ, num.* 2. *&* 3. *& alij plures, quos refert, & ſequitur Peregrin. de fideicom. art.* 30 *num.* 11. *Bellon. Iun conſil* 2. *num.* 66.

B In annuis præſtationibus, quæ procedunt ex contractu,
26 an ſufficiat vnica tantùm præſcriptio pro omnibus annis, vel tot requirantur, quot ſunt anni, eſt magna quæſtio inter Doctores; cum Vltramontani teneant, tot eſſe neceſſarias præſcriptiones, quot ſunt anni; & opinio Citramontanorum ſit, vnicam tantùm ſufficere, vt apud *Put. deciſ* 253. *num.* 1. *lib* 1. *in correct.* & plures pro vtraque parte congeſſit *Matth Berlich. par.* 2. *concl.* 4. *num.* 4. *verſ. & hæc opinio*; & quòd ſufficiat vnica tantùm præſcriptio, iuxta opinionem Citramontanorum, *tenuit Rota apud Put d deciſ.* 253. *num.* 1. quæ diuerſis verbis duplicatur apud *Mobed. deciſ* 4. *de præſcript in Romana Saluiani* 22. *Iunij* 1616 *coram bon. mem. V baldo ſeniori, quæ eſt deciſ.* 300. *num* 1. *apud Pacific. de Saluian. in vlt. impreſſ. & apud Cinc. de cenſ deciſ.* 303. *num.* 1.

Verùm hæc opinio habet locum in præſtationibus annuis
27 debitis purè à principio, & pro quibus obligatio fuit orta, & purè facta tempore ſtipulationis; ſecus autem quando obligatio eſt conditionalis, tunc enim tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni, *Balb. de præſcript.* 4. *part.* 4. *part principal. quæſt.* 4. *num.* 1. *&* 2. *Foller. in prax. cenſ ſ. cenſus num.* 105. *Put d. deciſ* 253. *num.* 2. *Mobed. d. deciſ.* 4. *verſ. in caſu tamen, Rot. in d. Romana Saluiani coram V baldo, num.* 3. *& in Romana Palatij* 30. *Aprilis* 1627. *coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano*.

Et ideo ad præſcribendum iuri exigendi annuum cenſum
28 non ſufficit vnica præſcriptio, quia contractus cenſus eſt conditionalis, cum eius fructus non debeantur, niſi quatenus cenſus non fuerit redemptus; ita reſoluit *Rota in Romana cenſus de Caffarellis coram Gipſio apud Pacific. d. tract. deciſ* 302. *& apud Cinc. deciſ* 230. *num.* 12. *in Romana fructuum cenſus coram bon. mem. Cardinali Millino apud Pacific deciſ.* 303. *& apud Cinc deciſ.* 302. *in Vormatien. cenſus coram V baldo ſeniori apud Cinc. deciſ* 304. *num.* 2. *& in d. Romana Saluiani interdicti coram eodem V baldo ſeniori, quas ſecuti ſunt Gratian. diſcept. forenſ cap* 490. *num* 1. *& cap.* 883. *num.* 14. *Pacific. de Saluian inſpect.* 2. *cap.* 2. *num.* 292. *Cinc. de cenſib. par.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 2. *num.* 17. *pag. mihi* 241.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ianuen. attentatorum.

Veneris 22. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Attentata non probantur ex ſcripturis informibus; neque cauſantur ex geſtis in cauſa diuerſa, & ex decretis prouiſionalibus.

SVMMARIVM.

1 *Notarius poteſt extrahere acta alterius notarij impediti, abſque autoritate.*
2 *Acta extracta lite pendente ſinè compulſoria, & citatione partis, per non ſucceſſorem in officio, nec cauſæ actuarium, non probant.*
3 *Attentata non probantur ex iuribus informibus.*
4 *Attentatorum in materia Rota non admittit præſumptiuam probationem, ſed illam plenam, & exactam requirit.*
5 *Attentata non cauſantur ex geſtis in cauſa diuerſa, & quando cauſa dicatur diuerſa, num.* 10.
6 *Clauſulæ recipiunt interpretationem à ſubſtantia commiſſionis.*
7 *Cauſa non dicitur nec tacitè, nec expreſſè auocata, quando in commiſſione non ſit mentio de pendentia litis.*
8 *Decretum per modum prouiſionis abſque vitio attentatorum interponi poteſt.*
9 *Pro attentatorum excluſione ſemper interpretatio facienda eſt.*
11 *Attentata ſunt geſta in cauſa connexa; & quando cauſa dicatur connexa, num.* 12.

DECISIO DCXLIV.

NON conſtare de attentatis reſoluerunt DD. primò, quia acta de partibus producta ad docẽdum, Fratrẽ Petrum Baptiſtam, pendente lite in Rota, & poſt inhibitionem, mediantibus decretis Regij Conſilij Neapolitani, ducatos bis mille exegiſſe, non ſunt in
1 forma probanti, cum ſint ſubſcripta à Franciſco Antonio vti Secretario pro Felice enunciato actorum magiſtro: nec conſtet de autoritate extrahendi huiuſmodi acta per alium quamuis connotariũ, *Rot. deciſ.* 544. *num.*
2 2. *&* 3. *part.* 4. *diuerſ.* & ſunt extracta lite pendente, ſinè compulſoria, & citatione partis, per non ſucceſſorem in officio, nec cauſæ actuarium, iuxta *deciſ. Caput aq.* 170. *par.* 1. *et* 354. *par.* 2. *Rot. deciſ.* 679. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & fuit dictum in Mediolanen. decimarum* 4. *Iulij*
3 1614. *coram bon. mem Andrea*, & in alijs ſæpiſſimè: & in iſtis terminis pro non attentatis, quia iura non erant in forma probanti, tenuit *Rota coram Oradino in Cremonen. Præpoſitura* 18. *Februarij* 1555. *quæ eſt deciſ.* 8. *in manuſcript. & in Senen. attentatorum* 15. *Nouembris* 1557. *coram Chiroga, relatis per Lancell. de attent. part.*
4 3. *cap.* 26. *num.* 65. *&* 66. & in hac materia, quæ ſapit dolum, & delictum, Rota non admittit præſumptiuam probationem, ſed illam plenam, & exactam requirit, *Rot. deciſ.* 7. *vt lit. pend. in nou. & deciſ.* 411. *num.* 1. *par.* 1. *recent. Lancellott. d. cap.* 26. *num.* 97. Secundò, quia inhibitio fuit expedita vigore commiſſionis Rotalis, quæ non videtur comprehendere cauſam in dicto Conſilio pendentẽ: tum quia fuit obtenta à Chriſtophoro contra Fratrem Petrum Baptiſtam tantùm; in dicto

verò

Google

verò Tribunali pendebat lis, non ſolùm inter eoſdem,
ſed etiam inter fratres eiuſdem Fratr. Petri Baptiſtæ, &
alias diuerſas perſonas, *vt in ſummario reſponſionum Chriſtophori num.* 1. tùm quia commiſſio continet cau-
ſam interpretationis literarum Apoſtolicarum ſuper di-
ſpẽſatione dicti Fr. Petri Baptiſtæ tranſeundi de Religio-
ne Capuccinorum ad Hieroſolymitanam, & ſuper in-
ualiditate profeſſionis vltimo loco emiſſæ; in Regio ve-
rò Conſilio fuerat introducta cauſa ſuper recuperatione
bonorum per dictum Chriſtophorum, & alios empto-
5 rum; & ſic geſta poſt dictam inhibitionẽ, tanquam in di-
uerſa cauſa, non dicuntur attentata, *ad not. in cap. ſu-
per eo, il 1. de appell. Dec. conſ. 33. num. 4. latè Lancell.
de attent. part. 2. cap. 4. limit. 2. num. 1. & 13. & cap.*
A 20. *limit. 5. Rot. deciſ.* 500. *num.* 10. *par. 1. recent.* A,
6 Non obſtat, quòd in commiſſione legatur, quòad habi-
litatem Fr. Petri Baptiſtæ. Nam ſi fuerit in Rota iudi-
catum, literas Apoſtolicas ſuffragari, conſequenter etiã
erit habilis ad recuperanda bona, quatenus aliàs poſſint
recuperari; & eaodem interpretationem recipere de-
bent aliæ clauſulæ, *cum omnibus inciden.* & ſic verſamur
in terminis proximis *cap. tuam, de ord. cogn. & cap. cau-
ſam quæ, il ſecondo, & cap. lator qui fily ſint legit.* vltra
7 quod cum in d. commiſſione non fuerit facta mentio de
litis pendentia, in Conſilio Regio legitimè introducta
per dictum Fr. Petrum Baptiſtam actorem, iux. *cap. ſi
Clericus laicus, & ibi not. omnes de ſor. compet.* cauſa
non diceretur nec tacitè, nec expreſsè à dicto Conſilio
auocata, *cap. ceterum, vbi etiam Doct. de reſcript. Caſſad.
deciſ. 1. num. 1. eod. tit. Pariſ. conſ.* 49. *num.* 22. *lib.* 4.
Card. Seraph. deciſ. 1155. *num.* 2. & 3. vbi quòd eſt
receptiſſimum, *Lancell. de attent. poſt auocat. num.* 40.
quamuis hodie per alteram superuenientem commiſſio-
nem magis expreſſam, cauſa fuerit à dicto Conſilio in
omnibus auocata. Tertiò conſiderabant DD. decreta
de ſoluen. dd. pecunijs facta fuiſſe per modum proui-
ſionis, *vt in ſummario Chriſtophori num.* 4. & 5. quæ ci-
8 tra vitium attentatorum fieri poſſunt per Iudicem cau-
ſæ *Rebuff. de ſent. prou. in præfat. num.* 31. & cum etiam
ſint facta in cauſam declarandam, donec & quouſque
Conſilium declarauerit, dictos ducatos bis mille ſolu-
tos fuiſſe, dici non debent attentata, & in ſpretum in-
hibitionis, cum ageretur contra alias perſonas, & di-
uerſa bona, & in aliam cauſam cedere potuerint; ſed
9 potiùs eſt facienda interpretatio pro excluſione delicti,
& attentati, *Lancellott. vbi ſupra par. 1. num. 103. in
præfat.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Gratian. diſcept. forenſ cap.* 914. *num.* 30. *Gregor. XV.
deciſ.* 345. *num.* 2. *& ibi Beltramin qui refert aliam deci-
ſionem in Romana domus* 26. *Martij* 1618. *coram Andrea,*
10 *Reuerendiſſ D. Coccin. deciſ.* 252. *num.* 1. Dicuntur autem
cauſæ diuerſæ, quando concurrunt, diuerſitas perſonarum,
rei, & actionis, *Rot. Ianuen. deciſ* 179. *num.* 6. *vbi num.
9. ad med.* quòd ſatis eſt, ſi vna tantùm ex iſtis adſit, ſequi-
tur *Lancellott. de attent. appell. pend. cap.* 12. *limit.* 2. *num.*
20. *Gratian. d. cap.* 914. *num.* 31. & quando cauſæ dican-
tur diuerſæ, declarant *Menoch. conſil.* 123 *à num.* 20. *vſque
ad* 26. *incluſiuè, & de arbitr. caſ* 95. *per tot. Lancellott d.
limit. 2. a num. 4 vſque ad 25 excluſiuè, Cardinal. Caualer.*
11 *deciſ.* 623. notandum tamen, quòd geſta in cauſa connexa
cauſant attentata, & obſtant etiam in cauſa principali
*Lancellott. poſt alios plures quos refert, & ſequitur d limit.
2. num. 25. cum ſeqq. & de attentat. lit. pend limit. 2. num.*
87. Verum, vt hoc procedat, requiritur, quòd ſententia
in cauſa connexa pariat exceptionem rei iudicatæ in cauſa
principali *Reuerendiſſ D. Coccin. deciſ.* 304. *num.* 2. *Cra-
uett. conſil.* 181. *num.* 5.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Farſen. pecuniaria.

Lunæ 27. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Correus ſoluens, & extinguens totum cenſum, an poſſit à correo partem ſuam repetere.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus dominus reſpectu ſortis non dicitur verè creditor.*
2 *Fructus ex cenſu extincto non debentur.*
3 *Fideiuſſor ſoluens non repetit a confideiuſſore, abſque iu-
rium ceſſione, maximè quando fideiuſſio facta fuit ex cau-
ſa non oneroſa, & ex mera liberalitate num.* 4.
5 *Obligatio quando dicatur facta ex mera liberalitate.*
6 *Correi debendi dicuntur obligati principaliter, & inſolidũ.*
7 *Correus ſoluens totum non repetit ab alijs, abſque iurium
ceſſione, quando ſoluit ex cauſa lucratiua.*
8 *Soluens pro alio repetit actione negotiorum geſtorum,
quando liberauit alium, & non ſe ipſum.*
9 *Hæres ſoluens totum ex cauſa hæreditaria, non repetit à co-
hæredibus, quando hæreditas eſt ſoluendo.*
10 *Hæredes dicuntur obligati ex cauſa lucratiua, quando hæ-
reditas eſt ſoluendo; ſecus, vbi non eſt ſoluendo, tunc
enim dicuntur obligati ex cauſa oneroſa num.* 11.
12 *Cenſus extinguitur per relaxationem mandati pro conſecu-
tione ſortis principalis. Contrarium num.* 13.
14 *Cenſus pro extinctione non ſufficit partium voluntas illum
extinguendi, ſed requiritur actus retroſimilis.*
15 *Cenſus extinguitur per reſtitutionem ſortis, & illius fru-
ctus amplius non debentur.*
16 *Cenſus non extinguitur per reſtitutionem ſortis, quan-
do pecunia fuit tradita vinculata, & obnoxia reſti-
tutioni.*
17 *Cenſus non extinguitur per reſtitutionem ſortis, quando
illius emptor in actu ſolutionis recipit ſortem, reſeruando
ſibi regreſſum ad primæua iura in caſu reſtitutionis: &
ſecuta reſtitutione poteſt agere ad fructus, ſicut ante re-
ceptionem ſortis.*

DECISIO DCXLV.

IMPOSITO per quinque particu-
lares perſonas Communitatis, & ea-
rum quamlibet in ſolidum annuo cen-
ſu ſcutorum 54. ſuper quinque fundis
diſtinctis ad vnamquamque reſpectiuè
ſpectantibus, & vendito Andreæ, &
Martio pretio ſcutorum 600. per im-
poſitores recepto, & deinde ſoluto Communitati pro
neceſſitate Annonæ, quæ recognouit bonam fidem,
& promiſit dictis impoſitoribus indemnitatem in for-
ma; Ioſeph vnus ex dictis quinque de proprijs pecunijs
extinxit cenſum, ſolutis fructibus ante decurſis. Dubi-
tatum fuit, an ipſe poſſet agere contra hæredes vnius
ex dictis quinque, videlicet Stephani, quia cum Com-
munitate, & duobus alijs concordauit, & pro qua ra-
ta in caſu, & ad effectum, de quo agitur. Et negatiuè
1 fuit reſolutum. Nam aut vult agere ex ceſſione ſibi fa-
cta per Dominos cenſus in actu illius extinctionis, &

non puteſt; tùm quia reſpectu veræ ſortis ipſi non
erant, nec poterant dici creditores, nec volebant il-
lam ab aliquo ex dictis venditoribus inuitis conſequi,
Gabr. conſ. 191. num. 8. lib. 2. Surd. deciſ. 204. num. 9.
& fuit dictum in Tudertina cenſuum 3. Decembris præte-
2 *riti coram me*. Tùm quia dicta ceſſio non fuit facta tran-
ſlatiuè, ſed extinctiuè, vt ex lectura inſtrumentorum,
& ideo dictum fuit, quòd poſt dictam extinctionem fru-
ctus non fuerant debiti dicto Ioſepho, vt in *deciſ. coram*
R. P. D. Pamphilio 25. Maij 1618. & in iſtis terminis
Rota in Romana cenſus 6. Februarij 1615. coram R. P. D.
meo Manzanedo, & in alia Romana reſciſſionis contra-
ctus 18. Martij 1616. quæ ſunt impreſſæ poſt tract. Mo-
dern. Peruſ. de cenſ. deciſ. 182. & 183. & idem Modern.
A *d. tract. par. 3. cap. 2. quæſt. 2. artic. 5. num. 14. & 15.* A
Imò quod nec etiam potuerit reportare dictam ceſſio-
nem, etiamſi fuiſſet debitor veræ ſortis, ex mente *Doct.*
in l. ſi ex toto, §. 1. ff. de legat. 1. Surd. d. deciſ. 204. num.
3 *9. in fine*. Aut verò vult agere ſinè ceſſione, & tunc
non poteſt, ſiuè dicatur, dd. quinque fuiſſe ad inuicem
confideiuſſores, ſiuè correos debendi. Nam quòd non
vti fideiuſſores probat *text. in l. vti fideiuſſor, ff. de fi-*
deiuſſ. l. cum alter, & ibi gloſſ. Bald. & Salicet. C. *de*
fideiuſſ. Franc. deciſ. 55. in princip. Caball. conſil. de-
ciſiu. 138. num. 3. & 4. lib. 1. quod procedit ſinè dif-
4 ficultate, quando fideiuſſerunt, & ſe obligarunt ex
cauſa non onerosa, & ex mera liberalitate; quia ſi vnus
ſoluit, non repetit ab alio, vt per *text. in l. in lege Falci-*
dia, ff. ad leg. fal. Bart. in l. reos, in princip. num. 3. ff. de
duobus reis, Caſtren. *in l. ſi ex toto, §. 1. num. 4. ff. de*
legat. 1. & ibi Alexand. num. 7. & Rip. num. 20. Afflict.
deciſ. 319. in fin. Surd. deciſ. 308. num. 6. & 7. iuncto
5 *num. 20.* prout iſti ſe obligarunt ex mera liberalitate,
quia negocium annonæ, pro quo cenſum impoſuerunt,
ad eos nihil pertinebat, ſiuè curam, ſiuè vtilitatem re-
ſpiciamus: & cauſa dicitur lucratiua reſpectu Commu-
nitatis, pro qua ſe obligarunt, *Caſtr. & Alexand. in d. l.*
ſi ex toto, §. 1. Surd. d. deciſ. 308. num. 20. in fin. Caball.
6 *d. conſ. 138. num.* 10. Siue etiam conſiderentur vti cor-
rei deben. quia obligarunt ſe principaliter, & in ſolidū,
ad not. in l. reos, § cum in tabulis, & per Bart. & alios
7 *in l. 2. in princip. ff. de duobus reis*, & tunc vnus ſoluens
totum, nihil repetit ab alio, *vt in l. reos not. Bart in*
2. quæſt. ff. de duobus reis, & ibi latè Ronchegall. in 2. quæſt.
num. 40. & 41. & num. ſequentib. ponit plures limita-
tiones, huic tamen caſui non applicabiles, & licèt *num.*
47. *verſ. conſequitur itaque*, videatur reprobare diſtin-
ctionem cauſæ onerosæ, & lucratiuæ, & tenere opi-
nionem, quòd quando plures ex eadem cauſa idem pro-
mittunt, dicuntur facere, vt onus ex æquo ferri de-
beat, aliàs non promiſſuri, & ſubeſſe æquitatem pro
ſoluente totum: tamen pluries repetit, in contrarium
eſſe receptam ab omnibus ſententiam, & Doctores cō-
muni conſenſu contrarium intelligere: & ſubdit, non
eſſe facile, ab intellectu communiter recepto recede-
re; quia is, qui non ſoluit, nullum eſt conſecutus emo-
lumentum, nec dicitur locupletari cum aliena iactura:
& num. 48. replicat dictam diſtinctionem cauſæ lucra-
tiuæ, & onerosæ eſſe communem, & latè comprobat di-
cto num. 48. & 50. ſubdens ab ea in iudican. non eſſe
8 recedendum. Nec poteſt agere actione negociorum
geſtorum iuxta *l. ſoluen. vbi Doct. ff. de neg. geſt. Caball.*
d. conſ. 138. num. 11. & 12. quia procedit, quando ſol-
uens liberauit alium, & non ſe ipſum, hic autem Io-
ſeph. liberauit principaliter ſe ipſum, & prædium ſuum
cenſuatum, & ſic geſſit negocium ſuum, licèt in con-
ſequentiam aliorum, & cauſa non erat onerosa, *Caſtren.*
in d. l. ſi ex toto, num. 4. & ibi Alexand. num. 7. vbi exem-
9 plificat in vno ex hæredibus ſoluente totum ex cauſa
hæreditaria, quando hæreditas eſt ſoluendo, quia tunc
10 cauſa dicitur lucratiua, & non onerosa, *Ronchegall.*
dicta l. reos, dicto num. 48. verſ. Alexander prætrea,
Surd. dicta deciſ. 308. num. 10. circa med. ſed nego-
cium dicitur vtiliter geſtum pro Communitate, cum
pretium fuerit verſum in emptionem grani, & illius
neceſſitatem, & vtilitatem, vt fuit reſolutum coram
eodem R. P. D. Pamphilio 30. Ianuarij 1617. quæ etiam
recognouit bonam fidem, & fuit per ſententiam Rota-
lem condemnata ad reſtituendum Ioſepho veram ſor-
tem dicti cenſus, & in gradu appellationis coram eo-
dem D. Pamphilio fuerunt factæ duæ reſolutiones pro
confirmatione dictæ ſententiæ. Nec obſtat reſolutio
coram eodem facta dicta die 30. Ianuarij 1618. ad fauo-
rem Ioſephi contra duos alios ex dictis obligatis, tùm
quia eſt fundata in ceſſione, quæ facta non fuit, ſed ex-
tinctus cenſus, vt ſupra, vt fuit deinde in alia deciſio-
ne reſolutum de anno 1618. de qua ſupra; tùm quia
impoſitio cenſus, & obligatio dictorum quinque, non
videtur facta mutui periculi contemplatione, ſed ſub
recognitione, & promiſſione indemnitatis dictæ Com-
munitatis, quæ erat ſoluendo. Addebatur etiam tran-
ſactio inita inter dictum Ioſephum, & Communitatem
de anno 1619. quæ licèt ſit facta cum pluribus clauſulis
præſeruatiuis iurium contra obligatos, & omnes alios,
& cum clauſula, *& non aliàs, aliter &c.* Tamen vide-
tur etiam impedire ceſſionem iurium, de qua poſſiut
opponere alij coobligati, quam non poſſet facere Io-
ſeph contra dictam Communitatem, quæ in ampliſſima
forma fuit liberata, & ideo obſtaret exceptio cedenda-
rum ex vulgar. Reſpectu tamen fructuum ante extin-
ctionem cenſus decurſorum, & per Ioſephum ſoluto-
rum, ceſſio videtur fortaſſe ſuffragari poſſe, dempta ta-
men rata ipſius Ioſephi. Verùm quia poſt reſolutiones
factas coram R. P. D. Pamphilio ad fauorem Ioſephi
ſuper confirmatione dictæ ſententiæ Rotalis, fuit du-
bitatum de nullitate recognitionis bonæ fidei, tanquam
factæ ſinè ſolemnitatibus Conſtitutionū Summ. Pontif.
ad fauorem Communitatum editarum, & cauſa pluries
propoſita, non fuit capta reſolutio; ideo non ſubſiſtente
dicta recognitione bonæ fidei poſsit oriri difficultas, an
dicti quinque remaneant obligati ex cauſa onerosa, ſi-
11 cuti, quando hæreditas non eſt ſoluendo, vt declarat
Alexand. in d. l. ex toto, §. 1. Ronchegall. & Surd. vbi ſu-
pra poſt Alber. in d. l. cum alter, in fine, & ibi Odofred.
& Salicet. & quòd tunc ſit locus repetitioni pro rata;
ideo ſuper iſtis duobus vltimis potuerunt iterum con-
ſuli Domini mei, præſertim, quia partes ſuper hoc
non informarunt.

Et ita, &c.

ANNOTATIO.

Ab hac deciſione receſſit *Rota infra deciſ. 713.*
A Hanc deciſionem *ſequitur idem Cinc. in addit. ad tract. de*
cenſib. par. 3. cap. 2. num. 1. fol. 108. vbi plures Rotæ
deciſiones refert. Et ideo quando cenſus emptor obtinuit
12 mandatum pro reſtitutione ſortis principalis, & fru-
ctuum, à die ſuſcepti mandati non poteſt illius fructus exi-
gere, citra vitium vſuræ, vt reſoluit *Rota in Romana*
cenſus 29. Nouembris 1593. coram bon. mem. Cardinali
Pamphilio ſeniori impreſſ. poſt tract. Cinc. de cenſ. deciſ. 283.
num. 2. & in alia Romana cenſus 6. Februarij 1615. coram
bon. mem. Patriarcha Manzanedo poſt d. tract. Cinc. deciſ.
182. ea ratione, quia poſt relaxatum mandatum eſt in po-
13 teſtate, & arbitrio emptoris repetere ſortem, quod eſt
diuerſum à natura cenſus: non enim ſe compatiuntur, quòd
cen-

Digitized by Google

cenſus duret, & ſit in arbitrio emptoris repetere ſortem
quando velit: quia licèt venditori cenſus permiſſa ſit ad ſui
libitum illius redemptio, iuxta conſtitutiones Summorum
Pontificum, emptori tamen eſt omnino prohibita, cum
alias eſſet certus de lucro *Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. quaſt.
5. art. 3. in 1. concluſ. Corrad. de contract. quaſt. 84. concluſ.
5. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 9. num. 4.* & ideo cum
poſt relaxatum mandatum ſit in facultate emptoris, repe-
tere ſortem principalem, quando vellet: cenſus ſtatim re-
ſoluitur, etiam quòd non concurrat actus retrouenditio-
nis; cum res deuenerit ad caſum, à quo incipere nõ poterat,
Cõtrarium tamen reſoluit eadẽ *Rota in Rom. cenſus 4. Iulij
1618. coram bon. mem. Dunozetto ſeniori, & 31. Ianua-
rij 1624. coram bon. mem. Remboldo, impreſſ. apud Cinc. in
addit. deciſ. 129. & 130. confirmatis coram bon. mem. Vbal-
do ſeniori 6. Iunij 1625. & in Romana fructuum cenſus
28. Ianuarij 1628. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Deca-
no, & in Romana cenſuum 7. Maij 1629 & 28. Ianua-
rij 1630. coram R. P. D. Ghiſilerio*; & ad fundamentum
deciſionum ſupra in contrarium adductarum reſponſum
fuit, non eſſe abſolutè verum, quòd ſit in poteſtate empto-
ris, repetere ſortem; cũ plures dari poſſint caſus, ex qui-
bus etiam poſt relaxatum mandatum retardaretur illius
executio, atque ita & ſortis repetitio, omnino neceſſa-
24 ris pro extinctione cenſus; cum ad hunc effectum neque
ſufficiat partium voluntas, ſed requiratur actus priori ſi-
milis, *Rot. coram* Card. *Caualerio deciſ. 71. num. 3. coram
Card. Seraph. deciſ. 890. num. 1. deciſ. 587. part. 1. diuerſ.
deciſ. 56. num. 1. & 2. part. 1. recent. coram Gregor. XV.
deciſ. 156. num. 3. & ibi Beltramin. num. 13. Cinc. de cenſ.
part. 3. cap. 1. quaſt. 3. art. 1. num.* 14. vbi quàmplures
deciſiones ad hoc propoſitum congeſſit; quia ſicuti cenſus
conſtituitur conſenſu, & pecuniarum ſolutione, ita con-
ſenſu, & pecuniarum retroſolutione extingui debet *Card.
Seraphin. d. deciſ. 890. in princ.* & mandati relaxatio ni-
hil aliud operatur, quàm voluntatem, & poteſtatem re-
petendi ſortem ex parte emptoris, quæ non importat
veram, & realem reſtitutionem ſortis requiſitam in extin-
ctione cenſus; & ideo talis relaxatio non operatur extin-
ctionem cenſus.

Similiter cenſus extinguitur per reſtitutionem ſortis
25 principalis, interueniente ſcilicet actu retroſimili reſtitu-
tionis pecuniarum, & conſenſus partium, *iux. l. 1. C.
quand. lic. ab empt. diſced. cum alijs per Rotam in Romana
cenſus 20. Febr. 1612. coram Illuſtriſſ. D. Card. Pamphilio
iuniori, quæ eſt deciſ. 88. num. 2. poſt addit. Cinc. ad tract.
de cenſ.* & ideo illius fructus non debentur *Verall. deciſ.
103. part. 1. Rot. d. deciſ. 88. num. 2. poſt Addit. Cinc.* Hoc
26 tamen non habet locum, quandò pecunia fuit recepta
vinculata, & obnoxia reſtitutioni, & ſic reuocabiliter:
tunc enim cum non dicatur interuenire actus retroſimilis
omnino requiſitus ad extinctionem cenſus, vt dictum eſt,
non inducitur vera, & perfecta extinctio, ſed ſub condi-
tione quatenus pecunia non euincatur, itaut adueniente
caſu reſtitutionis ſolutio habeatur pro non facta, *iux. l. 1.
ff. de pact.* vnde cum titulus reducatur ad non titulum, po-
teſt dominus cenſus redire ad primæua iura conſequendi
fructus cenſus, vt per *Rot. deciſ. 370. num. 3. & deciſ.
634. ſub num. 8. ad med. part. 1. recent. Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 885. num. 51. Cinc. de cenſ. par. 3. cap. 1. quaſt.
8. art. 5. num. 21. & fuit reſolutum in Romana cenſus* 24.
27 *Nouembris 1628. coram R. P. D. Ghiſilerio.* Et idem pro-
cedit, quando dominus cenſus in actu ſolutionis recipit
ſortem, reſeruando ſibi regreſſum ad primæua iura in caſu
reſtitutionis dictæ ſortis, vt fuit reſolutum *per Rotam in
eadem Romana cenſus 24. Nouembris 1628. coram R. P. D.
Ghiſilerio*, ea ratione, quia talis reſeruatio operatur effe-
ctum regreſſus ad primæua iura, etiam in caſu veræ extin-

ctionis, vt eſt, qu[illegible] Barbettis, qui plures erant, ſed tanquam
libera, vt probat [illegible] *ſummario num. 6. & ſic in pari-
Doct. ff. de ſolut. & in l* [illegible] uſm de familia erat præferendus,
liberis, & Bart. num. 3 C. [illegible] *verb. ſinè poſſeſſionis 70. diſt.
cautel. 133. Affl. deciſ. 135. n.* [illegible] *Prapoſit. Roch. de iurepatr.*
13. & in terminis cenſus quod reſe[illegible] *verſ. prima opinio*. Non
principalem, & alios obligatos ſit i[illegible] is remota à fundatio-
extinctione cenſus, *Rota in Romana cenſ.* [illegible] *conſ. Soccin. 6.
li Sacrato, poſt tract. Cinc. de cenſ. deciſ. 289.* [illegible] *2. diuerſ. cum
tè idem Cinc. d. par. 3. cap. 1. quaſt. 3. art. 6. ſu*[illegible] ntum conſi-
verſ. ſecundò poteſt dubitari, & trib. num. ſequen. doceatur
alijs optimè probat *Rota in d. Romana cenſus coram* [illegible] apita,
D. Ghiſilerio, & reſpondet contrarijs: vbi quòd ideo in[illegible] in
caſu reſtitutionis pecuniæ, emptor cenſus poſt reſtitutio-
nem poteſt agere ad fructus illius vigore inſtrumentorum,
quemadmodum agere poterat ante receptionem ſortis.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Perusina Canonicatus.

Lunæ 27. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Clauſulæ, *Parito Breui*, quando cenſeatur ſatiſfa-
ctum, tàm quo ad poſſeſſionem, quàm quo ad
fructus perceptos, & expenſas.

SVMMARIVM.

1 *Patientia ſola ſufficit pro paritione clauſula*, Parito
Breui.
2 *Proteſtatio quod cenſurarum metu, & non aliàs &c. pa-
tientia praſtetur, non tollit effectum patientia praſtita.*
3 *Clauſula*, Parito Breui, *quò ad fructuum reſtitutionem
non cenſetur ſatisfactum, niſi pars probet, vel non perce-
piſſe, vel ſi percepit, reſtituiſſe, vel obtineat commiſſionem,
quòd Iudici præfigatur terminus ad illos liquidandum.*
4 *Clauſula*, Parito Breui, *non capit expenſas, de quibus
non fit mentio.*

DECISIO DCXLVI.

DICTVM fuit per DD. conſtare de ſuffi-
cienti paritione facta per Octauiũ clau-
ſulæ, *Parito Breui*, de qua in cõmiſſione.
Quia conſtat de declaratione per eũ fa-
cta, & dimiſſione poſſeſſionis per publicũ
inſtrumentũ ad fauorem Anſidei prouiſi
1 Apoſtolici, & ſola patiẽtia ſufficit, vt milſies tenuit *Rot.
Mohed. deciſ. 9. de re iudic. Rot. deciſ. 319. num. 1. par. 2. re-
cent.* & ibi plures cumulantur, *& fuit dictũ in Reatina ter-
rarum 14. Maij 1614. coram me, & in Neapolitana be-
neficij 13. Iunij 1617. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in
iſtis terminis Put. deciſ. 244. lib. 1. in correct. Seraph.
deciſ. 734. num. . par. 1. & fuit dictum in Toletana iu-
ris decimandi 8. Nouembris 1593. coram bon. mem. Card.
Pamphilio*, & de clauſula, *Parito Breui, Rota deciſ. 319.
part. 2. recent. & in Maioricen. Sacriſtia 20. Maij 1602.
coram eodem Card. Pamphilio*. Non obſtat proteſtatio,
2 quòd metu cenſurarũ, &c. cum clauſula, & non aliàs, &c.
quia in incorporalibus non tollit effectum patientiæ
præſtitæ, & quia ſic dimittentes amittant poſſeſſionem,
proteſtatio enim tanquam cõtraria facto nihil operatur,
iuxta diſtinctionem *Innoc. in cap. olim, il terzo, de reſtit.*

ſpol. poſt gloſ. ibi, quam communiter ſequuntur *Doct. vt*
ibi per Abb. num. 14. *in fin. Anchar num.* 6. *Card. num.*
3. *verſ. oppono*, *Imol. num.* 3. *verſ. ſed Innoc. Bellam.*
num 1. *verſ.* 4. *quaritur*, & pluries tenuit *Rot. vt in*
dicta deciſ. Seraph. 754. *&* 756. *num.* 2. *& deciſ.* 773.
num. 19. & in puncto dictum fuit *in Salamantina iuriſdi-*
ctionis 8. *Februarij* 1593. *& in dicta Toletana iuris deci-*
man. coram Cardinali Pamphilio. Non obſtat, quòd non
ſit præſtita patientia pro capien. poſſeſſione præbendæ;
nam (omiſſo, quòd non conſtat de præbenda annexa
Canonicatui,) declaratio, & conſenſus fuit abſolutus
pro executione Breuis, *vt in ſummario Octauij num.* 7.
Quò verò ad fructus, quamuis Octauius allegaret, il-
los conſiſtere ſolùm in diſtributionibus quotidianis, &
ſe aliquos non percepiſſe, cum non fuerit admiſſus à
Capitulo prætendente, collationem alternatiuam ad ſe
3 ſpectare; tamen quia verba Breuis continent etiam
fructus perceptos, non videtur poſſe dici paritum, niſi
Octanius probet, vel non percepiſſe, vel ſi percepit re-
ſtituiſſe, vel obtineat ſolitam cõmiſſionẽ de præfigendo
terminũ ad illos liquidan. iux. ſtylũ Rotę, *de quo Seraph.*
deciſ. 655. *num.* 4. *& fuit dictum in Salamantina beneficij*
13. *Ianuarij* 1620. *coram R. P. D. meo Pamphilio*, & in
alijs relatis per *Garz. de beneſ. par.* 6. *cap.* 3. *num.* 137. *in*
fin. Modern. de clauſ. par. 1. *clauſ.* 91. *num.* 2. Prædicta
4 verò clauſula non capit expenſas, de quibus non fit men-
tio in Breui, vt fuit ſæpiùs reſolutum, & ſignanter in
dicta *deciſ.* 319. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* & in alijs ibi
A relatis A.
Ex quibus concluſum fuit, conſtare de ſufficienti paritione,
præterquam quò ad fructus.

ANNOTATIO.

A *Rota coram Greg XV. deciſ.* 36. *num* 4. *& in ſupra alle-*
gata Neapolitana beneficij. & in Foroliuien beneficij 10.
Martij 1623. *coram bon. mem. Vbaldo*, *& deciſ.* 332. *num.*
5. *coram Card. Caualerio*, *& alibi ſæpius.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veliterna iuriſpatronatus.

Veneris 27. Iunij 1622.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus relictum omnibus ſuis ſucceſſori-
bus, cenſetur hæreditarium, & defertur in
ſtirpes, non autem in capita; iuncta præſer-
tim obſeruantia præſentandi in ſtirpes, pro
qua ſufficit vna præſentatio, licèt remota
à fundatione, quando de contrario non do-
cetur.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus de ſui nata eſt hæreditarium, non autem*
gentilitium.
2 *Deſcendentium ſuorum appellatione non veniunt deſcen-*
dentes ſimpliciter, ſed tunc demum ſi fuerint ſucceſſores.
3 *Iuſpatronatus relictum à fundatore deſcendentibus ſuis,*
non tranſit, niſi ad deſcendentes, qui ſint hæredes.
4 *Iuriſpatronatus miſto, vel hæreditario non ſucceditur in*
capita, ſed in ſtirpes.
5 *Verbum (ſui) importat deſcendentes ſanguinis, niſi poſt*
illud verbum ſubiungantur alia verba, *deſcendentes ſuc-*
ceſſores, abſque dictione, Et, num. ſeq.
7 *Præſentare poſſunt ad iuſpatronatus omnes de agnatione,*
& familia indiſtinctè, ſi teſtator vocauit omnes ſuos.
Intellige, vt num. ſeq.
9 *Diſpoſitio quantùmuis vniuerſalis intelligi debet de ha-*
bilibus.
10 *Ius patronatus arguitur hæreditarium, ſeu mistum, ſi*
doceatur de obſeruantia præſentandi in ſtirpes, non in
capita.
11 *Obſeruantiam interpretatiuam ad probandam ſufficit, ita*
aliquando obſeruatum fuiſſe.
12 *Obſeruantia præſentandi in ſtirpes, & non in capita, vt*
probetur, ſufficit vnicus actus, etiã remotus à fundatione,
ſi ex aduerſo alius actus præcedens contrarius non exhi-
beatur num. 18.
13 *Præſentare poteſt maior ſeptennio: & præſentatio pupil-*
li eſt præferenda præſentationi tutoris. num. 19.
14 *Præſentatio cenſetur facta in ſtirpes, quando eſt facta*
ab aliquo vti proximiori.
15 *Præſentatio cenſetur in ſtirpes, quando eſt facta ab aliquo*
vti repræſentante patrem, & patruos.
16 *Præſentatis pluribus, præferendus eſt exiſtens de familia.*
17 *Obſeruantia nimis remota non releuat.*

DECISIO DCXLVII.

RECESSERVNT Domini à reſo-
lutione facta coram R. P. D. Veroſpio
29. Octobris 1618. in qua dictum fuit,
ſucceſſionem iuriſpatronatus Cap-
pellaniæ, de qua agitur, fuiſſe dela-
tam in capita, & non in ſtirpes: niſi
tamen obſtaret obſeruantia, de qua
particulariter videre voluerunt, & ſuper qua etiam
ſub die 18. Maij præteriti ordinarunt Domini, quòd in-
formaretur. Potiſſimum enim fundamentum dictæ de-
ciſionis fuit, quòd iuſpatronatus eſſet familiare, & gen-
1 tilitium: quod Dominis viſum fuit non ſubſiſtere. Nam
iuſpatronatus ſui natura eſt hæreditarium, *Clem. plures*
de iure patron. Calder. conſ. 4. *eodem tit. latè Lambert. de*
iure patron. lib. 1. *par.* 2. *quaſt.* 2. *art.* 1. *num.* 1. & con-
cluſionẽ indubitatam dicit *Peregr. conſ.* 27. *num* 1. *vol.*
2. *& admiſit Rota in Florentina iuriſpatronatus* 25. *Maij*
1616. *coram me*; & verba fundationis non repugnant,
ſed potiùs demonſtrant, illud eſſe hæreditarium, vel
miſtum; iuncta præſertim obſeruantia, de qua infra.
Verba autem ſic ſe habent: *Item reliquit, & mandauit,*
quòd perpetuò omnes ſui præſentes, & ſucceſſores præſen-
tare, & eligere poſſint Cappellanos, &c. Ex quibus col-
2 ligitur, teſtatorem non ſimpliciter vocaſſe deſcenden-
tes, ſed tunc demum ſi fuerint ſucceſſores, *Alex. conſil.*
44. *num.* 1. *verſ. & idem dicendum*, *lib.* 1. *Craſſ. de ſuc-*
ceſſ. in § 2. *num.* 19. *cum alijs per Peregr. de fideicom.*
art. 32. *num* 84. & in iurepatronatus *Pariſ. conſil.* 48.
num. 9. *& ſeqq. & num.* 18. *lib.* 4. *Achill. deciſ.* 9. *eodem*
tit. & ideo non poſſunt deſcendentes ſuccedere, niſi
3 etiam ſint hæredes, *Cardinal. conſ.* 112. *Pariſ. dicto conſ.*
48. *num.* 9. *Gabr. conſ.* 198. *num.* 4. *in fin. & ſeqq. lib.*
4 2. & propterea cum dictum iuſpatronatus ſit miſtum,
non ſucceditur in capita, ſed in ſtirpes, prout in hære-
ditario, *vt per Gabr. dicto conſ.* 196. *num.* 3. *lib.* 2. &
fuit in puncto reſolutum *in Florentina iuriſpatronatus*
de Ricaſolis 10. *Martij* 1603. *coram bon. mem. Card. Lan-*
5 *cellotto*. Non obſtat illud verbum, *ſui*, quod videtur
importare deſcendentes ſanguinis; quia (quicquid ſit
reſpectu illorum, qui tanquam præſentes fuerunt ad
6 iuſpatronatus vocati) recipere debet declarationem ab
alio verbo, *ſucceſſores, & deſcendentes*, cum finè aliqua
co-

Digitized by Google

copula, vel dictione diuiſa, ſed ſimpliciter fuerint vocati
ſucceſſores deſcendentes, vt fuit ponderatum *in Rom.
menſa nummularia* 30. *Iunij* 1614. *coram Reuerendiſſimo
Domino Decano impreſſ. apud Marcheſ. de com. tom.* 2. *fol.*
503. Minúſque illa dictio, *Omnes*, quæ iuncta cum
7 verbo collectiuo, *ſui*, facit, vt indiſtinctè omnes agna-
ti, ſeu de familia debeant ad præſentandum admitti,
nulla facta eorum diſtinctione *Caſtr. conſ.* 483. *num.* 2.
lib. 1. cum alleg. pro Andrea, & in terminis iuriſpatro-
natus allegabatur deciſio *in Taurinen. iuriſpatronatus*
11. *Ianuarij* 1583. *coram Card. Pamphilio*, & *in Regien.
iuriſpatronatus* 16. *Nouembris* 1607. *coram bon. mem. Pe-*
8 *nia*. Quia debet intelligi de omnibus deſcendentibus,
qui habeant ſupradictam qualitatem hæreditariam,
quæ requiritur per verbum ſubſequens, *ſucceſſores*: &
ſic licèt ſit verbum commune, & generale, debet re-
ſtringi à verbis ſubſequentibus, & ſecundùm ſubiectam
9 materiam: diſpoſitio enim quantumuis vniuerſalis in-
telligi debet de habilibus, *ad l. vt gradatim*, §. *ſed ſi lege*,
ff. de mun. & honor. & *in l.* 1. §. *nunciatio*, *vbi Bart.
num.* 20. *ff. de oper. nou. nunc.* & *in his terminis Cæſar de
Graſſ. deciſ.* 2. *num.* 5. *de iurepatr.* Addebatur prædictis
10 obſeruantia præſentandi in ſtirpes, & non in capita, ex
qua clarum reddebatur iuſpatronatus hæreditarium,
vel miſtum, *ad l. ſi de interpetatione*, *ff. de legibus*, & *in
puncto Rot. deciſ.* 544. *num.* 3. & 4. *part.* 1. *diuerſ.* &
fuit dictu in alleg. Florent. de Ricaſolis 10. *Martij* 1603. &
in alia Florentina iuriſpatronatus coram me: ad quam
11 probandam, cum ſit interpretatiua, ſufficit, aliquando
ita ſeruatum fuiſſe, *Aym conſ.* 118. *num.* 2. & *conſ.*
202. *num.* 2. *cum alleg. in Romana ſociet. offic.* 9. *Aprilis*
1612. *coram R. P. D. Cauallerio*: & in iſtis terminis ſuf-
12 ficere etiam vnicum actum, fuit dictum in repetita *Flo-
rent. de Ricaſolis* 11. *Februarij* 1604. Illa autem dedu-
cebatur ex tribus præſentationibus factis ab Aurelio in
perſonas ſuorum filiorum, inſtitutione ſubſequuta, *in
ſummario Io. Baptiſta num.* 2. 3. & 4. in quarum prima
de anno 1570. expreſsè dicitur, quòd præſentauit Fa-
britium filium ſuum ex parte ſua, ſignificans, quòd
Aurelius præſentanerat tanquam deſcendens ex Petro
Carneuali, qui fuit vnus ex fratribus fundatoris voca-
tus: & ſic præſentationem ſpectaſſe ad ſtipitem ſuum, &
in ſtirpes; & coadiuuatur, quia ſi præſentatio facien-
da fuiſſet in capita, etiam filij ipſius Aurelij cum ipſo
patre præſentaſſent, cum aliàs eſſent habiles ad præſen-
tandum, cum breui temporis ſpatio fuerint ipſi præ-
13 ſentati, & inſtituti; & maior ſeptennio poteſt præſen-
A tare, *Calder. conſ* 9. *num.* 1. *de iurepatronat.* A, Aliæ verò
duæ præſentationes de anno 1572. & 1577. factæ fue-
runt à ſolo Aurelio in perſonam aliorum filiorum, non
contradicentibus illis de Barbettis *dicto ſummario num.*
3. & 4. Secundò adminiculatur ex alia præſentatione
facta per illos de Barbettis de anno 1591. in perſonam
Caroli, cum narratiua, ad ipſos ſpectare ius præſentan-
di tanquam proximiores, & vti hæredes Nardi, & alio-
rum de Barbettis, *eodem ſummario num.* 5. quæ quali-
14 tas, tanquam proximiores, videtur importare, quòd
præſentatio fiat in ſtirpes: maximè quia præſentatio
facta fuit proportionabiliter, & reſpectiuè nomine, quo
ſupra, *vt in d. ſum. num.* 5. & ſic habito reſpectu ad por-
tionem competentem præſentantibus ratione repræ-
ſentationis parentum, & patrui ab eis nominatorum,
15 quod propriè eſſet præſentare in ſtirpes, *iux. tex. in* §.
ſi quis igitur, *Auth. de hæredibus ab inteſt. venien.* Præſer-
tim, quia licèt Alexius de alia ſtirpe Carnenale præſen-
tauerit Torutinm, tamen fuit pronũciatum ab Ordina-
rio pro Carolo, non tamqnam præſentato à maiori par-
te, prout diceretur, ſi preſentatio facienda fuiſſet in capi-
ta per illos de Barbettis, qui plures erant, ſed tanquam
16 de familia, *vt in dicto ſummario num.* 6. & ſic in pari-
tate vocum ipſe, tanquam de familia erat præferendus,
gloſ. in cap. neminem, in verb. ſinè poſſeſſionis 70. *diſt.*
quam ſequuntur ibi *Archid & Præpoſit. Roch. de iurepatr.
verb. honorificum q.* 18. *num.* 45. *verſ prima opinio*. Non
17 obſtat, quòd hæc obſeruantia nimis remota à fundatio-
ne facta de anno 1488. non releuet *iux. conſ. Soccin.* 6.
num. 6. *lib* 1. *Rot. deciſ.* 37. *num.* 34. *par.* 2. *diuerſ. cum
alleg.* quia (vltra quod principale fundamentum conſi-
18 ſtit ſuper verbis dictæ fundationis,) cum non doceatur
de aliqua obſeruantia ipſorum præſentandi in capita,
quamuis remota videbatur attenden. vt fuit dictum in
præallegata *Florentina de Ricaſolis* 11. *Februarij* 1604.
& *in d. Florentina iuriſpatronatus coram me*.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A *Lambertin. de iurepatr.* 1. *part. lib.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 9. *num.*
19 3. & in concurſu eius præſentatio eſt præferenda præ-
ſentationi tutorum, *Rot deciſ* 6 *de iure patr. in antiq.
latè Garz. de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num* 166. & *ſeqq.
Mantic. deciſ.* 140. *num.* 11. & admiſit Rota *in Cremonen.
iuriſpatronatus* 9 *Decembris* 1616. *coram bon. mem Pa-
triarcha Manzanedo*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana Communantiarum.

Veneris 1. Iulij 1622.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio iuris paſcendi ad effectum manutentio-
nis, ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis de facto proprio pluſquam ſemiplenè probat.*
2 *Probatio leuior ſufficit in manutentionis iudicio.*
3 *Teſtis vnicus ſufficit ad proban. poſſeſſionem ad effectum manutentionis.*
4 *Exceptiones perſonales non admittuntur in iudicio ſummariſſimo.*
5 *Poſſeſſio præſumitur continuata vſque ad tempus motæ litis, etiam ad effectum manutentionis.*
6 *Teſtes examinati ad perpetuam memoriam faciunt adminiculum.*
7 *Poſſeſſio probatur ex monitorio emanato ſuper deſiſtentia ab exercendo actus poſſeſſorios.*
8 *Bona in medio ſituata ſpectare præſumuntur ad Dominos habentes prædia circumſtantia.*
9 *Communia cenſetur bona habentia aliquam denominationem, quæ communionem arguit.*
10 *Interdictum retinen. competit pro manutentione in quaſi poſſeſſione paſcendi.*

DECISIO DCXLVIII.

POST duas reſolutiones Rotales, de quibus infra, factas ad fauorem DD. de Cincijs ſuper manutentione in poſſeſſione ſitus, ſeu Vallis nuncupatæ, *le Communanze*, pro indiuiſo tamen cum DD. de Serlupis, & Magdalenis, fuit mihi præſentata commiſſio San-

ctiſſimi, vt procederem in cauſa, tanquam deputatus ab Illuſtriſſimis DD. Cardinalibus Camerario, & Archipresbytero Sancti Petri; & dato ex ordine DD. dubio, an dicti DD. de Cincijs eſſent manuteuēdi in poſſeſſione dictæ Vallis, & Fontis, & quomodo, ſeu per quem locum: ita vt ſit ſtan. vel receden. à deciſis; DD. ad vtramque partem reſponderunt pro DD. de Cincijs. Nam quò ad primam fundamentum fuit; quia illorum poſſeſſio dictæ Vallis, & Fontis, quæ eſt intra tenutas, ſeu Caſalia dd. partium, pleuè probata fuit per tres teſtes formiter, & cum interrogatorijs partis examinatos de anno 1605. qui dantur *in ſummario num.* 3. qui omnes ſuper quarto, & quinto articulis concludenter deponunt de poſſeſſione paſcendi, & animalia (vt dicunt) abbeuerandi ad fontanilem dictæ Vallis Communantiarum: & quòd dicta poſſeſſio erat communis Dominorum dd. trium Caſalium, à quibus circumdatur dicta Vallis: & quòd Domini, affictuarij, paſtores, coloni, & agricolæ cum animalibus depaſcebant in dicta Communantia, ſe ſe inuicem videntes, ſcientes, & patiētes; & latè deponūt de actibus poſſeſſorijs, vt ex lectura:
1 quorum primus ſuper quarto deponit de facto proprio, qui propterea pluſquā ſemiplenè probat *Rot. deciſ.* 521. *num.* 6. *par.* 1. *diuerſ. Seraph. deciſ.* 889. *num.* 3. *& fuit dictum coram me in Amerina bonorum* 18. *Aprilis* 1616. *& in Romana penſionis domus* 29. *Nouembris* 1618. *& in Ariminen. fideicommiſſi* 20. *Iunij præteriti*; & in hoc
2 ſummariſſimo non requiritur plena probatio, ſed leuior ſufficit, *Alex. conſ.* 103. *num.* 3. *lib.* 7. *Couar. pract. quæſt. cap.* 17. *num.* 4. *latè Menoch. de retinen. remed. vlt. num.* 34. *Rot. in Mediolanen. decimarum* 23.
3 *Iunij* 1614. *coram bon. mem. Andrea*; & ſufficit, poſſeſſionem probare per vnicum teſtem, *Rot. d. deciſ.* 196. *num.* 6. *Seraph. deciſ.* 624. *num.* 5. *& fuit dictum in dicta Romana penſionis domus, & in Romana bonorum, ſeu*
4 *libraria* 8. *Aprilis præteriti coram me*, & in alijs. Nec exceptiones perſonales admittuntur *Rot. deciſ.* 28. *num.* 4. *part.* 1. *diuerſ. Seraph. deciſ.* 1147. *num.* 15. *& fuit dictum in Placentina decimarum de Truxillo* 15. *Nouembris*
5 *præteriti coram me*; quæ poſſeſſio præſumitur continuata vſque ad tempus motæ litis, etiam ad effectum manutentionis, *l. ſiue poſſidetis, vbi Doct. ff. de prob. Rot. deciſ.* 4. *num.* 12. *par.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 513. *num.* 2. *part.* 1. *recent. latè Menoch. de retinen. remed.* 3. *num.* 556. Adminiculantur etiam ex duobus teſtibus examinatis vſque de anno 1552. quorum primus erat annorum 75. qui deponit de tempore Alexandri Sexti, & ante excidium Vrbis de dictæ Vallis confinibus, & ſuper primo, & tertio, de poſſeſſione Virginij Cincij tunc domini Caſalis, de viſu, *vt in ſummario*, & reddit optimas rationes ſcientiæ, ex quibus patet, ipſum fuiſſe informatiſſimum, & veriſimilia dixiſſe, & conuenire cum dd. teſtibus vltimò examinatis; & ſecundus, qui tunc erat affictuarius dicti Caſalis Virginij, ſuper ſecundo optimas rationes reddens de facto proprio deponit, & ſuper quarto, quòd etiam poſt mortem dicti D. Virginij eius animalia paſcebāt communiter in dicta Valle, & aquas fontanilis bibebant pacificè, & nemine contradicente *eod. ſummario dicto num.* 1. qui licèt fuerint ad
6 æternam rei memoriam examinati, faciunt tamen adminiculum, *Caputaq. deciſ.* 206. *num.* 6. *& deciſ.* 208. *num.* 8. *par.* 2. *Rot. deciſ.* 487. *num.* 3. *par.* 2. *in recent. & in Hiſpalen. matrimonij* 18. *Februarij* 1616. *coram R. P. D. meo Manzanedo*. Adminiculantur vlterius ex monitorio Illuſtriſsimi D. Archipresbyteri Sancti Petri ad inſtantiam DD. de Magdalenis, & Serlupis, dimiſſo contra DD. de Cincijs ſuper deſiſtentia à paſcendo, & abbeuerando animalia, *vt in dicto ſummario num.* 2. ex quo reſultat quædam tacita confeſsio, quòd dicti de
7 Cincijs erant in dicta pusseſsione; cum priuatio præſupponat habitum; & hæc confeſſio in dicto monitorio, quod habet vim libelli, præindicat, *vulg. l. cum precum, C. de liber. cauſ.* & de confeſsione facta in monitorio *Rot. deciſ.* 343. *num.* 2. *poſt med. part.* 2. *recent. & fuit dictum in deciſione Reuerendiſſimi Lugdunen. ſub die* 13.
8 *Martij* 1609. Comprobatur etiam ex quadam iuris aſſiſtentia, quia cum dicta Vallis intra dicta tria prædia ſit ſituata, vt eſt in confeſſo apud partes, & deponunt omnes prædicti teſtes *in ſummario num.* 3. & conſideratum etiā fuit in dicta prima deciſione: præſumitur ad tres dominos dd. Caſalium iure dominij pertinere, vt de fouea *not. in l.* 2. *§. apud Labeonem, in fin. ff. de aqu. pluu. arc. Bart. in tract. Tiberiad. verb. agro, num.* 6. *Bald. in l. riparum num.* 2. *ff. de rer. diuiſ. latè Alex. conſ.* 212. *num.* 1. *& ſeq. & ibi Adden. lib.* 7. *latè Surd conſ.* 429. *num.* 37. & de alijs *Hieronymus de Mont. de fin. reg. cap.*
9 25. *num.* 1. *& ſeqq.* Quod etiam demonſtrat denominatio dictæ Vallis, quæ nuncupatur *le Communanze*, vt dicunt ijdem teſtes, à qua denominatione ſumitur argumentum, quòd dicta Vallis ſit communis, *l. nullo, C. de ferijs l.* 2. *vbi Bart. Bald. Salic. & alij ff. ſi cert. pet. Bald. conſ.* 59. *num.* 2. *lib.* 1. Indubitatum eſt autem,
10 pro manutentione prædicta competere interdictum retinen. vt de poſſeſsione paſcen. *Caſtr. conſil.* 115. *lib.* 2. *Soccin. conſil.* 95. *in fin. vol.* 3. *Capic. deciſ.* 189. *in fin. Didac. pract. quæſt. cap.* 18. *num.* 6. *verſic.* 11. *eſt aduerten. & fuit dictum in Narnien. iuris paſcen.* 24. *Maij anni præteriti coram me*. Quò verò ad ſecundam partem, quomodo, & per quem locum dd. DD. de Cincijs, & illorum affictuarij, homines, & alij cum animalibus, & perſonis debeant habere acceſſum, reſolutio patet ex duobus ex dictis tribus vltimis teſtibus qui iuxta 28. interrogatoriū deponunt de ſolito ingreſſu ab omnibus lateribus ad placitū dominorū tenutarum, & affictuariorum ab eis dependentium: & ſic licere DD. de Cincijs ingredi immediatè ex eorum Caſali in dd. Communantias ab omnibus lateribus, & vndequaque, vt ipſi prætendunt. Ex quibus concluſum fuit, non eſſe receden. à deciſis *coram dicto Reuerendiſſimo Lugdunen. ſub dicta die* 13. *Martij* 1609. *&* 5. *Martij anni præteriti coram me*, informantibus tantùm DD. de Cincijs, pluries intimatis, & diu expectatis DD. de Serlupis, & Magdalenis.

Cæſarauguſtana beneficij.

Veneris 1. Iulij 1622.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum poſſeſſionis beneficij vacantis probat poſſeſſionem ad quemcunque effectum.*

DECISIO DCIL.

DOMINI dixerunt, mandatum de manuteuendo dandum eſſe D. Commiſſario Cameræ, de cuius poſſeſſione per ſpecialem procuratorem capta Vicariæ, ſeu beneficij, de quo agitur, con-
1 ſtat per publicum inſtrumentum, de quo *in ſummario num.* 3. & de mandato procuræ *num.* 1. quæ fuit apprehenſa vacans, &

ideo

Digitized by Google

ideo probat poſſeſsionem ad quemcunque effectum, *Rot. deciſ.* 253. *num.* 1. *par.* 1. *in recentior.* & millies dictum fuit. Tantò magis, quia fuit tradita ab œconomo deputato ad cuſtodiam Rectoriæ, *vt dicto num.* 3. Nec conſtat de prætenſa poſſeſſione Ioannis, qui prætenditur aduerſarius; imò nec de aliquo eius titulo, & nihilominus poſt adhibitas diligentias citato, fuit relatum notario, illum abeſſe non ſolùm à domicilio, ſed à toto Regno Aragoniæ, & eſſe in Regno Caſtellæ, vt *dicto ſummario num.* 4.

Et ita reſolutum parte dicti D. Commiſſarij ſolùm informante.

Ferrarien. compromiſſi de Taſſonis.

Veneris 1. Iulij 1622.

ARGVMENTVM.

Clauſulæ, *ſi quid exequen.* non eſt locus, niſi priùs cognita iuſtitia ſententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſi guarantigiati executio impediri non poteſt, etiam pendente reductione.*

8 *Clauſula,* ſi quid exequendum, *ſuſpendit executionem, donec fuerit cognitum de iuſtitia laudi.*

3 *Rota non exequitur lauda, vel ſententias latas extra Tribunal, niſi conſtito de iuſtitia:*

4 *Hæreditati non acquirit, ſi quis ſtipuletur pro ſe, & hæredibus.*

5 *Datio in ſolutum habet vim emptionis.*

6 *Res empta ex pecunia hæreditaria, aut in ſolutum accepta pro debito hæreditario, non venit reſtituenda fideicommiſſario vniuerſali, ſi hæres proprio nomine acquiſiuit.*

7 *Emens proprio nomine de pecunijs alienis, ſibi acquirit.*

8 *Hæreditaria non eſt actio per hæredem acquiſita, etiam ſuper debito hæreditario.*

9 *Res ex pretio empta in vniuerſalibus, ſuccedit loco pretij: ſecus in particularibus.*

10 *Acquiſitio facta ab hærede ex pecunia hæreditaria, præſumitur facta nomine proprio, non hæreditario.*

11 *Fructus reſtituere non tenetur, qui non eſt conſtitutus in mala fide, nec in mora.*

12 *Laudum exceſſiuum eſt nullum in totum.*

13 *Sententia non concepta per diuerſa capita, & ſeparata, ratione indiuiduitatis in totum iniuſta eſt, ſi in parte iniuſta detegatur.*

14 *Laudum non poteſt exequi, donec non fuerint liquidatæ, & factæ detractiones in eo contentæ, & num.* 16.

15 *Retentio competit donec fiant detractiones.*

16 *Clauſula,* ſi quid exequendum, *habet implicitam clauſulam* quatenus de iure aliquid ſit exequendum.

17 *Clauſula,* ſi quid exequendum, *operatur vt executioni locus non ſit, niſi iuſtificetur ex eiſdem actis.*

18 *Executio poteſt impediri ex nouiter deductis, ſtante clauſula,* ſi quid exequen.

19 *Probationes nouæ ad impedien. executionem, ſtan. clauſula,* ſi quid exequendum, *poſſunt nouis probationibus per actorem elidi.*

DECISIO DCL.

LATIS in partibus tribus laudis inter D. Comitem Iulium Cæſarem ex vna, vel ſeniorem de familia ex teſtamento Comitis Ferrantis ad eius hæreditatem, & bona, vti prætenſum vocatum, & DD. Claudiam, & Beatricem ſorores, & filias quondam Comitis Herculis vltimi filij maſculi dicti Comitis Ferrantis, ſinè prole maſculina defuncti, ex alia: ſuper liquidatione bonorum prætenſi fideicommiſſi, & primogenituræ dicti Comitis Ferrantis, & varijs partium prætenſionibus; commiſſaque ad inſtantiam dictarum ſororum in Rota cauſa reductionis ad arbitrium boni viri nullitatis, & iniuſtitiæ dictorum laudorum, & per aliam commiſſionem dicti Comitis Iulij Cęſaris cauſa illorum executionis, cum ſolita clauſula, *ſi quid exequendum.* Dubitaui, an dicta lauda eſſent exequenda. Et Domini reſponderunt, pro nunc non eſſe exequenda: omiſſo namque tertio abſolutorio dictarum ſororum à contentis in eo, licèt prætendatur, illa habere executionem paratam, non obſtante reductione ad arbitrium boni viri, & exceptione nullitatis, & iniuſtitiæ, ac enormiſſimæ læſionis, tàm ex forma compromiſſorum, cum clauſula, *quòd habeantur pro iuratis,* & ſtatuti Ferrariæ, quod tollit etiam officium Iudicis, *vt in ſummario Comitis Iulij Cæſaris num.* 5. & 6. & in terminis
1 compromiſſi guarantigiati, quòd executio non poſſit retardari, etiam pendente reductione, *Caputaq. deciſ.* 181. *incip. ſtante compromiſſo, lib.* 1. *in manuſcript. Rota in Nepeſina aſſictus* 4. *Februarij* 1602. *quæ eſt* 41. *num.* 5. *poſt tract. Mo lernis de obligat. Camer. & idem Modern. dicto tract. quæſt.* 19. *in comment. num.* 11. *& ſequentib. & latè Lanceil. de attent.* 2. *par. cap.* 16. *limit.* 2. *num.* 33. *& ſequentib. et limitat.* 4. *num.* 37. *et limit.* 7. *num.* 51. vbi de ſtatuto, quòd laudum executioni mandetur.
2 Tamen in propoſito non fuit viſum DD. poſſe, vel debere tractari de executione, ſtante dicta clauſula, *ſi quid exequendum,* quæ ſuſpendit executionem, donec ſit cognitum de iuſtitia laudorum, *Caputaquen. deciſ.* 182. *libro* 1. *in manuſcript. relat. per Modern. vbi ſupra num.*
A 15. A & notus eſt ſtylus huius Tribunalis de non exe-
3 quendo ſententias, vel lauda aliorum, niſi conſtito de iuſtitia, *Put. deciſ.* 198. *num.* 2. *lib.* 1. *in correct. Rot. in laudo deciſ.* 188. *num.* 4. *par.* 2. *recentior.* De iniuſtitia autem primi laudi Domini dixerunt conſtare, quatenus declarat, bona, & iura Hoſpitaletti fuiſſe de bonis, & iuribus dicti Marchionis Ferrantis: & ideo ſuppoſita eius fideicommiſſio, & vnà cum fructibus perceptis à die inter partes declarati fideicommiſſi in Ciuitate Venetiarum eſſe reſtituenda dicto Comiti Iulio Cæſari. Nam in confeſſo eſt apud partes, & conſtat etiam ex lectura dicti laudi, *in ſummario dicti Comitis Iulij Cæſaris num.* 8. illa non fuiſſe in bonis teſtatoris, nec per eum poſſeſſa, vel detenta de tempore eius vitæ, & mortis, ſed acquiſita per tutorem dicti Comitis Herculis longè poſt teſtatoris mortem, & laudum refert inſtrumentum acquiſitionis factæ 25. Februarij 1602. & eſt *in dicto ſummario num.* 10. in quo legitur, quòd dicta bona fuerunt tutori dicti Comitis Herculis per Brancolinum eius debitorem in ſolutum aſſignata, pro debito ratione factoriæ, ſeu adminiſtrationis rerum, & pecuniarum, tàm dicti olim Marchionis Ferrantis patris dicti pupilli tempore eius vitæ, quàm poſt eius mortem ad manus dicti Brancolini peruentarum de redditibus, & prouentibus terrarum, & aliorum bonorum dicti pupilli in Villa nuncupata, *la*

Fre-

Priſci.ms, & quòd inſtrumentum continet clauſulas ad
haben. conſtituti, & ceſſiones iurium in ampliſſima forma
ad fauorem dicti pupilli, ;& pacta de ſupplendo pre-
cium per eum, & de redimendo ad fauorem Brancoli-
ni: & nullum reperitur factum verbum, quòd ipſe eſ-
ſet hæres Marchionis Ferrantis, ſed quòd acquiſitio fuit
4 facta pro pupillo, & hæredibus: quæ mentio pupilli, &
hæredum excludit animum acquirendi hæreditati Co-
mitis Ferrantis, ad not. in l. ſi patruus, vbi præſertim Bald.
num. 5. C. commun. vtr. iud. Inde ſequitur, dicta bo-
5 na non poſſe dici illius hæreditaria, ſed eſſe effecta pro-
pria dicti Comitis Herculis, cui fuerunt in ſolutum aſſi-
gnata: cum datio in ſolutum habeat vim emptionis; &
ideo fingitur pecunia ſoluta hæredi per debitorem hæ-
reditarium, & poſtea per hæredem eidem retrotradita
pro pretio rei datæ in ſolutum: quod ſi verè factum
fuiſſet, non diceretur res hæreditaria, ſed ipſius hære-
dis dominium acquirentis, quod nunquam fuit penes
defunctum: vt in his terminis Caſtr. conſ. 326. num. 2.
in fin. verſ. ſed nec iſte fundus, lib. 2. Ruin. conſil. 97.
num. 10. verſ. circa ſecundum dubium, & num. 11. &
12. vol. 5. quamuis allegetur in contrarium per Surd.
deciſ. 15. num. 20. nec diſſentire videtur Alex. conſil. 49.
6 num. 4 in fin. verſ. & dato etiam, vol. 3. Et nihilomi-
nus, quamuis non videatur applicari concluſio, an bo-
na empta de pecunia hæreditaria veniant in reſtitutio-
ne fideicommiſſi, de qua in l. imperator, §. fin. vbi gloſ. &
Doct. de leg. 2. & latè Menoch. conſ. 213. & præſertim
num. 18. & ſeqq. Tamen magis vera, & communis eſt,
quòd non ſint hæreditaria, nec veniant in reſtitutione,
quando ſunt proprio nomine acquiſita, l. item veniunt, in
princ. & ibi Odoffr. & Bald. num. 1. & alij, de pet. hære-
dit. gloſ. in d. l. imperator, §. fin. in verbo non videtur, de
leg. 2. & ibi Rayner. de Foroliu. col. pen. verſic. in gloſſ.
Alberic. Bald. & Imol. Mantic. de coniect. &c. lib. 7. tit.
8. num. 19. Peregr. de fideic. art. 44. num. 28. verſ. em-
ptores, quam eſſe veram, & receptam teſtatur Menoch.
7 dicto conſ. 213. num. 23. & emens proprio nomine de
pecunijs alienis ſibi acquirit. l. 1. l. multùm, & l. fin.
C. ſi quis alt. vel ſibi Rot. coram Sanctiſſimo deciſ. 157.
num. 4. & 5. & actio, vel obligatio acquiſita per hæ-
8 redem etiam ſuper debito hæreditario, non eſt hæredi-
taria l. ſi hæres pecuniam, ff. ad Trebellian. vbi Doct. Caſtr.
9 dicto conſil. 326. in fin. Nec reſragatur dicta deciſio
Surd. 15. num. 17. & ſeqq. Tùm quia loquitur in vni-
uerſalibus, in quibus res ex pretio empta ſuccedit loco
pretij, iuxta dict. l. imperator, & admittit, ſecus eſſe in
particularibus, vt optimè etiam declarat Menoch. dicto
conſ. 213. Tum etiã quia dicta deciſio magis fundatur
in voluntate teſtatoris, vt ibi nu. 12. verſ. ſecundò facit &
in iſtis terminis Rot. in Rom. ſeu Foroliuien. de Theodolis
15. Martij 1602. coram Penia, quæ eſt 131. in fin. poſt
tract. vlt. Modern. de Saluian. Peregr. dicto art. 44. num.
26. verſic. quorum opinio; & ſic nihil facit, quòd dicta
aſſignatio fuerit facta pro credito dicti Marchionis ſo-
lidato cum Brancolino in lib. 10383. vt in ſummario
mulierum num. 3. cum de tempore aſſignationis debi-
tum eſſet lib. 15129. conſtituen. 42161. pro cuius de-
biti ſolutione fuerũt data in ſolutum dicta bona Hoſpi-
10 taletti. Non obſtat, quòd dicta aſſignatio præſumitur
facta nomine hæreditario, Peregr. dicto art. 44. num.
28. verſ. aut ſumus in dubio. Quia quicquid ſit de veri-
tate, contrarium latè defendit Menoch. dicto conſil. 213.
num. 39. & ſeqq. Difficultas ceſſat ex lectura dicti in-
ſtrumenti aſſignationis, in quo clarè legitur, tutorem
recepiſſe bona aſſignata proprio nomine pupilli, & hæ-
redum, & dictum Brancolinum promiſiſſe reſiduum
in pecunia numerata infra certum tempus, quatenus il-
lorum valor non aſcenderet ad totum debitum, cum
fuerit conuentum de æſtimando quandam domum per
arbitrum nominatum, & inſuper fuit factum pactum
de retrouenden. intra certum tempus. Inde etiam re-
ſultat iniuſtitia condemnationis fructuum & reddituum
perceptorum ex die declarationis purificati fideicom-
miſſi, ſeu illorum valoris; cum dictæ pupillæ, vel tutrix
non poſsint dici in mala fide conſtitutæ, reſpectu dd. bo-
norum, imò nec in mora, & habeant pro ſe inſtrumen-
11 tum, quo caſu non tenentur ad fructuum reſtitutionem
l. 4. §. 1. ff. fin. reg. latè Rot. deciſ. 320. num. 1. & 622.
num. 4. par. 1. recentior. Admiſſo etiam, citra veri præ-
iudicium, quòd dicta bona fuerint effecta hæreditaria
dicti Marchionis Ferrantis, tamen non poſſunt dici hæ-
reditaria in totum, ſed tantùm pro concurrenti quan-
titate debiti per eum ſolidati: reſpectu verò reſidui eſ-
ſent effecta hæreditaria Comitis Herculis; & ideo lau-
12 dum in hoc exceſſu ſubſtineri non poſſet, ſed in totum
corrueret: ſicuti in ſententia, quando non eſt per ſe-
13 parata, & diuerſa capita concepta, ratione indiuidui-
tatis, vt in l. fin. ff. de iuriſd. omn iud. Alber. num. 16.
Bart. in fin. Caſtr. num. 10. & in laudo Bart. conſ. 159.
num. 8. in 1. Soccin. conſ. 105. num. 4. lib. 4. Franc. de-
ciſ. 173. num. 4. Mohed. deciſ. 10. de re iud. cum relat.
per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 529. num. 45. et 46. &
de laudo fuit latè dictum in Romana laudi 13. Ianuarij
1614. coram me. Tandem quò ad dictum primum,
& ſecundum laudum viſum fuit DD. non poſſe pro nunc
prætendi executionem aliquam, cum habeant clauſu-
lam, (detractis tamen in actu conſignationis quibuſ-
cunque legitimis, & iuridicis detractionibus de iure
competentibus, & ex forma conuentionum) quæ impe-
dit illorum executionem. Tùm quia lauda non ſunt li-
14 quida, nec interim gaudent priuilegio executiuo, donec
ſint liquidata, latè Surd. deciſ. 27. num. 4. & ſeqq. & de
ſententia Aym. conſ. 164. num. 2. Soccin. iun. conſ. 67.
num. 19. vol. 1. Sim. de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 5.
interpret. vlt. dub. 1. num. 227. Surd. conſ. 186. num. 4.
& ſeqq. & præſertim num. 22. & ſeqq. Seraph. deciſ.
491. num. 2. & 1168. num. 5. Rot. deciſ. 442. num. 1.
in fin part. 2. recent. & in proximis terminis fuit di-
ctum in Romana domorum in Burgo 8. Februarij 1616.
coram R. P. D. Vbaldo, & latè in Aſculana ſpolij coram
me ſub die 18. Martij eiuſdem anni. Tùm quia pro di-
15 ctis detractionibus competit retentio hæredibus dicti
Comitis Herculis, Gabr. conſ. 36. num. 10. cum latè de-
ductis in Viterbien. fideicommiſſi coram R. P. D. meo
Pamphilio 6. Iunij 1603. Nec etiam poteſt interim,
(donec ſit facta liquidatio, vt prætẽdebant informantes
pro dicto Comite Iulio Cæſare) declarari, quòd factis
detractionibus lauda ſint exequen. cum neceſſarium
ſit, liquidationem præcedere, & non ſequi ex prædictis,
& contingere poſſet, quòd nihil remaneret exequendum.
Et ideo reſolutum fuit vt ſupra vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Clauſula, ſi quid exequen. ſuſpendit executionem, donec
fuerit cognitum de iuſtitia. Rota deciſ. 487. num. 7. lib. 3.
part. 3. diuerſ & coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano
deciſ 216. num. 3. inter eius impreſſas Mareſc. var. reſol.
cap. 121 lib. 2. num. 19. Gratian diſcept. forenſ cap. 968.
num 3. & Rota pluries ſignanter inter impreſſas poſt tract.
Cinc. de cenſ. deciſ. 87. num. 1. & deciſ. 79. num. 2. Ha-
bet enim implicitam conditionem, quatenus de iure ali-
16 quid ſit exequendum, Rota apud Paciſ. de Salu. deciſ 122.
num. 1. 2. & 9. & proinde priùs præcedere debet cogni-
tio, an executio ſit facienda, Lancell. de attent. part. 3. cap.
30. num.

30. *num.* 33. *Hond. conſil.* 29. *num.* 24. *lib.* 2. *Rota deciſ.*
487. *num.* 7. *& deciſ.* 423. *num.* 1. *lib.* 3. *part* 3. *diuerſ.*
Aduertendum tamen eſt, quòd petens executionem vigore
17 huius clauſulæ tenetur decretum, ſiuè mandatum iuſtifica-
re ex eiſdem actis, *Abb. in cap inter ceteras, num* 8. *& ibi*
Felin. de re iudic. Rota inter impreſſas poſt Paciſ de Salu.
interd. deciſ. 64 *num.* 1. *&* 5. *deciſ* 162. *num.* 1. *& deciſ.*
260. *num.* 5. *Mareſcot. variar reſol. d cap.* 121. *num.* 20.
Card. Caualer. alijs deciſionibus relatis deciſ. 165. *num.* 4.
173. *num.* 1. 264. *&* 414. *eodem num* 1. *Seraphin. deciſ.*
987. *num.* 2. *&* 6. *Rota in recent deciſ* 142. *num.* 1. *part.*
1. *& deciſ* 287. *num.* 6. *par.* 2. *ſuit dictum in Romana*
cenſus de Vitellijs 15. *Ianuarij* 1625. *coram R. P D Piro-*
uano & alibi ſæpiſſimè. Seu volens impedire illius exe-
18 cutionem, poteſt etiam ex nouiter deductis ſuam intentio-
nem fundare, *vt poſt Bald. in auth. ſi quis in aliquo, num.*
2. *& ſeq. C de eden & notat per Gabr de teſtib. concl* 2.
num. 38 *Rota coram Reuerendiſſ Coccino Decano inter eius*
impreſſas deciſ. 56. *num.* 5. *& inter impreſſas poſt Paciſ.*
vbi ſupra deciſ 64 *num.* 3. *& poſt Zacch de oblig Cam*
deciſ 136. *num.* 1. *& deciſ* 145. *num.* 11. *Mareſcott. var.*
reſol. d cap. 121. *num.* 21. Notandum autem, quod ſi ad
impediendam executionem nouæ fiant probationes per
19 debitorem, poterit creditor nouis iuribus, & probationi-
bus vti ad elidendam dictam probationem iam factam, *Ro-*
ta inter impreſſas poſt Paciſ. de Saluian interd. deciſ. 168.
num. 10. *&* 11. *& in Anconitana bonorum* 21. *Maij* 1603.
coram bon mem Iuſto. & in Papien penſionis 19. *No-*
uembris 1608 *coram Ortembergo*, quas refert, & ſequitur
Beltram. ad deciſ Greg. XV. 581. *num* 12. Alia de vi, & ef-
fectibus huius clauſulæ videri poterunt apud Marram *de*
Clauſ part. 1 *clauſ.* 169. *& apud D. Auguſt. Barboſ in im-*
preſſis Lugduni eadem clauſ. 169. *vbi plura de more cumulat.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Cuſentina beneficij.

Veneris 1. Iulij 1622.

ARGVMENTVM.

Attentata eſt poſſeſſio capta intra terminum ad appellandum, vigore ſententiæ latæ ſuper inſtitutione ad ius patronatus: & per executorem miſtum; & quando executor dicatur miſtus.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicitur poſſeſſio capta, appellatione pendente.*
2 *Appellatio datur à ſententia, per quam declaratur, quem eſſe inſtituendum ad ius patronatus.*
3 *Clauſula*, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, *facit executorem miſtum, & num.* 6. *& ab eius ſententia datur appellatio ſuſpenſiua. ibid.*
4 *Clauſula*, dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum, *præſeruat ius competens ex præſentatione, & num.* 10. *& de quo iure intelligatur, num. ſeq*
5 *Contradictor quis legitimus efficitur eo ipſo, quòd vocatur ad iudicium, & debet audiri in iuribus ſuis, licèt non impediatur via executiua, num. ſeq.*
7 *Ordinariam viam eligens non poteſt redire ad executiuam.*
8 *Recognitio iurium fieri poteſt quandocumque.*
11 *Clauſula*, dummodo de tempore datæ præſentium, &c. *non ſuffragatur, quando in paritate vocum plures ſunt præſentati, niſi ante obtentam gratiam alter ex præſentatis eſſet inſtitutus, et gratificatus ab Ordinario, num.* 13. *etiam ſi poſſeſſionem non accepiſſet num.* 14.
12 *Præſentatus à medietate patronorum, inſtitutus, & gratificatus ab Ordinario habetur, perinde ac ſi ſolus eſſet præſentatus.*
15 *Clauſula*, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, *præſeruat collationem etiam imperfectam, dummodo collatio ſit pura, & non conditionalis.*

DECISIO DCLI.

1 ATTENTATA viſa fuit DD. poſ-
ſeſſio beneficij de quo agitur, tãquam
capta per M. Ant. 11. Nouembris præ-
teriti, in vim ſententię Vicarij latæ die
10. à qua fuerat eadem die prolatio-
nis appellatum, *vulg. cap. non ſolùm,*
& ibi gloſ. de appell. in 6. *& ſuit mil-*
2 *lies dictum.* Sententia namque erat appellabilis, ſiuè
fuerit lata per eum vti Ordinarium: cum dicta ſententia
declaret, dictum M. Ant. eſſe inſtituen. de dicto benefi-
cio, non obſtan. propoſitis pro parte Fuluij; quo caſu
res videtur indubitata, *Rot. deciſ.* 598. *num.* 1. *&* 3.
par. 1. *rec. & in Tiraſonen. eleemoſinaria* 28. *Iunij* 1602.
coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, & ſuit dictum
in Hieracen. iuriſpatronatus 20. *Iunij præteriti coram me;*
ſiue vti per executorem Apoſtolicarum literarum ad
fauorẽ d. M. Antonij expeditarũ, vti præſentati à medie-
3 tate patronorum, cum derogatione alterius medietatis;
quia non erat executor merus, ſed miſtus, tum propter
4 clauſulam, *dummodo non eſſet alicui ius quæſitum*, quæ
A præſeruat ius quæſitũ ex præſentatione, A quam habe-
bat Fuluius (vt prætendebat) à maiori parte patrono-
rum, & facit illum legitimum contradictorem, *Rot. deciſ.*
17. *de præb. in nou. & deciſ.* 52. *in fin. &* 253. *num.* 1.
B *par.* 2. *in recent.* B, Tum etiam ſtante clauſula (dum-
modo nullus alius legitimus de familia fundatoris iux.
fundationem qualificatus ad dictum beneficium aſpira-
ret) prout aſpirabat idem Fuluius, ſtante dicta præſenta-
tione, ex qua fuerat ius conſiderabile quæſitum, vt ſu-
pra: & quia prætendebat, qualitatem legitimitatis non
eſſe neceſſariam, quando non adeſt de tẽpore vacationis
aliquis de familia, actu ſacerdos, iuxt. formam teſta-
menti, tanquam diſpenſatum, ſeu legitimatum, & di-
ſpenſationem per dictum Fuluium obtentam defectus
5 ætatis ad ſacerdotium illi non ſuffragari: & ideo negari
non poſſe quin fuerit (licèt non poſſideret, & haberet
ſolùm præſentationẽ,) factus legitimus contradictor:
cum fuerit ſimpliciter citatus ad inſtantiam Fuluij ad
iudicium *Bart. in l. fin. num.* 21. *verſ. quandoque poſt*
iuſſum, Bald. num. 42. *C. de edit* & eſt communis, *Sicbar.*
ibidem num. 403. *latè Felin. in cap. cum inter, num.* 11.
verſ. vndè generaliter, de except. Menoch. de adip. remed. 4.
num. 555. *cum cumulatis per Modern Bonon. de legit. contr.*
quæſt. 3. *art.* 1. *num.* 19. *vbi ſimiliter de communi, &*
num. ſeqq quam concluſionem tenuit Rota, *vt in deciſ. ibi*
6 *relatis, Seraph deciſ.* 144. *num.* 5. Et licèt non impedia-
tur ex hoc via executiua, tamen debuit audiri in iu-
ribus ſuis, vt dictum fuit *in Hiſpalen. Canonicatus* 27.
Iunij 1605. *coram Sanctiſſimo, & in Leodien. Abbatia* 14.
Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo, & ideo illius
exceptiones erant examinandæ, & diſcutiendæ, quæ aut
non fuerunt examinatæ, & res de plano procedit, aut
verò fuerunt examinatæ, & tunc ſententia eſt reddita
appellabilis, quia Vicarius pronunciauit expreſsè, M.
Ant. eſſe inſtituen. & inueſtien. & nõ obſtantibus oppo-
ſitis

7 ſitis pro Fuluio, vt ſupra: & ſic videtur elegiſſe viam
ordinariã, nec potuit deinde reuerti ad executiuam, ad
cap. qui duas, de elect. in 6. Rot. in Romana pecuniaria 22.
Iunij 1598. *coram Litta. quæ eſt* 847. 4. *part. diuerſ. relatis*
per Modern. dicto art. 1. *num.* 5. *&* 6. Non obſtat, quòd
commiſsio cauſæ appellationis Fuluij in Rota non tri-
buat iuriſdictionem, quia in ea fuit expreſſum, ſenten-
tiam fuiſſe latam à Vicario non vti executore, ſed vti
Ordinario, & ſic reſcriptum eſſet ſubreptitium, vel ob-
reptitium; quia dixerunt DD. hæc non eſſe præſentis
indaginis, ſed adeundam eſſe Signaturam, ad quam
facilis eſt recurſus: tantò magis, quia datur fides Præ-
lati, qui propoſuit commiſsionem ad inſtantiam Mar-
ci Antonij pro reformatione dictæ commiſsionis, & ni-
hil obtinuit. Non obſtat quòd proceſſus non ſit in for-
ma proban. quia fuit recognitus, & licèt per vnicum
8 teſtem, pars Fuluij offert plenam recognitionem, quæ
poteſt fieri quandocunque, *Caputaquen. deciſ.* 5. *num.* 5.
par. 3. *Put. deciſ.* 415. *lib.* 1. *Seraph. deciſ.* 1407. *num.* 3.
& fuit dictum coram me in Anconitana pecuniaria 13.
Maij 1613. *in Romana cenſus* 4. *Iulij* 1618. *& in Pla-*
centina caſtanearum 2. *Iunij* 1621.
Ex quibus vtraque parte informante fuit pro attentatis
concluſum, & conſequenter pro appoſitione ſequeſtri
iuxta ſolitum.

ANNOTATIO.

A Clauſula, *dummodo de tempore data præſentium non ſit*
9 *alteri ius quæſitum*, facit exequutorem mixtum, adeo
quòd ab eius ſententia datur appellatio ſuſpenſiua, *Gre-*
gor. XV. deciſ. 91. *num.* 2. *& fuit reſolutum in Nullius,*
ſeu Baren beneficij 20. *Martij* 1626. *coram R. P. D. Du-*
rano, quæ loquuntur in terminis huius deciſionis; & ideo
immiſſio tradita intra tempus ad appellandum, vel poſt
appellationem interpoſitam eſt attentata, *Gregor. dicta*
deciſ. 91 *per tot. et fuit reſolutum in eadem Nullius, ſeu*
Baren beneficij coram R. P. D. Durano, in qua aliæ deci-
ſiones allegantur.
B Clauſula, *dummodo de tempore data præſentium non*
10 *ſit alteri ius quæſitum*, præſeruat ius competens ex præ-
ſentatione, etiam ſi non fuerit ſecuta inſtitutio, vt præ-
ter hic allegat. *Card. Seraphin deciſ.* 1238 *num.* 4. *Mart.*
de clauſul. part. 1. *clauſul.* 35. *num.* 1. *Barboſ. eodem tract.*
clauſul. 44. *num.* 3. *Garz. de benefic. part.* 4. *cap.* 3. *num.*
20. *et ſequentib. Card. Caualer. deciſ.* 478. *num.* 6. *et fuit*
reſolutum in allegata Nullius, ſeu Baren beneficij coram
R. P. D. Durano, et coram eodem in Elnen beneficij 28.
11 *Iunij* 1627. Hoc tamen procedit, quando ius eſt con-
ſiderabile, nempè quando quis eſt præſentatus à maiori
parte patronorum, & ſic quando præſentatio eſt talis,
vt ex illa præſentatus neceſſariò veniat inſtituendus, ad
trad. per Sarnen. ad regul. de iur. quæſ. non tollen. quæſt. 1.
num. 23. *cum ſequentibus*: ſecus autem quando in parita-
te vocum plures ſunt præſentati, *Cardin. in cap. cum au-*
tem. colum. 1 *ad fin. de iurepatron. Abb. in cap. cum Ber-*
toldus. num. 10. *de re iudic. Lambertin. de iurepatr. lib.* 2.
par. 2 *quæſt.* 5. *artic.* 8. *Mohed. deciſ.* 1 *de præbend. et fuit*
reſolutum in Mediolanen. Cappellaniæ coram Corduba
apud Garz. de benefic. par. 4. *cap.* 3. *num.* 14. *et in Leo-*
dien. beneficij 29. *Aprilis* 1630. *coram Reuerendiſſimo D.*
Coccino Decano, & ratio eſt, quia cum hoc caſu ſit locus
gratificationi, iuxta textũ *in cap.* cum autẽ *de iure patr.* nemini
dicitur ius quæſitum, cui præiudiciũ fiat, *cap. paſtoralis eod.*
12 *tit.* verùm ſi ante obtentam gratiam Apoſtolicam alter ex
præſentatis à medietate eſſet inſtitutus, & gratificatus ab
Ordinario, perinde eſſet, ac ſi ſolus fuiſſet præſentatus,
clem. plures, §. fin. vbi Vitalin. num. 4. *de iurepatr. Lam-*
bert. eodem tract. lib. 2 *par.* 2 *quæſt.* 3. *artic.* 6. *et* 7. *num.*
1. *verſ. niſi dicamus et fuit reſolutum in Fauentina iuris*
patronatus 8 *Februarij* 1588. *coram Comitulo* & ideo po-
13 ſterior prouiſio Apoſtolica obtenta a præſentato ab al-
tera medietate non ſuffragaretur, ſtante huiuſmodi clau-
ſula, *dummodo de tempore data præſentium, etc.* vt fuit
deciſum *in Calagurritana de Turbano* 14 *Februarij* 1605.
coram Penia, et in Camerinen beneficij 16 *Februarij* 1629.
14 *coram R. P. D. Merlino*. imo crederem, ſufficere hoc ca-
ſu collationem Ordinarij, etiam ſi ex aliqua cauſa non eſ-
ſet ſubſecuta inſtitutio, nec capta poſſeſſio ante obten-
tam ab alio gratiam Apoſtolicam; quia clauſula, *dummo-*
15 *do de tempore, etc.* præſeruat collationem etiam imperfe-
ctam, *Achill. deciſ.* 4. *num.* 12. *et* 17. *de præbend. cum alijs*
per Mart. dicta clauſula 35. *num.* 7. *part.* 1. *et fuit reſolu-*
tum in Panormitana Archipresbyteratus 6. *Martij* 1623.
coram bon. mem. Vbaldo ſeniori, dummodo collatio ſit
pura, & non conditionalis, *Achill. dicta deciſ.* 4 *num.* 17.
Mart. d. num. 7. *ad med.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana diuiſionis ſocietatis.

Sabb. Rota Martin. 5. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Inhibitio Rotalis licet minùs legitima cauſat at-
tentata, & ideo ſiue iuſta, ſiue iniuſta timen-
da eſt.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta eſt timenda.*
2 *Lis non dicitur introducta quo ad reum ex monitorij exe-*
cutione, niſi etiam fuerit reproductum.
3 *Inhibitionis vires in dubio debent cognoſci per Iudicem ad*
quem, non autem per Iudicem inhibitum.
4 *Inhibitio emanata vigore commiſsionis conditionalis adhuc*
afficit.
5 *Inhibitio emanata vigore commiſsionis ſubreptitiæ, &*
nullam tribuentis iuriſdictionem, cauſat attentata.
6 *Inhibitio Rotalis licet minus legitima cauſat attentata.*
7 *Inhibitiones Rotales afficiunt, donec ſit certum, emana-*
tas eſſe à Iudice non habente iuriſdictionem, etiam ſi non
ſit verum, dummodo non conſtet de contrario.
8 *Iudex delegatus poteſt cognoſcere an ad eum ſpectet cognitio,*
quando dubitatur de iuriſdictione.
9 *Inhibitio Rotalis non cauſat attentata ſi agitur vigore obli-*
gationis Cameralis.
10 *Attentata dicitur executio trium conformium ſi facta fue-*
rit poſt inhibitionem Rotalem.
11 *Inhibitio Rotalis cauſat attentata, etiam quò ad perſonas*
in illa non comprehenſas, ſi contra eas executa fuit.

DECISIO DCLII.

DICTVM fuit conſtare de attentatis:
nam Martinus obtinuit commiſſionem
in Rota contra Guglielmum, iacta-
tionum, & diffamationum occaſione
prætenſæ per dictum Guglielmum
diuiſionis ſocietatis merciariæ alias
inter eos initæ cum clauſula quam, &
quas, cuius vigore fuit commiſſa, & executa perſonaliter
contra dictum Guglielmum citatio, & inhibitio in for-
ma,

ma, ac notario A.C. per curſorem præſentati. Vnde com
illa non obſtante ad inſtantiam d. Guglielmi A.C. ad
vlteriora proceſſerit, ſequitur, omnia eſſe attentata ex
1 tritiſsima regula, quòd inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue
A iniuſta eſt timenda. A, Nec obſtat clauſula in com-
miſsione Rotali appoſita non tamen iudicialiter, &c. &
quòd præuentum fuerit per Guglielmum coram A.C.
mediante exequutione monitorij contra Martinum, &
ideo moleſtiæ remanerent iudiciales, & inhibitio Rota-
lis, tanquam nulla ex defectu iuriſdictionis, non afficeret.
Nam ex multis etiam in facto pro Martino deductis ſa-
tis notabiliter dubitari poterat, an dictæ moleſtiæ, &
inſtationes eſſent iudiciales, vel extra: & præſertim,
quia ante productam commiſsionem Rotalem non fue-
rat reproductum monitorium coram A.C. ſed ſolùm
2 præſentatum per curſorem: quæ præſentatio non vide-
tur ſufficere ad litem introducen. quò ad Martinum,
quicquid ſit quò ad Goglielmum impetrantem, ſed re-
quirebatur reproductio, *Rot. deciſ. 454. num. 5. par. 1.
recent. & fuit dictum in Caſalen. Canonicatus 16. Nouem-
bris* 1609. *coram Reuerendiſsimo Lugdunen. & Moder. in
prax. A.C. lib. 1. cap. 47. num. 1. & 5.* Vel ſaltem in du-
3 bio non potuit, nec debuit A.C. inhibitionem Rotalem
contemnere, & de illius viribus cognoſcere, vt fuit di-
ctum *in Vrgellen. iuriſdictionis 30. Aprilis* 1580. *coram
Lauretano, & 11. Ianuarij* 1585. *coram Cardinali Blan-
chetto, in Toletana fructuum 16. Maij* 1586. *coram Car-
dinali Pamphilio impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par.
2. fol. 80. & latius in Romana Saluiani 14. Decembris*
4 1598. *ibidem impreſſ. fol. 55.* cum inhibitio emanata,
etiam virtute commiſsionis conditionalis afficiat *Put.
deciſ. 13. vt lit. pend. latè Lancell. de attent. poſt inhibitio-
5 nem par. 1. cap. 20. Ampl. 14.* vel etiam vigore commiſ-
ſionis ſubreptitiæ, *Achill. deciſ. 29. de appell. Peregr. deciſ.
94. & 22. in manuſcr. Accoramb. deciſ. 53. lib. 1.* & nul-
lam tribuentis iuriſdictionem *Rot. deciſ. 74. num. 1. par.
3. lib. 2. & fuit dictum in alleg. Romana Saluiani 14.
Decembris* 1598. vbi de ſtylo modernæ Rotæ, & aliæ al-
6 legantur. Et inhibitionem Rotalem, licèt non legiti-
mam, indiſtinctè cauſare attentata, fuit reſolutum *coram
Accoramb. deciſ. 55. in manuſcript. quæ data fuit, latè
Mandoſ. de inhibit. quæſt. 20. num. 1. & 2.* & ratio in
prædictis omnibus deciſionibus valde concludens alle-
gatur, quia in Curia facile eſt adire Signaturã pro mo-
deratione, & ne aperiatur via iudican. ſuper inhibitioni-
7 bus Rotalibus: cum afficiant, donec ſit certum, emana-
tas eſſe à iudice non habente iuriſdictionem, etiam ſi
non ſit verum, dummodo non conſtet de contrario, *Pe-
lin. poſt Abb. in cap. ſi clericus laicum, num. 2. de for. comp.*
8 & quando dubitatur de iuriſdictione, Iudex delegatus
cognoſcere poteſt, an ad eum ſpectet cognitio, vt in *cap.
ſuper literis, de reſcript. not. Imol. num. 12. & 13. Ioan.
de Anan. dicto cap. num. 4. Felin. num. 18. & ibi addent.
Bero. in fin. verſ. & ideo*, & in propoſito non fuit, ne-
que etiam allegatum, moleſtias eſſe coram A.C. iudi-
cialiter illatas.

Et ita deciſum parte dicti Martini tantùm informante.

ANNOTATIO.

A Inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta cauſat attentata,
9 vt millies dixit Rota, & ſignanter hanc deciſionem ſe-
quitur *in Romana deuolutionis domus 3. Iulij* 1628. *coram
R.P.D. Merlino*, & vide quæ dixi ſupra *ad deciſ.* 177. vbi
primæ limitationi, quòd concluſio non procedat, ſi agatur
vigore obligationis Cameralis, adde firmata *in Vrbeueta-
na attentatorum 16. Februarij* 1629. *coram Illuſtriſſimo
D. Cardinali Vrili.*

Adde etiam, quòd poſt inhibitionem Rotalem executio
10 trium conformium eſt pariter attentata, *Lancell. de attent.
poſt inhib ampliat. 6 num. 3. Gregor XV. deciſ 435. num.
3. Rota in Tertulen prætenſæ erectionis beneficij 5. Iulij
1627. coram R.P.D. Durano.*
Inſuper adde, quòd inhibitio Rotalis cauſat attenta-
11 ta, etiam reſpectu perſonarum, quæ neque tacitè, ſed
neque expreſsè ſunt comprehenſæ in commiſſione, cu-
ius virtute emanauit inhibitio; dummodo contra eas
fuerit executa, vt fuit reſolutum in *Lucana iuris patro-
natus 12. Maij 1628. coram R.P.D Dunozetto iuniori,
et in dicta Romana deuolutionis domus coram R.P.D.
Merlino.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Vlixbonen. penſionis.

Sabb. 5. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum reuocari debet, quando actor non curat liquidationem crediti, pro quo fuerat relaxatum.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum in vim iudicati relaxatum non poteſt reuocari etiam cum cautione, quando creditum eſt clarum.*
2 *Sequeſtrum pro debito illiquido non conceditur.*
3 *Sequeſtrum eſt ſpecies exequutionis.*
4 *Exequutio fieri non poteſt, non præcedente liquidatione, & procedit in quocunque iudicio, & num. 5.*
6 *Exequutio fieri non poteſt, non liquidatis prius oneribus, & expenſis.*
7 *Sequeſtrum debet reuocari, ſi actor non curet liquidationem crediti, pro quo eſt relaxatum.*

DECISIO DCLIII.

CVM Emanuel reſeruatarius medieta-
tis fructuum ſimplicis beneficij, de
quo agitur, obtinuerit in vim ſenten-
tiæ, quæ tranſiuit in iudicatum, con-
demnatoriæ Antonij titularis ad dictã
medietatem, ſeu valorem à tempore,
quo fuit prouiſus, mandatum executi-
uum, & ſequeſtrum ſuper fructibus aliorum beneficio-
rum d. Antonij, & præſertim d. beneficij grauati: & re-
ſolutum fuerit, non eſſe reuocandum quò ad fructus il-
lius, & reſeruatum videri, an illud eſſet confirman-
dum, vel reuocandum quò ad alia beneficia, prout An-
tonius prætendebat, præſertim ex capite, quòd præten-
ſum ſequeſtrum ſubſtineri non poſſet, quia non eſt com-
miſſum pro credito liquido. Domini in hac tertia pro-
poſitione reſoluerunt, eſſe locum reuocationi ſuper fru-
ctibus aliorum beneficiorum exemptorum, ſaltem ſub
obligatione d. Antonij, vt infra. Moti; quia licèt ſe-
1 queſtrum commiſſum in vim iudicati non ſit reuocan-
A dum, etiam ſub cautione A, *l. ſi pecuniæ, ff. vt in poſſeſ.
legat. & ibi Bart. in l. conſentaneum in vlt. col. verſ. limit.
primò, & ibi Salicet. num. 4. C. quomodo, & quand. iud. Ca-
ſtren. in l. ſi fideiuſſor, §. ſi ſatiſdat. num. 5. & ibi Iaſ.*
2 *nu. 17. ff. de re iudic.* tamen hoc procedit, quando credi-
tum eſt clarũ, & liquidum; quia ſicut pro credito illiqui-
do

do non venit concedendum de communi, *Coler. de proceſſ.*
execut. lib. 3. cap. 1. num 31. & omnes conuenire dicit *Alb.*
B *ad Bart. in l. ſi oleum, num. 4. ff. de dol.* B ita etiam venit
reuocandum, *Seraph. deciſ.* 1168. *num.* 5. *&* 6. & facit
Bart. in d. l. conſentaneum in fin. vbi loquitur de ſenten-
3 tia condemnatoria ad quantitatem: ſequeſtrum enim
eſt ſpecies executionis, *Bald. in cap. 1. num. 9. de ſequeſtr.*
poſſeſſ. & fruct. Curt. Iun. de ſequeſtr. quaeſt. 22. *num.*
25. *Rebuff. in tract. ſequeſtr. gloſ.* 2. *num.* 3. *latè Coler.*
vbi ſupra par. 1. *cap.* 2. *num.* 67. 68. *&* 102. quæ fieri
4 non poteſt, non præcedente liquidatione, *Crauet. conſ.*
164. *num.* 2. *Natta conſ.* 27. *num.* 4. *Couar. var. reſol. lib.*
2. *cap.* 15. *num.* 1. *Pedem. deciſ.* 129. *num.* 6. *Sera-*
phin. deciſ. 941. *num.* 2. *&* 1168. *num.* 5. *Rota deciſ.*
5 442. *num.* 1. *in fin. par.* 2. *recent.* quòd procedit in
quocunque iudicio, *fuit dictum in Ferrarien. compro-*
miſſi 1. *Iulij praeteriti coram me*, & in materia ſequeſtri
ob ſuſpicionem fugæ fuit reſolutum *in Romana pecunia-*
ria, ſeu nullitatis capturae 21. *Maij* 1621. *coram me*. ſen-
tentia autem, cuius virtute commiſſum fuit ſequeſtrum,
eſt condemnatoria ad medietatem fructuum d. bene-
6 ficij, vel valorem: nec adhuc eſt facta aliqua liquida-
tio quantitatis, præſertim deductis oneribus, & expen-
ſis, quæ ſunt deducendæ, *l. quod ſi fructus ff. de vſur.*
latè Tiraquel. de retract. lignager. §. 15. *gloſ.* 1. *num.* 1.
& 2. *Rota deciſ.* 175. *num.* 5. *par.* 2. *recent. & fuit di-*
ctum coram me in Romana de Cangijs 29. *Aprilis praeteriti*,
& de fructibus beneficij *Mobed. deciſ.* 30. *de renunc. & ibi*
addit. lit. B. Couar. lib. 1. *variar. reſol. cap.* 3. *num.* 3.
Gonzal. ſuper reg. 8. *§.* 5. *proœm. num.* 163. *Rot. deciſ.*
444. *num.* 5. *par.* 2. *recent. & apud Sanctiſſimum deciſ.*
273. *num.* 3. Tantò magis dixerunt, ſequeſtrum eſſe re-
uocandum, quia Emanuel fuit, & eſt moroſus in liqui-
datione, cum pro ea obtinuerit remiſſoriam à bon. mem.
Andrea, vſque de anno 1616. & coram me *de anno* 1622.
& Rota diſtulerit reuocationem, expectando proceſ-
ſum, cuius tranſportatio ſperabatur de Tabellario in
7 Tabellarium, & tamen numquam ſuperuenit: & ideo eſt
reuocandum ſequeſtrum in contumaciam actoris dictã
liquidationem non procurantis, *Ang. in d. l. ſi fideiuſſor.*
§. ſi ſatiſdatum, num. 5. *& ibi Iacob. de S. Georg. num.* 16.
& videtur textus in l. ſi oleum, vbi Bart. in fine, Bald. num.
2. *& alij ff. de dolo*. Placuit tamen Dominis conſulere
etiam Emanueli in euentũ liquidationis, quòd Antonius
præſtet cautionem iuratoriam de reſtituendo fructus
ſequeſtratos, vel illorum valorem ad omne manda-
tum Rotæ, quicquid ſit an in alijs ſufficeret iuratoria
cautio, cum (vt ſupra dictum eſt) præſens creditum non
ſit liquidum.

Et ita, &c.

ANNOTATIO.

A De quo dixi latè ſupra ad *deciſ.* 595. *ſub lit. A.* vbi an, & quando ſequeſtrum appoſitum cautione tollatur.

B *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 531. *num* 86.

Ioannes Franciſcus Perentillius.

Placentina caſtanearum.

Sabb. 5. Nouembris 1622.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum conceditur etiam ſinè citatione, quando periculum eſt in mora.*

2 *Sequeſtrum conceditur ſine citatione, vbi adeſt timor dilapidationis, ne iudicium reddatur eluſorium.*

DECISIO DCLIV.

HAC die quinta Nouembris, in qua fuit Rota Martiniana, habitum fuit verbum in relationibus cauſarum ſuper memoriali porrecto per Dominos Decanum, & Canonicum Placentinum, in quo petebatur opportuna prouiſio, vt mobilia, pecuniæ, & alia bona hæreditaria Epiſcopi Placentini defuncti conſeruentur, & in tuto ponantur, ad effectum, vt dictum Capitulum poſſit ſe ſuper illis, ſeu illorum valore releuare in caſum victoriæ, & liquidationis corporum, & bonorum, pro quibus habent tres ſententias Rotales, & rem iudicatam ſuper præſtatione decimarum caſtanearum: ad quam liquidationem non poteſt procedi, cum Sedes Epiſcopalis à multis menſibus citra vacauerit, & vacet, & careat legitimo defenſore. Et nihilominus Epiſcopus mortuus fuit condemnatus per dictas ſententias, *&* *iudicatam* ad decimas perceptas, & ſuper liquidatione fuit formatus proceſſus in partibus, & tranſmiſſus: & euenire poſſet, ſententias reddi eluſorias, & Capitulum non poſſe ſe in alijs reualere, ſi pecuniæ, & alia bona hæreditaria conſignentur in partibus, vel creditoribus dicti Epiſcopi, vel alijs. Et habito per DD. ſuper inde diſcurſu, petitio Capituli viſa fuit ſatis æqua; & rationi conſona. Nam per dd. ſententias Rotales conſtat de credito ſaltem in genere, cum ſint condemnatoriæ Epiſcopi ad decimas: & licèt illud non poſſit dici liquidum, tamen cum Capitulum impediatur deuenire ad liquidationem, & proceſſus ſit in Curia, nec ſtet per Capitulum, dixerunt poſſe prouideri, vel per ſequeſtrum, vel per inhibitionem, vt præuia deſcriptione, & æſtimatione, tàm pecuniarum, quàm aliorum bonorum hæreditariorum dicti Epiſcopi, vel ponantur in tuto, & penès perſonam idoneam quatenus extent, vel non conſignentur creditoribus, vel alijs, niſi præſtita idonea cautione de illis, vel valore præſtando, pro intereſſe tamen Capituli ad omne mandatum Rotæ: ad quam prouiſionem in iſto caſu deueniri poſſe cenſuerunt, etiam ſinè citatione, tum ratione incertitudinis perſonarum, tum quia periculum eſt in mora, quo caſu conceditur etiam ſequeſtrum ſine citatione, *Innoc. in cap. ſignificauit, de teſtib. Alexand. in l. fideiuſſor, §. ſi ſatiſdatum, num.* 3. *&* 4. *ff. qui ſatiſd. cog. Curt. iun. de ſequeſtr. quaeſt.* 6. *num.* 40.
2 *Coler. de proceſſ. exec. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 90. Prout conceditur, quando adeſt timor dilapidationis, ne iudicium reddatur eluſorium iuxta *l. Imperatores, ff. de appellat. gloſ. in l.* 2. *verb. ſequeſtrationis*, C. *de probib. ſequeſtr. Prax. Papien. in forma ſequeſtr. verb. ſapiens, num.* 1. *in fin. Gayll. obſeruat.* 148. *num.* 2. *lib.* 1. *latè Coler. de proceſſ. execut. dicta par.* 1. *cap.* 2. *num.* 128. *Rota deciſ.* 136. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* & in ſimili caſu fuit obſeruatum in *deciſ.* 13. *num.* 2. *par.* 2. *diuerſ.*

Et ita fuit deciſum.

Digitized by Google

Neapolitana ſeparationis thori.

Lunæ 7. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in cauſa ſeparationis thori conceditur etiam ſinè fumo, quando articulatur ſæuitia talis, vt, abſque graui damno, & vitæ periculo, vxor cum viro cohabitare nequeat: etiam ſi alij articuli non ſint releuantes.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria conceditur in ſecunda inſtantia in prophanis, etiam abſque fumo.*
2 *Remiſſoria ſecũda cõceditur ſinè fumo in cauſa matrimonij.*
3 *Separatio thori conceditur ex viri ſæuitia, qua attenta, mulier non poteſt ſinè graui periculo cum viro habitare.*
4 *Remiſſoria conceditur ex releuantia vnius articuli tãtùm.*
5 *Remiſſoria in dubio concedenda eſt.*

DECISIO DCLVI.

1 DIXERVNT Domini, remiſſoriam eſſe conceden. etiam ſinè fumo, & in ſecũda inſtantia: cũ cauſa ſit prophana, *Caputaq deciſ. 68. num. 1. par. 3. Rota in Bonon. de Pepulis coram R.P.D. meo Vbaldo quæ eſt deciſ. 696. num. 2.*
2 *par. 2. recent.* & alias ſæpiſsimè, & in cauſa matrimonij, de qua agitur, *Caputaq. deciſ. 53. num. 1. par. 3. Seuerol. in tract. de remiſ. cap. 4. num. 55. Boccat. eodem tract. cap. 4. num. 2. quos Farinac. de teſtib. quæſt. 27. num. 15. & 16.* Materia eſt releuans, quia in tertio, qoarto, & ſexto articulatur ſçuitia talis, vt abſque graui damni, & vitæ periculo non poſſit Aloyſia cum viro ha-
3 bitare: quæ eſt ſufficiens ad ſeparationem thori, & cohabitationis *iux. cap. literas, de reſt. ſpol. Rota deciſ. 441. num. 1. par. 1. recent. latè Sanchez de matrim lib. 10. diſput. 18. num. 2. & ſeq.* & quicquid ſit, an alij articuli
4 ſuper prætẽſo morbo contagioſo ſint releuantes, ſufficit releuantia etiam vnios articuli pro conceden. remiſſoria iux. notorium ſtylum Rotæ. *Caſſad. deciſ. 5. in fin. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Seraph deciſ. 1364. num. 3. Rota deciſ. 677. num. 1. par. 1. recent.* & ita viſum fuit DD.
5 rem eſſe claram: & nihilominus etiam in dubio conceden. remiſſoriam ex vulg. præſertim quia licèt pars non conſentiat, tamen nec etiam ſe opponit, ſed ſe remittit arbitrio Rotæ, vt in memoriali dato.
Et ita reſolutum.

Bononien. indemnitatis.

Lunæ 14. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononien. *tit. de dot. reſt. §. item dicimus,* quo cauetur, mulierem poſſe teſtari de ſua dote, dummodo filijs legitima, & marito pars relinquatur, locum habet, etiam ſi concurrant filij primi matrimonij, et in dote, nedum ab alio, ſed à ſe ipſa conſtituta. Laudum acceptatum ab auo paterno habet vim rei iudicatæ aduerſus nepotes.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, mulierem poſſe teſtari de ſua dote, dummodo filijs referuetur legitima totius dotis, & marito pars, quam lucrari debet iuxta formam eiuſdem ſtatuti, an locum habeat, quando concurrunt ſimul filij ex altero matrimonio, & maritus.*
2 *Statutum deferens lucrum dotis, locum habet, tam condito teſtamento, quam ab inteſtato.*
3 *Statutum ſuper lucro dotis habet locum, ſiuè mulier fuerit ab alio dotata, ſiuè ſeipſam dotauerit.*
4 *Laudum a partibus acceptatum, & emologatum, habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ, & num. 8. & habet vim tranſactionis, num. 9. & debet executioni mandari ſicut tranſactio, num 10.*
5 *Auus paternus eſt vſufructuarius, & legitimus adminiſtrator bonorum nepotum, & poteſt compromiſſum facere.*
6 *Auus paternus poteſt nepotum bona ex cauſa neceſſaria, etiam abſque Iudicis decreto alienare.*
7 *Auus paternus poteſt cauſas nepotum compromittere, præſertim ſtante ſtatuto de faciendo compromiſſo inter affines.*
11 *Laudum quando cenſeatur tacitè emologatum, & approbatum.*
12 *Auus paternus habet vſumfructum in bonis aduentitijs nepotum.*
13 *Creditores aui tenentur in ſubſidium alere nepotes ex vſufructu, qui debetur auo ex bonis aduentitijs ipſorum nepotum.*

DECISIO DCLVII.

CVM laudum per celebres Iuriſconſultos arbitros in partibus latum inter Hieronymum ſecundum virum quondam Æmiliæ ex vna, & filios, & hæredes dictæ Æmiliæ ex primo matrimonio cum qoondam Alexandro ex alia, fuerit iuſtificatum ex pluribus deciſionibus, & doabus ſententijs Rotalibus, quæ dantur impreſſæ, condemnatorijs dictorum hæredum ad liberandum terras dicto Hieronymo aſſignatas pro lucro dotali, ſibi ex ſtatuto Bononien. debito per mortem dictæ Æmiliæ in matrimonio ſinè filijs, ab omnibus venditionibus factis cum pacto francandi, debitis, cenſibus, alijſque oneribus infra quinquennium tunc proximum, vt in cap. tertio dicti laudi continetur. Domini, cauſæ appellationis in tertia inſtantia coram me iotroducta, dubio reſpondendo, dixerunt, dictas ſententias eſſe confirmandas. Moti ex rationibus, & motiuis, de quibus in dictis deciſionibus: cum tollant omnia contra iuſtitiam dicti laudi obiecta, quæ conſiſtunt in intellectu
1 ſtatutorum Bonon. *in tit. de dot. reſt. §. item dicimus,* diſponentium, mulierem poſſe teſtari de ſua dote, dummodo filijs reſeruetur legitima totius dotis, & marito pars, quam lucrari debet ſecundùm formam dicti ſtatuti, videlicet medietas, vt ſuperiùs *in §. ſi verò,* diſpoſitum fuerat: quod prætendebatur locum nõ habere, quando concurrunt ſimul filij ex altero matrimonio, & maritus, ſed ſolùm ſi extent filij, & non maritus, vel è contra, ex rationibus ſubtiliter tunc per informantes pro Linis conſideratis: quibus tamen latè fuit reſponſum in prædictis deciſionibus, & addebatur, quòd ſi

ſtatuentes in ſuperiori §. *ſi verò*, voluerunt, mu-
liere ab inteſtato decedente relictis filijs primi matri-
monij, dotem æqualiter diuiden. eſſe inter illos, & ma-
ritum, in ſtirpes, & non in capita: non eſt veriſimile,
iiſdem filijs extantibus, facultatem auferre voluiſſe mu-
lieri, quin eandem medietatem marito in teſtamento
2 relinquere poſſet; & regula ſit, ſtatutum deferens lu-
crum dotis, locum habere non ſolùm ab inteſtato, ſed
etiam condito teſtamento, *Roland. de lucro dot. quæſt.* 82.
num. 1. *& ſeqq.* vbi quòd omnes concordant, *Mantic.*
de diu. & indiuid. lib. 12. *tit.* 20. *num.* 15. *verſ. & hoc*
3 *lucrum*; dictumq. ſtatutum habet locum, nō ſolùm quan-
do dos mulieri ab alio fuit conſtituta, ſed etiam quando
ſe ipſam dotauit, vt fecit Æmilia, *Menoch. conſ.* 277.
num. 47. *cum alijs adductis in deciſione Reuerendiſſimi Se-*
leucien. 23. *Martij* 1618. quibus in puncto dicti ſtatuti
addebatur *Maluaſ. conſ.* 39. *num.* 14. quæ tantò magis
procedere videbantur, cum dictum laudum fuerit à par-
4 tibus approbatum, & emologatum, quod habet vim
A ſententiæ, & rei iudicatæ A. & acceptatio fuit facta per
priuatam ſcripturam, deinde per publicum, & iuratum
inſtrumentum celebratum inter Hieronymum, & Equi-
tem Antonium auum paternum, & legitimum admini-
ſtratorem dictorum filiorum, & hæredum Æmiliæ.
5 Nec dubitari poteſt de validitate tàm compromiſſi,
quàm acceptationis, & ratificationis dicti laudi, cum
Antonius vti auus paternus eſſet vſufructuarius dicto-
B rum bonorum B, & legitimus adminiſtrator, & poſſet
6 ex cauſa neceſſaria, ſinè decreto Iudicis bona dictorum
filiorum alienare, iuxta opinionem *Azzon. in ſumma, C.*
de bon. quæ lib. num. 11. quam eſſe communem, & te-
meratium ab ea recedere in iudican. & conſulen. dixit
Iaſ. in l. præſes, num. 5. *C. de tranſact. & alij latiſſimè*
congeſti per Tiraquell. in l. ſi vnquam, in præfat. num.
28. *C. de reuoc. donat. & per Simancell. de decret. lib.* 3.
tit. 8. *inſpect.* 1. *num.* 9. *vbi num.* 13. *in fin. poſt Tira-*
quell. num. 34. quòd opinio Azzonis in puncto iuris eſt
veriſſima, & fuit etiam dictum in hac cauſa *coram*
Reuerendiſſ. Seleucien. 6. *Iunij* 1618. *Rota apud Sanctiſſ.*
deciſ. 334. *num.* 6. Et aderat cauſa neceſſitatis, quia
dictum lucrum dotale erat debitum neceſſarium, ex præ-
7 dicto ſtatuto, vt fuit deciſum: & ideo auus multò ma-
gis potuit compromittere; ſtante præſertim ſtatuto de
faciendo compromiſſo inter affines, etiam affinitate
diſſoluta per mortem dictæ Æmiliæ, vt in *rubr. de arbitr.*
D. poteſt. & eius Vicar. ſuper quæſt. vert. inter coniunct.
& affin. in princ. Bald. in l. ſi plures, num. 2. *Angel.*
num. 1. *verſ. & eſt hic caſus, Caſtr. num.* 5. *Iacob. de S.*
Georg. num. 2. *ff. de pact.*
Et ita deciſum ſolo Hieronymo informante, parte DD.
de Liniis pluries monita, & citata.

ANNOTATIO.

A Laudum à partibus acceptatum habet vim rei iudicatæ
8 *Bart. in l.* 1. *num.* 6. *ff. de re iud. Pariſ. conſil.* 46. *num.* 13.
lib. 1. *Soccin. conſil.* 85. *ante num.* 1. *lib.* 1. *Gratian. diſcept.*
9 *Forenſ. cap.* 755. *num.* 34. & habet vim tranſactionis, &
obligat ſicut tranſactio, *Rot. deciſ.* 588. *num.* 1. *part.* 2.
recent. Gratian. d. cap. 755. *num.* 35. *Surd. conſ.* 447. *num.*
8. & debet executioni mandari ſicut tranſactio *Grat. conſ.*
118. *num.* 8. *lib.* 2. *Pariſ. d. conſil.* 46. *num.* 12. *in fin. cum*
10 *ſeq. lib.* 1. *Surd. d. conſil.* 447. *num.* 8. *Honded. conſil.* 61.
num. 12. *lib.* 1. Cenſetur autem tacitè emologatum, & ratifi-
11 catum, quando data illius ſcientia, non fuit intra termi-
num iuris ab eo appellatum, *Caccialup. in tract. de arbitr.*
quæſt. 71. *num.* 44. *part.* 2. *Lancellott. de attentat. appell.*
pend. part. 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 110. *Scacc. de appel-*
lat. quæſt. 12. *num.* 114. *quos ſecuta eſt Rota in Peruſina*
laudi 13. *Martij* 1628. *coram R. P. D. Durano*; ſicut etiã
cenſetur laudum tacitè approbatum, quando quis aliquid
facit in exequutionem ipſius laudi, vt ſi accipiat bona
ſibi per laudum adiudicata, ad *tex. in l. ſi pars §. illud ff.*
de inoffic. teſtam. & in terminis Caſtren. conſil. 116. *num.*
3. *ad fin. lib.* 1 *Crauett. conſil.* 257 *num.* 2. vel ſi bona
alijs adiudicata dimittat, *vt per Rot. in d. Peruſina laudi*
13. *Martij* 1628. *coram R. P. D. Durano.*
B Auus paternus habet vſumfructum in bonis aduenti-
12 tijs nepotum, *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. authen.*
idem eſt, C. eod. tit. tenetur tamen ex his fructibus alere
nepotes, ad quos etiam de ſuo teneretur, *l. ſi quis a li-*
beris, ff. de liber. agnoſcen. quia non eſt æquum, nepotes fa-
me perire, & auum vſumfructum habere. Vnde ſi hu-
13 iuſmodi vſusfructus fuiſſet à creditoribus ipſius aui oc-
cupatus, & auus non haberet, vnde ſe, & nepotes ale-
ret; ipſimet nepotes haberent ius petendi alimenta in
ſubſidium ex dicto vſufructu cōtra dictos creditores, *Boer.*
deciſ. 7. *num.* 5. *&* 7. *Pappon. arreſt.* 8. *lib.* 14 *tit.* 2. *Faber*
in ſuo Cod. definit. 13. *tit.* 36. *lib.* 6. *de bon. quæ liber.*
Caſt. de remed. ſubſidiar. remed. 4 *num.* 6. *& reſoluit Ro-*
ta in Bononien. vſusfructus 14. *Iunij* 1619 *coram Reue-*
rendiſſimo D. Coccino Decano, in qua reſpondetur con-
tratijs.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Romana prætenſi inueſtimenti.

Lunæ 14. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Scientia ex quibus probetur. Tranſactio facta verbis generalibus, quæ, ſalua ratione recti ſermonis, reſtrictionem non patiuntur, comprehendit etiam in ea non expreſſa; & quando valeat tranſactio de contentis in teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio iurium, in quibus teſtes non ſolent adhiberi, dicitur legitimè facta per duos teſtes deponentes, habere notam manum ſcribentis.*
2 *Teſtes non præſumuntur ſingulares, ſed conteſtes.*
3 *Teſtes ſingulares probant ſcientiam alterius.*
4 *Scientia probatur ex coniecturis, & præſumptionibus.*
5 *Verba, quæ, ſalua ratione recti ſermonis, reſtrictionem non patiuntur, ad omnia, & diuerſa extendi debent.*
6 *Cauſa appoſita in proœmio cenſetur finalis.*
7 *Cauſa finalis declarat, quæ in tranſactione comprehendantur.*
8 *Aſſignatio facta in diuiſione vltra medietatem, declarat, fuiſſe habitam rationem prætenſionum illius, cui maior pars aſſignata fuit.*
9 *Tranſactio de contentis in teſtamento vt valeat, ſufficit inſpectio verborum teſtamenti per oculos mentis.*
10 L. ſi de certa, C. de tranſact. *quando non habeat locum.*

DECISIO DCLVIII.

FVIT ſub die 20. Iunij 1616. *coram*
R. P. D. Pamphilio reſolutum, D. De-
cium teneri ad reinueſtimentum ſcu-
torum 50. annuorũ à die obitus Mar-
tini eius, & quondam Honorij com-
munis patris, iux. ordinẽ in teſtamẽto
d. Martini præſcriptum, in augmen-
tum illius hæreditatis: nec dicto Honorio in hoc obſtare
tranſactionem aliàs inter dictos fratres 16. Iulij 1611.
initam; à qua reſolutione hodie DD. receſſerunt, & præ-
ſertim ex nuniter pro Decio, (vt infra) deductis. In
primis enim dixerunt, præſupponendum eſſe, dictos
fratres diuidentes de tempore d. diuiſionis, & cõcordiæ
habuiſſe ſcientiam teſtamenti paterni, & ſpecificam di-
cti oneris, & mandati Decio impoſiti de dicto inueſti-
mento annuatim facien. quæ ſcientia probatur primò
ex folio prætenſionum dicti Honorij ante diuiſionem
in Oppido Vigium, vbi tunc Honorius reſidebat, & ab
Antonio ſimiliter eorum fratre ad diuiſionem prouoca-
batur, confecto, *in ſummario num.* 6. in illis verbis for-
malibus, *Pretende, che ſi oſſerui il teſtamento di ſuo Padre,*
doue Decio in anni 18. *deue reinueſtire per il fideicommiſ-*
ſo nell' heredità per ſcudi 1300. vſque ad illa verba,
ma quello, che più importa: quod fuit recognitum per
duos teſtes habentes de manu, & literis Honorij noti-
1 tiam, & cognitionem: qui ſufficiunt de ſtylo Curiæ, &
Rotæ in ſcripturis, in quibus non ſolent teſtes adhibe-
ri, prout eſſe dictum folium patet, & quod extra, & in-
tus eſt rubricatum ſub titulo, *fatti, & pretenſioni d'Ho-*
norio, & ſic tanquam memoriale, *Rota deciſ.* 343. *num.*
4. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 772. *num.* 8. *par.* 2. *recent. &*
fuit dictum in Imolen. cenſus 15. *Decembris præteriti co-*
ram me. Secundò, ex duobus teſtibus in partibus exa-
minatis, qui dantur *in ſummario num.* 9. explicitè, &
concludenter deponentibus ſuper hac prætenſione Ho-
norij in Ciuitate Mediolanen. vbi dictus Antonius illum
pariter prouocabat ad diuiſionem, cui Honorius lo-
cum non eſſe prætendebat, niſi cum interuentu Decij
onerati ad dictum inueſtimentum; imò quòd tàm Anto-
nius, quàm Decius ceciderant à teſtamento paterno per
alienationes factas de bonis paternis contra formam
prohibitionis, de qua in dicto teſtamento: & meliùs
concludere non poſſent, vt ex lectura: qui etiam dicunt
de multiplicatis iuribus, locis, & temporibus, & per-
cutiunt annũ 1609. 1610. & ſic tempus ante diuiſionem
factam de anno 1611. vt ſupra, & vbi etiam eſſent ſin-
2 gulares, qui tamen præſumuntur conteſtes, *Alexand.*
conſ. 181. *num.* 2. *&* 6. *lib.* 7. *Gabr. de teſtib. concluſ.* 2.
nu. 5. *&* 6. *& fuit dictum corã me in Colimbricen. matrimo-*
nij 14. *Decembris* 1615. *& in Ferentina bubalarũ* 30. *Octo-*
3 *bris* 1617. ſufficerent ad probandam hanc ſcientiam te-
ſtamenti paterni, & dictæ diſpoſitionis, *Pariſ. conſ.*
53. *num.* 19. *lib.* 4. *Curt. iun. latè conſ.* 64. *num.* 8. *lib.*
1. *Farinac. de teſtibus quæſt.* 64. *num.* 257. *& paſſim*
tenere Rot. dicitur in deciſ. 287. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ.*
Tertiò adminiculatur ex atteſtatione duorum Paro-
chorum dicti Oppidi Vigium, de qua *in ſummario num.*
7. qui dicunt de eadem prætenſione Honorij, ibidem
ſæpiùs propalata ante eius diſceſſum ex dicto loco Vr-
bem verſùs: quæ licèt priuata, & extraiudicialis, tamen
facit adminiculum, & coadiuuat probationem ſcientiæ:
4 cum aliàs coniecturæ, & præſumptiones ſufficiant, *ad*
not. in l. qui Romæ, §. duo fratres, vbi præſertim Ripa
num. 52. *& ſeqq. ff. de verb. oblig. Bald. conſ.* 392. *num.*
1. *lib.* 1. *Alex. conſ.* 187. *num.* 3. *lib.* 2. *Soccin. iun. conſ.*
316. *num.* 42. *lib.* 1. *latè Cephal. conſ.* 314. *num.* 15.

Qua ſcientia ſic præſuppoſita inferebant DD. euiden-
ter conſtare de mente dictorum fratrum comprehen-
dendi in dicta tranſactione prætenſionem dicti inueſti-
menti ex verbis nedum generalibus, ſed vniuerſalibus,
& aptis comprehendere huiuſmodi prætenſionem, illa
ponderando ibi. *In queſto accordo s'è hauuto riſguardo à*
qualſiuoglia pretenſione, ragione, & attione, che l'vna par-
te haueſſe, ò poteſſe hauere contro l'altra; & ibi, *per tanto ſi*
rinuntiano vicendeuolmente ogni raggione, & attione, che
ſotto qualſiuoglia titolo, in qualſiuoglia modo haueſſero, ò
poteſſero hauere l'vno contro l'altro, dandoſi, ò condonando-
ſi per patto eſpreſſo, che le clauſule generali quì contenute
poſſino eſſere ſpecificate, & particoralmente da ciaſcheduno
di loro in ogni occaſione, etiam che ſi ſpecificaſſe coſa non
5 *penſata*; quæ cum ſalua ratione recti ſermonis reſtrictio-
nem non patiantur, ad omnia, etiam diuerſa extendi
debent, vt in terminis tranſactionis *not. DD. in l. ſi de*
certa, C. de tranſact. Soccin. iun conſ. 40. *num* 3. *lib.* 3.
Curt. iun. conſ. 191. *num.* 19. *lib.* 3. *latè Gabr. de reg. iur.*
concl. 4. *num.* 22. *verſ. ſublimita, Honded. conſ.* 49. *num.*
28. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 267. *num.* 12. *Seraph. deciſ.* 31.
num. 2. *Rot. deciſ.* 144. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ. & apud*
Sanctiſſimum deciſ. 286. *num.* 7. *& in Viterbien. bonorum*
1. *Iunij* 1615. *coram R. P. D. Remboldo*. Accedit præ-
terea cauſa, qua moti fuerunt ad ineundam dictam tran-
6 ſactionem, quæ eſt expreſſa in procemio, & ſic finalis,
per togliere, e leuare ogni lite, e controuerſia, che fra di lo-
ro fuſſe nata, ò in alcun tempo poteſſe naſcere, & inferiùs
ſunt repetita, *per togliere ogni lite, & acquiſtare per ſem-*
pre, &c. cumque controuerſia iam orta fuiſſet ex ſupra
7 deductis, quæ intelligitur etiam de extraiudiciali, *Corn.*
conſ. 267. *num.* 18. *lib.* 4. *Seraph. deciſ.* 737. *num.* 2. ſequi-
tur, onus inueſtimenti fuiſſe in tranſactione comprehen-
ſum, vt in his terminis fuit dictum in *Bononien. cenſus*
de Pepulis 26. *Aprilis* 1613. *coram R.P.D. meo Vbaldo*. Vr-
8 gere viſum fuit DD. quòd in diuiſione maior, & pin-
guior pars fuit aſſignata Honorio, vt per teſtes *in ſum-*
mario num. 10. & in declaratione peritorum in partibus
coram Iudice ſubdelegato electorum *num.* 11. *&* ex in-
uẽtario facto de bonis Vrbis *num.* 12. & ideo dicitur ha-
bita in illa ratio dictæ prætenſionis Honorij, & com-
penſata, cum exceſſerit partem illi obuenientem, vt in
his terminis, *Berous conſ* 7. *num.* 49. *lib.* 1. *Gabr. conſ.*
154. *num.* 15. *lib.* 1. *Honded. conſ.* 49. *num.* 19. *lib.* 1.
& fuit dictum in Caſenaten hæreditatis 8. *Iunij* 1618.
coram Illuſtriſſimo Domino Card. Sacrato. Tertiò com-
probatur ex confeſſione Honorij, de qua teſtes num. 9.
doppo ſeguita la diuiſione, detto Honorio diſſe, che non ſareb-
be ſeguita più lite fra di loro, e che non haurebbe curato più
l'inueſtimento delli ſcudi 50. *l'anno, perchè la portione toc-*
cata ad eſſo era molto maggiore di quella del Signor Decio, e
che tra di loro non ci ſarebbe più ſtata lite, & idem depo-
nit primus teſtis *iux.* 27. *&* 28. *dicto num.* 9. Ex quibus
præſertim iunctis, & inſimul conſideratis non ſolùm
ſublata ſunt omnia fundamenta deciſionis, ſed retor-
quentur, quia cum ſcientia teſtamenti, & diſpoſitio
particularis ſuper hoc inoeſtimento eſſet cognita Ho-
norio, & ante diuiſionem in prætenſione deducta, tolli-
tur diſpoſitio *l. de his, ff. de tranſact. cum alleg in deciſ.*
9 quia ſufficit inſpectio verborum teſtamẽti per oculos
mentis, *Bart. in dicta l. de his, nu.* 6. *& Iaſ num.* 15. *Caſar*
de Graſſ. deciſ. 2. *num.* 2. *de tranſact. de communi Pariſ.*
conſ. 15. *num.* 77. *& conſ.* 46. *num.* 20. *lib.* 2. *Becc. conſ.*
108. *num.* 28. *Decian. reſponſ.* 83. *num.* 62. *lib.* 5. *Pe-*
regr. de fideicom. art. 52. *num.* 22. vbi quòd Bart. ſequun-
tur ſcribentes omnes, *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 26.
tit. 2. *num.* 3. dicens opinionem eſſe conſuetudine ap-
A probatam, A, Cumque verba ſint aptiſſima, imò reſtri-

ctionem non patiantur, & de mente conſtet ex vehementiſſimis coniecturis, & præſertim ex cauſa finali, qua moti fuerunt, non ad diuiden. tantùm, ſed etiam
10 vlteriùs ad tranſigen. & tandem ex propria confeſſione Honorij, quæ videtur ſufficienter probata, licèt per teſtes ſingulares, & adminiculatur, & coadiuuatur ex ſupradictis: ceſſat aliud fundamentum ſuper *l. ſi de certa,*
B *C. de tranſact.* B, vt per DD. ſupra relatos. Ex quibus viſum fuit Dominis pro nunc nõ eſſe opus diſcutere ſecundum fundamentum informantium pro Decio, an inueſtimentum eſſet temporale, durante adminiſtratione matris, vel perpetuum, ſuper quo propterea nihil firmarunt.

Et ità reſoluerunt Domini, informante tantùm parte Decij altera hæredum Honorij ſæpiùs citata.

ANNOTATIO.

A Sequuta eſt *Rota in Romana legati* 10. *Maij* 1623. *coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano.*

B De materia huius legis ſi de certa C. *de tranſact. vide plenum conſil.* 49. *Honded. lib.* 1.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Conchen. decimarum Oppidi ſancti Clementis.

Mercurij 16. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Manutentio non impeditur ex decreto irritanti, non iuſtificata conſtitutione, in qua eſt poſitum.

SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans ante iuſtificationem priuilegij, in quo eſt appoſitum, non tollit detentionem, & inſiſtentiam facti.*

2 *Decretum irritans non retardat manutentionem, quouſque non eſt certum, an intret, vel ne. & num.* 3.

DECISIO DCLIX.

PENDENTE in Rota cauſa appellationis Capituli, & litis conſortium à ſententia abſolutoria lata in partibus ad fauorem Monialium à præſtatione decimarum, fuit dictum per DD dandum eſſe Capitulo, & alijs participibus mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi, & conſequendi dictas decimas; quia ex depoſitionibus teſtium datis in ſummario Capituli iuſtificat, Monaſterium dictarum Monialium ab antiquiſſimo tempore ſoluiſſe, & præſtitiſſe dictas de-
1 cimas dicto Capitulo, & alijs participibus, vt ex lectura dd. teſtium, qui etiam deponunt, bona, ex quibus prætenduntur decimæ, fuiſſe in hæreditate q. Roderici dictis Monialibus obuenta; & ideo hæc probatio quaſi poſſeſſionis viſa fuit DD. ſuperabundans in ſummariſſimo, in quo Rota quotidie admittit leuiores probationes. Nec fuit controuerſa ex parte Monialium, ſed ſolùm allegatum priuilegium ſanctæ mem. Gregorij XIII. non tamen exhibitum, de quo poterit ſuis loco, & tempore videri, & an ſit iuſtificatum, & habeat decretum irritans, inficiatq. titulum, & poſſeſſionem, & tamen an-
2 te iuſtificationem non tollit detentionem, & inſiſtentiam facti, vt fuit reſolutum in *Parmen. Prioratus* 16. *Ianuarij, & 16. Februarij* 1598. *coram Orano, & in Botanen. beneficij* 29. *Nouembris, &* 20. *Februarij* 1620. *coram Reuerendiſſimo D. Decano, & in Carpentoraten. Prioratus* 14. *Maij anni præteriti coram me,* interim autem non iuſtificato priuilegio, imò nec exhibito non poteſt retardari manutentio petita *Rot. deciſ.* 652. *num.*
A 3. *part.* 1. *recent.* A

Et ita reſolutum parte Monialium non contradicente, ſed ſolùm per memoriale allegante dictum priuilegium.

ANNOTATIO.

A Et quòd decretum irritans non operetur, nec impediat manutentionem, quando non eſt certum, illud intrare, ſed interim poſſeſſor ſit manutenendus, *Gonzal ad regul.* 8. *gloſſ.* 31. *num* 14. *& gloſſ.* 67. *num.* 39. *Rota in Baren Prioratus apud Marcheſ part* 1. *pag.* 991. *in Hydruntina beneficij* 30. *Octobris* 1613. *coram bon. mem. Vbaldo ſeniori. & coram eodem in Aſtoricen præſtimoniorum* 25. *Iunij* 1621. *in Albiganen. Cappella* 27. *Ianuarij* 1623. *coram R. P. D. Nauarro, & coram eodem in Nullius, ſeu Spoletana beneficiorum* 20. *Martij eiuſdem anni, in Ferrarien. optionis* 18. *Decembris* 1623. *coram bon mem. Remboldo, & in Elnen Canonicatus* 11. *Februarij* 1628. *coram R. P. D. Vbaldo iuniori, & in alijs adductis ſupra ad deciſ.* 131. *lit. D.*

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Miranden. Parochialis.

Sabbathi 26. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Eccleſia ad tempus diſmembrata, finito tempore, debet reuniri, & reſtitui Eccleſiæ, cui priùs vnita fuerit; & ex quibus probetur vnio.

SVMMARIVM.

1 *Medium, probatis extremis, præſumitur eiuſdem qualitatis.*

2 *Vnio probatur ex duabus enunciatiuis antiquis, & numero* 6.

3 *Enuntiatiua propinqua centeſimo anno, licèt non ſit perfecta ad hoc, vt poſſit dici antiqua, tamen multum operatur, præſertim iuncta obſeruantia ſubſequuta.*

4 *Diſmembratio vnionem præſupponit.*

5 *Eccleſia ad tempus diſmembrata, tempore eueniente vniri debet, & reſtitui Eccleſiæ, cui priùs erat annexa.*

7 *Vnio an probetur per teſtes de fama.*

DECISIO DCLX.

VACANTE de anno 1617. per obitum Vaſcbi de Sylua Parochiali Sancti Petri, Capitulum Sede Epiſcopali vacante, præuijs edictis, & concurſu in forma, illam contulit Gaſpari, non obſtante contradictione Franciſci Rectoris Parochialis Sancti Cypriani, cui prætendebat vnitam dictam Parochialem Sancti Petri,

&

& deinde per dictum Gaſparem fuit reſignata ad fauo-
rem Franciſci Diegues, qui cum obierit de menſe Iulij
anni præteriti, Capitulum fecit nouum concurſum,
in quo approbauit Antonium; & cum peteret, ſtante
dicta approbatione, prouiſionem Apoſtolicam, illi ſe
oppoſuit dictus Franciſcus Rector Sancti Cypriani, pe-
tendo dictam Parochialem reſtitui, & reuniri dictæ Ec-
cleſiæ, cui aliàs erat vnita; & dato ſuperinde dubio,
etiam ex ordine Reuerendiſſimi Datarij, an dicta Ec-
cleſia eſſet reintegranda: fuit pro dicto Rectore Sancti
Cypriani reſolutum. Fundamentum fuit, quia conſtat
primò de vnione; ſecundò quòd fuit diſmembrata ad
tempus limitatum, & de fine diſmembrationis. De
vnione conſtat primò; ex tribus enunciatiuis in libris
Eccleſiæ Metropolitanę Bracharen. cui ſubiacebat Ec-
cleſia Miranden. antequam in Epiſcopatum erigeretur,
quorum partitæ, & adnotationes ex Archiuio dictæ Ec-
cleſiæ, vigore compulſorialis Rotalis, & decreti pro-
uiſoris, per publicum Notarium, & Archiuiſtas ex-
tractæ fuerunt, in quibus primò enunciatur de anno
1506. annexio perpetua dictæ Eccleſiæ Sancti Petri ad
Eccleſiam Sancti Cypriani de Villardoſos facta de anno
1457. ab Abbate de Caſtro virtute ſpecialis commiſſio-
nis Archiepiſcopi, *vt in ſummario num.* 1. *&* 2. Secun-
dò, in eiſdem libris enunciatur, quòd de anno 1512. 12.
Auguſti Ioannes de Coimbra Portionarius de Cornel-
la, ad cuius portionem fuerat annexa dicta Eccleſia S.
Cypriani de anno 1506. *dicto ſummario num.* 1. conſcu-
ſit diſſolutioni, & diſannexationi prædictæ vnionis Ec-
cleſiæ Sancti Cypriani, cum ſua annexa, & Archiepiſco-
pus eandem Eccleſiam ſeparatam vniuit cum ſua anne-
xa Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Nouigeldæ ad vitam Di-
1 daci de Souſa: quæ verba, cum ſua annexa, intelligi
debent de Eccleſia Sancti Petri, tàm ex præcedenti enu-
ciatiua, quàm ex alijs ſequentibus, adnotata *in cap. in-
ter dilectos, de fid. inſtrumentor. Mantic. deciſ.* 23. *num.*
3. Tertiò, in diſmembratione facta ab Archiepiſcopo
de anno 1523. dicta Eccleſia Sancti Petri claris verbis
enunciatur annexa Eccleſiæ Sancti Cypriani *dicto ſum-
2 mario num.* 4. & certum eſt, vnionem probari ex duabus
enunciatiuis antiquis, *Caputaquen. deciſ.* 344. *num.* 2.
part. 3. *Put. deciſ.* 204. *num.* 1. *lib.* 2. *in correct. Seraph.
deciſ.* 626. *num.* 2. *in fin. Rota deciſ.* 724. *num.* 3.
part. 2. *recent. cum. relat. per Garz. de benefic. par.* 12.
A *cap.* 2. *num.* 245. *cum ſeq.* A, Et quamuis prædicta del
1523. non ſit ſupra centum annos, remanent tamen
3 aliæ, quæ ſufficiunt, ex prædictis: & nihilominus valdè
facit, cum parum deſit, *Put. deciſ.* 204. *num.* 1. *lib.* 2.
*in correct. quam ſequuta eſt Rota in Florentina Canoni-
catus* 11. *Decembris* 1615. *coram me*; iunctis præſertim
alijs, & obſeruantia ſubſequuta, *vt infra Seraph. deciſ.*
1410. *num.* 26. *Rot. deciſ.* 707. *num.* 2. *part.* 1. *recentior.*
Secundò, principaliter probatur vnio ex ipſamet diſ-
4 membratione, quæ per neceſſe præſupponit vnionem,
Oldrad. conſ. 296. *num.* 4. *Caputaquen. dicta deciſ.* 344.
num. 3. *part.* 3. *Gonzal. ſuper regul.* 8. *gloſ.* 53. *num.*
34. *Rota deciſ.* 371. *num.* 1. *part.* 1. *recent. & fuit di-
ctum in Bononien. diſmembrationis* 5. *Iunij* 1606. *coram
R. P. D. Pamphilio, & in Algaren. diſmembrationis* 29.
Aprilis 1619. *coram R. P. D. Remboldo, & in eadem* 16.
*Decembris eiuſdem anni coram Illuſtriſsimo Cardinali Sa-
crato.* Quòd autem dicta Eccleſia Sancti Petri fuerit ad
tempus diſmembrata ab Eccleſia Sancti Cypriani, ex-
preſsè legitur in dicta diſmembratione anni 1523. in
qua dicitur, quòd vacante Eccleſia Sancti Cypriani cum
ſua annexa in perpetuum Sancti Petri de Moimenta, &
habita per teſtes informatione, quòd ex fructibus ſolius
Eccleſiæ Sancti Cypriani Rector ſe alere poterat, Ar-
chiepiſcopus diſannexabat, prout diſannexauit, ſepa-
rauit, & diſiunxit Eccleſiam S. Petri ab Eccleſia Sancti
Cypriani: & hoc ad vitam tantummodo Roderici de
Annes, cui incontinenti dictam Eccleſiam contulit, con-
ditione adiecta, quòd quandocumque eam vacare
contigerit per obitum, vel per reſignationem dicti Ro-
derici, vel per alium quemcunque modum, adiunga-
tur iterum dictæ Eccleſiæ de Villardoſos, vt latiùs *di-
cto num.* 4. & cum vacauerit per reſignationem dicti
Roderici, fuit à Legato Regni Portugalliæ collata Pe-
tro Alfonſo, ad eius vitam dictam diſmembrationem
prorogando: qui reſignauit in manibus Iulij Tertij ad
fauorem Ferdinandi, cum ſimili prorogatione ad eius
vitam qui pariter cum eadem narratiua reſignauit de
anno 1583. in manibus ſanctæ mem. Gregorij XIII. ad
fauorem Vaſchi de Sylua, & reſignatio admiſſa fuit,
dictam ſeparationem, & diſſolutionem ad vitam dum-
taxat dicti Vaſchi extendendo: *dicto ſummario num.* 5.
& 6. Vndè cum dictus Vaſcus obierit de dicto anno
1617. & diſmembratio fuerit temporalis, vt ſupra,
5 & prorogationes expirauerint: Eccleſia Sancti Petri ve-
nit reſtituenda dictæ Eccleſiæ Sancti Cypriani, tàm ex
diſpoſitione iuris ex vi temporis limitati, *Bald. in l. ob-
ſeruare, §. proficiſci, num.* 8. *ff. de offic. Proconſ. latè Ti-
raquel. de retract. conuent. §.* 1. *gloſ.* 2. *num.* 44. *&* 47.
& in l. ſi vnquam, verſ. reuertatur, num. 140 *de reuocan.
donat. & fuit dictum in Taurinen. reductionis penſionis*
14. *Maij anni præteriti coram me*, & in ſimilibus *Ang.
Caſtr. & alij in l. ſi vnus, §. ſi cum reo, in princ. ff. de
pact. Mantic. deciſ.* 277. *num.* 1. & facit *Caſſad. deciſ.* 2.
de vnion. quàm ex claris verbis in diſmembratione ap-
poſitis, vt ſupra, *Put. deciſ.* 288. *in princ. lib.* 3. *in
correct.*

Et ita deciſum, parte dicti Franciſci tantùm informante,
procuratore Antonij ſæpius monito, ac citato.

ANNOTATIO.

A Vnionem probari ex enunciatiuis antiquis, præter hic
6 allegat. dixit etiam *Rot. apud Card. Caualer. deciſ* 599.
num. 6. *& in Barchinonen. Vicariæ* 9. *Februarij* 1624.
coram R. P. D. Merlino & in eadem cauſa 21. *Febr.* 1625.
coram bon mem Patriarcha Manzanedo; & hoc maximè
procedit, quando enunciatiuæ emanatunt ab ijs, qui pote-
rant vnionem facere, *Card. Mantic. deciſ.* 355. *num.* 6. *&*
359. *num.* 7. *Rota in dd. Barchinonen. Vicaria coram R. P.
D. Merlino, & Patriarcha Manzanedo*, quando verò hæc
concluſio procedat, latè tradit *Garz. hic allegat. part.*
12. *cap.* 2. *à num.* 248. Et in antiquis probatur etiam
7 vnio ex teſtibus de publica voce, & fama, *Rot. deciſ* 626.
num. 4. *part.* 1. *& deciſ* 724. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* dum-
modo tamen cum fama poſſeſſionis de vnito probetur
etiam titulus, vt fuit reſolutum *in Tiraſonen. Vicaria*
25. *Decembris* 1617. *coram bon mem Andrea, & in ea-
dem cauſa* 10. *Martij* 1623. *coram R. P. D. Pirouano.*

B Hanc deciſionem in his terminis refert, & ſequitur *Lot-
ter. de re beneſ. part.* 2. *quæſt.* 31. *num.* 33.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Camerinen. ſeù Mediolanen. pecuniaria.

Sabbathi 26. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Procurator quando cenſeatur habere manda-
tum ſufficiens ad liberandum debitorem con-

ſtituentis: & quando cenſeatur proprio potiùs, quàm procuratorio nomine contraxiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, cum libera *non ampliat facultates mandati ſed ad ſpecificata tantum refertur*

2 *Verba*, procurare il pagamento, *ſignificant ſolutionem in pecunia.*

3 *Cedens actionem non dicitur ſoluere, & ideo non liberatur à credito.*

4 *In ſolutum data res dicitur, quando ſtat periculo creditorum, non debitoris.*

5 *Stipulam pro ſe, & hæredibus, facit rem propriam, & hæreditariam, & cenſetur proprio nomine contrahere voluiſſe.*

6 *Procurator contrahens non expreſſo nomine procuratoris, proprio nomine contraxiſſe cenſetur.*

7 *Commiſſionem vendendi ab alio recipiens, dicitur effectus illius miniſter, & mandatarius.*

8 *Procurator contrahens aliter, quàm in mandato habuit, dicitur proprio nomine contraxiſſe.*

DECISIO DCLXI.

AMBROSIVS Præuitalis, aliàs Viennæ mercaturam exercens, prætendebat ſe liberatum à debito lib. 16. mil. contracto cum Io. Petro Abdua mercatore Mediolanen. pro pretio mercium: & hoc virtute contractus initi cum Antonio Puteo d. Abduæ prætenſo procuratore, tàm per inſtrumentum, quàm per literas. Prælatus Iudex ab A. C. deputatus iuxta cõmiſſionem ſibi directam conſuluit Rotam ſuper hoc dubio, videlicet præſuppoſita recognitione literarum, an ex eis arguatur tale mandatum, quòd ex inſtrumento inter Puteum, & Præuitalem inducta ſit liberatio Præuitalis; cui DD. negatiuè reſponderunt. Nam aut Ambroſius vult, Puteum contraxiſſe vti procuratorem Abduæ, vigore mandati ſub die 21. Ianuarij 1620. dati ad exigen. ab Ambroſio, & expreſſi in inſtrumento cum eo celebrato: & nihil facit, cum in eo legatur clauſula, *interueniente tamen reali, & effectuali pecuniarum numeratione, in Summario vtriuſque partis num.* 3. quæ tamen ſolutio non interuenit, nec realis, & actualis, nec æquipollens, vt infra dicetur; & per
1 clauſulas generales, *cum libera*, in dicto mandato ſubſequentes non fuit receſſum à præcedenti reſtrictiua, *Ruin. conſ.* 59. *num.* 3. *lib.* 5. *Gabr. de reg. iur. concluſ.* 4.
A *num.* 34. A, neque ſuper eo informantes pro Ambroſio videbantur facere fundamentum. Aut verò vigore epiſtolarum ad eum per Ioannem tranſmiſſarum, hinc inde datarum in Summario: ex quibus prætenditur, vel ampliatum, & extenſum primum, vel datum nouum mandatum ſinè dicta reſtrictiua, imò cum facultate recipien. nomina debitorum, & merces, ſeu effectus d. Ambroſij in ſolutum. & viſum fuit DD. dictas literas non ſuffragari, ſingulas ponderando; nam prima 22. Ianuarij 1620. per quam certioratur Puteus tractæ ſimulatæ per Abduam factæ Ambroſio per literas cambij de ſoluendo florenos 3000. Bonacino mercatori Viennæ, vt ſic faceret periculum, an Ambroſius eſſet ſoluen. nec nè: rogando Puteum ad procurandam effectuationem literarum, & in euentum recuſationis ad facien. ſolitas proteſtationes, ſubdens; *& caſo non la voleſſe accettare, nè pagare, vi prego, farne fare il proteſto ſecondo l'vſo, & farne poi l'accettatione voi ſopra proteſto per honore di lettera, per dar colore al negotio. & poi in virtù dell'allegata mia procura, procurare il pagamento di lir.* 16841. b. 6. *moneta di Cambio, &c.* non videbatur facere; quia epiſtola refertur expreſsè ad mandatum procuræ die antecedenti confectum, & in eadem epi-
2 ſtola Puteo tranſmiſſum: & illa verba, *di procurare il pagamento*, ſignificant propriè ſolutionem in pecunia. Secunda verò epiſtola ſub die 26. Februarij d. anni refert ſe ad d. mandatum, ibi, *rimettendomi in tutto, & per tutto a lei, in virtù della procura tiene da me*; & licèt ſequantur verba, *con vſare ogni diligenza, come in voi confido, di accettare, ſia mercantia, ò crediti, che ne habbia a ſentire manco danno poſſibile*: & ibi, *giudico per bene, che ſubito hauuta la mia, per degni riſpetti ſi eſeguiſca in coprirmi al miglior modo ſi potrà*; & concordat alia epiſtola eiuſdem Abduæ ad Ambroſium ſcripta, ibi, *vi prego per quello mi douete a me, volerne dare, ò conſegnare a coteſto Signor' Antonio Pozzo per me tanti buon'effetti, ò debiti eſigibili, acciò poſſa venire ſu'l mio ſenza perdita.* Tamen dd. duæ epiſtolæ recipiunt declarationem ab alijs duabus per eundem Io. Petrum ſcriptis die 8. Aprilis eiuſdem anni, ad eoſdem Puteum, & Ambroſium, *in Summario Ambroſij num.* 5. 6. & 7. in quibus expreſsè declarat, quòd debitores conſignandi *ſiano ſempre ſopra di lei*, ideſt, *de detto Ambroſio debitore, vt d. num.* 5. *& num.* 7. ibi, *intendendomi però, che li debitori, poteſti conſignare à coteſto Signor Pozzo in pagamento, per quanti ve ne foſſero, che non pagaſſero, ſiate tenuto voi alla ſodisfattione*: ex quibus verbis nihil minus dignoſcitur, quàm quòd Ioannes Petrus voluerit liberare Ambroſium, etiam ſi permiſerit, Puteum eius procuratorem poſſe acceptare merces loco pecuniæ, vel nomina debitorum. Tertia epiſtola ſub die 15. Iulij 1620. & ſic poſt inſtrumentum celebratum 14. Aprilis, ex qua deducitur ratificatio ceſſionis per Ambroſium factæ Puteo in illis verbis; *la prego a non volere mancare di far fare diligenza, ancorche vi andaſſe qualche ſpeſa in far ſcuotere, & far fine di eſſe robbe, acciò ci poſſiamo valere del noſtro, dicto ſummario num.* 8. huiuſmodi ratificationem inducere non videbatur, niſi ad effectum vendendi merces, & exigendi nomina: ſed non, vt non ſecuta venditione, & exactione voluerit liberare Ambroſium, prout etiam infra dicetur, ponderando tenorem inſtrumenti inter Puteum, & Ambroſium celebrati. Sed quatenus etiam admitteretur, eidem Puteo fuiſſe datum ſufficiens mandatum ad recipien. loco pecuniæ merces, & nomina debitorum in ſolutum: nihilominus dicebant DD. ex lectura d. inſtrumenti non reſultare dictam aſſignationem, ſeu ceſſionem, quæ illius vim haberet, ſed totum contrarium, videlicet, quòd Ambroſius volens ex Ciuitate Viennæ recedere, & timens moleſtiam creditorum, ceſſit Puteo merces, & nomina debitorum, cum clauſulis ampliſſimis, ceſſionis iurium ad hoc, vt Puteus creditoribus, à quibus habebat mandatum, & alijs approbaturis (non tamen prioribus, ſiue potioribus, ſed omnibus in indice conſignatis) ſinè vlla exceptione ſatiſfacere poſſet, & deberet in mercibus, & pecunijs à debitoribus ſuis exactis, & exigendis, vel in ſolutum dandis, & cedendis ad hoc, vt nullus ad d. Ambroſium haberetur ampliùs regreſſus, ſed omnia per ipſum Puteum data, acta, geſta, ſoluta, & ſatisfacta, & dan. ſoluen. & ſatisfacien. eſſent, & haberentur quaſi ipſe in propria perſona dediſſet, & ſoluiſſet, & ſatisfeciſſet: & vt liceret eidem Puteo, dictas merces vendere, & diſtrahere, prout commodum ſibi videbitur, & creditoribus

ribus

Digitized by Google

ribus ſatisfacere, ſeù ex mercibus, vel ex pecunijs pro
ijſdem acceptis ſoluere, & quod ſupereſſet illis ſatisfa-
ctis, ipſi Ambroſio cedenti reſtituere, *vt in d. ſummario
num. 1. lit. D. & E.* nam verba iſta apertè demonſtrant,
illam conſignationem mercium, & debitorum non fuiſ-
ſe datam in ſolutum, ſed pro ſoluendo, & ſatisfaciendo
creditoribus in futurum, vel cum datione earundem
mercium, vel cum earum diſtractione, & pecunia in-
de redigenda, vel cum exactione facienda à debitoribus
3 Ambroſij; & ſic non fuit inducta liberatio *gloſ. in l. le-
gaui, in gloſ. magn. circa fin. ff. de lib. leg. Alexand. conſ.*
96. *num.* 1. *& per tot. lib.* 3. *Dec. conſil.* 99. *num.* 4. *Ber-
tazz. de clauſ. clauſ.* 27. *gloſ.* 13. *num.* 3. *Surd. cōſ.* 22. *num.*
11. *Seraph. deciſ.* 1419. *num.* 3. *Rota in illa Rom. pecu-
niaria, ſeù pretij Vaccarum* 15. *Ianuarij* 1620. *coram
R. P. D. Veroſpio*, confirmata menſibus præteritis co-
ram *R. P. D. Nauarro*, & facit etiam deciſio *in Roma-
na Canonis* 16. *Martij* 1607. *coram R. P. D. Manzane-
do*; quòdque non fuit facta datio in ſolutum, ſed Puteus
effectus ceſſionarius debitoris ad effectum exigendi no-
mina ceſſa, & merces vendendi vt creditoribus ſatisfa-
ceret, quæ ſunt valde diuerſa: deducitur ex eodem in-
ſtrumento, quatenus fuit conuentum, vt Puteus credi-
toribus ſatisfaceret, itaut nullus contra ipſum debito-
rem poſſet habere regreſſum; igitur à contrario ſenſu
ſatisfactione non ſecuta, quilibet creditor poteſt con-
tra eum habere regreſſum, & ſic debitor non eſt libe-
ratus; & quia ſi fuiſſet in ſolutum datio, res ceſſæ ſte-
4 tiſſent periculo creditorum, non debitoris, cui erat,
quod ſupererat reſtituen, *Dec. dicto conſ.* 99. *num.* 4.
Rota in dictis Romana Canonis, & Romana pecuniaria.
5 Sed aliqui ex DD. ſentiebant, Puteum non contraxiſſe
procuratorio, ſed proprio nomine, & acceptaſſe hu-
iuſmodi ceſſionem ab Ambroſio, vt conſtitueret ſe mi-
niſtrum, & procuratorem, tàm Ambroſij debitoris,
quàm creditorum, ſuſcipiendo in ſe onus exactionis de-
bitorum, & diſtractionis mercium, & ſatisfacien. cre-
ditoribus: ponderando verba inſtrumenti, dum præ-
ſertim ſtipulatus fuit ceſſionem pro ſe, & hæredibus:
6 ex qua ſtipulatione res efficitur propria, & hæredita-
ria, *Alexand. conſil.* 13. *num.* 11. *lib.* 5. & apparet, ip-
ſum voluiſſe nomine proprio contrahere, *Bald. in l. ſi
patruus num.* 5. *C. comm. vtr. iud. Socin. conſ.* 154. *num.*
9. *lib.* 2. *& fuit dictum in Ferrarien. de Taſſonis* 27. *Iu-
nij præteritis coram me*; imò ſufficit, quòd contraxerit
non expreſſo nomine procuratoris, quia tunc præſu-
mitur ſuo nomine tantùm voluiſſe contrahere, *Corn.
conſ.* 9. *num.* 8. *lib.* 2. *Iaſ. in l. poſt dotem, num.* 73. *ff.
ſol. matr. & in l. nunciatio num.* 4. *ff. de nou. oper. nun-
ciat. Menoch. de praſ. lib.* 3. *praſ.* 49. *num.* 28 & dum
7 recepit commiſſionem vendendi ab Ambroſio, dicitur
effectus illius miniſter, & mandatarius, *Rot. Ianuen.
deciſ.* 9. *num.* 1. *&* 4. idque confirmant verba illa,
quòd omnia per ipſum Puteum ceſſionarium credi-
toribus danda, & ſoluenda habeantur, quaſi ipſe Am-
broſius in propria pecunia dediſſet; & quia idem Am-
broſius vocat Puteum ceſſionarium ſuum, & conue-
nit, vt actionibus ceſſis experiri ſuo proprio nomi-
ne poſſet, & ſummas debitas debitorum tanquam
ſuorum propriorum petere, & exigere. Et quia man-
8 datum non continebat, quòd ipſe poſſet in ſolutum re-
cipere, & ideò cenſetur pro ſe contraxiſſe, *Iaſ. in l. poſt
dotem, num.* 78. *verſ. limita quando ff. ſol. matrim. Alciat.
de praſ. reg.* 2. *praſ.* 24. *num.* 13. *Menoch. praſ.* 49. *num.*
26. *lib.* 3.

Et ita vtraque parte informante deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A *Mart. de clauſul. part.* 1. *clauſul* 26. *num.* 1. *Barboſ. eod. tract. clauſul.* 35. *num.* 2. *Cardinal. Seraphin. deciſ.* 831. *num.* 5.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Veliterna cenſus.

Lunæ 28. Nouembris 1622.

ARGVMENTVM.

Cauſa ciuilis quando eſſet patitura exceptionem rei iudicatæ in criminali, debet priùs terminari, quàm criminalis. Teſtium verba intelligenda ſunt ſecundùm communem vſum loquendi, & omnis interpretatio capienda eſt pro conciliandis eorum dictis.

SVMMARIVM.

1 *Iuditium criminale motum poſt relaxatum mandatum, non impedit proceſſum in cauſa ciuili.*
2 *Cauſa ciuilis dicitur præiudicialis criminali, quando ſententia ferenda in ciuili eſſet paritura exceptionem rei iudicatæ in criminali, & num.* 3.
4 *Cauſa præiudicialis priùs cognoſci debet, ſiuè principaliter, ſiuè incidenter moueatur.*
5 *Teſtium verba debent intelligi ſecundùm communem vſum loquendi.*
6 *Teſtium dicta vt concilientur, & de falſo argui nequeant, omnis capienda eſt interpretatio.*

DECISIO DCLXII.

FRANCISCVS vti hæres Virginiæ Maſis, & duarum amitarum egerat coram A.C. pro fructibus cenſus ad fauorem dd. mulierum per Coruum impoſiti contra Iulium vti filium, & hæredem Auguſtini fideiuſſoris eiuſdem cenſus; & deinde habita notitia, quòd vna ex prædictis Amitis in partibus Etruriæ reliquerat Liuiam filiam, & hæredem: tàm proprio, quam procuratorio nomine dictæ Liuiæ poſt duas conformes, obtinuit mandatum executiuum pro fructibus dicti cenſus; & cauſa appellationis Iulij commiſſa in Rota, cum clauſula, *ſinè præiudicio legitimæ executionis*, expeditoque per Iudicem, à quo, mandato, & executo: dictus Iulius in Curia D. Gubernatoris querelauit Franciſcum de inductione falſorū teſtium ad effectum legitimandi perſonam, quòd eſſet hæres inſolidum dictarum amitarum, & de ſubornatione, quòd dictus Iulius eſſet hæres Auguſtini patris; & adita per Franciſcum Signatura, fuit reſcriptum, cum clauſula, *conſito, quòd cauſa ciuilis ſit præiudicialis criminali, inhiberetur*. Quo dubio propoſito Domini reſponderunt, eſſe præiudicialem, non ſolùm ad effectum, quòd pendente criminali non ſit ſuperſedendum in ciuili, ſed etiam vt pendente ciuili ſuperſedeatur in criminali. Nam quò ad primum, cum iudicium criminale ſuper falſitate teſtium motum fuerit non ſolùm poſt concluſum in cauſa, ſed etiam poſt relaxa-
1 tum mandatum, vt ſupra, non debet impediri proceſſus in cauſa ciuili, *Afflict. deciſ.* 229. *num.* 2. *& per tot. Capic. deciſ.* 25. *num.* 5. *cum alijs latè tradit. per Farinac.*

de

de var. & diuerſ. quæſt. 100. *num.* 102. *& ſequentibus, & per Modern. diſceptat. forenſ. cap.* 531. *num.* 55. *& fuit dictum coram me in Veneta donationis* 5. *Maij*, *&* 27. *Iunij* 1614. ne detur occaſio, vt qui poſt longam litem ſuccubuerunt, ita de facili confugiant ad allegan. huiuſmodi falſitates, & ſubornationes teſtium ad impediendam executionem imminentem, *vt dixit Rota apud Ceſ. de Graſſ. deciſ.* 3. *in fin. de except.* Quò verò ad ſecundum, quia ſententia ferenda in Rota, (quæ ſemper vult videre de iuſtitia ſententiarum extra eam
2 latarum,) eſt paritura exceptionem rei iudicatæ in cauſa criminali, illi dicitur præiudicialis, *Salicet. in l. vnica num.* 10. *verſ. quæro modo, C. quand. ciuil. act. crim. præiud. Iaſ. in l. præiudicialis, num.* 2. *verſ. ſecundò quia, Inſtit. de act. Natt. conſ.* 139. *num.* 7. *latè Farinac. dicta quæſt.* 100. *num.* 79. *&* 139. *Rota deciſ.* 434. *num.* 1. *par.* 2. *in recent. & fuit dictum in Britonorien. iuriſpatronatus* 2. *Decembris* 1611. *& in Calaguritana de Nagera* 5. *Maij anni præteriti coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Ciuitatis Caſtelli hæreditatis* 20. *Decembris* 1617. *& in Meleuitana parochialis* 5. *Nouembris* 1618. *coram R. P. D. Caualerio, & aliàs ſæpè.* Quòd autem ſit paritura exceptionem rei iudicatæ, viſum fuit Dominis clarum; quia erunt diſcutiendæ probationes factæ per teſtes querelatos ſuper dicta legitimatione perſonarum, tàm actorum, quàm rei: & ſi fuerit iudicatum pro eius perſonæ legitimitate, excluſa erit omnis prætenſa falſi-
3 tas, & ſubornatio; & propterea expectari debet finis cauſæ ciuilis, ex ſupradictis, *Rota in dicta Ciuitatis Caſtelli coram R. P. D. Caualerio.* Non obſtat, quòd
4 exceptio falſitatis incidenter opponatur in cauſa ciuili; quia cum ſit præiudicialis, adhuc debet in criminali ſuperſederi, vt poſt *Bart. & alios Aym. conſ.* 280. *num.* 2. *verſ. adeo, & fuit dictum in Romana pecuniaria* 28. *Iunij* 1604. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Millino, & in dicta Ciuitatis Caſtelli hæreditatis.* Et nihilominus ex eorum lectura, qui dantur in *ſummario num.* 2. *&* 3. Domini dixerunt, non videri conſtare de aliqua falſitate; quia licèt primo loco examinati ad perpetuam rei memoriam ad inſtantiam d. Franciſci pro adeunda hæreditate, & capienda poſſeſſione dictarum mulierum, dixerint eas mortuas fuiſſe, & non reliquiſſe, vt dicunt, *più proſſimo parente di detto Franceſco Valentini*; tamen repetiti parte citata (quæ depoſitio eſt attendenda, & non prima) declararunt, quòd relicta fuit dicta Liuia, & quòd in prima depoſitione non intellexerunt illam excludere, ſed dicere, quòd Franciſcus erat dictarum mulierum proximior, quem diuerſum eſſe credebant à filia; quæ declaratio viſa fuit Dominis veriſimilis, & quòd ita poſſit ſaluari prima depoſitio: præſertim quia teſtes ſunt ſimplices perſonæ, vna videlicet mulier, altera idiota, & nomen proximioris propinqui, filiæ non videtur conuenire, ſecundùm communem vſum
5 loquendi vulgari ſermone, ſecundùm quem verba teſtis ſunt intelligenda, *Bald. in tract. de pace Conſt. in verſ. opinione, num.* 5. *Aret. in cap. cum tu, num.* 11. *verſ. hoc autem, de teſtibus, Roman. conſil.* 301. *num.* 15. *Alexand. conſil.* 82. *num.* 1. *verſ. & potius, lib.* 1.
6 Et omnis eſt capienda interpretatio pro conciliandis eorũ dictis, non ſolùm ad illos ſaluandum à falſitate prætenſa, ſed etiam ad probandũ. *Butr. in dicto cap. cum tu, num.* 3. *in tertio not. Abb. num.* 2. *verſ. item not. Felin. num.* 2. *verſ. ſed quod imò Cardinalis colum.* 1. *in fin. verſ. in gloſ. vlt. Aret. num* 3. *Ruin. de communi conſil.* 539. *num.* 29. *lib.* 5. *& Petr. de fideic. quæſt.* 71. *& ſeqq. vbi latè Rot. apud Caſ. de Graſſ. deciſ.* 5. *de ſponſ. & matrim. num.* 23. vbi quòd eſt regula ordinaria, cum alijs *per Farinac. de teſtibus, quæſt.* 65. *num.* 73. *& num.* 79.

Quò verò ad prætenſam ſubornationem alterius teſtis pro legitimanda perſona Iulij vti hæredis Auguſtini patris, illa pariter non videbatur veriſimilis; tùm quia iam fuerat eius perſona legitimata per publicum inſtrumentum quietantiæ de anno 1595. 8. Aprilis, in quo vnà cum Suetonio fratre ſoluit vti hæres Auguſtini reſiduum dotis Angelæ eius ſororis per dictum Auguſtinum promiſſæ, recipiendo quietationem generalem, vt in *ſummario num.* 1. tùm quia idem teſtis repetitus cum interrogatorijs partis aduerſæ contrarium diſertis verbis deponit ibi, *mi diſſe, che m'eſaminaſſi per lui di quello ſapeuo, &c. ma che io diceſſi la verità; nè anco mi ha detto, nè eſortato, ch'io mi eſaminaſſi à ſuo fauore, nè mi ha moſtrato ſcrittura alcuna, nè auuiſato di quello doueſſi dire, nè fatto parlare*; vt latiùs in eiuſdem depoſitione *dicto ſummario num.* 3. & de fumo dictæ ſubornationis aliunde non apparet. Ex quibus dicta querela calumniam ſapere videbatur, & potiùs porrecta ad effugiendam actualem ſolutionem ex prædictis.

Et ita deciſum ſolo Franciſco informante, pluries citata, & monita parte Iulij.

Veneta ſequeſtri.

Veneris 2. Decembris 1622.

Hæc deciſio eſt confirmatoria alterius ſupra in ordine 534.

DECISIO DCLXIII.

CVM ſub die 24. Maij 1621. fuerit, recedendo à deciſis ſub die 25. Maij 1620. reſolutum, declarationem Orphæi cedentis, licèt poſt ceſſionem, ſeu dationem in ſolutum per eum factam Ioſepho prætenſi crediti ducatorum 1500. cum Stampa, ſub fideiuſſione illorum de Lucatellis, ſuffragari Io. Stephano, qui acceſſerat pro Io. Petro, ad effectum liberandi dictos de Lucatellis, & ſic vtraque pars haberet pro ſe deciſionẽ, & nonnulla in relationibus cauſarum deducerentur pro Ioſepho contra hanc vltimam reſolutionem, & factum videretur dignum noua audientia, quæ fuit conceſſa parti dicti Ioſephi; & nihilominus, quamuis pluries intimatus diſtulit informare, & pars Io. Stephani inſtaret pro expeditione, conquerendo ſe, quòd ex ordine Rotæ fuit appoſitum ſequeſtrum ſuper vera ſorte locorum Montium. Ideo repropoſita ſuper eiſdem cauſa, Domini ſteterunt in vltimo loco reſolutis ex vtroque fundamento deciſionis; Primò, videlicet quòd ceſſio, ſeu datio in ſolutum nominis, ſeu nominum debitorum per Orphæum facta Ioſepho pro ſumma dictorum ducatorum 1500. debitorum per Stampam, & Lucatellos illius fideiuſſores, non comprehendebat dictum Io. Stephanum Stampam de Grauedona, ſed Io. Petrum Stampam principalem debitorem Orphæi, vel ceſſionarij illorum de Cimis Mercatorum Venetijs; imò quòd non poterat intelligi de perſona dicti Io. Stephani: quia licèt ſe obligaſſet del 1605. ad fauorem Orphæi, tamen non conſtat, quòd dictus Orphæus, qui erat abſens de tempore obligationis ſtipulatæ per quendam Auguſtinum, eius nomine habuerit illius notitiam, niſi de anno 1608. de quo expreſsè acceptauit dictam obligationem Io. Stephani, & liberauit Lucatellos fideiuſſores Io. Petri; & ſic obligatio Io. Stephani, quæ erat correſpectiua ad dictam liberationẽ,

non

Digitized by Google

non poterat dici contracta, & nata, niſi ſequeretur dicta liberatio, ex regula, & natura correſpectiuorum; quod fundamentum latè fuit comprobatum in deciſione, & illud ſolum videbatur Dominis ſufficiens pro illius confirmatione ex deductis in ea, quæ Dominis placuerunt. Secundum verò fundamentum, quòd ex ſolutionibus factis per dictos de Stampa principales debitores in maiori ſumma dictorum ducatorum 1500. fuerit ſequuta liberatio dicti Io. Stephani, qui acceſſit, & ſeobligauit loco illorum de Lucatellis, in iure nullam viſum fuit habere difficultatem; in facto autem ſolutiones huiuſmodi iuſtificantur ex datis *in Summario præteritæ poſitionis num.* 5. 7. & 8. ex quibus clarè de dicta ſolutione conſtare videtur, vt in alia deciſione firmatum fuit.

Et ita deciſum, ſolo Io. Stephano informante, parte Ioſephi pluries monita, ac citata.

Romana Molendini.

Lunæ 5. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Molendinarius qui ſe obligauit, vtì molendino accuratè, & cum omni diligentia tanquam diligens pater familiâs, ex quibus excuſetur à culpa, & negligentia, vbi molendinum vi fluminis obrutum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes cum interrogatorijs repetiti, ſi ſe referant ad primum examen, probant.*

2 *Negligentia conuincitur in eo, qui certioratus in tempore de damno, & periculo imminenti remedia adhibere neglexit, & num. 5. & 6.*

3 *Molendini Dominus tenetur illud reaptare, ita vt ſi conductor non reaptet, non conſtituatur in culpa.*

4 *Examen iuratum formiter, ac iudicialiter factum, potius quam extraiudicialis depoſitio attenditur.*

6 *Actus proximi, non autem remoti attenduntur.*

7 *Famulus de his, quæ inter familiam eueniunt, non ſolum admittitur ad teſtificandum, quinimo eius depoſitioni magis creditur.*

8. *Teſtis contra inducentem magis probat.*

9 *Teſtis vnicus de facto proprio pluſquam ſemiplenè probat.*

10 *Teſtis vicinus, licèt vnicus, facit pluſquam ſemiplenam probationem.*

11 *Teſtes vnicus, quando veritas aliter haberi non poteſt, pluſquam ſemiplenè probat.*

12 *Diligens quis dicitur, dum facit, quod ab alijs fieri ſolet.*

13 *Negligentia negligentis non nocet, ſed ei qui illius perſonam approbauit.*

14 *Culpa imputari non poteſt ei, qui non fecit id, quod factum nihil profuiſſet, & num. 17.*

15 *Negatiua probatur quando coarctatur per teſtes tempore, & loco.*

16 *Opinio communis attenditur magis, quàm veritas.*

18 *Doli, & culpæ præſumptionem excludit proprij lucri amiſſio, & damnum paſſum.*

DECISIO DCLXV.

EVSEBIVS aſſumpto pro ſocio Sebaſtiano de anno 1608. conduxerat à Conſtantino, & Petro molendinum in flumine Tiberis exiſtens, *la Mola Caſtellana* nuncupatum, cum promiſſione vltra ſolutionem annuæ penſionis, illo vtendi benè, fideliter, accuratè, & omni diligentia tanquam diligens Pater familiâs, & de tempore inundationis fluminis apponendi duos Canapos, ei ad hunc effectum in principio locationis per Conſtantinum conſignatos: pacto inſuper appoſito, quòd pro vtraque parte deberet obſeruari vſus fluminis, & adimpleri conſuetudo Artis Molendinariorum. Cum autem in nocte Vigiliæ Sanctæ Catherinæ anni 1611. contigerit, Molendinum prædictum ſubmergi, incrementoq. fluminis die ſequenti aſportari; Conſtantinus, & Petrus locatores prætendebant, caſum eueniſſe culpa Euſebij, ſuper quo facto compromiſſo, emanauit laudum contra Euſebium conductorem pro valore Molendini, ac penſionibus decurſis, & decurrendis. Cauſa poſtmodum mihi commiſſa, cum clauſula, *vt procederem ad executionem dicti laudi arbitrio Rotæ:* & dato dubio, An intraret arbitrium, DD. ordinarunt, vt videretur de bono iure. Verùm quia duplicem inſpectionem caſus in ſe continere videbatur, ſtrictè quò ad ſubmerſionem tantùm reſolutum fuit, illam non eueniſſe culpa Euſebij, & ſic de illius bono iure conſtare. Nam firmato, quòd Molendinum perierit ex ſubmerſione, quemadmodum per teſtes ab vtraque parte datos probatur, & eſt in confeſſo apud illas; ſubmerſiones Molendinorum huiuſmodi duplici modo euenire poſſe, deducebatur, ex eiſdem teſtibus: altero ſcilicet, ſi excreſcente flumine ingens aliqua moles, burechium quam vocant dicti teſtes, aut euulſæ arbores in Molendinum irrumpant, & fractum demergant: & iſto modo non euenit, nec prætenditur; altero verò, ſi per corroſionem, ſeu per conſumptionem tabularum, quarum ſtructura totum Molendinum vnica congerie ſubſtinetur, ita paulatim per rimulas aquam illud accipiat, vt ea onuſtum pondere demergatur; & hoc ſecundo modo in præſenti eueniſſe dignoſcitur. Et ad videndum, quænam partium bonum ius foueat, duo tempora placuit diſtinguere, quibus ſubmerſioni poterat obuiari, ſumendo primum à pernicioſa corroſione tabularum Barchettæ, ſecundum à nocte dictæ Vigiliæ, qua caſus contigit ſubmerſionis. Quò ad primum tempus, quod reſpicit diligentiam in Patre familiâs requiſitam, negligentia conductoris excludi videbatur ex eo; quia per plures dies ante dictam Vigiliam fuit ſignificatum Conſtantino, quòd nonnullæ tabulæ Barchettæ Molendino ſeruientis marcuerant, & celeri reparatione indigebant: alioquin illud ſubmerſioni erat obnoxium, *& che il Barchetto haueua biſogno di eſſer cinto d'vna cintura di ferro, altrimente portaua pericolo di affondarſi*; vt probant primus, ſecundus, quartus, & quintus teſtes Euſebij in eius
1 *ſummario num.* 3. quorum tertius, & quintus repetiti cum interrogatorijs partis aduerſæ idem per æquipollentia verba deponunt iuxta decimumquartum, & iuxta decimumquintum *in ſecundo ſummario Euſebij nu.* 6. & referunt ſe ad primum examen, de quo ſupra: qui etiam de per ſe probant *Bart. in l. cos, num. 6. ff. ad l. Cornel. de ſal. Alex. & alij in l. legatum inutiliter, ff. de legat. 1. Rot. deciſ. 430. num. 4. par. 1. diuerſ. & coram Sanctiſſimo deciſ.* 331. *num.* 15. *& latè Annot. ibidem*

dem num. 21. *& deciſ.* 578. *ſub num.* 13. Ee propterea
poſt interpellationem huiuſmodi idem Euſebius tan-
quam diligeus Paterfamiliâs conduxit artifices, & ope-
rarios Calefactores nauium pro reficiendis Molendi-
ni partibus vetuſtate corroſis, vt deponunt primus,
ſecundus, & quartus teſtes ſuper ſexto, *dicto ſumma-
rio num.* 2. Et vlteriùs fideliter agendo omnem dili-
gentiam adhibuit, vt Conſtantinum induceret ad re-
fectionem neceſſariam, pro obuiando demerſioni: dum
ad Molendinum ipſum perduxit per quiudecim dies
ante Vigiliam, vt faciliùs ocular iter perſpiciendo lo-
ca putrida tabularum dignoſceret, & receptionem
aquæ ſalientis cerneret, vt benè de viſu, & intereſ-
ſentia probant ijdem primus, ſecundus, & quartus ſu-
per duodecimo, *in ſummario Euſebij num.* 8. Quæ mo-
2 dicitas temporis intermedia ante ſubmerſionem ne-
dum excludit negligentiam Euſebij, ſed Conſtantini
negligentiam includit, qui certioratus in tempore
remedia adhibere neglexit *ad gloſ. in l. fluminum, §. vi-
tium, in verb. iniuria, verſic. culpa autem, ff. de damno in-
fect.* & admonitio periculi fiumaræ, *Rimnal. Iun. conſil.*
210. *num.* 42. Quinimò licentiam reſarciendi à locato-
ribus obtinere deſperans, volens tamen nouas, & re-
centes tabulas in locum corroſarum quantò citiùs ſub-
rogare, renuente Conſtantino perfici reaptationem
iam cœptam, ex quo non habebat pecunias in prom-
ptu, obtulit ille proprios nummos, & pollicitus eſt ſe
omnia facturum proprijs ſumptibus ad computum
penſionum Molendini, vt deponunt ſuper decimo ar-
ticulo primus, ſecundus, & tertius, & quartus, *dicto
ſummario Euſebij num.* 6. qui referunt expreſſis verbis
replicaſſe Conſtantino, *laſciatela accommodare, che ſe
non hauete denari voi, li ſpenderò io, & ci metterò an-
co le tauole, & poi ſconteremo nelle pigioni*. Quod ta-
men facere nullo pacto, vel obligatione præcedenti
tenebatur, ſed dominus molendini, ad quem ſpectat:
3 ideo etiam ſi omiſiſſet, non eſſet in culpa, *Aym. con-
ſil.* 21. *num.* 7. *& conſ.* 63. *num.* 9. *in fin. Surd. conſ.* 160.
num. 97. *&* 345. *num.* 31. *& deciſ* 87. *num.* 6. *Rota
deciſ.* 521. *par.* 1. *diuerſ.* Et nihilominus Conſtantinus
inceptum opus perfici noluit, & operarijs, ac cale-
factori imminentem ſubmerſionem cõminantibus pro-
hibuit, nè ad Molendinum in poſterum accederent,
vt dicto ſummario num. 4. deponunt primus, ſecundus,
& quartus teſtes Euſebij ſuper octauo articulo, & num.
7. & 15. ſuper vndecimo, & 25. ſuper duodecimo num.
8. Nec aliquid facit depoſitio extraiudicialis dicti Ca-
lefactoris, quòd non fuerit expulſus à Conſtantino:
quia vltra quòd meticuloſa videtur ex circunſtantijs
4 facti, attenditur potiùs illius examen iuratum formi-
ter, ac iudicialiter factum, *Bald. in l. nullum num.* 3.
C. de teſtibus, Alexand. de commum conſ. 74. *num.* 8. *lib.*
1. *Rot. coram Sanctiſſ. deciſ.* 230. *num.* 8. Ex quibus inter-
pellationibus, pecuniarum oblatione, & comminatio-
5 ne imminentis caſus omnis excluditur negligentia: &
arguitur culpa Conſtantini ex mora in obuiando, vt
fuit firmatum in his terminis in *Lucana Molendini* 14.
Nouembris 1605. *confirmata* 23. *Iunij* 1610. *coram
bon. mem. Penia, &* 18. *Decembris* 1618. *coram Reueren-
diſſimo D. meo Decano*. Non obſtat dictum primi teſtis
Conſtantini ſuper 35. & 36. articulo in ſummario ma-
gno concordato *num.* 36. *&* 39. deponentis de ordine
dato Euſebio, vt faceret in Molendino omnia neceſſa-
ria; quia vltra quòd eſt vnicus, & negotiator illius,
vt ipſe fatetur iuxta tertium *in ſummario num.* 1. &
iuxta 10. *ſummario num.* 2 fuit ordo generalis poſt ſex
menſes à die locationis factæ anno 1608. per quem non
6 tolluntur prohibitiones expreſſæ poſtea factæ per quin-
decim dies ante ſubmerſionem, vt ſupra probatæ, tan-
quam actus magis proximi ſubmerſioni, *Soccin. conſ.* 60.
num. 2. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 756. *in fin. par.* 1. *diuerſ.* Ex-
ceptiones autem contra perſonas teſtium, ex quo ſiue
7 famuli, non afficiunt: primò quia ſumus in his, quæ
inter eos de familia Euſebij euenerunt, & ideo maio-
rem potiùs fidem faciunt, *l. quoties, vbi Bart. num.* 1. *in
primo notab. C. de naufrag. lib.* 10. *fuit dictum coram me in
Colimbrien. matrimonij, quæ eſt deciſ.* 772. *num.* 2. *par.* 2.
in recentior. & in Romana repetitionis alimentorum 12.
Ianuarij 1618. Secundò, quia vnus tantùm illorum
erat famulus de tempore ſubmerſionis, *vt in ſummario
conductoris num.* 15. videlicet quartus, alius verò om-
nino extraneus, & peritus in arte calefactorum nauium.
Quantùm verò ad ſecundum tempus in nocte Vigiliæ
prædictæ, vltra quòd periculoſa inundatio fluminis in
illa nocte non fuit probata, ſed mediocre incrementum,
& parui momenti, vt per teſtes locatorum *in ſumma-
rio num.* 8. vbi 6. iuxta 20. *& num.* 9. quartus, & quin-
tus iuxta 21. *& num.* 22. ſecundus, quintus, & ſextus
8 iuxta 30. qui contra ipſos locatores fortiùs probant *Cæ-
ſar de Graſſ. deciſ.* 7. *num.* 2. *de probat. Rota deciſ.* 167.
num. 28. *& deciſ.* 182. *num.* 7. *par.* 1. *recentior. & in
Cluſina Poſtæ* 14. *Decembris* 1618. *coram me*. Primò,
negligentia excluſa videbatur per actus contrarios fa-
mulorum Euſebij in Molendino exiſtentium, qui vbi
primùm certiorati de periculo, *ſi poſero intorno alla
detta Barchetta, attendendo à turare, e riſerrare li bu-
chi, &c.* prout deponit ſextus teſtis Conſtantini iuxta
20. *in ſummario num.* 8. & iuxta 22. *num.* 10. qui licèt
9 vnicus, tamen vti de facto proprio pluſquàm ſemiplenè
probat *Rot. deciſ.* 521. *num.* 6. *par.* 1. *diuerſ & in alijs
relatis in Amerina bonorum* 18. *Aprilis* 1616. *coram me*:
10 ſaltem tanquam vicinus, vt ipſe fatetur *Natta conſil.*
510. *num.* 4. *Surd. conſ.* 293. *num.* 31. *& fuit dictum
in Firmana, ſeu Maceraten. dotis* 24. *Ianuarij* 1618. *co-
11 ram R. P. D. Pirouano*; & in his, quæ nocturno tempo-
re euenerunt, cum veritas aliter haberi non poſſet, *Gabr.
concluſ.* 7. *de teſtibus*, iuncta præſertim depoſitione al-
terius teſtis Euſebij de facto proprio deponentis ſuper
19. *in ſummario num.* 15. & de diligentia per ipſum
adhibita in illa nocte, vnà cum alijs famulis Euſebij,
& de periculo, in quo cum illis diù ſtetit. Secundò, ex
modo, quo Molendinum remanſit ſubmerſum, exclu-
ditur culpa: fuit enim per aquam latenter ſubtus in-
gredientem per rimulas, cui non poterat obuiari per
appoſitionem pannorum, vt d. ſextus teſtis deponit, &
colligitur ex tertio, & quinto iuxta 11. *ſummario num.*
3. & ex ſexto iuxta 20. *ſummario num.* 8. Et ita etiam
eueniſſe, facilè argui poteſt ex defectu tabularum ſupra
probato, prout ſi reſarcitum fuiſſet, non accidiſſet ſub-
merſio, vt deponit ſextus teſtis Conſtantini iuxta 15.
ſummario num. 13. qui rationem reddidit ſufficientem.
Nec dicatur culpa adfuiſſe ex eo ſolo, quòd Euſebius
non dormiuit in illa nocte in Molendino; quia, vltra
quòd ſtatim è domo euocatus, *venne fuora in camiſcia,
& comincio à far la diligenza poſſibile*, vt deponit idem
ſextus teſtis iuxta 20. *dicto num.* 8. Reſpondetur, Id
eſſe officium famulorum, non autem domini, de quo
officio, & ſtylo deponunt ijdem teſtes Conſtantini iuxta
19. num. 7. & iuxta 21. num. 9. Vnde ſatis diligens fuit,
12 cum fecerit id, quod ab alijs fieri ſolet, *Bart. in l. ſi pigno-
ra, §. fin. num.* 1. *ff. de pignor. action. Corn. conſil.* 28.
num. 2. *&* 7. *lib.* 3. *Honded. conſil.* 90. *num.* 31. *lib.* 2.
& in conductore domus *Bald. conſ.* 441. *lib.* 1. quem
refert, & ſequitur *Aym. conſ.* 8. *num.* 22. *Anchar. conſ.*
348. *num.* 1. *verſ. & circa primum dico, & ſub num.* 2.
verſ. attenta conſuetudine, quem refert, & ſequitur *Iaſ.*

in

in l. 4. ſ. prætor ait, num. 32. ff. de edend. & in l. domus,
num. 8. verſ. alibi conſuluit egregiè, ff. de legat. 1. Grat.
conſil. 94. num. 54. lib. 2. & poſt alios Caroc. de locat.
par. 4. tit. qua excuſ. a culpa, num. 2. fol. mihi 174.
Negligens autem natura Euſebij, de qua primos, &
vndecimus iuxta 18. *in ſummario Conſtantini num.* 6.
(vltra quod contrarium apparet ab effectu, & proba-
tur per alios teſtes eiuſdem iuxta d. 18. interrogato-
rium dicto num. 6. & iuxta 19. num. 7. & melius num.
11. (nihil prodeſt Conſtantino, qui perſonam iam ap-
13 probauerat, ſed ſibi imputatur ea *vulg. l. damnum, vbi*
gloſ. de regul. iur. & Surd. deciſ. 62. *num.* 8. Et potiùs
naturam ſuperaſſe videtur in dubio, ne bona mobilia va-
loris ſcutorum 25. & vltra amitteret, de quo deponunt
teſtes illius *ſummario num.* 5. Quòd præterea omiſe-
rit apponere duos canapos, quamuis ex pacto expreſ-
ſo teneretur, viſum fuit, non poſſe adſcribi eius negligē-
tiæ, vel dolo, ſtante modico incremento fluminis: cum
illi apponantur tantùm, quando flumen eſt in magno
incremento, & ſubeſt periculum amiſſionis: vt de ſo-
lito fieri deponunt primus, & ſecundus teſtis eiuſdem
Conſtantini, *ſummario num.* 20. & omnes iuxta 28. *nu.*
16. de quo magno incremento, & valde periculoſo ſen-
ſiſſe partes cenſentur, dum tempus inundationis, non
autem excreſcentis fluminis conſiderarunt; & quam-
uis tertius teſtis Euſebij repetitus iuxta 32. & 33. di-
cat, fuiſſe opus dictorum canaporum appoſitione: di-
cit etiam, quòd parùm profeciſſet, quia intus erat re-
ſarciendum: & ſic cum eſſet in dubio, an aliquid pro-
14 feciſſet appoſitio, non tenebatur apponere, *Surd. poſt*
alios conſ. 86. *num.* 18. *& conſil.* 260. *num.* 6. *Rota deciſ.*
321. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ.* & ab effectu etiam ſatis
deducitur, opus non fuiſſe, apponere dictos canapos;
ex quo in illa nocte ad alia Molendina circumcirca
exiſtentia non fuerunt appoſiti, vt benè probant te-
ſtes eorundem locatorum, videlicet primus, ſecun-
dus, quintus, & ſextus iuxta 39. deponentes, ſe non
vidiſſe canapos, & reddentes optimas rationes, *dicto*
15 *ſummario num.* 22. ex quibus dicta negatiua tempore,
& loco coarctata probatur *Rota in Romana affictus*
30. *Martij* 1612. *coram R. P. D. meo Pirouano*; vel
ſaltem venit excuſandus ex communi errore, & opi-
nione aliorum Molendinariorum, quæ magis atten-
16 ditur, quàm veritas, *l. regula, §. qui ignorauit, ff. de iur.*
& fact. ignor & fuit dictum in Firmana bonorum 10.
Decembris 1584. *coram bon. mem. Bubalo, & in deciſ.*
582. *ſub num.* 4. *par.* 2. *in recentior.* Et in omnem ca-
ſum cum talis appoſitio nihil profeciſſet ad obuiandum
ſubmerſioni, quæ ſolùm ad euitandam fracturam ca-
tenarum, & aſportationem fieri ſolet, & prodeſt ad
maiorem cautelam, vt dicunt dicti teſtes Conſtanti-
ni iuxta 28. primus, ſecundus, ſextus, & nonus *dicto*
ſummario num. 16. & catenæ integræ remanſerint: non
17 tenebatur apponere ad hunc effectum *ad l.* 2. *ff. ſi*
quis in ius vocat. non ierit, Dec. in cap. ex ratione, de
appell. Rota dicta deciſ. 521. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ.* Aliæ
demum coniecturæ deſumptæ ex conductione poſtea
facta Torretti, cui adhærebat huiuſmodi Molendi-
num, & obligatione conſeruan. aliud Molendinum
Stellæ proprijs ſumptibus Euſebij: vltra quòd inue-
riſimiliter excogitatæ videbuntur, & ſatis leues ad in-
ducendum dolum, & culpam prætenſam, cum nemo
præſumatur iactare ſuum, vt conſiderant etiam teſtes
locatorum eorum *ſummario num.* 19. prout feciſſet
Euſebius, qui etiam inuitus mobilia ſupra dicti va-
loris amiſiſſet, cum damno, & lucri etiam amiſſione;
& præſertim ſpe lucri incerti amiſſio certa ſcuto-
rum duorum pro quolibet die, vt deponunt teſtes di-
ctorum conductorum, *ſummario num.* 10. 11. 12. &
18 15. *& num.* 20. *&* 21. quod ſinè dubio omnem cul-
pæ præſomptionem excludit, vt de damno paſſo di-
xit. *Coſt. de iur. & fact. ſcient. & ignor. diſtinct.* 88.
num. 9. *cent.* 2.
Et ita deciſum vtraque parte informante.

Hæc deciſio fuit confirmata coram R. P. D. Ghiſilerio
28. Februarij 1628.

Recanaten. ſucceſſionis.

Lunæ 5. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum, carens requiſitis *per gloſ. in l. gene-*
ralis, C. de Tab. lib. 10. fidem nonfacit.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſinè inuocatione diuini nominis, indictio-*
ne, & Pontificatu, non facit fidem.
2 *Inſtrumentum ſinè loco loci, & clauſula,* Actum, *fi-*
dem non facit, & num 3.
4 *Inſtrumentum abſque Notarij ſubſcriptione fidem non*
facit.
5 *Inſtrumentum non probat, ſi in eo aliquid deficiat, ex*
quo appareat, quòd notarius illud non habuit pro per-
fecto.
6 *Inſtrumentum, in quo fuit dimiſſum ſpatium in albo, non*
cenſetur perfectum, & fidem non facit.
7 *Inſtrumentum leuatum ex matrice, & imbreuiatura*
reperta inter alios rogitus Notarij, probat etiam abſque
eius ſigno, & ſubſcriptionè, dummodo habeant alia requiſi-
ta neceſſaria, num. 8.
9 *Inſtrumenti defectus circa locum, ſuppleri poteſt ex te-*
ſtibus de illo deponentibus.
10 *Fides extraiudicialis, & abſque iuramento non facit fidem.*
11 *Memoria a defuncto relicta, nec etiam contra ipſum ſcri-*
bentem probat.
12 Clauſula, Actum, *non eſt de ſubſtantia ſcripturæ, ſi aliun-*
de appareat, illam eſſe perfectum.
13 Clauſula, Actum, *ſolet perfectionem actus denotare,*
fallit quando ex inſpectione ipſius inſtrumenti apparet
de illius imperfectione, num. 14.

DECISIO DCLXVI.

IN reſolutione facta 18. Februarij præ-
teriti, quòd Olimpiæ eſſet danda im-
miſſio in bonis quondam Petri eius
fratris ab inteſtato defuncti pro por-
tione hæreditaria, fuit reſeruatum,
vt videretur de quadam renunciatio-
ne, vt ſupponebatur, per Olympiam
facta de anno 1588. de quo tempore fuit in matrimo-
nium collocata, de bonis nedum paternis, & maternis,
ſed etiam fraternis; & Domini dixerunt, non conſtare
1 de dicta renunciatione. Nam ad illam probandam fuit
pro parte Lidiæ, & Magdalenæ dicti Petri neptum, &
rearum conuentarum, exhibita quædam ſcriptura ex
Archiuio Recineti ſumpta per modernum Archiuiſtam
ex ſcripturis quondam Ser Ant. Iacobi Camillotti olim
Notarij Recineti; & quamuis non controuerteretur no-
ta-

Digitized by Google

tariatus dicti Camilli, nec quòd dicta ſcriptura eſſet eius
manu confecta, tamen ex illius inſpectione, & lectura
fidẽ non facere videbatur: caret enim inuocatione diuini
nominis, indictione, & Pontificatu, quæ tria ſunt ex re-
quiſitis ſubſtantialibus ad fidem inſtrumenti, iuxta *gloſ.*
in l. generali, C. de tab. lib. 10. quam paſſim ſequitur Rot.
vt in deciſ. 486. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. in Meleuitana hæ-*
reditatis 9. *Decembris* 1619. *coram Reuerendiſſimo D. Se-*
leucien. confirmata 5. *Nouembris* 1621. *coram R. P. D.*
2 *Verospio, & in alijs.* Prout etiam caret nedum loco
generali, ſed etiam loco loci, & clauſula, *actum*, ſinè
quibus inſtrumentum fidem non facit, vt de loco loci,
Specul. in tit. de inſtr. edit. § inſtrumentum, num. 5.
Aym. conſ. 216. *num.* 2. *Put. deciſ.* 256. *num.* 1. *lib.* 1.
in nou. Caputaquen. deciſ. 98. *par.* 2. *Rota deciſ.* 701. *lib.* 3.
par. 3 *cũ alleg. in Romana prætenſi legati* 28. *Iunij* 1617.
& in Colonien. ſponſalium 9. *Iunij anni præteriti coram*
3 *me.* Et de clauſula, *actum*, ſinè qua contractus præ-
ſumitur imperfectus, *Bald. in authent. quod ſinè, num.*
1. *verſ. & ideo tabelliones, C. de teſtam. Caſtren. in l. ſi is*
qui, num. 4. *ff. de teſtam. Alexand. d. conſ.* 14. *num.* 17.
A *lib.* 6. *Seraph. deciſ.* 949. *num.* 1. A Et addebatur etiam
4 defectus ſubſcriptionis Notarij ſimiliter neceſſariæ iux-
ta *gloſ. in dicta l. generali, & in §. ſed ſi inſtrumentum,*
verſ. adijciantur, authent. de inſtr. caut. Angel. conſ. 220.
in princip. cum relat. per Bertazz. de clauſ. in proœm. num.
12. & quicquid ſit, an requiratur ſignum, quò ad ſubſcri-
ptionem res eſt indubitata, etiam iuxta obſeruantiam
Rotæ, *Caputaquen. deciſ.* 204. *par.* 2. *Rota deciſ.* 301.
num. 2. *par.* 2. *recent. & apud Sanctiſſ. deciſ.* 454. *num.* 3.
& ibi Adden. num. 6. *teſtantur de obſeruantia, & fuit dictũ*
in Firmana iuris patronatus 7. *Iunij* 1619. *coram Reueren-*
diſſimo Seleucien. vbi quòd multoties fuit in Rota iudi-
5 catum. Imò dicebatur, dictam ſcripturam potiùs fuiſ-
ſe minutam, quam inſtrumentum publicum, cum fuerit
dimiſſum ſpatium in albis, in quo fortè Notarius vo-
luerit poſtea extendere decretum Iudicis ſub illa clau-
ſula, *ſedens, &c.* & coram quo partes enunciantur con-
ſtitutæ, vel aliquid aliud addere; ex quibus omnibus
colligitur, notarium non habuiſſe contractum pro perfe-
cto, & per conſequens non probat *Bart. in l. ſi is qui,*
num. 3. *verſ. & per iſta duo, vbi Caſtr. num.* 7. *ff. de*
teſtam. Pelin. in cap. cum P. tabellio, num. 1 *verſ. primus*
eſt, de fid. inſtrum. Ruin. conſ. 204. *num.* 9. *lib.* 2. *latè*
Surd. conſ. 187. *num.* 21. *Card. Mantic. de tacit. & am-*
big. conuent. lib. 4. *tit.* 3. *num.* 22. *Bertazz. de clauſ. inſtr.*
6 *in rubr. num.* 6. *in fin.* Et in puncto quando fuerunt
dimiſſa alba, inſtrumentum non cenſeri perfectum, & fi-
dem non facere, *Natt. conſ.* 224. *num.* 2 *verſic. item mi-*
litat, Bertazz. conſ. cri. 14. *num* 7. *verſ. & tanto minus lib.*
1. *Burgnin. Caualc. deciſ.* 45. *num.* 10. *verſ. & ſpatium,*
par. 1. *& deciſ.* 29. *num.* 29. *par.* 2. *& fuit dictum in allegata*
Meleuitana hæreditatis coram Reuerendiſſimo Seleucien. &
B *R. P. D. Verospio.* B, Non obſtat, quòd dicta ſcriptura
7 non ſit publicum inſtrumentum, ſed matrix, & imbre-
uiatura reperta inter rogitus dicti Notarij, itaut in-
ſtrumentum ab ea leuatum fidem faciat, quamuis ſinè
ſigno, & ſubſcriptione notarij rogati, iuxta opinionem
Rotæ, *vt in deciſ.* 250. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ. Seraphin.*
deciſ. 888. 902. *&* 909. *Rot. in recent. deciſ.* 628. *num.* 1.
8 *par.* 2. *cum allegatis.* Tùm quia vltra quòd hoc expreſsè
negatur, in tranſumpto prædicto pro Lidia, & Magdale-
na, & ſic approbato, non atteſtatur illam repertam fuiſ-
ſe in protocollo, nec inter alia inſtrumenta protocollata,
cum tamen in Archiuio ſupponatur extare protocollũ
eiuſdem Notarij, in quo ſunt inſtrumenta eodem tem-
pore, quo iſtud prætenſum, rogata, ſed dicit repertam
fuiſſe in quodam faſciculo, ſeu libretto non publica-
to, nec cartulato. Tùm quia quatenus dictus librettus
fuerit repertus inter dd. rogitus, vt idem Archiuiſta
in ſecunda extractione videtur atteſtari, non tamen in-
ſtrumentum ab eo leuatum fidem faceret, cum defi-
ciant non ſolùm ſubſcriptio, & ſignum, ſed etiam re-
quiſita in imbreuiatura, vt locus loci, clauſula, *actum*,
& alia ſupradicta, & contractus non videtur perfectus,
8 quo caſu ſcriptura robur non accipit ab alijs rogiti-
bus, vel à loco, in quo reperta fuit, vt declarat *Rub.*
Alexand. conſ. 94. *num.* 2. *Pariſ. conſ.* 27. *num.* 10. *lib.* 2.
Roland. conſil. 32. *num.* 36. *lib.* 2. *Seraphin. dicta deciſ.*
888. *num.* 9. *deciſ.* 902. *num.* 5. *&* 909. *num.* 3. *Rota di-*
cta deciſ. 628. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & not. Caſtren. in*
dicta l. ſi is qui, num. 4. *ff. de teſtam. Alexand. dicto conſ.*
14. *num.* 17. *lib.* 6. *Bero. conſ.* 1. *num.* 51. *verſ. facit quod*
voluit, lib. 2. *Curt. iun. conſ.* 162. *num.* 1. *verſ. confirma-*
tur, volum. 2. *& Ferrant. Gartiar. patrocin.* 33. *num.* 8.
9 Nec facit, quòd defectus circa locum ſuppleri poſſit ex
teſtibus de illo deponen. ex *Barz. deciſ. Bonon.* 39. *num.*
50. *& ſequentib.* quia vltra quòd teſtes in ſummario dati
ſunt informiter, & parte non citata coram incompe-
tenti Iudice, & lite pendente inducti, & non viden-
tur, examinati, ſed tantùm dantur eorum fides extra-
10 iudiciales, & ſinè iuramento, & ſic nullius cõſidera-
tionis, *Seraphin. deciſ.* 1280. *num.* 1. *cum vulg.* Rema-
nent alij defectus ſupra deducti, ex quibus ſatis vide-
batur dictam ſcripturam fidem non mereri. Nec vi-
detur attendenda aſſ. memoria Horatij patris, vbi
11 etiam eſſet legitimè recognita, cum nec contra ipſum
ſcribentem probaret *Iaſ. in l. admonendi, num.* 8. *in*
fine, verſ. quinto limita, ff. de iur. iuran. & in repet.
num. 115. *verſ. ſecundò limita, Grat. conſ.* 123. *num.* 11.
& 12. *lib.* 2. *& fuit dictum in Reatina cenſus* 27. *No-*
uembris 1617. *coram me.*
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Contractus præſumitur imperfectus ſine clauſula, *actum*,
&c. vt in allegatis *Meleuitana hæreditatis coram bon. mem.*
Dunozetto ſeniori, & Illuſtriſſ. D. Cardinali Verospio
Sed talis clauſula non eſt de ſubſtantia ſcripturæ, quando
12 aliunde apparet, illam eſſe perfectam, vt fuit dictum in
Nepeſina tutelæ 27. *Februarij* 1617. *coram Illuſtriſſimo*
D. Cardinali Verospio in Romana dotis de Sfortis 23. *Fe-*
bruarij 1615. *& in Meleuitana hæreditatis* 6. *Nouembris*
1623. *coram bon. mem. Manzanedo.*
Et è conuerſo quamuis clauſula, *actum*, ſoleat denotare
13 perfectionem inſtrumenti *Rota deciſ* 628. *num.* 2. *&* 3.
par. 2. *recent. Card. Caualer. deciſ.* 640. *num.* 7. *Marta*
clauſ. 4. *per tot.*
Attamen non releuat, quando ex inſpectione ipſiuſmet
14 inſtrumenti apparet de imperfectione, *Corn. conſ* 226.
num. 5. *lib.* 3. *Honded. conſ* 66. *num.* 39. *& ſeq. lib.* 1.
Rota d. deciſ. 628. *num.* 5. *& fuit dictum in Bononien. ter-*
rarum 12. *Februarij* 1629. *coram R. P. D. Vbaldo iuniori.*
B *Rota in recent deciſ.* 576. *num.* 2. *par.* 2. *& hac deciſ. alle-*
gata in d. Bononien terrarum 12. *Februarij* 1629. *coram*
R. P. D. Vbaldo iuniori, & infra deciſ. 672. *num.* 6.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Ro-

Digitized by Google

Bononien. Gabellæ.

Veneris 9. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Bullæ antiquæ quando cenſeantur in forma probanti, & an indigeant recognitione, & an recipiant robur ab Archiuio.

SVMMARIVM.

1 *Bulla originales arguuntur, quæ ſunt deſcripta in membrana cum ſigillo Sanctorum Petri, & Pauli in plumbo, cum cordulis appenſo.*

2 *Recognitione non indigent Bulla expedita vltra centum annos. & num. 8. & ſequen.*

3 L. fin. de fide inſtrum. *procedit in tranſumpto facto de ſcriptura propter antiquitatem conſumpta, non autem ſi compulſetur ad effectum probationis.*

4 *Notario atteſtanti de ipſius deputatione creditur de ſtylo Rota.*

5 *Archiuium dat robur ſcripturis ab eo extractis. Et quænam requirantur, vt Archiuium det robur ſcripturis ab eo extractis, latè num. 13. & ſequen.*

6 *Archiuij exiſtentia probatur ex teſtibus deponentibus, locum eſſe archiuium publicum, & pro tali haberi, teneri, & reputari.*

7 *Archiuium impugnare non poteſt, producens iura ex archiuio extracta.*

9 *Recognitione non indigent ſcriptura etiam priuata antiqua vltra centum annos.*

10 *Iura antiqua centum annorum ſpatium non excedentia debent recognoſci, niſi concurrant adminicula; & dicuntur antiqua ad hunc effectum, ſi excedant tempus 70. vel 60. annorum, num. 11.*

12 *Tempus litis an, & quando ſit detrahendum, ad effectum vt ſcriptura poſſit dici antiqua, & recognitione non indigeat.*

14 *Archiuium vt det robur ſcripturis, debet eſſe publicum, & habere officialem publicum.*

15 *Archiuium Epiſcopi eſt publicum, & ſcripturis ab eo extractis datur fides.*

16 *Archiuium Monaſterij non eſt publicum, ſed priuatum, & ſcriptura ab eo robur non accipiunt; & quando procedat, num. 17.*

18 *Scriptura vt ab Archiuio robur accipiat, debet eſſe authentica, & inter authenticas in eo cuſtodiri, & debet habere omnia requiſita ad publicum inſtrumentum. Et debet conſtare, de quo tempore poſita fuerit in Archiuio, num. 19.*

20 *Archiuium publicum probat inter ſubditos tantùm, non autem inter non ſubditos. limita vt num. 22. & ſeq.*

21 *Archiuium probat inter ſubditos, etiam extra territorium.*

23 *Archiuium Caſſinenſe eſt celeberrimum, & vti inſigne a nonnullis Pontificibus habitum, & ſcripturis in ea repoſitis datur omnimoda fides in quocunque foro.*

24 *Archiuiſta Caſſinenſis eſt notarius Pontificius.*

25 *Abbas Caſsinenſis habet iuriſdictionem Epiſcopalem, cum Diœceſi ſeparata deſcripta inter Epiſcopales, & omnia exercet, quæ ad Epiſcopos ſpectare noſcuntur.*

26 *Abbas Caſsinenſis nulli Epiſcopo, aut Archiepiſcopo eſt ſubiectus, vel ſuffraganeus, ſed omninò exemptus, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus, & habet vtramque iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem: & eſt veluti Princeps in ſuo territorio.*

DECISIO DCLXVII.

POSTQVAM fuit ſub die 11. Martij præteriti reſolutum, iura ad inſtantiam adminiſtratorum Gabellæ groſſæ Bonon. eſſe benè compulſata, fuit dubitatum, an duæ Bullæ Apoſtolicæ Bonifacij Noni, & Martini Quinti eſſent in forma proban. & affirmatiuè reſpōſum. Nam coram Iudice compulſore exiſtente in Camera Archiuij, partibus præſentibus, per Notarium Archiuiſtam extractæ fuerunt ex Archiuio ſeu ſcrinijs, in quibus dictæ Bullæ authēticæ, & in Romana Curia more ſolito expeditæ in diplomatibus, ſeu carta hædina cum ſigillis SS. Petri, & Pauli in plumbo appenſis, cum cordulis rubei, & crocei coloris: & omnia prædicta fuerunt punctualiter, & diligenter annotata, & deſcripta, per Notarium actuarium proceſſus ad verbum regiſtratæ; & ita ceſſant omnes oppoſitiones factæ pro
1 Communitatibus, cum iſtæ ſint qualitates requiſitæ Bullarum, & oſtendentes, illas eſſe Bullas originales, ſeu authenticas, vt latè per *Rebuff. in prax. in 3. parte ſignat. tit. Bulla nou. ac ſimplicis prouiſ. &c. num. 11. & per Foller. in tract. de contr. cenſ. in gloſ. incip. refert. hic D. Rex, num. 1. & 2. & fuit dictum in Hiſpalen. de Ayamonte 12. Maij 1614. coram R. P. D. Pamphilio, & in Tiraſonen. parochialis 1. Iunij 1618. coram bon. mem. Andrea.* Nec poſſunt dici diſcordes ex eo, quòd Bulla Martini Quinti habeat taxam expeditionis, quæ non legitur in alia Bulla: nam hæc ſinè taxa fuit expedita gra-
2 tis, alia verò ſecus. Nec dictæ Bullæ indigent recognitione, cum data excedat ſpatium 100. annorū, *Put. deciſ. 146. lib. 1. & 349. num. 4 lib. 2. in nou. Rot. deciſ. 27. num. 2. par. 2. recent. & fuit dictum in Romana bonorum de Columna 22. Maij 1615. coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Sacrato, & in dicta Tiraſonen. Parochialis de Ablitas*
A *coram bon. mem. Andrea.* A, Nec applicatur diſpoſi-
3 tio *l. fin. de fid. inſtr.* quia procedit, quando fit tranſumptum ſcripturæ per antiquitatem conſumatæ, non autem quando compulſatur ad effectum probationis. Non obſtat, quòd in ſubſcriptione Notarij non fiat mentio Bullarum ſub plumbo, & cordulis, ſed ſimpliciter quòd ſunt in carta hædina ſcriptæ: hoc enim nō erat neceſſarium, cum idem Notarius paulò ante in actu exhibitionis pro extractione facien. dictas omnes qualitates punctualiter annotaſſet. Inſuper fides dictarum Bullarum corroboratur ex quibuſdam tranſumptis cum dictis originalibus concordantibus redactis ſuper quibuſdam libris antiquiſſimis in dicta Camera Archiuij exiſtentibus, qui fuerunt coram eodem Iudice compulſore partibus præſentibus per dictos Notarios Archiuiſtas præſentati, & ex eiſdem, Iudice ſic mandante, exempla extracta per vnum ex dictis Archiuiſtis, de cuius deputatione conſtat *in dicto ſummario num. 4.*
4 & cum conſocio collationata, & ſubſcripta: quibus de eorum deputatione, etiam iuxta ſtylum Rotæ creditur, *Caputaq. deciſ. 247. par. 2. Rot. deciſ. 27. num. 1. par. 2.*
5 *recent.* Et accedit etiam authoritas Archiuij tam de iu-
B re, B *auth ad hec, C. de fid. inſtr. cap. ad audientiam, & ibi etiam gloſ. verbo cenſualem, & Doct. de præſcript. latè Gabr. de probat. concluſ. 1. num. 1.* quàm ex forma ſtatutorum Bonon. ſub rubrica de Camera actorum communis, & populi Bonon. & in alijs locis *in ſummario adminiſtratorum num. 3.* Et de exiſtentia Archiuij non videbatur poſſe dubitari, cum de eo deponant tres teſtes forniter coram Iudice ſubdelegato in eodem loco Archiuij examinati, recognoſcentes locum prædictum

tanquam Archiuium publicum, & pro tali haberi, te-
neri, & reputari, *in ſummario adminiſtratorum num.* 1.
6 Et tantò magis, cum prædictæ Communitates plu-
res ſcripturas, quibus vtuntur, ex eodem Archiuio, &
ex prædictis Archiuiſtis extrahi fecerint, & præſertim
ſententiam latam de anno 1442. inter dictas Communi-
tates, & Dattarios molendinorum Ciuitatis Bonon. *di-
cto ſummario num.* 9. & ſic locum tanquam Archiuium
7 publicum, & perſonas Notariorum approbarunt *ad
not. in l. ſi quis teſtibus, vbi Bald. nu.* 3. *& 4. verſ. item fa-
ciunt, Salic. num.* 10. *C. de teſtib. Alex. conſ.* 133. *num.*
13. *&* 14. *lib.* 7. *Natt. conſ.* 146. *num.* 1. *Mantic. de-
ciſ.* 75. *num.* 3.
Et ita deciſum.

ANNOTATIO.

A Inſtrumenta antiquiſſima, quæ habent faciem publici in-
8 ſtrumenti, probant ſinè recognitione manus, *Afflict. deciſ.*
245. *num.* 3. *& deciſ.* 251. *num.* 6. *Put. deciſ.* 9. *de fid. in-
ſtrum. & deciſ.* 146. *lib.* 1. *in correct.* Cardinal. *Caualer.
deciſ.* 518. *& deciſ.* 625. *vtrobiq; num.* 1. *Rot. diuerſ. deciſ.*
52. *&* 54. *par.* 1. *& deciſ* 27. *num.* 2. *& deciſ.* 613. *ſub num.*
3. *par.* 2. *recent. & fuit dictum in Mutinen plebis, ſeu iu-
riſpatronatus* 21. *Februarij* 1625 *coram Reuerendiſſimo D.
Coccino Decano, et in alijs allegatis per Beltramin. ad deciſ.* 3.
Greg. XV. num 5. *Gratian. diſcept.* 554 *nu.* 39. quod proce-
9 dit etiam in ſcriptura priuata, quæ ſi ſit antiqua vltra cen-
tum annos, non indiget recognitione, vt fuit dictum *in
Sulmonen vnionis* 7. *February* 1620. *coram bon. mem. Du-
nozetto ſeniori, quam refert, & ſequitur Beltramin. vbi
ſupra num.* 6. licèt contrarium teneat *Gratian. diſcept.*
570. *num.* 29. *&* 30. & ad effectum, vt inſtrumenta di-
cantur antiquiſſima, debent eſſe ſupra centum annos, vt
loquuntur deciſiones, & autoritates ſupra allegatæ, *&
fuit dictum in Romana fideicommiſsi de Caetanis* 7. *Fe-
bruarij* 1620. *coram Eminentiſsimo D. Cardinali Veroſpio.*
In alijs autem antiquis centum annorum ſpatium non ex-
10 cedentibus, vel debet fieri recognito manus notarij, *Ol-
drad. conſil.* 227. *num.* 6. *Alexand. conſil* 198. *num.* 1.
lib. 7. *& conſil.* 97. *num.* 4. *&* 6. *eod lib. Roland. conſil.*
32. *num.* 23. *& ſeq. lib.* 2. *Caputaq. deciſ.* 99. *num* 2. *part.*
2. *Rot. deciſ* 703. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* vel debent con-
currere adminicula, vt formali recognitione non indi-
geant, *Put. d. deciſ.* 146. *lib.* 2. *Caputaq deciſ.* 5. *part.* 3.
Rot deciſ. 693. *nu.* 7. *par.* 2. *recent. & fuit dictum in alle-
gata Romana fideicommiſsi de Caetanis coram Eminentiſsi-
mo D. Cardinali Veroſpio.*
11 Dicitur autem antiquum ad iſtum effectum tempus ſe-
ptuaginta annorum, *Caputaquen. dicta deciſ* 5. *par.* 3. vel
etiam vltra 60. *Seraphin deciſ.* 1481. *num.* 2. *Cardinal. Ca-
ualer. d. deciſ.* 518. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 234. *num.* 2. *part.* 2.
recent. & in Nouarien bonorum 7. *Iunij* 1619. *coram
12 bon. mem. Cardinali Sacrato.* Detrahendum eſt tamen
tempus motæ litis, vt in terminus recognitionis ſcriptu-
rarum *Put. deciſ.* 430. *circa fin. & deciſ.* 435. *ad med. lib.*
2. *in nou. Rot. deciſ.* 185. *in princ. verſ. ſecundò dempto
part.* 1. *diuerſ. apud Card. Seraph. deciſ.* 76. *in allegata No-
uarien. bonorum coram Cardinali Sacrato, & in d. Roma-
na fideicommiſsi de Caetanis coram Eminentiſsimo Domi-
no Cardinali Veroſpio.* Contrarium tenuit *Put deciſ.* 349.
num. 5. *lib.* 2. *in nou & Card. Seraph. deciſ.* 928. *num.* 1.
Pro concordia diſtinguendum eſt, prout diſtinxit eadem
Rota deciſ. 822. *par.* 4. *diuerſ.* nempe quòd vel agitur de
recognitione inſtrumenti, in quo conſiſtit principale fun-
damentum, & vis totius cauſæ: & tunc detrahendum eſt
tempus litis; vel agitur de recognitione inſtrumenti, in
quo non conſiſtit principale fundamentum cauſæ, ſed inci-
denter in progreſſu litis producitur: & tunc detrahendum
non eſt tempus litis motæ.
B Archiuium vt det robur ſcripturis, plura requiruntur,
13 de quibus *per Felin. in cap. ad audientiam num.* 11. *de
præſcript. Aym. de antiquit. temp. part.* 1. *§. quartò limita-
tur num.* 1. *cum ſequen. Gabr. de probat. concluſ.* 5. *per
tot Caputaq. deciſ.* 41. *part.* 1. Et inter alia requiritur,
14 quòd Archiuium ſit publicum, quòdque habeat præpoſi-
tum, ſeu officialem publicum, *Abb in cap cum cauſam,
& ibi Felin. num.* 7. *de probat. idem Felin dicto cap. ad
audientiam dicto num.* 11. *Oſaſch. deciſ Pedemont.* 69. *num.*
2. *Rota in Signina feudi* 28. *Nouembris* 1616. *&* 15. *Iunij*
1617. *coram bon mem. Andrea,* quam reaſſumpſit *Gra-
tian. diſcept forenſ. cap.* 582. *&* 736. *num* 35. *& in Con-
chen decimarum de Campillo* 17. *Maij* 1619. *coram bon.
mem. Patriarcha Manzanedo, in Sorana beneficij* 8. *Mar-
tij.* 1627 *coram R. P. D. Merlino, & in Veronen iurium
parochialium* 25. *Iunij* 1629. *coram Eminentiſſimo D.
Cardinali Virili.* Vndè ſcripturæ extractæ ex Archiuio
15 Epiſcopi plenè probant: cum Archiuium Epiſcopi ſit pu-
blicum *Franc. Marc deciſ* 438. *num.* 2. 3. *&* 4. *part.* 1.
Aluarot inter conſil. Albert. Brun conſil. 121. *num.* 3. *Gen
de ſcript. priuat. lib.* 5. *cap* 1. *num.* 33. *& admiſit Rota in
dicta Sorana beneficij* 8. *Martij* 1627. *coram R. P. D. Mer-
lino,* & è conuerſo iura extracta ex Archiuio Monaſterij
16 ab eo robur, & fomentum non accipiunt: cum illud non
ſit publicum, ſed priuatum *Put. deciſ.* 186. *num* 1. *lib.* 3.
& deciſ 25. *tit. de fid. inſtrument. & fuit dictum in
Aquinaten. ſeu Nullius beneficiorum* 2. *Aprilis* 1607. *coram
bon. mem. Cardinali Marquemontio;* hoc tamen procedit,
17 quando Archiuium priuatum eſt ſolius Monaſterij, & ibi
iura pro ſolo Monaſterio cuſtodiuntur; ſecus autem,
quando Archiuium Monaſterij eſt publicum, nempè pu-
blicæ confert vtilitati, ac publicè cuſtoditur, vt declarat
Soccin. ſen. conſil. 258. *num.* 6. *lib.* 2. *egregiè Rota in dicta
Sorana beneficij* 8. *Martij* 1627. *coram R. P. D. Merlino.*
Item ad hoc vt ſcriptura recipiat robur ab Archiuio,
18 opus eſt, quòd in eo ſit tenta tanquam authentica, & inter
authenticas ſcripturas: aliàs ſi eſſet informis, ab Archiuio
robur non reciperet: quia de iure non ſuppletur imper-
fectio ſcripturæ per Archiuium, *Corn conſil.* 142. *num* 6.
lib. 3. *Decian. conſil.* 24. *num.* 50. *& ſeq. vol.* 1. *Caputaq.
dicta deciſ.* 41. *num.* 3. vbi quòd debet habere omnia requi-
ſita ad publicum inſtrumentum, *Mareſcott. variar reſolut.
lib.* 1. *cap.* 81. *num.* 18. *& ſeqq. Card. Caualer. deciſ.* 580.
& 613. *vtrobique num.* 4. *Put. deciſ.* 430. *num* 1. *lib.* 2.
Rot. deciſ 135. *num* 8. *part.* 1. *recent.* Item debet conſta-
19 re, de quo tempore ſcriptura poſita fuerit in Archiuio,
aliàs non probat: cum potuerit reponi de tempore mo-
tæ litis, *Caputaq. dicta deciſ.* 41. *num* 4. *Corn. dicto conſil*
142. *num.* 6. *lib.* 3. *Rot. in dicta Signina feudi coram An-
drea, & coram eodem in Tiraſonen parochialis de Ablitas*
9. *Decembris* 1616. *& in dicta Conchen. decimarum* 17.
Maij 1619. *coram Patriarcha Manzanedo, & in dicta
Veronen iurium parochialium* 25. *Iunij* 1629. *coram
Eminentiſſimo D. Cardinali Virili.*
Verùm licèt Archiuium ſit publicum, & habeat omnia
20 requiſita prædicta: Nihilominus non probat, niſi in-
ter perſonas illius territorio ſubiectas tantùm, *Aym.
de antiquit. temp. dicta part.* 1. *§.* 4. *limitatur, num.* 5.
& 11. *Caputaq. deciſ.* 42. *part* 1. *Gabr. de probat. dicta
concluſ* 5. *num.* 14. *Gratian. diſcept forenſ* 859. *num.* 28.
Card. Seraphin. deciſ. 642. *num.* 1. *Reuerendiſſ. D. Coccin.
deciſ.* 128. *num.* 1. *& deciſ.* 450. *num.* 3. *Rota in Firmana
hereditatis* 31. *Maij* 1624. *coram R P. D. Pirouano, in
dicta Veronen. iurium parochialium coram Eminentiſſimo*

D.

D. *Cardinali Virili*. Probat tamen inter perſonas ſubie-
21 ctas, etiam extra territorium *Reuerendiſſ. D. Coccin. de-
ciſ. 36. num. 11. & dicta deciſ 128. num. 3.* Item probant
22 ſcripturæ exiſtentes in Archiuio publico etiam extra
territorium, & contra perſonas non ſubiectas, quando
ſunt antiquiſſimæ, *vt per Seſſ deciſ. Aragon. 21. num. 6.*
Præterea ſupradicta concluſio procedit in Archiuio con-
ſtituto ad certum territorium, & ad certas ſcripturas;
& ideò fallit in Archiuio, in quo aſſeruantur ſcripturæ
23 pertinentes ad alia loca, vt de Archiuio Caſſinenſi, quòd
iura ex eo extracta plenam fidem faciant etiam extra ter-
ritorium, me informante tanquam ſacri Monaſterij Ad-
uocato ordinario, fuit reſolutum in *allegata Sorana
beneficij 8. Martij 1627. coram Reuer. P. D. Merlino*.

Etenim hoc Archiuium Caſſinenſe eſt celeberrimum, &
habet, ac cuſtodit ſcripturas pertinentes ad totum fe-
re Orbem, nec non ad Principes Chriſtianos nequaquam
illi ſubditos: eſtque antiquiſſimæ iuriſdictionis, ac tempo-
ris, habet publicum officialem, & cuſtodem, qui exa-
ctiſsimè diſpoſita monumenta conſeruat, & dicitur Ar-
chiuiſta Caſſinenſis, & talis fuit Leo Monachus, Cardi-
nalis, & Epiſcopus Oſtien. & Petrus Diaconus, quos
ſynceræ fidei ſcriptores appellat, & laudat *Cardinal.
Baron.* & ex iſto Archiuio plura, in ſuos Annales, &
in alia opera diſtributa deprompſiſſe profitetur *eorun-
dem Annal. tom. 10. ſub anno 850. & 851. & 873. &
tom. 11.* multis in locis, & in notis ad Martyrolog *ſub
die 12. Martij 6. 7. Maij 17. Iunij 15 & 18. Iulij 20.
Auguſti 1. Octobris, & 7. Nouembris*; & idem teſtatur
*Panuin in princip Hiſtor. Pontific. & Carol. Sigon. in
Indic. Hiſtor de Regn. Ital.* Atque illud Archiuium
vti publicum, & inſigne, ac in magna æſtimatione a Sum-
mis Pontificibus ſemper fuit habitum. Nam Bonifacius
Nonus in quadam Bulla Pontificatus ſui anno vndecimo
valdè honorificè de eo verba facit; Leo Decimus Pon-
tificatus ſui anno nono mandauit, in eo reponi ſcriptu-
ras magni momenti; & ad nutum ſanctæ memoriæ Pau-
li Quinti bon. mem. Archiepiſcopus Vulpius, & iuſſu Ca-
tholicæ Maieſtatis Fuluius Conſtantius Marchio Corleti
Regens Neapolis ad illud tanquam ad Archiuium publi-
cum tranſmiſerunt cuſtodiendam determinationem cauſæ
cuiuſdam vertentis circa confines Terrarum Roccæ Guil-
lielmi, & Pontis Curui; & fel. rec. Gregor. XV. Ar-
24 chiuij cuſtodem Prothonotarium Apoſtolicũ creauit ſub
dat. Romæ 17. Septembris 1622. Et S. D. N. Vrbanus
VIII. confirmans eadem priuilegia, amplius decreuit,
ſcripturis in iſto Archiuio repoſitis omnimodam haben-
dam eſſe fidem in quocunque Tribunali tàm Eccleſiaſtico,
quàm ſeculari, *vt ex illius Breui ſub dat. Romæ die 31.
Martij 1626.*

Præterea iſtud Archiuium neque dici poterit Archiuium
25 Monaſterij, ſed potiùs Epiſcopale. Abbas enim
Caſſinenſis habet iuriſdictionem Epiſcopalem cum Diœceſi
ſeparata deſcripta inter Epiſcopales in libris Cancellariæ,
& Cameræ Apoſtolicæ, quibus fides adhibetur *Seraphin.
deciſ 1353. num. 4.* Synodum congregat, dimiſſorias ad
maiores Ordines clericis ſuæ Diœceſis concedit: confeſſo-
res, prædicatoreſque approbat: ſeminarium proprium
inſtituit, & habet: examinatores Synodales in ſua Diœ-
ceſi eligit: & alia exercet, quæ ad Epiſcopos ſpectare no-
ſcuntur; ad ipſum diriguntur literæ Apoſtolicæ cauſarum
matrimonialium, & diſpenſationum; eidemq. Abbati Caſſi-
nen. reſpondit Summus Pontifex Alexander Tertius *in
cap. 1. de conſanguinit. et affinit.* huiuſmodi autem literæ
Apoſtolicæ non niſi habentibus iura Epiſcopalia tranſ-
mitti ſolent, *cap. conquerente, de offic. Ordin. Seraphin.*
26 *deciſ. 1055. num. 1.* Eccleſia igitur Caſſinen. verè eſt cen-

ſenda Cathedralis, & Epiſcopalis, & illam talem appel-
lant *Ioan. Andr in cap cum contingat, nu. 4. de for compet.
et ibid. Butr nu. 11. verſ fatetur Rebuff. in prax pag 649.
in princ. Quarant. in Summ Bullar verb. Concilii Prouin-
ciale, num 16.* & Prouinciale Eccleſiarum Cathedralium
impreſſum Romæ ſub Leone X. Enimuerò (*vt ex Stra-
bon lib. 5. de ſit. Orb.*) erat hæc ciuitas præclara, & La-
tinorum nouiſſima deducta Colonia à Romanis anno ab
Vrbe condita 440. *L. Papirio Curſore V. & C. Iunio ite-
rum Conſulibus, ex Tit. Liu. lib 9. Decad. 1. & Sigon.
de antiqu. iur. Ital. lib. 2.* & pluries laudata apud anti-
quos autores Plinium, Marcum Varronem, S. Antoninum,
Silium Italicum; huiuſmodi autem Colonijs, & Ciuitati-
bus initio naſcentis Eccleſiæ Epiſcopus creari, & tribui
conſueuit, vt deducitur ex *can. 1. & 2. 80. diſt* quod
etiam ex temporum ſerie comprobatur. Siquidem Caſ-
ſinenſis Eccleſia, antequam D. Benedictus ad illam acceſ-
ſiſſet proprium habebat Epiſcopum: & præcipuè habuit
Seuerum, qui interfuit Concilio Lateranen. celebrato an-
no ſalutis 487. ſub Felice III. cui ſe tanquam Caſſinenſis
Epiſcopus ſubſcripſit, vt conſtat *ex 2. tom Concil pag.
420.* & de eodem Seuero Epiſcopo Caſſinen. atteſtatur
Petrus Diaconus in vita ipſius S. Seueri, *& Leo Oſtien.
in Chronic. Caſsinen lib. 3. cap. 40.* poſtquam autem illuc
acceſſit D. Benedictus, nempè de anno 529. nemo am-
pliùs, præter Monachos Caſſinenſes, Epiſcopus ibi fuit
deputatus: & meritò, quia D. Benedictus illuc à Deo im-
mediatè miſſus fuit, eique pro populo Caſſinenſi munus
Euangelicum demandatum, vt affirmant D. Gregorius Ma-
gnus *Dialog. lib. 2. cap 8. & 19.* & Gordianus in Vita
S. Placidi Martyris, quæ habetur apud Surium *tom. 7.
pag. 749.* & refert *D. Thom. Opuſc. 19. cap. 4. circa med.
& Auguſtinus de Ancona de poteſt. Eccleſ ad Ioann. XXII.
quæſt. 64 art. 1.* & habetur *in annot. Gratian. poſt can.
generaliter 16. quæſt. 1.* Et ſucceſſiuis temporibus Abba-
tes Caſſinenſes poſt D. Benedictum, licet non eſſent Epi-
ſcopi, iura tamen Epiſcopalia, & omnimodam iuriſdictio-
nem ſemper exercuerunt, diœceſimque habebant: vt pa-
tet ex pluribus, & præſertim ex Bulla ſigno plumbeo
munita de anno 1271. vbi Bernardus Abbas ſuam dixit
Diœceſim, & tranſlationem cuiuſdam Eccleſiæ demanda-
uit. Et Marinus Abbas de anno 1308. in alia Bulla aſſen-
ſum præbuit indulgentijs ab Epiſcopis conceſſis in conſe-
cratione cuiuſdam Altaris, & ad inſtar Epiſcoporum alias
etiam ipſe conceſſit. Deinde anno 1323. Ioannes Papa
XXII. dictam Eccleſiam Caſſinenſem in Regularem
Cathedralem erexit, ordinem Epiſcopalem addendo illius
Abbatibus, qui à Conuentu in Capitulum erecto canonicè
eligebantur, & Abbatis, ac Epiſcopi munus ſimul obi-
bant: quod ſeruatum eſt vſque ad annum 1365. ſub Vrba-
no V. qui animaduertens Monaſterio Caſſinenſi plura
damna ob Abbatialem dignitatem ſublatam eueniſſe, il-
lam denuò reſtituit, & Epiſcopalem extinxit. Ex quibus
patet, quòd Eccleſia Caſſinen. ſemper fuit Catheralis, &
Epiſcopalis, habuitque, & ad præſens etiam habet diœ-
ceſim, ac territorium proprium, & Abbates ſemper
iura Epiſcopalia, & iuriſdictionem pleniſſimè exercue-
runt, & exercent. Imò iſtud Archiuium Caſſinenſe vi-
detur præferendum Epiſcopali; quia Epiſcopi ſæpius eſ-
ſe ſolent ſuffraganei, & anguſtiæ diœceſis; Abbas verò
Caſſinenſis nulli Epiſcopo, aut Archiepiſcopo ſubiectus
eſt, nec ſuffraganeus: ſed omnino à quocunque exem-
ptus, ſoli Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus, vt ex
priuilegio Zachariæ Papæ, qui vlteriùs eidem Abbati
conceſſit, vt ſupra omnes alios Abbates in Concilijs, &
alijs actibus publicis reſideret, & antè alios ſententiam
diceret; vt probant eius antiqua priuilegia, & conſue-

tudo inde ſequuta, & *Carol. Sigon. de Regno Ital. lib. 3. ſub anno 748. Cardin. Baron. ibidem ſub eodem anno ex Leone Oſtien. Chronic. lib. 1. cap. 4.* & habetur ex libro Prouinciali, cui fides adhibetur, *Mobedan. deciſ. 5. de fid. inſtrument.* Imò Abbas Caſſinenſis habet veramque iuriſdictionem, nempè ſpiritualem, & temporalem, & in ſuo territorio eſt veluti Princeps, & ſicut reliqui Epiſcopi habentes Caſtra in feudum à Rege, præcedit Comites, & alios Dominos ſæculares Regni *Marin. Frecc. de ſubfeud. rubr. de origin. Baron. cap. 3. num. 28.* & ideo eius Archiuium ſatis probat *Burſatt. conſil. 106. num. 18.* & hæc omnia fuerunt deducta, & in Rota approbata in *d. Sorana beneficij coram R. P. D. Merlino*.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Tiburtina Calcarearum.

Veneris 9. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Ædificare, & fodere ad libitum in ſuo cuique licet, dummodo non ad æmulationem, quod non præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *Dominium confitetur, intentans contra aliquem iudicium retractus iure vicinitatis.*
2 *Aedificare, fodere, & alia quæcunque facere licet in proprio ſolo, præſertim ſi non fiat ad æmulationem, ſed ad propriam vtilitatem.*
3 *Bona præſumuntur libera.*
4 *Teſtis de auditu contra producentem probat.*
5 *Bona oneri ſubiecta ſolent eſſe minoris pretij, imò onus eſt pars illius.*
6 *Bona intra territorium non præſumuntur Domini iuriſdictionem in eo habentis.*

DECISIO DCLXVIII.

POST duas reſolutiones Communitati Montis Cælij fauorabiles, quarum prima fuit 14. Martij 1614. quòd liceret facere calcareas in proprijs locis ſitis in dicto territorio, cum reſeruatione videlicet an liceret, illas conſtruere in terris nuncupatis *la foſſa di Cicotto alle Caprine*, prout pariter fuit reſolutum licere 1. Iulij 1619. Pro parte Excellentiſſimi D. Ducis Domini dicti Caſtri fuerunt examinati nonnulli teſtes, & ideo fuit dubitatum, an eſſet receden. à dictis duabus deciſionibus; & DD. cenſuerunt, ſtandum eſſe in vltima, videlicet quòd d. Communitas, & homines poſſint dictas fornaces, quas calcareas dicunt, effodere, & conſtruere in dictis terris vulgò dictis, *la foſſa di Cicotto alle Caprine*. Nam non fuit controuerſum dominium dictæ Communitatis dictæ periæ terræ ex inſtrumento emptionis per eam factæ à Lanciano, ſubſecuta actuali traditione, & apprehenſione poſſeſſionis ab inde citra continuatæ: & clarum
1 eſt ex confeſſionibus D. Ducis, qui cum emerit à dicto Lanciano terras contiguas, intentauit contra Communitatem retractum iure vicinitatis, ſuper quo pendet lis extra Rotam, vt fuit dictum in dicta deciſione 1. Iulij 1619. & ideo firmæ remanẽt omnes cõcluſiones in vtra-
2 que deciſione firmatæ, quòd licet in proprio ædificare, fodere, & quæcunque ſibi benè placita facere: præſertim quando non ſit ad æmulationem, quæ nõ præſumitur, nec allegatur, ſed ad propriam vtilitatem, *vt fuit nuper latè dictum in illa Romana altius non tollen. ſub die 30. Maij præteriti coram me*, & in quibus terminis res procedit de plano, & ſinè difficultate. Non obſtant quinq; teſtes pro d. D. Duce examinati; nam omiſſis pro nunc exceptionibus perſonalibus, & cõtra dicta ſuis loco, & tẽpore diſcutien. prædicti teſtes non probant dominium, nec vtile, nec directum D. Ducis petij terræ, de quo agitur: minúſque quòd pro illo detur annua præſtatio grani, vini, oliuarũ, vel alterius ſpeciei fructuum, prout de alijs, quæ ſunt reſponſiuæ: & hoc ſolum ſufficeret, quia teſtes diſtinguunt terras reſponſiuas à non reſponſiuis, quas vocant priuatas, & interpretantur priuilegiatas, ſeu immunes, & liberas: vndè cum iſtæ non ſint reſponſiuæ, ſequitur, quòd ſint liberæ, prout etiam
3 præſumuntur *Ioan. And. in cap. nimis, de iure iuran. column. 2. in princ. vbi Bellam. in 2. not. num. 2. Anchar. num. 2. Butr. num. 6. & alij, Bald. in cap. 1. num. 2. ſi de feud. fuer. controuer. cum alijs cumulatis per Menoch. præſ. 91 num. 2. & 3. lib. 3.* & quòd ſint tales, probant teſtes D. Ducis *in ſummario Communitatis num.* 5. vbi tertius. & octauus dicunt, ſe ſcire, quòd dictæ terræ ſunt liberæ, quæ fuerunt emptæ ab illis de Lanciano, tàm per dictum Ducem, quàm per Communitatem: & coadiuuantur per primum teſtem, qui licèt de auditu, tamen
4 dicitur à pluribus, & fortiùs probat contra producentem ex vulg. quæ probationes adminiculantur ex inſtrumento emptionis Communitatis del 1601. in quo nulla fit mentio, quòd ſit reſponſiua, prout veriſimiliter, & à communiter accidentibus facta fuiſſet: vt quotidie fit in emptionibus, & venditionibus terrarum reſponſiuarum, & quæ habent ſimilia onera, quæ ſolent
5 diminuere de pretio, imò ſunt pars illius *vulg. l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* Nec fundatur intentio D. Ducis ex eo, quòd ſit Dominus territorij: quia id procedit
6 reſpectu iuriſdictionis, non autem reſpectu proprietatis, & bonorum particularium, *vt not. in dicto cap. nimis, Abb. num. 1. verſ. ex quibus collige, Petr. de Ancharan. & Bellamer. num. 2. & 3. Card. poſt Oſtien. num. 1. Io. de Anan. num. 3. & idem Abb. in cap. ſi diligenti, in 2. not. de præſcr.* Et ideo ceſſat præiudicium pro D. Duce conſideratum, quòd non liceat mutare formam, & faciem terræ, ne ſic priuetur reſponſione debita in quota fructuum.

Et ita ſteterunt Domini in vltimo loco deciſis vtraque parte informante.

Quo verò ad primam deciſionem, dixerunt, illam debere reuideri, cum ſit generalis etiam quò ad terras reſponſiuas.

Cremonen. penſionis.

Lunæ 12. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Oeconomus tenetur ad ſolutionem penſionis pro tempore, quo Eccleſiam adminiſtrauit.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomi tenentur reddere rationem de fructibus ab ipſis adminiſtratis.*

Oeco-

Digitized by Google

2 *Oeconomi ex fructibus beneficij tenentur ad ſolutionem penſionis, ſicut etiam ad aliorum onerum Eccleſiæ ſuſtentationem.*

3 *Tutor qui adminiſtrauit, & fructus pupillares percepit, excutiendus eſt.*

4 *Penſionem ſoluere non tenetur titularis pro tempore, quo fructus non percepit.*

5 *Conductor impeditus facto locatoris, non tenetur ad ſolutionem penſionis.*

DECISIO DCLXIX.

FIRMATO per duas reſolutiones credito bon. mem. Cardinalis S. Cæciliæ
ad fauorem DD. Monialium eius hæredum. cum Epiſcopo Cremonen. pro
termino pẽſionis decurſæ in feſto Natiuitatis Dominicæ, mortuoque deinde dicto Epiſcopo, fuit pro eius hæredibus oppoſitum
de exeuſſione facienda contra Oeconomos, alias ex
ordine ſanctæ mem. Pauli Quinti, ad inſtantiam dicti,
Cardinalis deputatos ſuper adminiſtratione fructuum,
& reddituum menſæ Epiſcopalis; & dato dubio, DD.
dixerunt, illos eſſe excutiendos pro tempore eorum
Oeconomiæ, & adminiſtrationis. Nam cum illa incœperit ſub die 2. Decembris 1610. quæ fuit per eos acceptata cum obligatione Camerali de redden. ratione,
& fuerint à fel. recor. Paulo Quinto deputati, facta Epiſcopo inhibitione, ne ſe in dicta perceptione fructuum,
& adminiſtratione ingereret: & deputatio facta fuerit
ad inſtantiam Cardinalis, & durauerit vſque ad menſem
Septembris, de quo, mortuo iam Cardinali, dicti Oeconomi inſtante Epiſcopo fuerunt remoti, fructuſque
dicti anni 1610. ex quibus erat debita penſio, peruenerint, ſeu peruenire debuerint ad Oeconomos: ſequitur
eos eſſe excutiendos, quia illorum conſeruatio, & cu-
1 ſtodia ad ipſos pertinebat: ſicuti quando vacante Eccleſia apponuntur *can.* 1. *in fin. & ibi gloſa in verb. oeconomos, diſtinct.* 65. *cap. cum vos, de offic. Ordinar. Lap.*
2 *alleg.* 71. *num.* 6. *in fin. & num.* 8. & ſic etiam penſionis ſolutio, *Gig. de penſion. quæſt.* 65. *num.* 2. *Burſatt. conſ.* 461. *num.* 24. *Rot. deciſ.* 291. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* prout etiam ſpectat aliorum onerum ſuſtentatio
iuxta Clem. 1. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Gig. dicto tractatu quæſt.* 72. *num.* 3. & 4. *Rota dicta deciſ.* 291. *in*
3 *fin.* ſicuti etiam ex pluribus tutoribus excutitur, qui
adminiſtrauit, & fructus pupillares percepit, *l.* 2. *C. de tranſact. cum alijs per Surd. conſ.* 170. *num.* 13. alias
enim durum eſſet, quòd Epiſcopus, vel hæredes tene-
4 rentur ad penſionem pro tempore, quo fructus non
fuerunt percepti, contra *l. ſi merces, §. vis maior, & ibi Bart. ff. locat. Creſc. deciſ.* 3. *num.* 3. & 7. *de ſolut.* &
A in terminis *Put. deciſ.* 185. *num.* 2. *lib.* 2. *in correctis*, A
5 ſicuti conductor impeditus facto locatoris, non tenetur ad ſolutionem penſionis, *Bald. conſ.* 325. *lib.* 3. *Becc. conſ.* 45. *num.* 10. *Surd. conſ.* 400. *num.* 8. *Card. Seraph. deciſ.* 995. *num.* 1. *Gabr. conſ.* 75. *num.* 1. *lib.* 2.
Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Hanc deciſionem ſequuta eſt Rota *infra deciſ.* 676. *num.* 9.

Valentina penſionis.

Veneris 16. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Quando penſio eſt poſticipata, termini non exacti per penſionarium tranſmittuntur ad ipſius hæredes: & quando penſio dicatur poſticipata.

SVMMARIVM.

1 *Penſio eſt poſticipata, quando illius ſolutio eſt dilata poſt recollectionem fructuum.*

2 *Penſionis termini non exacti tranſmittuntur ad hæredes penſionarij quando penſio eſt poſticipata.*

3 *Penſio ſolui debet, habita conſideratione fructuum perceptorum, non temporis, vt Rota ſeruat.*

4 *Penſio noua non inducitur ex penſionis tranſlatione, ſed ſolùm mutatur perſona, & vnus in locum alterius ſubrogatur.*

5 *Penſio debetur tranſlatario pro rata fructuum decurſorum ante tranſlationem, ſi ſolutionis tempus poſt tranſlationem aduenerit.*

6 *Debitum in diem ſolui poteſt de conſenſu partium ante diei aduentum.*

DECISIO DCLXX. A

DOMINI reſpondentes dubio propoſito, dixerunt, duos terminos penſionis, de qua agitur, deberi hæredibus
Alphonſi. Nam ſeries facti, in quo
partes conueniunt, eſt. Quòd fuit reſeruata penſio per ſanct. mem. Gregorium XIII. ad fauorem olim Archiepiſcopi Montis Regalis in ſumma ſcutorum 3245.
ſuper fructibus Præpoſituræ Valentinæ, & data reſeruationis eſt Nonis Nouembris 1581. ſolutiones verò faciendæ prima in celebritate Omnium Sanctorum
del 1582. ſecunda verò in die Carnis priuij ſubſequentis: & ſic deinceps; & pro ſumma ſcutorum
700. auctoritate Apoſtolica in literis reſeruationis
conceſſa, fuit per dictum Archiepiſcopum in Alphonſum tranſlata ſub die 30. Decembris 1585. eidemque
ſoluta, exceptis duabus paghis vltimis maturatis in
Feſto Omnium Sanctorum del 1618. & die Carnis priuij del 1619. & ſic ante illius mortem, quæ ſucceſſit 24.
Februarij. Ex quibus patet, quòd dicta penſio fuit ab
initio in totum poſticipata, cum ſolutio medietatis
fuerit dilata ad dictum Feſtum Omnium Sanctorum
anni ſequentis, & alterius medietatis inde ad quatuor
ferè alios menſes, & ſic poſt recollectionem omnium
1 fructuum: quod inſpici debet ad cognoſcendum, an
ſit poſticipata, *vt in Monopolitana penſionis* 10. *Aprilis* 1606. *coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Sacrato.*
2 Vndè ſequitur, quòd dicti duo termini non exacti ſint
tranſmiſſi ad hæredes penſionarij, iuxta terminos vſufructuarij *ex l. defuncta, & ibi Alberic. Bald. Florian. de ſancto Petro, & alij in ſumm. ff. de vſufruct.*
quam ſeruari in penſione ſuper fructibus beneficij Eccleſiaſtici impoſita, dicit *Caccialup. de penſ. quæſt.* 25.
num. 2. *& ſequentibus, Gig. eodem tractatu quæſt.* 53.
num. 3. *Honded. conſ.* 85. *num.* 4. *lib.* 2. *Rota in Fanen.*

ſeu Pharen. penſionis 19. *Iunij* 1573. *coram fel. recordat. Clemente VIII. deciſ.* 678. *part.* 4. *diuerſor. & in Carpentoraten. penſionis* 10. *Decembris* 1610. *coram R. P. D. Caualerio impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ.*
3 *par.* 1. *fol.* 604. *num.* 2. & propterea Rota procedere ſolet, non habita conſideratione temporis decurſi, ſed fructuum perceptorum, vt in *dicta Fanen. penſionis*, quam paſſim ſequitur, vt in *prædicta Carpentoraten. coram R. P. D. Caualerio, & in Cæſarauguſtana penſionis* 13. *Aprilis* 1592. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio impreſſ. per Marcheſ. vbi ſuprà fol.* 606. *& in alijs per Gratian. allegatis diſceptat. forenſ. cap.* 548. *num.* 43. Nec dicatur, quòd reſpectu ſecundi termini in die Carnis priuij ſit anticipata ratione fructuum percipiendorum; quia motiuum ceſſat ex verbis litterarum reſeruationis, in quibus expreſsè dicitur, quòd medietas penſionis ſoluatur in feſto Omnium Sanctorum 1582. & non antea: altera verò medietas in die Carnis priuij anni 1583. & ſic cenſendum eſt, integram penſionem anni 1582. fuiſſe ex gratia Papæ dilatam, vt ſolueretur ſpatio 16. menſium, non autem quòd pro primo anno voluerit, ſolui tantùm vnum terminum, & poſtea inciperetur ſolui penſio die Carnis priuij pro anno ſequenti. Non obſtat, quòd penſio fuerit tranſlata de menſe Decembris 1585. & ſic calculan. à tempore tranſlationis terminus Carnis priuij videatur ſinè dubio anticipatus, cum de eo tempore nulli ſint collecti fructus; quia tritum eſt, tran-
4 ſlationem non facere nouam penſionem in ſubſtantia, ſed solùm mutare perſonam, & ſubrogare vnum in
A locum alterius, A *vt per Pariſ. conſil.* 5. *num.* 86. *lib.* 4. *Creſcent. deciſ.* 1. *de reb. Eccleſ. non alienand. Rota deciſ.* 122. *num.* 8. *& ſequent. part.* 1. *recentior. & deciſ.* 327. *num.* 3 *&* 4. *&* 585. *num.* 4. *&* 733. *par.* 2. *cum alijs cumulatis in Romana penſionis* 17. *Iunij præteriti coram me*. Nec contrarium cenſetur in tran-
5 ſlatario reſpectu temporis, cui debetur reſponſio pro rata fructuum decurſorum etiam ante tranſlationem, vt optimè *Pat. deciſ.* 14. *lib.* 3. *& deciſ.* 7. *de penſ. Rota deciſ.* 48. *lib.* 2. *par.* 3. *Gabr. conſ.* 191. *num.* 3. *lib.* 2. & videtur verbalis differentia, quæ ſit per informantes inter transferentem, & tranſlatarium, non autem inter alios. Tandem non obſtat exceptio compenſationis cum terminis ſolutis Archiepiſcopo penſionario ante maturatos primos duos terminos. Nam omiſſo an prætenſæ quietantiæ datæ pro Capitulo *in eius ſummario num* 2. ſint in forma probanti, de quo expreſsè opponitur pro hæredibus, imò dicitur, quòd ſunt copiæ copiarum, & extractæ lite pendente, ſinè compulſoria, & citatione. Reſpondetur etiam, quòd ſunt quietantiæ de fructibus Præpoſituræ decurſis ad fauorem Archiepiſcopi ante reſignationem, quos recipiebat ab Affictuarijs, non autem à Capitulo poſt reſignationem: & dato etiam, quòd eſſent pro terminis penſionis diſtinctis in diem Kal. Nouembris 1582. & Carnis priuij 1583. & eſſent ſoluti de partium conſenſu ante diem: non tamen ſequitur, vt fieri deberet prætenſa compenſatio, niſi oſtenderetur, quòd aduenientibus dd. Kalendis Nouembris, & die Carnis priuij, fuiſſent termini denuo ſoluti: de quo non couſtare
6 videtur, cum debitum in diem, certum ſit, poſſe ſolui ante diem de partium conſenſu, *ad not. in l. qui Romæ, ff. de verb. obligat.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

A De quo vide, quæ dixi ſupra deciſ. 638.

DECISIO DCLXX.

Toletana applicationis 400. ducatorum.

Veneris 16. Decembris 1622.

ARGVMEMTVM.

Quando penſio eſt reſeruata, cum clauſula, (Dummodo omnes penſiones medietatem, vel fructuum non excedant) penſionarius non tenetur iuſtificare non exceſſum, niſi titularis, oſtendat adeſſe alias penſiones, dummodo probet, illas fuiſſe validè reſeruatas, & extare de tempore, quo petitur noua penſio.

SVMMARIVM.

1 *Papæ aſſertioni ſtatur circa factum proprium.*
2 *Vacationem antecedentem neceſſariò præſupponit ſubſequens prouiſio.*
3 *Pluralitas Eccleſiarum non præſumitur.*
4 *Penſionarius non tenetur iuſtificare clauſulam*, dummodo omnes penſiones medietatem fructuum non excedant, *quando eſt appoſita poſt reſeruationem, ſed onus probandi exceſſum incumbit titulari, niſi titularis oſtendat, alias penſiones adeſſe num.* 5. *Dummodo probet illas fuiſſe validè reſeruatas, num.* 6. *Et oſtendat, illas adeſſe de tempore, quo petitur noua penſio, num* 7.
7 *Actus conditionalis non operatur ante aduentum conditionis.*
8 *Compulſatio iurium dicitur legitimè facta in vltimo die termini.*

DECISIO DCLXXI.

QVÆSITVM fuit, an litteræ reſeruationis annuæ, & perpetuæ penſionis 400. ducat. factæ per ſanct. mem. Paulum V. ad fauorem parochialis S. Petri de Lerma, in Collegiatam per eũ erectæ, ſuper fructibus Parochialis loci de Carmona eſſent iuſtificatæ; & Domini in hac ſecunda propoſitione affirmatiuè re-
1 ſponderunt. Et omiſſa iuſtificatione narratiuæ erectionis, & vnionis, quæ non videntur controuerti, nec indigent iuſtificatione, cum ſtetur aſſertioni Papæ de fa-
A cto proprio, A *gloſ. in clem. vnica verſ. fециſſe narramus, de probat. Rota deciſ.* 171. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſor. & deciſ.* 612. *num.* 3. *par.* 1. *recent. & fuit dictum in Ampurien. beneficij* 4. *Decembris* 1620. *coram me*, & aliàs ſæpè. Quòd euenerit caſus reuocationis dictæ penſionis, videlicet vacationis dictæ Eccleſiæ de Carmona, (quia reſeruatio facta fuit de anno 1606. quandocunque dictam Eccleſiam vacare contigerit per ceſſum vel deceſſum illius tunc Rectoris) probatur per aſſecutionem Gundiſalui Rectoris alterius parochialis de anno 1617. & prouiſionem Ambroſij moderni Rectoris in concurſu *in ſummario Collegiatæ præteritæ poſitio-*
2 *nis num.* 2. *&* 3. quæ prouiſio præſupponit neceſſariò antecedentem vacationem *cap. de multa, vbi etiam DD. de præbend. Oldrad. conſ.* 67. Identitas Eccleſiæ de Car-
3 mona non videbatur poſſe controuerti ex prædictis prouiſionibus, & in regula pluralitatis excluſiua, *l. omnium,*

Digitized by Google

nium, vbi *Bald. & alij C. de teſt. Rota deciſ.* 119. *num.*
7. *par.* 1. *recent.* & in ſpecie non præſumi pluralitatem
Eccleſiæ, dixit *Rota in deciſ.* 687. *num.* 6. *eadem par.* 1.
4 *recentior.* Quò verò ad iuſtificationem clanſulæ in
dictis literis appoſitæ (dummodo omnes penſiones duas
ex tribus partibus fructuum non excedant) &c. in
qua maior difficultas conſiſtebat, DD. dixerunt, onus
probandi non incumbere Eccleſiæ penſionariæ, ſed
titulari; quia dicta conditio, ſeu modus non fuit ap-
poſitus ipſi reſeruationi, ſed poſt eam purè factam
adijcitur clauſula, *etiam ſi ſuper illis*, nempè fructibus
&c. *alia penſiones reſeruata exiſtant*, & poſtea hæc clauſula
limitatur, ſeu modificatur per aliam prædictam (dûmo-
do omnes penſiones huiuſmodi medietatem fructuum
non excedant) quo caſu onus iuſtificandi non exceſ-
ſum, non ſpectat ad penſionarium, cum reſeruatio ſit
pura quamuis poſtea adijciatur clauſula prædicta mo-
B dificatiua, B vt in his terminis tenuit Rota in *Car-
pentoraten. penſionis* 15. *Martij* 1601. & 20. *Aprilis*
1602. *coram bon. mem. Cardinali Lancellotto, in Cremo-
nen. penſionis* 15. *Aprilis* 1611. *coram R. P. D. Caualerio,
in Papien. penſionis* 13. *Februarij, &* 27. *Martij* 1615.
*coram Reuerendiſſimo Patriarcha, & in Sancti Marci
penſionis* 3. *Iulij* 1616. *coram Illuſtriſſimo D. Cardinali*
5 *Sacrato.* Et quamuis pro Parocho de Carmona fue-
rint exhibitæ literæ antiquæ penſionis ducatorum 500.
reſeruatæ de anno 1605. ad fauorem Ioannis de Her-
rera, *vt in eius ſummario num.* 3. & conſtito de alijs
penſionibus gratia huiuſmodi reddatur conditionalis,
& penſionarius teneatur ad iuſtificandum non exceſ-
ſum, vt in dictis deciſionibus *Carpentoraten. penſionis
coram Cardinali Lancellotto, cum allegatis.* Tamen non
6 ſufficit docere de reſeruatione, niſi oſtendatur, validè
reſeruatam fuiſſe, *Mantic. deciſ.* 111. *num.* 3. *Rota de-
ciſ.* 666. *num.* 3. *par.* 2. *recent. & fuit dictum in Iller-
den. Canonicatus coram bon. mem. Orano, & in alijs re-
latis in Veliterna beneficij* 11. *Decembris* 1619. & 1.
Martij 1621. *coram me*: & in his præcipuè terminis
fuit reſolutum in eadem *Carpentoraten. penſionis* 10. *Ia-
nuarij* 1603. *coram dicto Cardinali Lancellotto*, vbi quòd
requiritur etiam effectuatio, & acceptatio iuxta *de-
7 ciſ. Tholomei ibidem allegat.* Et vlteriùs exiſtentia anti-
quioris penſionis probanda eſſet, non ſolùm tempo-
re vacationis Eccleſiæ, cum reſeruatio eſſet in diem
incertum dictæ vacationis, & ſic conditionalis, &
aduentus diei, & conditionis ſit attendendus *cap. ſi cui
vbi DD. de præbend. in ſexto*, & in ſimili conditione
Oldrad. conſ. 58. & 158. *vbique num.* 2. *Caſſad. deciſ.* 3.
num. 15. *de præbend. Nauarr. in repet. cap. ſi quando,
num.* 7. *de reſcript.* ſed etiam quando petitur noua
penſio pro parte Collegiatæ, quo tempore antiqua
erat extincta, cum dictus Ioannes penſionarius deceſ-
ſerit de anno 1618. vt in partita libri defunctorum,
in ſummario Collegiatæ num. 5. quæ fuit formiter ex-
tracta vigore compulſorialis Rotalis, cum intimatio-
ne parti facta, vt infra nouem dies compareret, ſi
vellet eſſe præſens dictæ extractioni ſub die 6. Sep-
tembris, & extractio fuit facta die 15. eiuſdem, vt di-
8 cto num. 5. & ſic in vltimo die termini, quod ſuffi-
cere videtur iuxta *deciſ. Caputaq.* 108. *num.* 1. *par.* 1.
cum ibi allegatis: & ſic ceſſat defectus citationis; vndè
cum penſio antiqua fuerit extincta, gratia remanet pu-
ra ex prædictis, & onus probandi exceſſum incumbit,
titulari vt ſupra.

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Papæ aſſertioni an, & quando ſit ſtandum, dixi latè ſupra *deciſ.* 621. *lit. A.*

B De quo dixi ſupra deciſ. 261. litera E.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Burgi S. Donini Præpoſituræ.

Lunæ 19. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Inſtrumento non eſt adhibenda fides, quando deficiunt requiſita per Gloſ. in l. generali, C. de tabul. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum pro illius validitate debet continere nomen Papæ, ſeu Imperatoris, Annum Pontificatus, ſeu Imperij, locum, & loci locum, teſtium deſcriptiones, clauſulam, Actum, aut alia denotantia rogitum Notarij.*

2 *Notarij ſubſcriptio eſt de ſubſtantia inſtrumenti, maximè quando non conſtat inſtrumentum eſſe ſcriptum manu notarij. qui de illo aſſeritur rogatus, num.* 6.

3 *Imbreuiatura, ſeu matrix reperta in filcia rogitum authenticorum Notarij, fidem facit, etiam abſque ſubſcriptione: aut ſaltem ex ea inſtrumentum in publicam formam ſumi poteſt; intellige vt num.* 4. & 5.

4 *Imbreuiatura carens clauſula,* Actum, *deſcriptione teſtium, & alijs denotantibus illius publicationem, ac rogitum notarij, nihil probat, nec ex ea publicum inſtrumentum deſumi poteſt.*

7 *Scriptura, ſeu inſtrumentum fidem non meretur, tanquam imperfectum, ſi in eo enuncientur pacta, ſeu conditiones inferius deſcribendæ, & tamen non appareant.*

8 *Spatium in albo relictum, ex quo colligitur, quòd notarius non habuit ſcripturam pro perfecta, operatur, vt non ſit fides adhiben. inſtrumento.*

9 *Signum Notarij non eſt de ſubſtantia inſtrumenti.*

DECISIO DCLXXII.

CVM quondam D. Alphonſus Caſalis præſentans, & præſentatus ab eo prætenderent pertinentiam iuriſpatronatus Præpoſituræ, de qua agitur, à q. Polidoro antiquo de Pallauicinis, vel illius deſcendens, vigore quarundam antiquarum diuiſionum exhibitarum, & ſub die 11. Maij 1620. fuerit reſolutum, ſcripturam ad illam probandam exhibitam non eſſe in forma probanti: & deinde exhibitæ fuerint compulſoriales cum iuribus, illarum virtute in partibus extractis ad corroborandam, & coadiuuandam fidem d. ſcripturæ; dubitatum fuit, An iura compulſata eſſent in forma probanti: & DD. negatiuè reſponderunt. Et quia pars D. Marchionis Pallauicini, & ab eo præſentati præcipuè inſiſtebat ſuper fide ſcripturæ, vt ex aduerſo prætenditur, rogatæ per q. Gabrielem Souicum Notarium Mediolani de anno 1498. 26. Maij, continentis prætenſas conuentiones inter d. Polidorum, & alios de Pallauicinis in ea nominatos, de eligendo partes per Rolandum, (vt dicitur) factas. Viſum fuit DD. d. ſcripturam

fidem

Digitized by Google

1 fidem non mereri ex infraſctiptis. Caret enim ferè
omnibus perſectionibus, & requiſitis enumeratis per
Gloſ. in l. generali, C. de tabul. lib. 10. *& per Bartol. in l.*
ſi quis ex argentarijs, in repet. ſ. *ſi initium, ff. de eden.*
& per *Bald. in l. contractus, num.* 13. *C. de fid. inſtrumen.*
& plenè per *Bertazz. de clauſ. inſtrument. in proœm.*
num. 7. *& ſeqq.* & per *Rot. in Meleuitana hareditatis*
9. *Decembris* 1619. *coram Reuerendiſſ. D. Seleucien. &*
5. *Nouembris* 1621. *coram R. P. D. Veroſpio*, & in
Recanaten. ſucceſſionis 5. *præſentis menſis coram me*: ni-
mirum nomine Papæ, ſeù Imperatoris, & anno Imperij,
ſeù Pontificatus, loco, atque etiam loco loci, qui eſt
neceſſarius, vt ex *Specul. in tit. de inſtrumen. edit.* ſ. *In-*
ſtrumentum, num. 5. *& Alexan. conſil.* 59. *num.* 5. *lib.* 2.
& alijs latè comprobatum fuit in *Romana Legati* 28.
Iunij 1617. *in Colonien. Sponſalium* 9. *Iunij anni præ-*
teriti, & in d. *Recanaten. ſucceſſionis coram me*. Item
A deſcriptione teſtium, clauſula, Actum, A, aut alia
denotante rogitum Notarij requiſitum ſ. *nos autem*
2 *Auth. de tabell. Card. Seraph. deciſ.* 949. *num.* 1. Imò caret
quoque eiuſdem Notarij ſubſcriptione pariter neceſſa-
ria *gloſ. in d. l. generali, & in Auth. de Inſtr. caut.* ſ.
ſed ſi inſtrumentum, verb. adijciantur cum alijs cumulatis
per *Bertazz. in d. proœm. num.* 12. *& in prædicta Re-*
canaten. ſucceſſionis coram me, vbi quòd Rota, quic-
B quid ſit de ſigno B, ſubſcriptionem pro ſubſtantia in-
ſtrumenti requirit, & ita obſeruat. Nec obſtat, quòd
iſta ſcriptura ſit matrix, & Imbreuiatura reperta in
filcia quadam aliarum rogationum authenticarum eiuſ-
3 dem Notarij, quæ propterea etiam abſque ſubſcriptio-
ne fidem faciat, aut ſaltem inſtrumentum in publicam
formam ab ea ſumi poſſit, *Alexan. conſ.* 14. *num.* 16. *lib.*
6. quem Rota ſequitur, *vt in deciſ.* 250. *num.* 1. *par.* 1.
diuerſ. & 628. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. *in recent. Card. Se-*
raph. deciſ. 888. 902. *&* 909. Nam, omiſſo, an d. ſcri-
ptura reperta fuerit, vel ne, in loco, & in rogitibus
4 authenticis: ſupradicta concluſio procedit, quando ta-
lis imbreuiatura apparet perfecta, videlicet cum clau-
ſula, *Actum* teſtium inſcriptione, & alijs denotanti-
bus illius publicationem, ac rogitum Notarij: prout
loquuntur omnes præallegati, & benè declarat *Rub.*
Alex. conſ. 94. *num.* 2. *Pariſ. conſ.* 27. *num.* 10. *lib.* 2.
Rolan. conſ 32. *num.* 36. *lib.* 2. cum relatis in eadem
Recanaten. coram me. In prædicta verò ſcriptura, nè
dum deficit d. clauſula, *Actum &c.* vt ſupra dictum eſt,
5 itaut propterea, nec aliquid probet, nec etiam poſſit ex
ea ſumi authenticum inſtrumentum, *Caſtr. in l. ſi quis*
is qui, num. 4. *ff. de teſtam. Alexand. d. conſil.* 14. *num.*
17. *lib.* 6. ſed etiam deſunt omnia alia prædicta, imò
amplius omnes clauſulæ inſtrumentales ſolitæ, & con-
ſuetæ. Quin etiam non conſtat, eandem Imbreuiatu-
ram ſcriptam eſſe manu illius Notarij, qui de illa aſſe-
ritur rogatus: imò contrarium colligitur ex depoſitio-
ne duorum teſtium compulſorialium iuxta decimum
6 interrogatorium; Adeò, vt inde ſaltem redderetur tan-
tò magis neceſſaria eiuſdem Notarij ſubſcriptio, iuxtà
tradita per *Alexand. dicto conſil.* 14. *num.* 18. *lib.* 6. *&*
benè ſentit Roland. dicto conſil. 32. *num.* 36. *verſic. nam*
primò, lib. 2. Sed viſum fuit DD. hic omnem planè ceſſare
difficultatem; quia ſcriptura, de qua agitur, manifeſtè
apparet potiùs minuta quædam præparata, quàm ori-
ginalis Imbreuiatura, ſeù matrix alicuius inſtrumenti
ſtipulati, & perfecti. Nàm vltra defectus clauſulæ,
Actum, & aliorum ſupradictorum: continetur in ea, di-
ctum Polidorum pro tertia parte Caroli Epiſcopi hæ-
redem approbare dictas diuiſiones, vt infrà, cum re-
ſeruationibus, conditionibus, & proteſtationibus in-
fraſcriptis: & tamen nec ibi, nec alibi in ea legitur ap-
probatio d. Polidori, nec ad ſunt aliquæ eiuſdem reſer-
7 uationes, ſeù proteſtationes: vndè actus remanet im-
perfectus, & ſcriptura ipſa fidem non meretur, *Bart. in*
l. ſi is qui 25. *num.* 3. *verſ. per iſta dico*, & ibi *Caſtren.*
num. 7. *ff. de teſtam. Bald. in d. l. contractus num.* 16.
verſ. ſecundo modo, C. de fid. inſtrumen. Felin. in cap. cum
P. Tabellio num. 1. *verſ. primus eſt, de fid. inſtrumen.*
Butr. conſ. 11. *in princip. Ruin. conſ.* 204. *num.* 9. *lib.* 2.
Cardin. Mantic. de tacit. &c. lib. 4. *tit.* 3. *nu.* 22. *Bertazz.*
d. tract. de clauſ. inſtrumen. in rubr. num. 6. *in fin. Rot.*
in d. Recanaten. ſucceſſionis coram me; imò Notarius im-
mediatè poſt dicta verba reliquit ſpatium in albo, ex
quo clarè arguitur, quòd non habuit dictam Scripturam
pro perfecta, ex quo volebat aliquid aliud addere. Ideò-
8 que illa multò minùs fidem facit *Natt. conſ.* 224. *num.*
2. *verſ. item militat, Bertazz. conſ. ciuil.* 14. *num.* 7. *verſ.*
& tantò minùs lib. 1. *Borgn. Caualc. deciſ.* 45. *num.* 10.
verſ. & ſpatium, par. 1. *& deciſ.* 29. *num.* 29. *par.* 2. &
fuit dictum *in dd. Meleuitana hæreditatis, & Recanaten.*
ſucceſſionis. Et quòd Notarius voluerit, & iuxtà par-
tium intentionem debuerit ſupra memoratas declara-
tiones, & proteſtationes in d. albo ſcribere, apparet
etiam ex alia poſteriori ſcriptura promiſſionis Rolandi
de releuando indemnem Polidorum, ſimul compulſata,
in qua clarè ſupponitur, in inſtrumento ſupradictarum
conuentionum adeſſe inſertas reſeruationes, & prote-
ſtationes eiuſdem Polidori, *vt in ſummario num.* 4.
Aliæ verò ſcripturæ ſimul cum eodem proceſſu com-
pulſatæ, videlicet, ratificationum Hieronymi Epiſcopi,
& Antonij Mariæ, ac Octauiani hæredum pro tertia
parte d. Caroli, necnon promiſſionis indemnitatis fa-
ctæ per Rolandum ad fauorem Polidori, & aſſertorum
compromiſſorum, videbantur DD. pariter difficultatem
pati, cum in illis deficiat nomen Pontificis, ſeù Impe-
ratoris, & anni Pontificatus, vel Imperij, necnon
ſubſcriptio Notarij, cum ſint manu aliena conſcriptæ:
quæ ex prædictis ſunt neceſſaria.

Et ita deciſum, parte D. Marchionis, & ab eo præſen-
tati tantùm informante, pluries monito, ac citato præ-
ſentato à D. Caſali.

ANNOTATIO.

A Vide quæ dixi ſupra *deciſ.* 666. & hanc deciſionem in hac
eadem cauſa confirmauit *Rota infra* 749. *num.* 2.
B Et quòd Rota ſeruet opinionem, quod ſignum notarij
9 non ſit de ſubſtantia inſtrumenti, & ſufficiat ſola eius ſub-
ſcriptio, iuxta *deciſ. Chiſanen.* 71. *Seraphin. deciſ* 902.
num. 5. *&* 909. *Caualer. deciſ* 122. *num.* 2. *& fuit di-*
ctum in Tiraſonen. iuriſdictionis de Tudela 26. *Aprilis*
1602. *coram bon. mem. Cardinali Millino, in Neapoli-*
tana donationis 1. *Iulij* 1602. *coram Cardinali Lancel-*
lotto ſeniori, in Fauentina Monaſterij 4. *Iulij* 1608 *coram*
Penia, in Mediolanen. iuriſpatronatus 13. *Februarij* 1615.
coram R. P. D. Ubaldo [?] *& in Firmana hæreditatis* 7. *Iu-*
nij 1619. *coram bon. mem. Dunozetto ſeniori*, in quibus di-
citur multoties ita fuiſſe in Rota reſolutum.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

Si-

Signina pœnarum.

Lunæ 19. Decembris 1622.

ARGVMENTVM.

Immemorabilis an, & quando cenſeatur legitimè probata.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis probatur per teſtes deponentes de viſu per 40. annos, & auditu a maioribus, & ſenioribus, qui audierant a maioribus ſuis, & num.* 6.

2 *Teſtes deponentes de immemorabili debent eſſe annorum 54. de tempore litis, & num.* 12. *vbi quod debent eſſe completi.*

3 *Dictio,* ſemper, *temporis continuationem denotat.*

4 *Immemorabilis excluditur, ſi conſtet de initio recenti.*

5 *Immemorabilem pro ſe habens, poteſt allegare meliorem titulum de mundo.*

7 *Immemorabilis non probatur per teſtes, qui per ſpatium quadraginta annorum non potuerunt videre, vt quia aliquando fuerunt abſentes; niſi abſentia fuiſſet modica. num.* 8.

9 *Teſtes ſuper immemorabili, non eſt neceſſarium, quòd deponant, maiores ſuos, a quibus audierunt, non vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium.*

10 *Teſtes ſuper immemorabili debent omnes deponere de omnibus requiſitis, nec ſufficit, ſi vnus deponat de vno, & alter de alio.*

11 *Fama publica in immemorabilis probatione, articulanda, & probanda eſt ſpecificè in articulo, in quo immemorabilis articulatur, nec ſufficit, ſi in articulo vltimo articuletur, & probetur.*

13 *Teſtes ad probandam immemorabilem debent eſſe annorum 54. dempto tempore Sedis Vacantis, quando agitur contra Eccleſiam.*

14 *Immemorabilis redditur improbabilis, & denegatur remiſſoria ad illam probandam, quando nequeunt inueniri teſtes, qui deponant de obſeruantia per 40. annos deducto tempore litis, Sedis Vacantis, & pupillaris ætatis.*

DECISIO DCLXXIII.

DISCVSSIS, & ſublatis per particularem deciſionem ſub die 28. Iunij anni præteriti exceptionibus perſonalibus oppoſitis contra quatuor teſtes Communitatis, deponentes de immemorabili quaſi poſſeſſione exigendi pœnas ad fauorem dictæ Communitatis: exceptis tamen quatuor caſibus; quæ immemorabilis fuit firmata in alijs deciſionibus *coram Reuerendiſſimis Dominis Attrebaten. & Patriarcha Hieroſolymitano*; proſequendo diſputationem iuxta ordinem datum, fuit propoſitum dubium, an aliæ exceptiones actuum contrariorum, ex quibus, pro parte Excellentiſſ. D. Ducis prætendebatur excludi immemorabilem: & fuit reſolutum, non obſtare. Nam quicquid ſit de depoſitione ſecundi teſtis ſecundi examinis, an videlicet probet quadragenariam de viſu, in quo aliqui ex DD. habebant
1 difficultatem. Alij tres teſtes viſi fuerunt DD. optimè, & concludenter probare, & deponere cum omnibus requiſitis ad immemorabilem, de viſu ſcilicet per 40. annos, & auditu à maioribus, & ſenioribus, qui au-
A dierunt à maioribus ſuis, A, *iux. vulg. Gloſ. in cap. 1. de præſcript. in* 6. quam paſſim Rota ſequitur *Caputaq. deciſ.* 71. *num.* 1. *par.* 2. *Rot. in recent. deciſ.* 445. *num.* 1. & 2. *par.* 1. & *deciſ.* 360. *num.* 13. *par.* 2. & *apud Sanctiſſimum deciſ.* 196. *num.* 1. *prout etiam firmatum fuit in hac cauſa coram Reuerendiſſimo Attrebaten.* 20. *Nouembris* 1609. & *coram Reuerendiſſimo Patriarcha*
2 *die* 21. *Maij* 1612. & 19. *Aprilis* 1613. & quòd ſint legitimæ ætatis annorum 54. dempto tempore litis motæ,
B iux. obſeruantiam Rotæ B, non controuertebatur, & fuit firmatum in prædictis deciſionibus. Non obſtat, quòd tertius dicti ſecundi examinis non deponat de quadragenaria de viſu, *vt in ſummario D. Ducis num.* 6. Nam quamuis non videatur in principio depoſitionis ſuper octauo dicere explicitè de viſu: in fine tamen expreſſis verbis illam concludit, dicens, *ma hò ſempre creduto, &c. vt in ſummario Communitatis num.* 4. & cum ſuperiùs depoſuerit à tempore ſui recordatus, & ſit annorum 68. vtique includit tempus annorum 40.
3 de viſu per illam dictionem, ſemper, continuationem temporis ſuadentem, *vt not. in l.* 1. *ff. ſolut. matrimon. gloſ in verbo ſemper, Bart. num.* 20. *Angel. num.* 6. *verſ. hoc inducit, Rip. num.* 107. & 108. & *alij, Soccin. conſ.* 54. *num.* 10. *lib.* 4. & facit *Rot. deciſ* 233. *num.* 2. *par.* 4. *diuerſ.* & *in his terminis fuit dictum in Tiraſonen. iuris præſentan.* 21. *Octobris* 1594. *coram bon mem. Litta.* Non obſtat, quòd dicti teſtes deponant, pœnas exactas fuiſſe iux. formam ſtatutorum, quæ prætenduntur condita de anno 1558. ſeu 1560. *vt in ſummario D. Ducis num.*
4 10. & ſic, cum conſtet de initio recenti, excludatur immemorabilis, *Couar. in regul. poſſeſſor par.* 2. §. 3. *num.* 7. & *fuit dictum in Comen. Parochialis de Brenta* 25. *Iunij anni præteriti coram me*, & in alijs paſſim. Tum quia ſtatuta prædicta circa pœnarum applicationem 12
non fuerunt condita de dicto anno 1558. ſed renouata propter combuſtionem Ciuitatis, & ſtatuti antiquiſſimi, vt ex lectura depoſitionis dd. teſtium dicto num. 10. & ſic initium non eſt ſumendũ ab anno 1558. quod adminiculatur ex duobus antiquis inſtrumentis de anno 1380. tempore *Vrbani* Sexti, in quorum vno bona condemnatorum ex cauſa productionis pro vna medietate Cameræ Eccleſiæ *Romanæ*, & pro alia Communitati applicantur: in altero verò pœnæ iniuriarum, contentæ in ſtatutis, ſine ſanguine commiſſarum abſolutè Communitati applicantur, & ſi cum ſanguinis effuſione, duplicantur, vt fuit conſideratum *d. die* 20. *Nouembris* 1609. *coram Reuerendiſſimo Attrebaten.* Tum quia teſtes non excludunt pœnarum exactionem ante dicta ſtatuta, ſed ſolùm dicunt, quod exactis facta fuit iuxta illorum formam, & Communitas non vtitur prædictis ſtatutis pro titulo ſuæ quaſi poſſeſſionis exigendi pœnas, ſed imme-
5 morabili, ex qua licet meliorem titulum de mundo aſſignare, ad *text. in cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, & ibi gloſſ. verbo non extat memoria, de verb. ſignif. Put. deciſ.* 199. *num.* 1. *lib.* 1. *in correct. Rota deciſ.* 677. *num.* 4. *par.* 1. *recent.*

Et ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Ad probandam immemorabilem Rota tenet, eſſe neceſ-
6 ſaria requiſita per *Gloſſ. in cap* 1. *verb. memoria, de præſcript in* 6. quam paſſim ſequitur, vt apud *Cardinal. Mantic deciſ.* 289. *num.* 3. *Seraphin. deciſ* 1102 & 1450. *vtrobiq. num.* 2. *Caualer. deciſ* 56 & 174. *num.* 1 *in recent. deciſ.* 248. *num.* 2. & 272. *num.* 4 *par.* 2. *in Cala-*

gu-

Digitized by Google

guritana iuris pulſandi campanas 29. Aprilis 1624. coram R. P. D. Merlino, in Compoſtellana Parochialis 10. Ianuarij 1625. coram bon mem Patriarcha Manzanedo, & in Illerden. decimarum 15. Martij 1630. coram R. P. D.
7 Pirouano; & teſtimonium obſeruantiæ per 40. annos continuos eſt de principalibus requiſitis per d. Gloſſ. adeo quòd ſi teſtes per ſpatium 40. annorum non potuerunt videre, vt quia toto tempore non fuerunt in loco, ſed aliquando fuerunt abſentes, immemorabilis per eos probari non poteſt, Rot. deciſ. 254 num 2. par. 1. recent. niſi
8 abſentia fuiſſet modica, quia tunc non obſtaret, quò minùs immemorabilis per eos probari non dicatur, vt fuit reſolutum per Rotam in Signina pœnarum 21. Maij 1612. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in dicta Calaguritana iuris pulſandi campanas 29. Aprilis 1624. coram R. P. D. Merlino, in qua teſtes fuerant abſentes per tres annos, non tamen continuos, ſed interpellatim.
9 Non eſt autem neceſſarium, quòd teſtes deponant, maiores ſuos, a quibus audierunt, non vidiſſe, nec audiuiſſe contrarium: cum hæc qualitas non ſit appoſita per d. Gloſſ. vt reſoluit Rota in Conchen. decimarum 31. Maij 1617. coram Patriarcha Manzanedo, quam ſecuta eſt in d. Illerden. decimarum 15. Maij 1630. coram R. P. D.
10 Pirouano. Eſt tamen neceſſarium, quòd omnes teſtes deponant de omnibus ad immemorabilis probationem requiſitis per d. Gloſſam, nec ſufficit, quòd vnus deponat de vno, & alter de alio: & ſatis eſt, quòd teſtis deficiat in vno ex dd. requiſitis, Mareſcott variar. reſolut lib 2. cap. 100. num. 10. verſ. & qualibet, Cardinal. Mantic d. deciſ 289. num. 4. Rot. deciſ. 557. ante fin part. 4. diuerſ. & in Hieracen iuriſpatronatus 17. Februarij 1617. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Veroſpio, in qua reprobatur Molin contrarium tenens de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 6. num. 34.
11 Notandum eſt, quòd publica vox, & fama, de qua teſtes deponere debent ad probandam immemorabilem, articulanda, & probanda eſt ſpecificè in eo articulo, in quo immemorabilis articulatur: nec ſufficit, ſi articuletur, & probetur in articulo vltimo, vbi genericè in omnibus alijs negotijs fama publica articulari ſolet, Gabr. poſt alios de præſcript. concluſ. 1. num. 80. Burſatt. conſil. 20. ſub num. 64. verſic inſuper, Molin. de primogen. Hiſpan. d. lib. 2. cap. 6. num. 36. vbi quòd ita communiter obſeruari ſolitum eſt.
B Teſtes, vt concludant immemorabilem debent excedere
12 annos 40. detracto tempore pubertatis, & ſic habere annos 54. Pariſ. conſil 27. num. 97. lib 1. Gabr. de præſcript. concluſ 1 num. 83 Caputaq. deciſ 290. par. 3. Seraphin. deciſ. 1450. num. 2. Gregor. XV. deciſ 298. num. 1 & ibi Beltraminus qui alios refert num. 12. Mareſcott. variar. reſol. lib. 2. cap. 100. num. 9. Rebuff. de decim quæſt. 13. num. 99. & fuit dictum in Tullen. iuriſdictionis 22. Martij 1596. coram bon mem. Cardinali Pamphilio ſeniori, in qua reprobatur Molin. de Hiſpan. primog lib. 2. cap. 6. num. 40. dicens, ſufficere ſi teſtes ſint ætatis 50. annorum cum dimidio, & in Conchen. decimarum de Belmonte 31. Ianuarij 1628. coram R. P. D. Pirouano, vbi quòd Rota perpetuò ſeruat, non ſufficere, quòd teſtis habeat annum 54. cœptum, niſi fuerit completus, vt inde quadragenariam concludere poſſit, & allegantur deciſiones in Toletana decimarum 2. Iunij 1593. coram Cardinali Pamphilio ſeniori, in Placentina votis 17. Maij 1603. coram Penia, & in Conchen decimarum 8 Iunij 1604. coram Ortembergo. Et requiritur, quòd tales teſtes ſint ætatis 54. annorum, dempto tempore litis motæ, quia per litis conteſtationem præſcriptio interrumpitur, Cardinal. Seraphin. d. deciſ. 1450. & deciſ. 1460. vtrobique num 2. Cardinal. Mantic. deciſ 289. num. 3. Rot deciſ 276. num. 4. apud 2. vol. conſil. Farinac. & deciſ. 248. num. 4. part. 2. recent. & in Cordubem. redecimarum 13. Maij 1618. coram Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, & in Aegitanien. decimarum 5. Decembris 1615. coram bon. mem. Remboldo. Et quando
13 agitur contra Eccleſiam deducendum eſt tempus quo ſedes vacauit, vt fuit reſolutum coram Domino meo ſupra deciſ. 598. num. 18. & 19. vnde ſi nequeunt reperi-
14 ri teſtes, qui deductis tempore litis, ſedis vacantis, necnon pupillaris ætatis, de obſeruantia poſſint deponere per 40. annos, immemorabilis redditur improbabilis, adeo quòd denegatur remiſſoria ad illam probandam, Seraphin dicta deciſ. 1450. & 1460. num. 2.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

FINIS SECVNDI TOMI.

Digitized by Google